

*libra compo de Jhs de granada*

*R. - 5079*

*Be.*


DESIGNIS  
ECCLESIAE DEI  
LIBRI XII.

AUCTORE

THOMA BOZIO EVGVBINO  
CONGREGATIONIS ORATORII

PRESBYTERO

Tomus Secundus.



ROMÆ,

Ex Bibliotheca Ascanij & Hieronymi Donangeli

M. D. XCI.

SVPERIORVM PERMISSV

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33



*Biblioteca Comj. de Jhs de granada*


*R-5079*

*30*

DESIGNIS  
ECCLESIAE DEI  
LIBRI XII.

AUCTORE  
THOMA BOZIO EVGVBINO  
CONGREGATIONIS ORATORII  
PRESBYTERO

Tomus Secundus.



ROMÆ,  
Ex Bibliotheca Ascanij & Hieronymi Donangeli  
M. D. XCI.

SVPERIORVM PERMISSV

15-204

SANCTISSIMO  
ET BEATISSIMO  
PATRI  
ET D. N. INNOCENTIO IX.  
PONTIFICI MAXIMO.

THOMAS BOZIVS PRÆSBYTER  
*Congregationis Oratorij sempiternam felicitatem.*



ON multis ab hinc annis, Beatissime Pater, in vulgus disseminavit impius quidam pestilentissima scripta, quibus ad summam nihil aliud docet, nisi vt Reges pietatem quidem religionemq. præferant, sed imaginè dumtaxat illius, umbramq. retinentes, rem verò ac veritatem nihili facientes, omnia reuocent ac referant ad vtilitatem quamdam suam, qua metiantur omnia cogitata, consilia, & actiones. Hæc à prudentibus huius sæculi, quorum stultam Deus facit sapientiam, quod est in diuinis libris, libentissimè excepta pepererunt innumera mala, perductaq. ad vsum in potentissimi Galliarum, regni administratione, cum foret illud olim florētissimum, turpissimè discerpserunt, ac dilaniarunt. Antea quidem, cum Pōtifici Romano studuit, obediit, ac subiectum fuit, Septentrionem domuit, Occidentale Imperium restituit, Reges dedit Germaniæ, Italiæ, Angliæ, Lusitaniæ, Nauarræ, Siciliæ, Neapoli, Poloniæ, Hungariæ, Cypro, Hierosolymis, Syriæ, Antiochiæ, Constantinopoli denique & Orienti Imperatores: ita vt nulla ab orbe condito natio tot Reges tamdiu ac tam latè simul imperitantes tot orbis partibus ac tantis dederit, vt Gallicani regni. Nunc autem quàm miserabiliter illud truncatum videmus? Sed istæc missa faciamus; neque enim sine maximo dolore & lacrymis commemorari possunt.

Aduersus hunc impium plurima nos hîc libris, à nemine hætenus obseruata, & collecta aperimus: è quibus illustrissimum fit, nihil non boni, siue illud ab animo, siue à corpore sit, aut extrinsecus adsciscatur, ab Ecclesia Catholica, cui præsidet Pontifex Romanus, pietateque in illam, ac religione dimanare. Et quidem quantum pertinet ad virtutes, à quibus constituuntur animi nostri bona, id superioribus duodecim libris est apertissimè explicatum: quibus & aliqua ad propositum facientia complexi sumus; nimirum societates à Catholicis initas cum hereticis, aut alioquin ab Ecclesia nostra alienis, ad extremum summam ruinam illis, casumque attulisse: atque hoc manifestissimis euentis ex omni memoria repetitis est à nobis legentium quorumlibet oculis subiectū. Vt hac parte laudandus sit Theodoricus Italiæ, Ostrogothorūq. Rex Arianus, cuius cum gratiam vellet aucupari familiaris quidam, atque ob id à fi-

de Catholica desciscens hæresi illius adhæssisset, idq. iactaret eo præsentem, continuo Rex eum pugione arrepto confodit, adiiciens: An egoputem tibi fidum, qui fidem prodidisti Ecclesiæ tuæ?

Similiter ostendi hæreticos in modum ferarum sæuire aduersus con sanguineos suos vsque ad internecionem: & quamuis non ita videantur à principio, ad extremum tamen peruenire ad ignauiam, rerumque imperitiam summam. atque hæc superioribus libris.

His autem liquet inter alia per Ecclesiam nostram fieri, vt quæ prius orbis terrarum funestissimæ clades diuinitus immittebantur, cohibita sint: amplissimi terrarum tractus, qui prisca temporibus non poterant habitari, sint exulti post ortum Christi, qui quidem non humanæ, sed cælestis sapientiæ, quam nemo sine solida pietate consequi potest, effectus sunt singulares. Rursus ostendimus, quoties Ecclesiæ iuribus ex vna parte diminuitur, ex alia multo amplius diuino munere reponi. Nulla porrò fuit religio, quæ tot homines colligat in vnum cælestium rerum sensum ex omni totius orbis terrarum gente collectos, amore proprio à fibris (quantum fieri potest) extirpato: quæ sanè sunt prudentiæ singularis: veluti & illud, nulli tam frequenti vniuersitati mortalium, qualis est Catholica, fuisse Antistitem supremum, qui pari studio & industria incolumitatem suorum fuerit tutatus, innumerosque habuerit asseclas ex omnibus orbis locis; ac tot inimicas nationes non armis, sed splendore virtutis, & mirabili quodam consilio sibi conciliarit, & arduis præceptorum legibus obseruandis obligarit, & ad insulas tam remotas & inaccessa toti antiquitati loca latissima per suorum solertiam penetrarit, aut tot Imperatores ac Reges potentissimos adduxerit omni æuo in tantam sui vel obedientiam, vel reuerentiam non modò honoris exhibitione, sed muneribus etiam locupletissimis testificatam.

Sed cui, quæso, genti vmquam fuit ab orbis fabricatione talis industria, & intelligentiæ vis, vt tanta terrarum spatia squallentia prius, & multis annorum millibus inculta, plurimisque partibus deserta perpolierit, & ad omnem dignitatis gradum extulerit; quod fecit Ecclesia nostra in amplissimis terrarum plagis supra Rhenum Danubiumque positis, quod est Europæ reliquæ duplum: aut in tot insulis, ac locis, quæ circumfluit Oceanus ad Ortum, Occasum, Boreamque, & Austrum?

Age verò sumantur ex vna parte omnium Regum, qui fuerint à condito mundo, notæ, nec fabulosæ successiones; ex alia parte Catholicorum: singulorumque exitus, qui fuerint proditi litteris, inspiciantur: ac videbimus, paucos nostrorum, plurimos illorum miserabiliter & atrociter obiisse. quam quidem comparationem nos fecimus, vt elucescat prudentia nostrorum veræ pietati adiuncta in omni vita instituenda, & ad exitum felicem perducenda. Sic nostra præ antiquis pacatissima esse tempora vel in medio furentium bellorum clarissimè aperimus, est autem diuini ingenij, ciuitates ac respublicas tueri tranquillas.

Illud præterea cælestis est sapientiæ, quam nemo potuit attingere, beatissimas Regum posteritates enumerare in terris, siue vitam laudabiliter actam, siue exitum quietum spectemus, aut imperij diurnitatem in eadem cognatione permanentis, aut amplitudinem considerare velimus. Ecquan-

do

do enim Græciæ contigerunt tot Imperatores, ac tam latè diuque dominantes, qui ad nepotes regna potentissima transmiserint? Afferatur in medium similis posteritas posteritati Constantini, Theodosij, Iustini, Basilij Macedonis Catholicorum. Ecquando Hispania, Gallia, Anglia, Scotia, Germania, Bohemia, Hungaria, Polonia, Dacia, Suecia, Noruegia confanguinitates habuit ab ipsius mundi ortu tot ac tantorum Regum?

Contempletur, quæso, totus Septentrio quæ fuerint bona suis nationibus, antequam se dederet Pontifici Romano; & quæ, ex quo sese illi addixit: ac videbit omnino, sæculis antea transactis nulla obtigisse, omnia verò postquam se denouit illi, vt liquidissimè ob oculos legentium nos ponimus toto libro vigesimo secundo. An non hoc sapientiæ reconditæ fuit opus?

Quæ verò illa potestas, qua Catholici dæmonas ab antiquis vel sapientissimis hominibus & gentibus diuino honore cultos vexant, fugantque; è corporibus, locisque obsessis? Numquid hoc sibi hæreticus vllus, aut alienus à nobis arrogabit? Numquid vmbra religionis hoc præstabit?

Atque vt aliqua è multis admirabilissima afferamus: plurimos nos è diuersis gentibus ac locis Reges hæreticos & Imperatores recensemus: quorum nullus, excepto vno, vel altero, quadraginta annos regnavit: cum tamen è nostris plurimos enumeremus, quibus multo longior vita in regno fuit.

At illud longè maximum videri debet: neminem fuisse toto æuo hæreticum Regem, qui paulo celebrius regnum nactus, vltra quartam progeniem transmiserit illud ad suos: quod nos illustriorum Regum successionebus delineatis clarissimum facimus, longè secus nostris accidisse ostèdentes: quod & contigisse ijs olim, qui inter suos arripuerint tyrannidem, probamus auctoritate Æliani scriptoris haud indiligentis. Quin recensemus omnium Regum, qui fuerint vmquam, nobiliores ab ortu mundi posteritates, ijsque aduersa multa euenisse aperimus, quæ nostrorum nemini contigere.

In istis autem sit hoc etiam maximè suspiciendum: nullam fuisse agnationem extraneorum Regum paulo clariorum, cui fuerit regia potestas vltra annos quadringentos: quod tamen spatium temporis è nostris sex feliciter superarunt, Henrici scilicet agnatio in Lusitania, Hugonis Capeti in Gallijs, Egberti in Anglia, Donaldi in Scotia, Boriuorij in Bohemia, Priusti in Polonia.

Quin nulla nostrorum Regum cognatio celebrior intercidit, sed per feminas in matrimonio Regibus alijs collocatas est in amplissimis regnis & Imperijs hucusque continuata, ita vt agnationes innumeræ Regum fuerint inter se insertæ, & cohærentes, cunctaque antiquitus reuocentur ad Clodouicum Francum, sanctamque Clotildim Burgundam, cuius pater Gundacarius Christianus vixit ante annos mille centum quinquaginta, & amplius. An igitur casu fertur mundus, Deusque; (vt inquit ille) otiosus circa cardines cæli perambulat? Cur igitur hæc tam constanti perpetuoque tenore suis solis vera pietate imbutis Deus est elargitus?

Non omittimus plurimas gentes hæreticas omnino delatas, ceterasque; haud multo postquam ceciderint in hæresim, à populis efferatissimis adductas in potestatem, & ad interitum miserrimè tendentes: quin euerfiones gentium, casusque; illustrium regnorum, quæcumque exstiterunt vmquam,

† 3

cau-

causasq; apertissimas ab ipsa religione & iustitia deductas explicamus.

Atque vt euentissimum fiat omnibus ad solidam pietatem nihil non esse referendum, viginti quatuor tempora enumeramus, quibus Imperatores terrarum summi loco depulerunt Pontifices Romanos, aut etiam necarunt, commoto in eos, eorumque supremam potestatem & studiosos bello; quibus simul Deus orbem terrarum prodigiis, cladibus, vastitatibus, praelijs, pestilentijs, sterilitatibus, terræmotibusq; afflixit, ac propè perdidit: vt nemo non scilicet videat quanti sit Ecclesia, quanti Pontifex illius summus. Nam mundus etiam tum deinum conflagrabit, cum veniens Antichristus, in Papam, sanctamq; Ecclesiam sumet arma; cuius ruinæ, quæ suprema continget, vmbra quamdam tenuem referunt illa viginti quatuor tempora à nobis descripta.

Hæc fusius explicantur his libris, Beatissime Pater, vt cuncti agnoscant, quæ sit Ecclesiæ diuinitas in terris, & in cælo. Illos autem Sanctitati tuæ offerimus, tū quia Christi loco sedes in domo David, clauum tenens sacerdotij Regalis, aperias, neque sit qui claudat, claudas, neque sit qui aperiat; inde sint arcana secretorum, ante illam populi subijciantur, dorsa Reges vertant, gloriosi terræ humiliantur, æræ portæ conterantur, vectes ferrei confringantur, tum quia singulari omnium rerum doctrina & vsu excellentissimus, quæ ad orbis vniuersi statum pertinent negotia, consiliaq; semper explicaueris, atq; ob id in turbulentissimis Ecclesiæ temporibus sis electus, vt vberimos, & optatissimos fructus ostendas admirandæ gubernationis. Erunt verò hi duo tomi, quasi ærea minuta duo, quæ misit pauperula vidua in gazophylacium, quæ cum Sanctitate tua Deus respicere de sede sancta sua, confertamq; coagitatam, ac supereffluentem benedictionis & gratiæ diuinæ mensuram in sinu nostro dare dignetur.

GA-

GABRIELI PALEOTTO  
CARDINALI AMPLISSIMO  
THOMAS BOZIVS FELICITATEM.



*V*OD Excellentissimi philosophorum dixerunt, Amplissime Cardinalis, abstrusam in profundo veritatem, sapientissimè illi quidem sunt locuti. Vix est enim qui sensibus non hæreat adductusq; sit, præteruolet autem quæ longe sunt à quotidianis euentibus rerum, neque feriunt oculos incursum suo, sed mente teneri, aut illius inuestigatione sollicita explorari atque inueniri solent. Nimirum pretiosa quæque sunt huiusmodi, vt in promptu atque ad manus continuò non sint, sed opus sit ad illa habenda, ac potiunda, inuictò labore, peruigili studio, vehementiq; acie mentis incuncta intendente. Auri argentiq; venas, difficile est, vt quis reperiat: simulatque autem reperta sunt, numquid protinus aurum vel argentum replet arcas? effodere oportet humum, cuniculos agere, in viscera (inquit ille) telluris ire, dixerim prope, è superis ad infera descendere. Sed quid exempla hæc adducimus? quid conspicuum magis, quam calum, caliq; sidera? circumuoluuntur illa, & numquam non nostris se oculis exhibent conspicienda, in contemplationemq; sui nos & admirationem rapiunt: et tamen quotusquisque est, qui cursus eorum sciat, statosq; et recurrentes dies, quibus in gyrum suum redeuntia varios multiplicisq; aspectus faciunt oculis nostris? Ridemus omnes gentium quarundam stoliditatem, quæ post tot sæcula ab orbe condito transacta Luna Solisq; defectus ignorant, arbitranturq; ubi viderint illa obscurari, vel mundum ruiturum, vel, quod risum moueat, absorberi nobilissima cali lumina à serpente: adeo procliuè est humanum genus ad ineptissima credenda potius, quam sublimium quamuis ante oculos positam veritatem consequendam. Præscorum sapientum multi Antipodas esse tradiderant, rationes afferebant, quibus hæud poterat responderi; Mathematicarum rerum periti certissimò sic esse asseuerabant: & tamen cum post tot emensa annorum millia venit in mentem Christophoro Columbo ad illos explorandos cursum tenere, inuiaque & inaccessa toti antiquitati loca audacissimo (sic enim quispiam loquerentur) aggressu petere, quantos hominū cachinnos diuini virum consilij explodentium concitauit aduersus huiusmodi inceptum? inuenit altissimi ingenij feminam contemplationi celestium precibusq; sacris plus temporis impartientem, quam rebus tractandis, quæ daret aurem tanta, sed insolita narrationi: aggressus est rem: quod expetiit vir immortalis memoria dignus est assecutus.

Hæc


Hac libuit, integerrime Cardinalis, ideo prefari, quod plurima nobis Christianis sint quasi calo in fixa sidera, qua rapiant nos in admirationem, diuinis scilicet litteris prodita oracula et effata; sint etiam veluti terrenis integumentis abscondita metalla, humanarum nempe rerum recurrentia euenta, certa illorum progressiones, status, et interitus. sed quemadmodum certa fide tenemus enunciatam sacra, sic in terris humanarum rerum nobis incerta sunt plerisque origines, et casus. Nā quis vel ignorat, vel non credit illud: Vidi impium super exaltatum et eleuatum sicut cedros Libani: transiui, et ecce non erat: quasi inueni eum, et non est inuentus locus eius: dolosi non dimidiabunt dies suos: semen impiorum peribit, generatio rectorum benedicetur, potes in terra erit semen eius: gens, et regnum, quod non seruiert tibi, peribit, et gentes solitudine vastabuntur? et tamen, si quis petat, ut hac aliaque innumera exemplis comprobentur, habebunt aliqui: si quis autem probare conetur Antipodum multi putabunt hanc esse nauigationem, neque minus bonis, quam malis accidere superiora. Nimirum qui volet hac aliaque plurima asseuerare, et contraria confutare, necesse est antiquitatem prope totam teneat, exitus memorabiles omnium rerum vel disidentes, vel inter se respondentes infixit memoria, contulerit inuicem, tempora examinauerit, casus, et ortus, eorumque causas obseruauerit, veritatique summa libris diuinis consignata innixus vastissima Oceani profunda prateruectus sedulo contempletur, quem signet cursum, sinuumque insidens linea, polumque nobis apertum respiciens, ac miro artificio caelestibus coniungens humanae magnae, sacrarum scilicet fides, ut in portu tandem veritatis conuiescere tutus ac latus ille possit.

Hac nobis agenda et superanda fuerunt, laudatissime Cardinalis, hoc opere, quo Dei summi Ecclesiam suam moderantis, et ad illius gloriam cuncta referentis, nos aperimus consilia, et acta in omnibus humanis ac terrenis sese manifestum quidem prodentia, sed humanos sapientius oculos alio respicientes effugientia.

Tibi porro dedicamus haec, quod nihil non debeat integritati sapientiaeque tuae singulari, qua plurimi usque ad canos experimētis compta obstruxit ora calumniantium perpetuo virtutum tenore, ac stabilitate, oculosque inuidorum clarissima luce perstrinxit, nos vero sis solitus amare, ac potius emori vellem, quam non respondere, ac non rependere quodcumque illi possem: cum nihil ingrati animi vitio vel turpius sit, vel insipientius etiam sui amantibus amorem, et cum queas, amoris et reuerentiae aliquem fructum non retribuere. Quod valemus prestabimus semper: cetera precibus concipientes, Deum rogabimus, ut tibi diu viuenti ad maxima et optima quaque in terris peragenda efficacitatem benignissime impartiat, ac largissime semper donet.

AR-

## ARGUMENTA LIBRORVM, ET RATIO ORDINIS SERVATI.



**R**Explicauimus superioribus libris, Ecclesiae, Dei que esse unum spiritum per Chrifti sacramentum, et ex hac coniunctione deduximus LVII. signa à virtutibus deriuata. Id erat reliquum, ut ageremus de coniunctione, qua Ecclesiae est unum corpus cum Chriſto, et qua est eiusdem similiter unum regnum; ac signis, quae ex his duabus coniunctionibus deducuntur.

Igitur libro decimotertio afferuntur sex classes testimoniorum afferentium probantiumque in Eucharistia esse verum Christi corpus, in quod panis ac vini substantia mutetur, ac nobis illud sumentibus copuletur. Prima est decem locorum testamenti noui, secunda constat à dictis et institutis Apostolorum et Patrum, tertia conficitur à Conciliis, quarta à consensu expresso totius orbis quolibet die per homines cuiusvis conditionis repetitus usque ad aetatem nostram, quinta ex oraculis antiquis, sexta à figuris.

Decimusquartus continet septem reliquas classes, et confutationem contrariorum. Septima itaque classis sit à testimoniis duodecim priscorum Rabinorum, Octaua ex oraculis Sibyllinis, Nona à confessione belluarum et fugatione spectrorum, Decima ex inuita expulsiuorum demonum confessione, Undecima à rationibus diuinis, Duo decima à similitudinibus diuinis, Decimatertia à miraculis maxime claris, ac diuinis. Inde diluuntur septem capita obiectionum.

Decimusquintus habet signa ex hac corporis coniunctione emanantia, ac spectantia primo loco ad corpora viua sanctorum, secundo ad cadauera defunctorum, tertio ad res, quae vel illa tetigerunt, vel referunt, aut ad ea referuntur.

Signa verò sunt haec:

LVIII. Miri effectus Eucharistiae sumptae.

LIX. Stigmata diuina corporum sanctorum.

LX. Corporum praesentia multiplicata, aut inuisibilis.

LXI. Dotes diuinae corporum sanctorum.

Signa secundo loco deducta à cadaueribus sanctis.

LXII. Dei prouidentia in tuendis reliquiis.

LXIII. Caelestes proprietates cadaueribus sanctis communicatae.

LXIV. Redintegratio cadauerum dissectorum.

LXV. Cadauerum quasi uiuentium functiones.

LXVI. Affectiones mira cadauerum sanctorum.

Signa tertio loco deducta à rebus respicientibus sanctos.

LXVII. Signa rerum, quas sancti tetigerunt.

LXVIII. Imaginum sacrarum effectus.

LXIX. Signa rerum respicientium sanctos.

LXX. Splendor rerum sanctorum.

LXXI. Mira affectiones rerum sacrarum.

LXXII. Cessatio cladum post ortum Christum.

LXXIII. Terrae habitabiles effectus, postquam Christus à terra corpus sumpsit.

De-

Decimus sextus agit de tertia coniunctione, qua Christi & Ecclesia est idem regnum, quod contingit per ordinis sacramentum: quod sex testimoniorum classibus confirmatur. Prima constat de dictis ac factis Christi, Secunda de dictis & factis Christi & Apostolorum, Tertia ex oraculis antiquis, Quarta de figuris, Quinta de doctoribus, Sexta de Concilijs: mox aperitur Ecclesiam labi non posse in vniuersalibus fidei morumque decretis, eius doctrinam esse diuinam, maiorisque auctoritatis, quam scripturam.

Decimus septimus recenset signa deducta ab hac tertia coniunctione, & primo loco que nascuntur ab ipsa tota, vel precipuis eius membris ac rectoribus, quorum est administratio regni istius in terris: que sunt

LXXIV. Catholica Ecclesia.

LXXV. Præstantia sacre potestatis.

LXXVI. Admiranda progressio sacre potestatis.

LXXVII. Perpetua successio Apostolorum.

LXXVIII. Principatus Romæ positus.

LXXIX. Auxilium cælitum in bellis.

Decimus octauus agit de potestate & eminentia Pontificis Romani, & est signum  
LXXX. Petri cathedra.

Decimus nonus de incredibili ac singulari cura eiusdem Pontificis in imperiis Catholicorum tuendis, & amplificandis. Signumque est

LXXXI. Cura Papæ in Catholicis tuendis.

Vigesimus continet signa proficiscentia secundo loco à populis, & alijs subiectis Ecclesie Catholice, ac regno ipsius: ea verò sunt

LXXXII. Innumeri Catholici.

LXXXIII. Inimicorum conciliatio.

LXXXIV. Insulae longinquæ, & nouæ.

LXXXV. Plurimorum Regum cultus.

LXXXVI. Regum summa reuerentia.

LXXXVII. Amplissima Catholicorum dona.

LXXXVIII. Cultus desertorum, locorum.

LXXXIX. Felix exitus Regum Catholicorum.

XC. Pax summa Catholicorum.

XCI. Bella perpetua, victoriaque ex eis.

Vigesimus primus totus est in explicandis euentibus prosperis, que posteritatibus Catholicorum Regum accidere, atque idcirco singillatim recensentur omnes Regum Catholicorum prosapia, ac felicitas vniuscuiusque prosapia: est autem signum  
XCII. Felix posteritas Regum Catholicorum.

Vigesimus secundus completitur que Deus est largitus Ecclesie Catholice studiosis, facientia ad eorum decentem felicitatem; & in his ducenta bona, que Septentrio & Germania possident, ex quo Pontifici Romano adherent; cum prius nihil haberent eorum: signum est

XCIII. Decens felicitas Catholicorum.

Vigesimus tertius narrat signa deducta tertio loco ab ijs, qui aduersantur Ecclesie sancte regno; que sunt

XCIV. Potestas in demonas.

XCV. Pena in imminuentes sacra iura.

XCVI. Obitus heresiarcharum in gloria, & infelices.

XCVII. Infelix exitus hereticorum Regum.

XCVIII. Infelix posteritas alicuorum. Hic recensentur genealogie illustriores omnium Regum extraneorum, & euentus infelices illorum, que nostris non acciderunt, singillatim referuntur, ac delineantur.

Vigesimus quartus prosequitur signa generis eiusdem, refertque gentium regnorumque omnium euerfiones, & causas earum, cladisque, & prodigia, quibus orbis est viginti quatuor temporibus afflictus, cum quinque Imperatores summi persequuti sunt Pontifices Romanos, & Ecclesiam Dei. Quæ referunt imaginem quamdam temporis illius, quo Antichristus bellum mouebit similiter in Ecclesiam, Præsulesque illius; cum denique variis cladibus deturpabitur mundus, conflabit, ac renouabitur in meliorem formam vna cum sanctis filiis Ecclesie à Christo. Signa sunt

XCIX. Infelicitas hereticarum nationum.

C. Prodigia, & clades cælitus missæ, & euerfio Gentium, ac regnorum.

Postremo loco narrantur que contingent temporibus Antichristi, & agitur de nomine ac morte ipsius, Eucharistie sacrificio per ipsum sublato, mundi que instauratione.

## AVCTOR AD TYPOGRAPHOS.

**V**etor monet Typographos, quicumque posthac excudere volent hos libros, ut ipsum faciant hac de re certiore, quò possint habere nonnulla, quibus illi erunt auctores, & emendatiores.

## ARGVMENTA SIGNORVM ET CAPITVM.



### Liber Decimus tertius.

<b>D</b> er Eucharistiæ sacramentum fit vnum Ecclesiæ corpus cum Christo, & quomodo fit vnum. Cap. 1.	pag. 1
Decem loca Testamenti noui, quibus probatur Eucharistia esse verum Christi corpus, cui nos adiungamur, & in cuius substantiam mutetur substantia panis, ac vini testimonia noui Testamenti. Cap. 2.	pag. 5
Secunda classis testimoniorum, quibus probatur in Eucharistia esse verum Christi corpus, & sanguinem, in quæ transeant panis ac vinum, cuius sumptione nos verè adiungimur in vnum corpori Christi. Constat hæc classis ex Apostolorum, Sanctorum, Doctorumq. institutis, & dictis. testimonia Apostolorum, & Patrum. Cap. 3.	pag. 9
Tertia classis testimoniorum constans è Conciliis. Testimonia Conciliorum. Cap. 6.	pag. 23
Quarta classis testimoniorum: Consensus expressus omnium totius orbis nationum, & cuiusvis conditionis & ætatis hominum sæpius quolibet propè die repetitur, ab ipsa Christi institutione ad nostra tempora. Consensus expressus totius orbis. Cap. 5.	pag. 28
Quinta classis testimoniorum: Vaticinia antiqua. Cap. 6.	pag. 31
Classis sexta testimoniorum: Figuræ antiquæ. Cap. 7.	pag. 42

### Liber Decimus quartus.

<b>S</b> eptima classis testimoniorum constans ex antiquissimis Rabinis, quorum producuntur duodecim testimonia comprobantia propositam veritatem. Rabini antiqui. Cap. 1.	pag. 52
Octaua classis testimoniorum constans ex oraculis Sibyllinis, quarum quatuor oracula producuntur contestantia verum Christi corpus esse in Eucharistia, per quod cum ipso & inter nos coniungamur. Oracula Sibyllarum. Cap. 2.	pag. 54
Nona classis testimoniorum: Confessio belluarum, & animalium, & fugatio spectrorum. Confessio animalium, & fugatio spectrorum. Cap. 3.	pag. 58
Classis decima testimoniorum. Inuita confessio dæmonum expulso- rum, dæmonum expulso- rum confessio. Cap. 4.	pag. 60
Classis vndecima testimoniorum: Rationes diuinæ, quarum decem capita afferuntur ad propositam veritatem stabiliendam. Cap. 5.	pag. 61
Duodecima classis testimoniorum: Similitudines. Diuinæ. Cap. 6.	pag. 68
Decima tertia classis testimoniorum. Miracula maximè clara, & diuina. Miracula clara. Cap. 7.	pag. 76
Respondetur obiectionibus hæreticorum, quæ ad septem capita rediguntur; horum quatuor hoc capite explicantur desumpta è sacris scriptis perperam intellectis. Cap. 8.	pag. 79
Diluuntur tria capita argumentorum, quæ à philosophis videntur desumpta. Cap. 9.	pag. 84
Ostenditur posse diuinitus fieri, ut corpus loco non adstringatur, neque occupet illum. Cap. 10.	pag. 88



## Argumenta

Septimum, & vltimum caput obiectionum aduersus tranſubſtantiationem. Rationes, è quibus Deus vult panis ac vini ſubſtantiam mutari in ſubſtantiam corporis ac ſanguinis Chriſti. Cap. 11. pag. 94

### Liber Decimus quintus.

**R**ecensentur ſeptem argumenta, è quibus colligi poteſt clariffimè, quænam ſint malorum dæmonum præſtigiarum, & ſpectra. Cap. 1. pag. 98

#### SIGNVM QVINQVAGESIMVM OCTAVVM.

Miri effectus Euchariſtiæ ſumptæ.

**E**x effectibus admirandis Euchariſtiæ, quæ in Catholicorum corporibus extiterunt, apparet nos eſſe ex Eccleſia Dei. Cap. 2. pag. 101

#### SIGNVM QVINQVAGESIMVM NONVM.

Stigmata diuina corporum ſanctorum.

**S**tigmata impreſſa corporibus aliquot noſtrorum, palam faciunt inter nos eſſe Eccleſiam Dei. Cap. 3. pag. 104

#### SIGNVM SEXAGESIMVM.

Corporum præſentia multiplicata, aut inuiſibilis.

**C**orporum ſanctorum præſentia, aut pluribus locis eodem tempore communicata, aut huiusmodi, vt oculos humanos effugeret, oſtendit illos, noſque doctrinæ illorum adhærentes eſſe ex Eccleſia Dei. Cap. 4. pag. 106

#### SIGNVM SEXAGESIMVM PRIMVM.

Dotes diuinæ corporum ſanctorum.

**C**um pluribus noſtrorum corporibus communicatæ fuerint aliquando diuinitus dotes illæ, quæ corporibus reſurgentium glorioſis ſemper conuenient, id fidem facit noſtros conſtituere Eccleſiam. Cap. 5. pag. 108

#### SIGNVM SEXAGESIMVM SECVNDVM.

Dei prouidentia in tuendis reliquiis.

**D**eus incredibilem quamdam curam prouidentiamque ſæpius oſtendit in reliquiis ſanctorum conſeruandis: quod ſanè efficit, à noſtris Eccleſiam Dei conſtitui. Cap. 6. pag. 113

#### SIGNVM SEXAGESIMVM TERTIVM.

Cæleſtes proprietates cadaueribus ſanctis quandoque communicatæ, velocitas, impaſſibilitas, ſplendor, incorruptio.

**C**um Deus cadaueribus noſtrorum multis ſæpè mirabiliter communicarit diuinas dotes, quæ glorioſis reſurgentium corporibus ſemper inerunt; hinc fit, à noſtris Eccleſiam Dei. Cap. 7. pag. 117

## Signorum, & Capitem.

### SIGNVM SEXAGESIMVM QVARTVM.

Redintegratio cadauerum diſſectorum.

**D**eus ſæpè noſtrorum corpora diſcerpta integritati ſuæ mirabiliter reſtituit eo modo, quo reſtituentur, cum ſubuehentur in cælum: hinc apparet à nobis conſtitui in terris Eccleſiam Dei. Cap. 8. pag. 120

### SIGNVM SEXAGESIMVM QVINTVM.

Cadauerum quaſi viuentium functiones.

**D**eus dedit ſæpè ſanctorum cadaueribus, vt operarentur quæ à viuis dūtaxat effici poſſunt; quod eſt argumētum nos pertinere ad Eccleſiā Dei viuētis. Cap. 9. p. 122

### SIGNVM SEXAGESIMVM SEXTVM.

Affectiones miræ cadauerum ſanctorum.

**A**ffectiones admirandæ, ac prorfus diuinæ cadauerum ſanctorum manifeſtum faciunt inter nos eſſe Eccleſiam Dei. Cap. 10. pag. 124

### SIGNVM SEXAGESIMVM SEPTIMVM.

Signa rerum, quæ ſancti tetigerunt.

**M**iracula diuina rerum, quæ vel tetigerunt, vel reſpiciunt aliquo modo ſpecialim corpora ſanctorum, concludunt à nobis conſtitui Eccleſiam Dei. Cap. 11. p. 127

### SIGNVM SEXAGESIMVM OCTAVVM.

Imaginum ſacrarum effectus.

**I**maginum ſacrarum diuini effectus indicant nos eſſe ex Eccleſia Dei, nequaquam verò alienos à nobis. Cap. 12. pag. 130

### SIGNVM SEXAGESIMVM NONVM.

Signa rerum reſpicientium ſanctos.

**M**iracula rerum ſpecialim reſpicientium ſanctos noſtros, oſtendunt nos eſſe ex Eccleſia Dei. Cap. 13. pag. 133

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM.

Splendor rerum ſanctarum.

**S**plendor à Deo communicatus rebus ſacris, quæ ad noſtros referuntur, indicat nos eſſe ex Eccleſia Dei. Cap. 14. pag. 135

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM PRIMVM.

Miræ affectiones rerum ſacrarum.

**D**iuinæ affectiones rerum ſacrarum, quæ pertinent ad ſanctos Eccleſiæ noſtræ, ſignant nos eſſe ex Eccleſia Dei. Cap. 15. pag. 136  
Ima.

## Argumenta

Imagines sacræ sunt adorandæ, siue honorandæ; corpora similiter, & reliquiæ sanctorum. Cap. 16. pag. 138

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM SECVNDVM.

Cessatio cladum.

**C**essatio maximarum cladum post Christi legem receptam, nos indicant esse ex Ecclesia Dei. Cap. 17. pag. 143

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM TERTIVM.

Terræ habitabiles effectæ.

**P**lagæ terrarum magis habitabiles, ac meliores effectæ post ortum cultumque Christum, nos ostendunt esse ex Ecclesia Dei. Cap. 18. pag. 147

## Liber Decimus sextus.

**S**tenditur multis, Christi, & Ecclesiæ esse idem regnum. Cap. 1. pag. 161  
Ordinis sacramento Christiani hoc regnum sortiuntur, quod pertinet ad Episcopos, & sacerdotes. Episcoporum est ordinare, confirmare, indulgentias largiri, excommunicare: Sacerdotum baptizare, sacrificare, absoluerè à peccatis, vngere morientes, matrimonia consecrare. Cap. 2. pag. 165  
De coniunctione Regni Ecclesiæ & Christi Classis prima, & secunda.  
E dictis ac factis Christi & Apostolorum probatur ordinem esse sacramentum, quo Episcopi & sacerdotes iure ordinario sacramenta administrare possunt, & infundere in nos per ea Spiritum sanctum. Testimonia Christi. Cap. 3. pag. 168  
Classis tertia. Oracula, quibus est præsignificatum fore, ut per ritus, quibus nostri sacerdotes & Episcopi consecrarentur, Spiritus sanctus infunderetur. oracula antiqua. Cap. 4. pag. 170  
Classis quarta. Ex vmbribus & figuris antiquis probatur ordinationem esse sacramentum. Figuræ. Cap. 5. pag. 172  
Classis quinta, & sexta. Idem probatur à Conciliis, Patrum testimonia. Cap. 6. pag. 174  
Episcopi indulgentias largiuntur, excommunicant, sacerdotes baptizant, absolunt consentes, vngunt morientes, consecrant matrimonia, conficiunt corpus Christi. Cap. 7. pag. 176  
Ecclesia labi non potest in vniuersalibus fidei morumque decretis; idque locis quindecim scripturæ probatur. Cap. 8. pag. 180  
Ostenditur latè doctrinam Ecclesiæ esse diuinam. cap. 9. pag. 184  
Maioris auctoritatis est Ecclesia, quam diuina scriptura separatim considerata. Cap. 10. pag. 188

## Liber Decimus septimus.

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM QVARTVM.

Catholica Ecclesia.

**N**ecessè est, ut Ecclesia Dei vniuersum mundum complectatur: id verò Ecclesiæ nostræ, quæ Dei est, solummodo contingit; idcirco alieni ab illa non sunt ex Ecclesia Dei. Sibyllæ prædixerunt Ecclesiam Catholicam futuram. Cap. 1. pag. 193  
SI

## Signorum, & Capitem.

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM QVINTVM.

Præstantia sacræ potestatis.

**N**ecessè est in Ecclesia Dei sacræ potestatem cunctis aliis præstare: quod solum nobis adesse, hæreticis secus, probatur. Argumentum à iure naturali, à iure Gentium, à lege antiqua, ab exemplis antiquæ legis, ex apertissima Dei protectione, ex euentis prosperis, aut aduersis, ostenditur cunctis præponèdos sacerdotes ab oraculis sacris, à dictis Christi, à factis Christi, ab institutione Christi ex quo ascendit in cælum, à continua obseruatione vsque ad tempora Constantini & inferiora. Cap. 2. pag. 198

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM SEXTVM.

Admiranda progressio sacræ potestatis.

**Q**uo magis est depressa sacræ potestas, eo potentior illa & illustrior diuinitus emerit: quod signat nos esse ex Ecclesia Dei. imminutio prima sacræ potestatis, amplificatio opposita, potestas Papæ in vrbe & Occidente per Constantini liberalitatem data, opes Pontifici Romano acquisitæ per Constantini liberalitatem, imminutio secunda, amplificatio opposita. Quid iuris sit Papæ in Galliarum regnum, maiorum est imponere coronam, imminutio tertia, amplificatio opposita. Hispani primi ob hæresim Reges regno spoliarunt. ad Papam spectabat olim reicere, aut admittere in Imperio Occidentali, qui fuisset electus in Oriente Imperator. Roma & loca Imperij Occidentalis quando & quomodo in potestatem Pontificis Romani omnino peruenerint. Cap. 3. pag. 203  
Recensentur quæ nonnulli conati sunt auferre sacræ potestati post Imperium Occidenti restitutum, & quomodo Deus illam contra amplificauit; Regna electionis iure per Episcopos collata; regna tributaria Pontifici Romano; Imperatores deiciti à Pontifice Romano; quas ob causas regna & Imperia ablata; regium nomen à Pontifice Romano datum; infeudatio regnorum facta Pontifici Romano; orbis diuisio facta à Pontifice Romano. Cap. 4. pag. 209

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM SEPTIMVM.

Perpetua successio Apostolorum.

**I**lla est Ecclesia Dei, in qua successio perpetua Episcoporum apparet, quæ quidem numquam interrupta fuerit ab exordio Ecclesiæ constitutæ à Christo. Ex omnibus Patriarchis Orientalibus aliqui hæresiarchæ, aut hæretici. Cap. 5. pag. 213

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM OCTAVVM.

Principatus Romæ positus.

**P**rædictum fuit Ecclesiæ principatum Romæ futurum; quod Ecclesiæ dumtaxat nostræ contingit. Cap. 6. pag. 216

### SIGNVM SEPTVAGESIMVM NONVM.

Auxilium cælitum in bellis.

**C**um cælites ipsi sapienter vis sint in bellis; quæ Catholici gessere aduersus hostes suos, ipsi opem ferentes, hinc fit nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. 7. pag. 219

# Argumenta

## Liber Decimus octauus.

### SIGNVM OCTVAGESIMVM.

Petri cathedra.

**N**ecessè est Ecclesiam Dei ædificari supra Petrum, ipsiusque cathedræ & successioni Pontificiæ adherere illam: quod nobis solummodo contingit. Discrimè potestatis datæ Petro, & Apostolis; quia Christus inter Apostolos dicit esse maiorem, & præfessorem. Christus ad eum voluit Petrum esse Apostolorum principem, ut neque ipso exigente voluerit hoc aliis Apostolis cõmunicare. Quindecim Petri honoraria exprimentia ipsius potestatem. Cap. 1. pag. 225

Quatuor, quæ sunt summæ potestatis, omnia illa Petrus egit post ascensionem Christi; ex quibus conficitur Ecclesiæ Antistitè supremum Petrum fuisse. tres Apostoli à Petro ordinati, Matthias, Barnabas, Paulus. Petrus primarios Episcopos orbis creauit, cui cuncti parebant; Petrus leges vniuersales tulit, & abrogauit. Cap. 2. pag. 235

Ostenditur à Petro sui iuris successores relictos Pontifices Romanos. Cap. 3. pag. 240  
Explicatur ad Pontificem Romanum pertinuisse semper Episcopos Ecclesiæ totius ordinare, ac deponere. Imperatores impij potestatem Romani Pontificis non auferri si sunt iniure, & violare. Cap. 4. pag. 245

Ostenditur solius Romani Pontificis fuisse vniuersales leges ferre, Concilia sancire, ad illum primos quosque honores vel in minimis semper delatos, nihil illi inconsulto graue ab vilo Episcopo tractari vniquam licuisse. Deinde obiecta quædam diluuntur. Papa Concilijs vniuersalibus præfedit. litteræ Pontificum Romanorum sunt habitæ pro sacris. Primi honores vel in minimis Pontifici Romano delati, nihil vniquam graue actum, nisi consulto Pontifice Romano. Obiecta hereticorum ridicula confutantur. Cap. 5. pag. 251

Pontifex Romanus est Petri successor iure diuino, errare non potest in vniuersalibus morum fideiue sanctionibus, & argumenta contraria soluantur. Papa errare non potest, cum Papa Petrique successorem agit, leges scilicet vniuersales sancit. Cap. 6. pag. 255

## Liber decimus nonus.

### SIGNVM OCTVAGESIMVM PRIMVM.

Cura Papæ in Catholicis tuendis.

**M**aximum studium, quod Pontifex Romanus semper adhibuit, ut Catholicorum regna starent, id maxime ostendit à nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. 1. pag. 262

Summum studium Pontificis Romani in conseruando Imperio Romano, & maxime Occidentali, antequam rueret omnino, Orientalique in Italia locis. Cura Leonis Primi in Imperio Occidentali tuendo; Hæreticorum perfidia in euertendo Imperio Occidentali; Cura Papæ in restituendo Imperio Occidentali; Syluestri, Ioannis Tertii, Gregorij Primi, Bonifacij Quinti, Gregorij Secundi, Gregorij Tertij, beneficia Pontificum Romanorum in Imperatores, & horum malefacta in Papas. Cap. 2. pag. 270

Explicatur summum studium Pontificis Romani in conseruando Imperio Orientali. Gregorij Quarti cura in tuendo Imperio Orientali. Vrbani Secundi, Pontificum sequentium, Eugenij Tertij, Gregorij Octaui, Gregorij Decimi, Bonifacij Octaui, Ioannis Vigesimali secundi, Gregorij Vndecimi, Eu-

## Signorum, & Caputum.

Eugenij Quarti, Nicolai Quinti, Calixti Tertij, Pij Secundi, Pauli Secundi, Sixti Quarti. Cap. 3. pag. 274

Summum studium eiusdem Romani Pontificis in reparando Imperio Occidentali & conseruando. amor Papæ in Germanos, & in tuenda inter illos Imperij dignitate ac potestate. Cap. 4. pag. 280

Summum studium Romani Pontificis in conseruado & amplificado Germaniæ regno. Duo opera Pontificia à Germanis explosa quantum boni attulerint Germanis; beneficia Papæ in ordinem Theutonicorum, primæ Italarum copiæ missæ in Germaniam à Papa ad ipsam aduersus Turcas tutandam. Cap. 5. pag. 292

Enumerantur aliqua, & quibus, perspectissimus fit amor Papæ in Germanos Imperatores. Cap. 6. pag. 303

Admirabilis Dei prouidentia aduersus Imperatores Germanos contumaces ad testificandum clarissime in illos Papæ amorem. Cap. 7. pag. 307

## Liber Vigesimali.

### SIGNVM OCTVAGESIMVM SECVNDVM.

Innumeri Catholici.

**Q**um sint in Ecclesia nostra innumeri, qui in eandem fidem conueniunt, alijs autem secus contingat, hinc fit nos esse ex Ecclesia Dei. Diffidia Mahometanorum in propria superstitione. Cap. 1. pag. 309

### SIGNVM OCTVAGESIMVM TERTIVM.

Inimicorum Conciliatio.

**P**rædictum est fore, ut Ecclesia Dei conciliet sibi, & amicissimos faciat, qui prius inimicissimi erant, iique sint eius fortissimi propugnatores: quod nostræ Ecclesiæ contingere, nō alienis, fit manifestū. Septē nationes, Christianis dominatæ Christū postea secutæ. tredecim maxime gētes Christo inimicæ Christū secutæ. Cap. 2. p. 314

### SIGNVM OCTVAGESIMVM QVARTVM.

Insulæ longinquæ, & nouæ.

**P**rædictum est fore, ut Christi nomen coleretur ab insulis maxime remotis, & omnino nouis. id Catholicæ Ecclesiæ dumtaxat accidere nunc, & accidisse semper, fit manifestum. Cap. 3. pag. 318

### SIGNVM OCTVAGESIMVM QVINTVM.

Plurimorum Regum cultus.

**N**ecessè est, ut ad Ecclesiam Dei conuenirent in vnam fidem Reges innumeri, quin Reges vniuersæ terræ: quod soli Ecclesiæ nostræ contigit hucusque, & in dies magis contingere videmus. Cap. 4. pag. 323

### SIGNVM OCTVAGESIMVM SEXTVM.

Regum summa reuerentia.

**C**um Reges & Imperatores maxime coluerint Ecclesiæ nostræ Episcopos, id est apertissimū signū illā esse Ecclesiā Dei, quando sic est à sanctis vatibus præ-

## Argumenta

dictum. Quod hæreticis tantum abest vt contigerit vniquam vel contingat, vt nihil minus. Cap. 5. pag. 326

### SIGNVM OCTVAGESIMVM SEPTIMVM.

Amplissima Catholicorum dona.

**C** Em Reges, & Imperatores, aliique plurima sint Ecclesie largiti, quod contra suis hæretici principes fecerunt; ad eamq. sint amplissime opes è longinquo aduectæ; palam fit ex oraculis antiquis id significantibus, à nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. 6. pag. 330

### SIGNVM OCTVAGESIMVM OCTAVVM.

Cultus desertorum locorum.

**C** Vm per Ecclesie nostræ alumnos ac studiosos innumera terrarum spatia prius inculta, & horrentia sint castris, vrbibusque ædificatis ornata, & omni agriculturæ ratione excolta, palam fit à nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. 7. p. 338

### SIGNVM OCTVAGESIMVM NONVM.

Felix exitus Regum Catholicorum.

**Q** Vicumque Reges Ecclesie nostræ fuerunt maximè studiosi, & in illam munifici, Deus hos valde prouexit, vt palam fieret hanc esse Ecclesiam Dei. Collatio omnium Regum Catholicorum quò ad obitus suos; infelicitas Imperatorum Constantinopolitanorum; infelicitas Augusti. Cap. 8. pag. 341

### SIGNVM NONAGESIMVM.

Pax summa Catholicorum.

**P** Lurimis argumentis palam fit in Ecclesia Catholica præcipuam pacem semper floruisse; ita vt nulla illi natio, quæ tam diu præstiterit, ac tam latè sit diffusa, sit comparanda. Quod est apertissimum signum ipsam esse Ecclesiam Dei. Bella cruenta inter Catholicos in Galliis; in Germania; Catholicorum cædes editæ à Mahometanis; Strages Mahometanorum factæ à Catholicis. Quanto tempore pax fuerit Italiae ante Christum, & post eius doctrinam receptam; Clades Italæ ac Romanis illatæ ante Christum; maximè seditiones in eligendis Imperatoribus Romanis. Cap. 9. pag. 350

### SIGNVM NONAGESIMVM PRIMVM.

Bella perpetua, victoriaque ex eis.

**P** Rædictum est fore, vt Ecclesia maximè & semper aduersis concutiat. Id nulli magis, quàm Catholica, contigisse, certum. Quocirca hæc Ecclesia. Cap. 10. pag. 363

## Signorum, & Caputum. Liber Vigessimus primus.

### SIGNVM NONAGESIMVM SECVNDVM.

Felix posteritas Regum Catholicorum.

**C**atholicorum Regum familias Deus plurimum semper euexit: quod est argumento nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. 1. pag. 367  
Explicantur euenta felicia profapia Regum Lusitanicorum. Cap. 2. pag. 372  
Explicantur euenta felicia profapia Regum Castellanicorum, & Hispanicorum. Cap. 3. pag. 374  
Explicantur euenta felicia posteritatis Gallicanicorum Regum. Cap. 4. pag. 378  
Explicantur euenta felicia agnationum, quæ Imperium sunt in Germania consecuta. Cap. 5. pag. 386  
Explicantur euenta felicia posteritatis Hungaricorum, & Bohemicorum Regum. Cap. 6. pag. 394  
Explicantur euenta felicia posteritatis Polonicorum Regum. Cap. 7. pag. 397  
Explicantur euenta felicia Regum Suecorum, Danicorum, & Noruagienfium. Cap. 8. pag. 400  
Explicantur euenta felicia posteritatis Scoticorum & Anglicanicorum Regum. Cap. 9. pag. 408

## Liber Vigessimus secundus.

### SIGNVM NONAGESIMVM TERTIVM.

Decens felicitas Catholicorum.

**V**m Deus omnibus bonis, quæ merito ac sine vlla sceleris labe desiderari & expeti propter ipsum Deum possunt, Catholicam nationem ad virtutes assequendas amplificavit, hinc colligitur in nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. 1. pag. 415  
Enumerantur ducenta Germaniæ ac Septentrionis bona, quæ cælitus illi sunt communicata, ex quo sequitur auctoritatè fidemq. Pontificis Romani. Cap. 2. pag. 423  
1. Expulsio dæmoniaci cultus.  
2. Expulsio cultus efferati.  
3. Cessatio stolidarum consultationum.  
4. Cessatio efferatarum consultationum.  
5. Liberatio astolidis superstitionibus.  
6. Cessatio magicarum superstitionum.  
7. Cessatio magicarum crudelitatum.  
8. Bona pertinentia ad religionem. Cap. 3. pag. 425  
9. Vnius Dei cultus.  
10. Incredibilis animorum in diuina fide, ac doctrina colligatio.  
11. Innumera sanctissimorum virorum multitudo.  
12. Sanctissimi viri virginitatis purissimæ integerrimi custodes, iidemque aut Reges, aut Regum filij.  
13. Innumeri virginum sacrarum chori.  
14. Virgines sanctitudinis admirandæ.  
15. Virgines sanctimonia simul, doctrina, scriptisque editis præstantes.  
16. Virgines, ac mulieres prophetiæ dono admirabiles.  
17. Feminae ordinum religiosorum institutrices.  
Reginæ, Regumve, aut Imperatorem sorores, ac filia, ordinum religiosorum auctrices.

Innu-

## Argumenta

18.	Innumera foeminarum martyrum multitudo.	
19.	Innumeri martyrum exercitus.	
20.	Reges martyres.	
21.	Reginæ martyres.	
22.	Imperatores Sancti.	
23.	Imperatrices Sanctæ.	
24.	Imperatores & Imperatrices ambo Virgines in matrimonio.	
25.	Imperatrices Sanctæ ordinum religiosorum auctrices.	
26.	Reges Sancti.	
27.	Principes Sancti.	
28.	Pontifices Sancti.	
29.	Archiepiscopi Sancti.	
30.	Episcopi Sancti.	
31.	Abbatess Sancti.	
32.	Viri sanctitate ac doctrina simul illustrissimi.	
33.	Religiosorum ordinum auctores.	
34.	Cultus Christiani amplificatores.	
35.	Religiosorum solitarij cœtus à Germanis constituti.	
36.	Ordines religiosorum militares.	
37.	Clericorum regularium fodalitates.	
	Bona proximè consequentia religionem. Cap. 4.	pag. 443
38.	Plures Pontifices.	
39.	Cardinales plurimi.	
40.	Honor sacerdotalis in confesu, & in eligendo Imperatore.	
41.	Collegia magnifica stata sacerdotum.	
42.	Episcoporum nobilitas, ac potestas.	
43.	Abbatum nobilitas, ac potestas.	
44.	Monasteria illustrissima.	
45.	Innumera monasteria.	
46.	Ditissima monasteria.	
47.	Templa magnificentissima.	
48.	Innumera templa.	
49.	Ornamenta templorum.	
50.	Opes Ecclesiasticæ maximæ.	
51.	Theologi eminentissimi.	
52.	Innumera scripta Theologica.	
53.	Concionatores sacri.	
54.	Concilia vniuersalia.	
	Bona pertinentia ad disciplinas liberales. Cap. 5.	pag. 450
55.	Litterarum cognitio, & vsus.	
56.	Linguarum multiplicium studia.	
57.	Humaniorum disciplinarum studia.	
58.	Scholæ frequentes.	
59.	Studia Philosophiæ.	
60.	Philosophi summi.	
61.	Astrologia.	
62.	Astrologi summi.	
63.	Arithmetica.	
64.	Arithmetici summi.	
65.	Geographia.	
66.	Geographi summi.	
67.	Dioptrica.	
68.	Dioptra summi.	
69.	Meteoroscopia, & Meteoroscopi summi.	
70.	Dioptrica inuenta.	
71.	Geometria.	

Geo-

## Signorum, & Caputum.

Geometra summi.	72.
Gnomonica.	73.
Gnomonica inuenta.	74.
Mathematica, & Mathematici summi in vniuersum.	75.
Historia, & historici.	76.
Medicina.	77.
Medici præstantes.	78.
Herbaria.	79.
Medica inuenta ex herbis.	80.
Medica inuenta ex arboribus.	81.
Medica inuenta Gummi.	82.
Medica inuenta ex animalibus ceterisque rebus.	83.
Musica.	84.
Musici libri, & exercitationes.	85.
Musica instrumenta.	86.
Musici summi.	87.
Pictura.	88.
Pictores excellentes.	89.
Plastice, statuaria, impressio imaginum.	90. 91. 92.
Architectura.	93.
Horologiorum fabricatio.	94.
Inuentio typographiæ.	95.
Disciplinarum liberalium gymnasia publica.	96.
Omnium disciplinarum liberalium publica gymnasia.	97.
Tot omnium disciplinarum gymnasia.	98.
Collegia innumera ad alendos erudiendosque gratis iuuenes in omnibus liberalibus disciplinis.	99.
Maxima librorum copia.	100.
Publicæ locupletissima que bibliotheca.	101.
Bona pertinentia ad corpus. Cap. 6.	pag. 460
Certe populorum fedes.	102.
Indigentia cibariorum sublata.	103.
Fœditas in omni conuentu amota.	104.
Aedificatio domorum.	105.
Vrbium aedificatio.	106.
Propugnacula, & munitissima vrbes.	107. 108.
Vrbium multitudo, frequentia, pulchritudo, amplitudo, commodus situs.	109. 110. 111. 112. 113.
Emporia nobilissima, Nundinæ, Mercatura, Mercatores ditissimi.	114. 115. 116. 117.
Fœcunditas telluris, agricultura, vineta, viuaria, nemora exulta, villæ.	118. 119. 120. 121. 122. 123.
Pecorum, & equorum species vtilior.	124. 125.
Auri, argenti, ferri, aris, cupri, omniumque metallorum fodinæ innumera.	126. 127. 128. 129. 130. 131.
Gemmarum, & electri fodinæ.	132. 133.
Crytalli, fossiliumque abundantia, ingeniosissimi fossores, ac machinæ ad cuncta huiusmodi artificiosissima.	134. 135.
Thermæ.	136.
Lina nobilissima, lanificium, aulæa, sericea ars, artificiaque omnis generis innumera.	137. 138. 139. 140. 141.
Bona pertinentia ad prudentiam fortitudinemque militarem, Cap. 7.	pag. 471
Inundationes gentium repressæ.	142.
Numquam tot millia Germanorum capta.	143.
Numquam tot millia Germanorum aut Borealium occisa.	144. 145.
Nullus Imperator Germaniæ ab exteris occisus.	146.
Nullus Germaniæ Rex ab exteris occisus.	147.
Nullus Germaniæ Rex aut Imperator ab hostibus exteris captus.	147.
Nullum Imperium diuturnius inter tot bellicosas gentes.	148.
Nullum Imperium tot ceteras ac bellicosas gentes coercuit, & compressit.	149.
	Nulla

## Argumenta

150. Nulla Germaniæ regio ab exteris capta, & possessa.  
 151. Nulla vrbs Germaniæ in alterius exteri dominatum redacta.  
 152. Reges Boreales tributarij facti.  
 153. Dilatata linguæ Germanicæ confinia.  
 154. Ars militaris in copiis instruendis.  
 155. Armorum bellicorum copia.  
 156. Inuentio bellicarum machinarum.  
 157. Armorum bellicorum fabricatio.  
 Bona pertinentia ad Imperij maiestatem. Cap. 8. pag. 482  
 158. Imperij Regumque maiestas.  
 159. Tanta Imperij diuturnitas.  
 160. Tot Imperatores indigenæ.  
 161. Tot Imperatores ex eisdem familiis in eandem consanguinitatem coeuntibus.  
 162. Tanta diuturnitas in tanta amplitudine regnorum, ac regionum.  
 163. E tot Imperatoribus tam pauci occisi.  
 164. Tam pauci deiecti ab Imperatoria regiaque potestate.  
 165. Rex vnus Germaniæ totius.  
 166. Omnium latissimè regnans Imperator.  
 167. Familiæ Regum latissimè dominantium.  
 168. Regiarum gentium longæ successiones.  
 169. Tot tantique Reges in vnam consanguinitatem coeuntes.  
 170. Imperatoriæ familiæ.  
 171. Imperatores cuncti in vnam cognationem connexi.  
 172. Familiæ principum tamdiu conseruata.  
 173. Ordo nobilitatis distinctus.  
 174. Nobilitas familiarum sparsa in Italia, ac multis aliis locis.  
 Bona pertinentia ad prudentiam ciuilem, iustitiam, & temperantiam. Cap. 9. pag. 288  
 175. Iuris prudentia restituta per Germanos Reges.  
 176. Iuris prudentia toti ferè orbi Catholico restituta.  
 177. Iura feudorum sancita.  
 178. Iura feudorum à toto orbe Catholico recepta.  
 179. Tam pauci Imperatores ac Reges flagitiosi.  
 180. Tam pauci effœminati.  
 181. 182. Tam pauci vel schismatici, vel hæretici.  
 183. Tam pauci, qui per seditiones inuaserint Imperium.  
 184. Nullus Imperator sede deiectus, nisi de communi principum decreto.  
 185. In eadem familiâ semper Imperium conseruatum, quamdiu fuit aliquis aptus.  
 186. Tam concors electio Imperatoris, & Regum.  
 187. Electio tam legitima Imperatorum, & Regum.  
 188. Tot ciuitates proprij cuiusdam iuris, ac libertatis.  
 189. Tot principatus in vnum conuenientes.  
 190. Publici conuentus tot populorum.  
 191. Tot gentium inter se olim fauentium tanta concordia.  
 192. Tam diuturna concordia.  
 193. Optimatum respublica optimè temperata Germania tota, ac magna Septentrionis pars videtur.  
 194. Tot gentes excultæ ad humanitatem.  
 195. Tot gentes ad Christi cultum perductæ.  
 196. Latrocinia sublata.  
 197. Libertas hominum stabilita.  
 198. Vita magis in tuto collocata.  
 199. Feritas sublata, & humanitas adducta.  
 200. Nullæ regiones Boreali populo sic propinquæ, ac totis bonis ornata.  
 Breuis conclusio, & confirmatio eorum, quæ dicta sunt. Cap. 10. pag. 499

Liber

## Signorum, & Capitem.

### Liber Vigefimus tertius.

#### SIGNVM NONAGESIMVM QVARTVM.

Potestas in dæmonas.

**E** Potestate, quam potimur in dæmonas colligitur nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. 1. pag. 503

#### SIGNVM NONAGESIMVM QVINTVM.

Pœnæ in imminuentes sacra iura.

**D**E pœnis, quibus Deus Reges & Imperatores alioquin Catholicos, sed aliqua in re Pontificiæ auctoritati iniurios est vltus, colligimus quæ sit Ecclesia Dei. Cap. 2. pag. 505

#### SIGNVM NONAGESIMVM SEXTVM.

Obitus hæresiarcharum inglorij & infelices.

**E**X obitu inglorio & infelici hæresiarcharum, qui prædictus est ab oraculis diuinis, facillimè dignoscimus nos esse ex Ecclesia Dei, ceteros non ita. Cap. 3. pag. 513

#### SIGNVM NONAGESIMVM SEPTIMVM.

Infelix exitus hæreticorum Regum.

**C**VM prædictum sit infelicem fore exitum hæreticorum Regum, talisque fuerit eorum qui à nobis discessere, hinc fit nos esse ex Ecclesia Dei, non alienos. Cap. 4. pag. 515  
 Explicatur, hæreticis Regibus, dum vixere in regno, non fuisse vltra annos quadraginta, excepto quod sciamus vno, vitam longiorem, contra autem multis nostrorum longiorem fuisse. Cap. 5. pag. 519

#### SIGNVM NONAGESIMVM OCTAVVM.

Infelix posteritas alienorum.

**E**X infelici posteritate hæreticorum, quod vitiis omnibus eorum liberi sint contaminati, nullis præclaris factis illustres, maxima regna & imperia adduxerint ad interitum, mutuis se cædibus ad internecionem deleuerint, & regna à maioribus accepta vltra quartam generationem non transmiserint, vbi hæresim fuerit illa amplexata, concluditur inter nos esse Ecclesiam Dei. Cap. 6. pag. 524  
 Explicantur euenta infelicia cognationum regiarum, quæ Assyriacum Imperium priscis mirifice decantatum tenuerunt, & cum nostris comparantur. Cap. 7. pag. 529  
 Explicantur euenta infelicia quorundam Regum Assyriorum, de quibus est mentio in diuinis libris. Cap. 8. pag. 533  
 Expli-

## Argumenta

Explicantur euenta infelicia regiarum cognationum, quæ è Chaldæis Babylone regnarunt, & cum nostris comparantur. Cap. 9.	pag. 527
Explicantur euenta infelicia cognationum regiarum, quæ inter Medos olim Persasque deinde in Babylone regnarunt, & cum nostris comparantur. Cap. 10.	pag. 537
Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, quæ è Persis Babylone imperarunt. Cap. 10.	pag. 538
Explicantur euenta infelicia posteritatis Seleucidarum, qui post Alexandrum Magnum subuerso Persarum regno, in Persia, atque Asia, Syriaque per annos ducentos sexaginta vnum plus minus regnarunt, & quæ contigerint posteritati Alexandri Magni, & quæ fuerit Imperij ipsius amplitudo. Cap. 11.	pag. 543
Explicantur euenta infelicia Regum Parthicorum, qui Babyloniam tenuerunt & Persicas regiones. Cap. 12.	pag. 544
Explicantur euenta infelicia Persicorum Regum, qui post Parrhos vsque ad Mahometis receptas leges regnarunt. Cap. 13.	pag. 546
Explicantur euenta infelicia posteritatum regiarum, quæ dominatæ sunt Aegypto. Cap. 14.	pag. 549
Explicantur euenta infelicia Ptolomæorum, qui sunt Aegypto dominati. Cap. 15.	pag. 559
Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, quæ post Persicos Reges à nobis suprâ memoratos Persicis regnis sunt potitæ, ex quo Mahometani tenere illa cœperunt. Cap. 16.	pag. 560
Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, quæ in Aegypto sunt dominatæ. Cap. 17.	pag. 565
Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, quæ in Africa sunt dominatæ. Cap. 18.	pag. 566
Explicantur euenta infelicia, quæ contigræe Otthomanicorum Regum profapia. Cap. 19.	pag. 569
Explicantur euenta quædam maximè admiranda, è quibus apparet felicitas magna regiarum agnationum, & consanguinitatum, quæ Catholicam fidem sunt tutatæ. Cap. 20.	pag. 571

## Liber Vigésimus quartus.

### SIGNVM NONAGESIMVM NONVM.

#### Infelicitas hæreticarum nationum.

<b>P</b> lurimis ostenditur quanta sit infelicitas hæreticarum nationum & à nobis alienarum, è quibus iuxta oracula antiqua vatuum colligitur nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. 1.	pag. 573
Recensentur vastitates ac deserta, quibus horrent ea loca, quæ detinentur per alienos ab Ecclesia sancta. Cap. 2.	pag. 582

### SIGNVM CENTESIMVM.

#### Prodigia & clades cælitus missæ.


<b>P</b> rodigia horrenda, cladesque in orbem terrarum diuinitus inuectæ cum rerum profanarum principes summi Papas oppugnarunt, hæc ostendunt nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. 3.	pag. 584
Tempora, quibus defuncto Constantino Imperatores persecuti sunt Pontifices Romanos & eius studiosos ante Caroli Magni ætatem. Cap. 4.	pag. 595
Enu-	

## Signorum, & Capitem.

Enumerantur prodigia, & clades, quæ contigerunt in Occidente, cum post Imperium Occidentale restitutum, qui potiebantur illo, verterent arma in Pontificem Romanum, & studiosos eius. Cap. 5.	pag. 603
Recensentur, quæ sint euentura, cum maxima omnium commota fuerit ab Antichristo in Ecclesiam persecutio. Cap. 6.	pag. 610
De nomine Antichristi, morte ipsius, Eucharistiæ sacrificio sublato per ipsum, renouatione mundi. Cap. 7.	pag. 613
Operis conclusio, & preces ad Deum. Cap. vltimum.	pag. 617

### *Finis Argumentorum Signorum, & Capitem.*





DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER DECIMVS TERTIVS.



PER EUCHARISTIAE SACRAMENTVM FIT VNVM  
*Ecclesiae corpus cum Christo, & quomodo sit vnum. Cap. I.*

**C** RDO propositus requirit, vt agamus de diuinissima corporis Ecclesiae cum corpore Christi coniunctione, eaque solidissime omni argumentorum genere confirmemus. ex qua patebit etiam, quo cibo nutriatur hic homo nouus renatus, vt diximus, ne concidat vires ipsius, sed consistant; ipseque in caelestibus, ad quae cum Christo ascendit, confidere possit. Per Eucharistiae sacramentum nobis contingit, vt sit idem cum Deo & Christo corpus, nutriamurque, ne destituti viribus succumbamus, sed quotidie maiorem facientes hostium stragem ferro viam nobis aperiamus ad caelum; semperque ascendentes intrepidi stemus aduersus illos. Homo namque ille interior est spiritu constans, in penetralibus animi absconditus, Christi carne nutritur, eaque veteris Adami corpus sibi adglutinat: vt simile fiat, dum viuimus, Christi corpori dum viueret, post mortem vero resurgens simile fiat corpori Christi, cum resurrexit splendidum, subtile, agile, incorruptibile. Hoc corpore ille nutritur, ne languescat in diuinis intelligendis, aut appetendis; aciesque mentis non hebescat, sed acutissime caelestia peruadat; voluntas non exspiret in istar hominis animam agentis, sed maiores spiritus sumat. Ac sicut Christo sepulto assimilamur, vbi aquis baptismi immergimur; resurgenti, cum ex eisdem emergimus; ascendenti in caelum, cum sacramento confirmationis initiamur; sic in caelo iam confidenti, quoties Eucharistiam sumimus. Christi namque corpus non caelo dumtaxat, sed quauis re creata caelestius, ac diuinius: quod si illud intra nosmetipsos accipimus, & in eo homo ille interior conquiescit, hoc multo maius est, quam si in caelo confideamus. & ipse quidem Christus est superis sedibus non delabatur, attamen vbicumque est, sedet ad dexteram patris, qui nullibi non est. Incipit vero in Eucharistia Christi corpus esse, cum panis ac vinum in corpus ac sanguinem ipsius mutantur: quam cum sumimus, corpusque Christi, vt ostendimus, fit vnum cum nostro, necesse est cum ipso simus (licet id non videamus) nobilissimo quodam modo: ob id Paulus, Deus autem, qui diues est in misericordia propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo Iesu, & conledebat in caelestibus, vt ostenderet in saeculis superuenientibus abundantes diuitias gratiae suae. Sed nonne Christus alibi dicit Eucharistiam esse nostrum cibum, nostrum panem, qui de caelo descendit? Accumulamus igitur ad mensam panis, potusque diuini, cum sumimus Eucharistiae sacramentum; & si pertinet ad illud facere, ne homo noster nouus interior viribus languescat, & concidat, proculdubio per illud consequemur, vt consistat, & confideat in caelesti virtute. Paulus certe quidem scribit nos effici participes mensae Domini, cum participes efficimur Eucharistiae. sed hac de re satis. Nunc, quod maximum est, ostendamus, per Eucharistiam nostrum corpus fieri vnum cum corpore Christi, atque illi coniungi: & ad tantae rei altissima mysteria intelligenda, facilioremque illorum explanationem,



nonnullas considerationes, quæ fufius postea aperientur, præmittamus. Ac prima sit, Dei omnipotentem virtutem peruadere intima quæque, & quomodo velit, ubi ita statuerit, ea moderari. Ad hoc probandum, quid opus est nostrorum testimonio proferre, cum primum sit elementum fidei Christianæ in symbolo Apostolico? Ostendamus id à cunctis creditum, & prædicatum nationibus, quin à dæmonibus ipsis, qui credunt, & contremiscunt: vt appareat eos, qui dicenda à nobis diffitebuntur, omnium maximè impios esse. In primis igitur, si Chaldaeos ad Orientem positos gentium vetustissimos spectes, Eusebio teste libro de præparatione Euangelica, aiebant incorruptibilem primum esse sempiternum, ingenitum, expertem partium, sibi ipsi simillimum, bonorum omnium aurigam, munera non expectantem, optimum, prudentissimum, patrem iuris, sacrae naturæ vnicum inuentorem. Hæc igitur Chaldaeorum sapientissimi, afferentes Deum naturæ inuentorem, aurigam bonorum, edocti à Zoroastre, non illo vetitæ magiæ inuentore, sed Persarum Rege, vt idem tradit post Philonem, & Origenem. Haud dissimilia Diogenes Laertius libro primo de Philosoph. Quod si Aegyptios ad Austrum spectes, ac legas Mercurij Trismegisti libros, nihil non inuenies in eis pertinens ad omnipotentem Dei vim cuncta permeantem, & regentem. Nobis illud sit satis atulisse, quod Lactantius refert, κύριος καὶ τῶν πάντων ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν νομοκράτην, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὄρατον, & ἀδύτητον, ἀδύτητον δὲ φημι εἶναι τὸ ἀδύτητον αὐτὸν, περὶ γὰρ τούτου ἐκ ἑστὶ πῶτερον αὐτὸς ἀδύτοιο, ἀλλ' ὅτι εἰς ἀδύτητον ὁ ποσὴ μωσαῖ, & εἰς νῦν. Id est, Dominus & omnium effector, quem Deum vocare duximus, ex quo secundum fecit Deum visibilem, & sensibilem, sensibilem verò dico, non quod ipse sentiat, de hac enim re non ambigitur, an ipse sentiat, sed quoniam sentiendi, & intelligendi immittit vim.] Hæc ille affirmans Deum cuncta fabricari, ipsius filium vim sentiendi & intelligendi impartiri. At Sibylla omnium vetustissima (sic illam vocat sanctus Iustinus) & quæ in Oriente, quod ex eius carminibus constat, est versata, Deum vocat παντοκράτορα, id est omnipotentem.

Εἰς θεὸς ἐστὶ μόνος & ὑπερμεγέθης ἀγέννητος παντοκράτορ. Vnus Deus solus, & supra omnem celsitudinem, ingenitus, omnipotens.

Sed & Erythrea, vt affert Lactantius, filium Dei vocat à patre constitutum. Παντάρωφον ηἰτήσαν, ὅστις γλυκὺ πνεῦμα ἔσασσι. Κάτ' αὐτὸν ἡγήτηρα θεῶν πάντων ἐποίησε. Qui omnia alit, condit, iucundi & flaminis auram Omnibus inspirat, superis dux iussit vt esset

Confensit his Orpheus, qui vates omnes antiquitate superat, sic canens. Μένων δ' ἐσθρα κόσμοιο ἀναίτα. Εἶς ἐστὶ ἀυτογενής, ἐνὸς ἐκγενα πάντα τέτυκται. Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περιγίγνεται.

Solum Regem aspice mundi, Vnus qui ex se ortus, sed cuncta oriuntur ab illo, Inque illis ipse ingreditur.] quæ citat. S. Iustinus.

Hunc sequitur Linus, cuius est illud: ῥαδια πάντα θεῶν τελέσαι. Omnia Deo facile est perficere.

At Empedocles (vt auctor libri de mundo, quæ Aristoteli adscribitur, citat) sic eadē scripsit. ἢ ἐκ τῆ ἐνὸς πανδ' ὄσατ' ἢν ὄσατ' ἐστὶν ἰδ' ὄσατ' ἕξαι ὁπίασω ἀβ' ἦνο

Que sunt, quæ fuerint, & dein quacumque sequuntur. Denique Aratus, cuius versus adducit S. Paulus, illud protulit: ἐκ δ' ἰδὸς ἀρχώμεθα τὸν ἐδ' ὄσατ' ἀνδρες ἐώμεν ἀρήπτον, μεσαὶ δ' ἐ δ' ἰδὸς πάσαι μὲν ἀγῶραι πάσαι δ' ἀνθρώπων ἀγῶραι, μεσῆ δ' ἐ θάλασσα καὶ λιμένες, παντῆ δ' ἐ δ' ἰδὸς κειρήμεθα πάντες. Τῆ γὰρ γένος ἐσμὲν.

Ab Ioue principium, ne indictus carmine nostro Ille abeat, quando prorsus Iouis omnia plena, Atque hominum cuncti cætus, atque æquora Ponti,

† al. ἐξ οὐ

Litto-]

Littoraque omnino, & nemo non indigus eius. Nam sumus ipsius genus

Sed optimè omnium Homerus Odissæ quartodecimo Θεὸς δ' ἐ τὸ μὲν δ' ὄσει, τὸ δ' ἐ ἔσει. Ὁ τ' ἴκεν ἔθυμὸν ἐθέλει δ' ὄσει, δ' ἴναται γὰρ ἅπαντα. Deus dabit hæc, ast illa relinquet. Cui uolet, atque animo statuet, quando omnia possit.

Et Menander: Θεὸς σ' ὑπεργῶν, πάντα ποιεῖ ῥαδίως. Deus efficiens omnia facile perficit.

Consentiunt hisce non modò Platonici, & Stoici, sed qui è Peripateticis habiti sunt doctiores. Quòd si libellus de mundo est Aristotelis, vt S. Iustinus martyr antiquissimus scribit, & Franciscus Patritius cōtēdit, manifestissimè ibi habetur, Deū posse omnia, & vi sua res cūctas permeare, ac pertingere: est nāque, vt idē tradidit primo Metaphysicorū, causa omnibus, ac principū, à quo cūctis rebus, vt alibi scribit, datū est vt sint aut clarius, & obscurius. Quocirca vt Græcos omittamus, audiēdi sunt Latini, è quibus sic Virgilius: — Deum namque ire per omnes Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum, Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum, Quemque sibi tenues nascentem arcescere vitas.

Et rursus: Principio cælum, ac terras, camposque liquentes, Lucentemque globum Lunæ, Titanisque astra Spiritus intus alit, magnosque infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Haud minora cum Virgilio Tullius, qui sic libro de diuinatione, Nihil est quod Deus efficere non possit, & quidem sine villo labore.] & lib. de officiis, Cōmoda, quibus utimur, lucemque, qua fruimur, spiritumque, quem ducimus, à Deo nobis dari, atque impartiri videmus.] & secundo de natura Deorū, Nō est igitur natura Deorum præpotens, neque excellens, siquidem ea subiecta est vel necessitati, vel naturæ, qua cælum, maria, terraque regantur: nihil autem est præstantius Deo; ab eo igitur necesse est mundū regi. nulli igitur naturæ est subiectus, aut obediens Deus.] Hæc Cicero, neque verò dissimilia ab illo tradidit Seneca, qui sic lib. de cōsolatione, Quocumque nos mouerimus, sequetur natura communis, & propria virtus. id actum est, mihi crede, ab illo quisquis formator vniuersi fuit, siue ille Deus est, potens est omnium, siue incorporalis ratio, ingentium operum artifex, siue diuinus spiritus per omnia maxima ac minima æquali intentione diffusus.]

Hæc Seneca. Rursus alibi idem, Deus ista temperat, quæ circumfusa rectorem sequuntur, & ducem, potentius autem est, ac pretiosius, quod facit quod est Deus, quam materia patiens Dei.] Hucusque Seneca: vt videas sapientissimos quosque in Oriente, Occidente, Septentrione, & Austro non ausos inficiari hæc duo, & cuncta posse, & cuncta peruadere intimè vnum Deum: quamuis plerique denique huic veritati non modò multa falsa, sed obscena etiam, flagitiosa, & infanda admiscerent, vt vidimus suprā. Denique dæmones ipsi hanc veritatem prædicarunt: vt enim refert Porphyrius decimo Philosophiæ, sic illi rogati inter alia responderunt de Deo. ἀθάνατε ἀρήπτε πατὴρ ἀνῶν κῦσα, κόσμον ἀμφὶ δ' ῥόμον ἐποχέμενε, δεσποτα νέοις ἀβερῖοις, ἀλλήσ' ἴνα σοὶ μένος † ἐστὶρμεται πάντα ἐπιδερκομένω.

Et mox: σὴ γὰρ ὑπὲρ κόσμοντε καὶ ἔρανδον ἀσερόντα χρυσὴ ὑπέριπεται ποσὴ ἀμῶνιος ἀλλή ἢς ὑπὲρ ἠωρήσας, ὀρίων φωτὶ σεαυτὸν ὅς ρακδοὶ τόδε πᾶν, τεργόμενος ἀφθιτον ἕλλω.

Id est. Immortalis, ineffabilis, Pater æterne, sacer, Mundis circumuertentibus, inuectus dominator in campis Aethereis, vbi potestatis tibi robur est confirmatum Omnia circumspicienti.

Et: Tua namque super mundumque, & cælum stellatum Aurea supereminet multa æterna Vis,

† ἐρήρειται.

† al. infidens

*Super qua elatus, excitans splendore te ipsum,  
Qui producis hæc omnia formans materiam indeficientem.*

Ad summam cum gentes omnipotentem Deo vim tribuerint per omnia fusam, haud difficulter tum cetera Christianæ religionis mysteria, tum maximè Eucharistiæ, vt videbimus, crediderunt. Dæmones autem professi eadem contremuerunt. Hæretici dumtaxat omnium longè pessimi, & impudentissimi negarunt: quod mox clarissimè aperietur.

Sit igitur secunda post hanc consideratio. In omnibus rebus, quæ naturaliter mutantur, est vnum quod immutat, & aliud quod immutatur. Idem namque haud esse potest immutans, & immutatum, cum sint repugnantia. Genita igitur quacumque re mutabili, illud, quod immutat, forma, vel actus nominetur; illud autè, circa quod fit immutatio, materia, aut potentia, ex vtrisque autem compositum substantia. Non enim de vocabulis est disputatio. Hæc verò sunt per se clarissima; neque vllus sanæ mentis potest negare. Immutatio porro non fit substantiæ, nisi aut quantum ad accidentia, aut cum corrumpitur; fit igitur quamdiu permanet illa, aliorum, quæ substantiam circumstant, & vocantur accidentia. Hinc aiebat Philosophus, accidens esse posterius substantia quo ad tempus, naturam, & rationem. Idem verè dicebat alibi substantiam sola mente cognosci, sed accidentia dumtaxat sensibus percipi. Hoc manifestissimè apparet. visus enim colores, auditus sonos, tactus primas qualitates, gustus saporis, odoratus odores veluti obiecta propria discernit. Quinque deinde sunt omnibus sensibus communia, magnitudo, figura, quies, motus, numerus. Hæc, & quæ consequuntur, sensu tenentur, substantiâ solus intellectus peruat; quæ neque astringitur vllò loco vel minimo, neque sentitur, neque diuiditur (nisi cum compositum corrumpitur.) Accidentia faciunt, vt illa loco astringatur ob dimensionum magnitudinem, sentiatur, & quodammodo non per se, sed per illa diuidatur. Quocirca rectè Platonici dicebant formam esse diuini exemplaris imaginem, Peripatetici diuinum quoddam, diuinitus participatum, rebusque communicatum. Ex his sequitur, Deum, qui cuncta potest, ac peruat, posse facere, vt salua substantia, quam vi sua permeat, effectus accidentium, qui sensus nostros pulsare, & rem loco astringere, diuisionique subiicere possunt, sustineantur, ac temperentur pro sententia & libito ipsius. Atque ita tunc res illa erit, si quidem Deus ita voluerit, ad modum substantiæ, non ad modum & effectum accidentium, quæ cohibentur à diuina potestate, ne rem sensibus, loco, diuisionique obligent, ac subiiciant. Non videbitur itaque, non audietur, non sentietur, ac tangetur, non gustu, aut odoratu percipietur, non denique vllò certi loci spatio concludetur, neque fieri poterit vt secetur. Hi namque effectus accidentium, quos posuimus à diuina vi rem penitus & intimè permeante posse temperari, substantia ipsa salua cum suis ac necessariis accidentibus, quorum tamè effectus interim retundantur, & refrangantur. ] Hæc postea fufius declarabuntur, vt iam nos, quantum datur, percipere possimus, qui per Eucharistiam Christi corpus ore sumptum nostro corpori posse adiungi, cum per modum substantiæ sit in Eucharistia, vt aiebat S. Thomas, & spirituale sit, id est spiritui potentiaque diuinæ ex omni parte subiectum, quod omnes sancti & doctores volunt.

Tertia sit igitur consideratio. Quælibet res est alicubi altero ex duobus modis, vel quòd aliunde illò venit, vel quòd ibi tum primùm incipit esse non aliunde profecta. Verbi gratia. Possum huc ignem è foco aliquo ablatum deferre. Possum similiter speculum Soli opponere, vt is coniunctis in vnum radiis obiectum fomitem inflammet, & incipiat sic ibi esse ignis; aut etiam è silice, alioue corpore illum excutere. Corpus itaque Christi est in Eucharistia non è cælo delabens, sed ibi incipiens esse; quia panis ac vini substantia, vt ostendemus, in illud diuina omnipotentia mutatur: est porro ibidem per modum substantiæ, ita vt non sentiatur, aut frangatur fractis accidentibus, neque loco concludatur, sed per eandem diuinam omnipotentiam possit, vt corporibus nostris adiungatur, esse pluribus in locis: quod fieri posse ostendimus in vniuersum, singillatim verò, & clariùs nunc aperiemus. & aduerte, quòd quamuis Calvinus velit videri omnipotentiam Dei requiri in eo quem fingit modo, quo Christi corpus sit in Eucharistia, tamen idem fraudulentus impostor li. 4. In tit. c. 17. §. 12. vult solummodo esse in Eucharistia quoad qualitatem & vim, & idem repetit §. 32. denique §. 5. asserit corporis Christi manducatione non esse aliam, quàm fidei, neque aliam fingi posse.

A *Decem loca testamenti noui, quibus probatur in Eucharistia esse verum Christi corpus, cui nos adiungamur, & in cuius substantiam mutetur substantia panis, ac vini. Cap. I I.*



Icturi de altissimis omnium mysteriis, Deo per merita Christi iuuante, ac per eadem respiciète intercessionem sanctissimæ Virginis Dei matris, tria simul hîc ostendemus sacræ scripturæ testimoniis, in Eucharistia Christi corpus verissimum esse, in illud mutari substantiam panis, ac vini, & per Eucharistiæ sumptionem corpus Christi adiungi corpori nostro. Sit itaque primùm testimoniū continens plurima totū caput sextū Ioannis Euan-

E gelij. In eo Christus quinquies dicit se esse panem, qui de cælo descendit, quinquies dicit se esse panem vitæ, aut, qui edit eum, non moritur in æternum, seu viuunt in æternum, & bis ait, non mori, sed viuere in æternum, qui manducat panem, quem se esse dicit. Quinquies reperit, panem hunc esse carnem suam, aut, qui manducat hanc carnem, viuere in æternum, non mori, manere in illo. denique inquit, Caro mea verè est cibus, sanguis meus verè est potus. ] Non igitur loquitur per similitudinè, qui toties idem repetit, diuersis modis repetit, adicit verè, non per similitudinem carnem suam esse cibum, & potum; ad quem tamen sumendum necessaria fit fides, & in quo spiritus in primis sit spectandus, alioquin caro sine illo nihil non profecerit. Hæc namque obiiciunt hæretici, vt asseuerent ibi non agi de Christi corpore, quæ postea latius refellentur suo loco. Quamquam sit infiniti laboris velle ineptias omnes confutare. Vna namque est veritas, à qua innumeris modis contingit aberrare, sicut qui iaculantur possunt signum non ferire, & in alias partes sagittam mittere infinitis viis, illud tangere vna tantum. Quamobrem, qui velit ad cuncta hæreticorum argumenta respondere, cum longissimè illi recedant à veritate; idem sibi fumet, & aliis imponet immensum laborem. Porro Christus ad astruendam hanc in eo loco veritatem multa voluit concurrere, è quibus, quod proposuimus, cognosceremus. Non enim solummodo toties idem repetit; sed primo loco præmisit maximum miraculum, quo quinque panibus, & duobus piscibus satiauit hominum ferè quinque millia. Secundo tot superauerunt fragmenta, vt duodecim cophini implerentur. Tertio ambulauit supra mare. Quarto haud multo post cæco nato lumen restituit, & Lazaro defuncto quatriduano vitam. Quinto, vt quidam colligunt, non longè post transfiguratus est in monte Thabor. Denique maxima miracula videtur Christus in vnum propè tempus collegisse ad hæc veritatem confirmandam. Quocirca quantum ad ipsius verba, & audientes adhuc obseruanda hæc. Primum quod quater eodem capite repetit, sibi credendum: sciebat enim maxima fide opus esse, ad hoc mysterium percipiendum, ideo toties exigit illam. Secundum quater itidem dicit ad hoc mysterium credendum opus esse vt quis trahatur à Patre. Hinc ipse, Propterea, inquit, dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo; sciebat enim, qui essent non credentes. ] Tertium, Christus ad hoc mysterium corroborandum dicit ad eos qui videbantur scandalizari, Hoc vos scandalizat: si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius? ] Viden' vt maxima miracula futura adducat, ad astruendam veritatem. Quartum, propter hunc sermonem multi ex discipulis ab eo recesserunt. Quintum, Petrus inquit, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. ] En vt probet se credere quæ dicta sunt, ostendit se credere quod est omnium omnino maximum, quasi fides eadem requiratur ad hoc credendum mysterium. His igitur de causis cuncti profus antiqui tradiderunt in eo sermone agi de vero Christi corpore in Eucharistia contento, quod à sumentibus percipitur: vt valde sit mirandum, quid secus in mentem venerit nonnullis. ita vt nos, tradidère in illud caput S. Ioannis SS. Chrysostronus, Augustinus, Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, Rupertus, S. Thomas, Nicolaus Lyranus, Dionysius Carthusianus, alibi verò Origenes homil. 7. in Numeros 5. S. Athanasius hom. in illud, qui dixerit verbum in filium hominis, & in Synopsi. SS. Basil. lib. 1. de bapt. c. 3. & in reg. moral. c. 21. Cyril. Hieros. cathec. 4. mystag. Theophilus Alex. li. 2. paschal. S. Epiphanius hæresi ss. Theodoretus li. 4. historiarum c. 11. Damascenus lib. 4. de fide 145. Cyprianus sermone de oratione Dominica, & lib. 1. cont. Iudæos c. 21. & in sermone de coena Domini. S. Hilarius lib. 8.

TESTIMONIA  
NOVI TESTA  
MENTI.

de Trinitate. S. Ambrosius lib. 6. de Sacramentis c. 1. & de iis qui initiantur mysteriis c. 8. & lib. 4. de fide c. 5. Hesychius lib. 6. in Leuit. c. 22. Eusebius homil. 5. de paschate. SS. Hieronymus ad Hebrida, q. 2. & cap. 1. ad Ephes. Augustinus serm. 2. de verbis Apostoli. q. 57. in Leuit. & in psal. 33. concione prima de consensu Euangelistarum lib. 3. c. 1. Leo sermone 6. de ieiunio, & Cassiodorus psal. 109. Haymo, Sedulius, Primasius c. 10. & 11. primæ ad Corinthios, S. Gregorius lib. 7. Moralium c. 4. Theodorus lib. 1. de officiis c. 18. S. Bernardus ser. 1. in vigilia Natiuit. & de paschate. S. Ignatius epistola ad Ephesios, Paschasius de corpore Domini lib. 10. & hi quidem scriptores afferuntur à Sandero: quibus addi possunt Guimundus de sacramento lib. 4. Algerus lib. 2. c. 16. Stephanus Eduensis lib. de sacramento c. 12. Arnoldus Abbas Bonæ vallis in verbum Sirio. S. Gaudentius Episcopus Brixienfis tractatu 2. S. Cæsareus Arelatenfis hom. 5. quos omnes volumus nominatim adducere, quod è nostris quidam ausi fecerunt affirmare. Quod si vis conciliorum hac in re sententiam, concilium Alexandrinum plurimorum Episcoporum in epistola ad Nestorium in synodo Ephesina, & concilium septimū generale act. 6. in fine, Tridentinum sess. 13. c. 2. idem testantur. Porro per Eucharistiam sumptam coniungi corpus nostrum cum Christi corpore, declarant eadem Christi verba, eodē capite, Qui manducat meā carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Denique panē, vinūq; mutari in eius carnē, & sanguinem patet, quia dicit se esse panem, carnem, sanguinemque suum manducari, & verē esse cibum, & porum: ergo panis in Christi corpus, vinum in sanguinē mutatur: nihil amplius de pane, & vino, nisi species superflui: alioquin Christi verba inter se pugnant, neque verum foret carnem suam manducari, verē esse cibum: sed hac de re infra dilucidius.

II. Veniamus igitur ad secundum, quod sumitur ex ipsa oratione Dominica, in qua est, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ] quæ petitio nobis à Christo tradita, quamvis, ne diuinæ scripturæ, quæ omnia complecti solet, sensa coangustemus, trahi possit ad panem quo corpus ali solet, nihilominus omnino dicendum spectare Eucharistiam. Cū namque septem sint nobilissima diuinæ illius precationis postulata, & hæc sit quarta quasi cetera connectens, absurdum videtur, tam vilem rem solummodo spectare; præsertim cū plurimi sint, quibus nullo modo est opus quotidiana huiusmodi petitione, cū possideant in omnem vitam, nedum in diem, quo se possint abundē alere. Cū sit igitur sacramentum corporis Christi, quo diuina humanis maximē coniunguntur, & omnia Dominicæ orationis postulata respiciant spiritū, & tres quidē primæ ipsum Dei honorem, tres vltimæ nostrā salutem; petitio hæc veluti omnes cōplectens media inter iicitur, vt sciamus hic agi de pane Eucharistiæ, in quo est diuinitas, & humanitas Christi, vinculo conuenienti copulans & diuina, & humana. sed omnem tollit ambiguitatem tum Græcus, tum Hebræus S. Matthæi codex. In Græco nāque est ἐπιτόσιον, id est, super-substantialium; in Hebræo autē, segulla, id est, pretiosum, eximium. At panis, quo alimur, quotidianus nihil ferē habet eximij, & pretiosi. Hic igitur petitur aliquis panis, qui omnibus præstet, quin sit supra omnē substantiam. Non igitur amplius aderit substantia panis, aut alterius rei, sed illa substantia, quæ supra est omnes res creatas, corpus scilicet Christi. Hinc S. Hieronymus explicans hunc locum, Quando ergo petimus, inquit, vt peculiarem, vel præcipuum nobis Deus tribuat panem, illum petimus, qui dicit, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendit. possumus super-substantialem panem, & aliter intelligere qui super omnes substantias sit, & omnes superet creaturas. ] & S. Cyprianus sermone de oratione Dominica; Panem nostrū vocamus, inquit, quia Christus noster, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum abstanti, & non communicantes à cælesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. ] Idem docet S. Cyrillus Hierosolymitanus catechesi mytagogica quinta, his verbis de Eucharistia loquens: Panē nostrū ἐπιτόσιον, id est super-substantialem da nobis hodie. panis hic communis nō est ἐπιτόσιον, id est super-substantialis, panis verō esse sanctus super-substantialis dicitur, eo quod substantiā animæ confirmet. panis hic non in vētrē descendit, & in secessum emittitur, sed per se totū ad corpus, & animæ vtilitatē distribuitur. ] & S. Ambrosius li. 5. de sacramētis c. 4. Dixi vobis quā ante verba Christi quod offertur panis dicatur, vbi Christi verba deprōpta fuerint iā nō panis dicitur, sed corpus appellatur. quare ergo in oratione Dominica, quæ postea sequitur, ait, Panem

TESTIMONIA  
NOVI TESTA  
MENTI.

A Panem nostrū, panem quidē dixit, sed ἐπιτόσιον, hoc est super-substantialem non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. ] Hæc sanctus Ambrosius, à quo habemus de communi Ecclesie Catholice sensu petitione ista contineri Eucharistiam, quando in Missa dicimus orationem Dominicam, precamurque vt illa quotidie nobis detur. Denique S. Augustinus idem sentit lib. 2. de Sermone Domini in monte, cap. 12. Victorinus Afer aduersus Arium lib. 1. & 3. dicens ob id nos esse substantiales cum Christo, dum sumimus Eucharistiam, & substantia corporis eius adiungitur substantiæ corporis nostri. Idem tradit S. Athanasius lib. de Incarnatione Christi: Docuit enim, inquit, nos, vt posceremus in precibus nostris in hoc sæculo panem ἐπιτόσιον. hoc est futurum, cuius primitias habemus, quia in communionem corporis Domini admissi fumus, quemadmodum ipse dixit, Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. ] Hucusque S. Athanasius: eadem sequuntur Venantius, Chromatius, Petrus Laodicensis, & S. Germanus Constantinopolitanus Episcopus in expositionibus ad orationem Dominicam, & Theoria rerum Ecclesiasticarum.

Tertium testimonium sumitur ex illis Domini verbis, quibus instituit Eucharistiam, & conuerti voluit substantiam vini & panis in substantiam corporis & sanguinis Christi, quod nos accipientes illi necessariō cōiungimur: sunt verō illa, Hoc est corpus meū, ] quorum sententia est iuxta Catholicos, Hoc quod sub his speciebus conspicuis continetur, est corpus meum. Similiter dixit accipiens calicem, Hic est sanguis meus noui testamenti. ] Quæ verba propriè intelligenda sunt propter argumenta subiecta. Primum est, quod semper verba scripturæ propriè sunt accipienda, nisi secus apertè appareat. Secundum, quia tota Catholica Ecclesia per omnes ætates sic est interpretata, vt ostendimus. Tertium, quia doctrina, & sanctimonia præstantissimi viri sic intellexere. Quartum, quia nulla gens Christiana paulo notior existit, quin illa sic se intelligere protestata sit & verbis, & factis saltem singulis diebus festis: quod nulla in re sic contingit: atque ita in eundem sensum conuenere docti, indocti, & cuiuslibet conditionis homines, vt cū de consensu totius orbis agemus, palàm fiet. Quintum, miracula, quæ hoc declararunt, maxima ad id nos cogunt. Sextum, figuræ, & vaticinia, quæ præcesserunt, id suadēt. Septimum carmina sibyllarum id prædixere. Octauum antiquorum Rabinorum, qui ante Christi aduentum florere, id scripta ostendunt. Nonum gentes Christiano nomini infensissimæ vel idem crediderunt, vel à Christianis olim sic creditum testantur. Hæc omnia singillatim suis locis infra aperientur. Impii multa adducunt aduersus Ecclesie Catholice sensum, sed ea quibus ingenio mediocri soluere potest, & nugis chartas infercire est extra propositum nostrum. Optimum namque, aiebat Paulus, est gratia stabilire cor neque ad sua desideria coaceruare sibi magistros. Cum Christus igitur dicat in Eucharistia esse corpus suum, & illud sit vnicum, nos illam sumentes sine dubio Christi corpori adiungimur, & in vnum corpus omnes copulamur. Præterea verō cū dicat, Hoc est, ] & particula, Est, referatur ad substantiam, ob id enim dicitur verbum substantiuum; manifestè hinc liquet non esse ibi substantiam panis, aut vini, sed tantum corporis Christi.

Quartum sit itaque testimonium S. Pauli 1. Cor. 10. dicentis, Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? ] Quæ verba explicans S. Ioannes Chrysostomus hom. 24. ad hanc epistolam scribit Paulum noluisse dicere μετοχήν id est participationem, sed κοινωνίαν id est communicationem: vt indicaret per hoc Sacramentum ita participari corpus & sanguinem Domini, vt fiant vnum participans & res participata, intima quadam, veraque coniunctione, qua verē coniuncta sunt per incarnationem verbū Dei, & caro. Idem scriptum reliquere innumeri, quos infra adducemus. Quocirca per Eucharistiam coniungimur omnes in vnum Christi corpus, quamdiu quidem permanent species illæ in nobis: postea namque remanet coniunctio spiritus.

Quintum testimonium est eiusdem Pauli, dicentis, Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini. ] & suprā, Reus erit corporis, & sanguinis Domini. ] Quibus verbis reprehenditur, qui indignè Eucharistiam sumit, qui que sumet aliquando, neque fide, neque caritate Christo coniunctus, & tum reus est corporis, & sanguinis Domini, sumit vtrumque, quia non diiudicat corpus Domini, id est facto suo nō ostendit sibi esse Domini corpus ab aliis rebus discernendum, & honorificentissimè accipiendum. est igitur verē in Eucharistia Christi corpus, quod uel ab indi-

TESTIMONIA NOVI TESTAMENTI.

indignis, neque credentibus sumatur, & ob id rei sint, veluti disuncti ab ea, quæ in primis exigitur, adhesionem spiritus, & caritatis. non igitur per similitudinem est ibi solummodo Christi corpus: alioquin indignè sumens non esset verè reus sanguinis, & corporis Domini, neque opus esset ut diiudicaret ibi esse corpus Domini. sic intellexere hunc locum Origenes hom. 2. in psal. 37. S. Ambrosius, & Theodoretus in commentariis ad illum cum ceteris interpretibus. SS. Basilius lib. 2. de baptismo, c. 3. Hieronymus in c. 1. Malachie Chrysostomus hom. 24. in priorem ad Corinthios, hom. 83. in Matthæum, & 45. in Ioannem, Hesychius lib. 6. in Leuiticum, c. 26. Augustinus lib. 5. de baptismo c. 8. & lib. 1. contra Cresconium, c. 25. & ep. ad Honoratum 120. cap. 27. denique epist. 162. Oriens præterea totus vbi cumque, vel inter Græcicas nationes, vel Syriacas in more est positum, ut S. Basilii lithurgia, siue anaphora celebretur, ut habetur in illa, priusquam recitetur oratio Dominica in Missa. Quin Nicolaus Episcopus Methonensis ita cunctis Ecclesiis traditum in orbe vniuerso à Clemente Papa, Petro, Paulo, Marco, Ioanne, Andrea scribit.

VI. 1. Cor. 6.

Sextum sit testimonium Pauli eiusdem scribentis ad eosdem Corinthios: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi. tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. an nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. erunt enim, inquit, in carne vna: qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. Ien Paulus distinguit coniunctionem spiritus cum Deo, quæ maximè à nobis exigitur ab ea, per quæ membra nostra sunt vna cum Christi corpore, quæ fit ipsomet Christi corpore per Eucharistiam se adiungente corpori nostro, sicut in malum fiunt vnum corpus meretricis, & mœchus. Sic exponunt ea verba Pauli S. Irenæus, Cyprianus, Chrysostomus, & alii.

Iren. lib. 5. c. 6. aduer. hæres. Cypri. lib. 3. c. 6. primo.

VII.

Eph. 3.

Septimum sumitur ex illis verbis Pauli eiusdem scribentis ad Ephesios, gentes esse coheredes concorporales, & participes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium. Non modò igitur sancti sunt in Christo Iesu coheredes per fidem & caritatem, & participes gloriæ, sed & concorporales corporis eiusdem per Eucharistiam, ut inter alios interpretatur S. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. c. 26. in Ioannem.

VIII.

Eph. 2.

Octauum est ex eadem epistola, in qua Paulus ait de gentibus & Hebræis loquens, quod in vnum corpus conuenierint ex adiunctione corporis Christi: Ipse (ait de Christo) est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ soluens inimicitias in carne sua legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem, ut reconciliet ambos in vno corpore Deo. Ien Paulus aperte ait, gentes, & Hebræos factos hominem vnum, eumque nouum in vno corpore Christi: quod per Eucharistiam fieri tradit inter alios hunc explicans locum S. Cyrillus Alexandrinus.

IX.

Eph. 5.

Nonum testimonium est ex eadem epistola, in qua sic S. Paulus: Nemo enim nunquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, ac fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius. propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adheribit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. I hæc Paulus apertissimè asserens nos esse membra de carne & ossibus Christi, ut illi adiungamur veluti vxor viro, & per hoc Ecclesia, & Christus sint duo in carne. sic explicant hunc locum referentes ad Eucharistiam SS. Irenæus, Methodius martyr, ut supra lib. 1. retulimus, Chrysostomus, & Augustinus, quæ latiùs capite de similitudinibus enucleabuntur.

X. Iren. lib. 5. c. 6.

X.

Denique, ut finem faciamus in Eucharistia corpus esse verum Christi, cui nos adiungamur, & per quod vnum corpus verè efficiamur, ut SS. Cyrillus Alexandrinus, Chrysostomus, Nicolaus Episcopus Methonensis, & alij scribunt, permanente illo intra nos, quamdiu species consistunt, mox intima vi spiritus deriuati à corpore Christi, probant toties reperitæ similitudines à Paulo, nos esse vnum corpus; sic namque ille scribit ad Romanos, Corinthios, Ephesios, Colossenses. Quam coniunctionem fieri non modò per spiritum fidei, caritatis, baptismi, sed etiam per ipsummet vnum Christi corpus re vera sumptum in Eucharistia, transmutato pane & vino in eius substantiam, probant innumera Patrum sanctorum, & doctissimorum monumenta Sibyllinorum versuum oracula, similitudines, & rationes, quæ singillatim suis locis infra adducemus, ne sæpius eadem repetamus. Sic enim Paulus ad Romanos. Multi vnum corpus sumus in Christo. I & ad Corinthios, Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. I & ad Ephesios, Vnum corpus, vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum

Rom. 12. 1. Cor. 12. Eph. 1. 2. 4. 5. Col. 12.

A vnum baptismum, vnus Deus, & pater omnium. Ien ut distinguit vnitatem corporis ab vnitatem spiritus, fidei, baptismi & mox cum multa enumerat Ecclesie à Christo concessa: ait ea data in ædificationem corporis Christi, cuius Christus sit instar capitis: & ad Colossenses inquit, Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. I & Ipse est caput corporis Ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare. I & mox, Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti. I Nunc audiamus sanctissimorum Apostolorum, patrum, doctorumque testimonia, quibus idem clarissimè nobis aperitur, & explicatur. Hoc namque est mysterium, quod Paulus vocat ad Colossenses scribens absconditum à sæculis & generationibus, sed manifestatum sanctis eius & ad Ephesios, alijs generationibus dicit non agnitum, sicut est reuelatum sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu: quod adnotarunt optimè SS. Dionysius Areopagita, Irenæus, Cyprianus, Cyrillus Alexandrinus, & Hierosolymitanus, Hilarius, Chrysostomus, Germanus, & alij multi, ut ostendemus.

Cyri. Alexan. lib. 11. c. 27. in Ioa. H. lib. 8. de Trin. Chry. sol. in licur. Iren. lib. 5. c. 6. Cypri. ep. 63. vel 3. lib. 2. & 76. vel 1. lib. 6.

Secunda classis testimoniorum quibus probatur in Eucharistia esse verum Christi corpus, & sanguinem, in qua transeant panis ac vinum. cuius sumptione nos verè adiungimur in vnum corpori Christi. Constat hæc classis ex Apostolorum, Sanctorum, Doctorumque institutis, & dictis. Cap. III.

C



Christus iussit Apostolis, ut quod ipse fecisset in Eucharistia, & ipsi facerent, testibus SS. Luca, & Paulo. Ne dicamus igitur Apostolos Domini mandata neglexisse; id fecere, neque ipsi modò, sed ex eodè mandato cuncti sacerdotes. Hinc actorum c. 2. habetur de Christianis, Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. I in Græco est τὴ κοινῶν, καὶ τῆ κλῆσει τῶ ἁγίου καὶ ταῖς προσευχαῖς

Luc. 22. 1. Cor. 12. TESTIMONIA APOSTOLORVM ET PATRVM.

cum additione articuli, τῆ τῶ ταῖς qui verbis adiungit emphasim, quasi dicas illam communicationem, illam fractionem panis, illas preces. Quamobrem SS. Chrysostomus, Augustinus, Proclus, Ionas Aurelianensis, & hos secuti Strabus, Humbertus Abbas Syluæ candidæ, ac Petrus Trecentis hæc referunt ad Eucharistiam omnia. Similiter, quod habetur c. 13. Antiochiæ contigisse, ut ibi essent doctores, & Prophetæ, Barnabas, Simon, Lucius, & Manahen, & ministrantibus illis Domino, & ieiunantibus dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum, & Barnabam, I Græcè est, λειτουργῶν id est liturgiam celebrantibus, siue litantibus. hoc namque verbo S. Lucas, qui Apostolica acta descripsit, sacrificium designat in Euangelio, cum loquitur de Zacharia Propheta. Ob id Metaphrastes in vita SS. Pauli, & Petri, hoc verbum refert ad Eucharistiam; & Græci omnes Eucharistie consecrationem, siue sacratissimam Missam vocant liturgiam. Eodem spectat, quod S. Lucas c. 20. inquit, Cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis Troade. I Græcè est, συνηγμένον id est, ad synaxim venientibus, siue collectam. Atque ita hunc locum pertinere ad Eucharistiam tradunt SS. Augustinus, Beda, Strabus, & Græci synaxim passim vocant conuentum ad Eucharistiam sumendam.

Chry. hom. 27. 1. ad Cor. Aug. ep. 59. ad Paul. Strab. de Eccl. off. c. 20. Hæd.

D

Egitur non modò Apostoli, sed etiam à Christi iussu ceteri sacerdotes Eucharistie institutionem retinere: quod & Corinthiis se tradidisse Paulus apertissimè restatur: Quod & tradidi vobis, ait: subiicit tamen continuò, Cetera, cum venero, disponam. I Nam sicut Christus, ut apparet ex Euangelistis, sermonem aliquem de rebus diuinis fecit, antequam conficeret Eucharistiam, & gratias egit, deinde verò hymnum dixit; sic Apostoli instituerunt ut ante Eucharistie confectionem sermones multi præmitterentur, & post eam multi etiam subiicerentur. Quamobrem sicut integræ ac totius Missæ ritus habentur à cunctis nationibus seorsim scripti, sic illius multas partes in antiquissimis scriptoribus legere possumus, ut apud SS. Dionysium lib. de Eccl. Hierar. c. de synaxi, Iustinum in Apologia ad Antoninum, vbi ait, acclamante omni populo confici Eucharistiam, & in synaxi lectiones ex prophetis & Apostolis recitari consueisse. Tertullianum in apologetico c. 39. S. Cyprianum sermone 6. de oratione Dominica, SS. Cyrillum Hierosol. catechesi

E

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.

ijs Episcopus Antiochiæ constitutus; sic igitur ille, vt refert Theodoretus, de hæreticis A quibusdam loquens; Eucharistias, ait, & oblationes non admittunt, quòd non confiteantur Eucharistiam esse carnem Saluatoris, quæ pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitauit. ] & idem rursus ad Philadelphienfes, vt ostendat coniunctionem, quæ ex Eucharistia sumpta nascitur, Rogo vos, ait, vt instetis vni fidei, vni prædicationi, vna Eucharistia vtentes. Vna est caro Domini Iesu, & vnus eius sanguis, qui pro nobis effusus est, vnus etiam panis pro omnibus confractus, & vnus calix totius Ecclesiæ. ] Viden' vt hortetur nos esse fidei vnus, quia in vnam carnem Christi coniungimur, distinguens alterum ab altero? Nunc attende ad sancti Pauli discipulum S. Dionysium Areopagitam, quem sanctus Gregorius venerabilem & antiquum patrem vocat, sic igitur ille; Hæc etiam, inquit, considera postis in diuino altari veneratione dignis signis, per quæ Christus & signatur, & percipitur, sine mora est præsto, sanctorum enumeratio, quæ declarat coniunctionem indiuiduam adhæisionis cælestis, sacræque eorum cum illo. ] Audin' vt per conspicuas species, siue signa, Christus non modò signetur, sed etiam percipatur? Hinc idem sic alloquitur, O diuinissimum, ò sacrosanctum sacramentum, obducta tibi significantium signorum operimenta dignanter aperi, & perspicue nobis fac appareas, nostrosque spirituales oculos singulari & aperto tuæ lucis fulgore imple. ] Intellexistin' signis illis, non amplius substantia operiri ipsum Christum, ne dicas calix tantum contineri; est sub illis operimentis. Alloquitur sacramentum sacerdos, veluti rem quæ audiatur, diuinissimam vocans, quæ ibi adsit, ne dicas alloqui imaginem, per quam nostra mēs cælum respiciat, in quo sancti esse creduntur. Rursus idem paulo post: Pontifex, ait, quòd hostiam salutarem, quæ supra ipsum est, litet, se excusat, ad ipsum exclamans: Tu dixisti, hoc facite. en ipse est ibi, qui dixit, hoc facite: ipse est igitur, non figura ipsius. Audi nunc de coniunctione quid mirabiliter dicat eodem loco. Quod enim Iesu diuino verbo est vnum, & simplex, atque occultum, humanitatis nostræ assumptione ad id, quod concretum est, & videtur, sine mutatione pro sua in nos benignitate, & humanitate profectū est, & nostri secum communionem, quæ vnum efficit, atque coniungit, benignè procurauit, ea, quæ in nobis humilia sunt, connectens perfectè cum iis suis, quæ sunt diuina maxime, si modò etiam nos, vt membra cum corpore, sic cum eo cohareamus, & connectamur integræ diuinæque vitæ similitudine, & perturbationibus interitum afferentibus mortui ad diuina maximeque valentia membra apti simus, & cum ijs nos conglutinemur. ] Hæc ille distinguens coniunctionem caritatis ab Eucharistiæ coniunctione. Hanc perfectam vocat, illam non ita, quamuis ad hanc necessarium sit charitatis vinculum, ut simus membra non infirma, & mortua, sed valida, & viuia. Sequitur etate proximus sanctus Iustinus, cuius sunt hæc in Apologia ad Antoninum: Eucharistiam faciente præfecto, & acclamante omni populo, vocati à nobis diaconi dant vnicuique præsentium participare è pane, vinoque, & aqua Eucharistia effectis, & absentibus mittunt. & alimentum hoc à nobis vocatur Eucharistia, quam nulli alii participare licet, quàm credenti vera esse quæ traduntur à nobis, qui sit ablutus lauacro, quo remittuntur peccata, & renascitur homo, viuaturque vt Christus præscripsit. Neque enim vt communem panem, neque ut communem potum hæc sumimus, sed quemadmodum verbo Dei caro factus est Iesus Christus Saluator noster, & carnem & sanguinem habuit pro salute nostra, sic per preces verbi ab ipso traditi Eucharistiam factam alimentum, è quo carnes & sanguis noster per immutationem aluntur, edocti sumus esse carnem Iesu illius, qui pro nobis caro factus est. ] Hæc sanctus Iustinus apertissimè asserens per preces verbi à Christo traditi Eucharistiam esse factam carnem Christi incarnati, neque sumi vt communè panem, & potum. Ait item carnes nostras alii, & immutari per Eucharistiæ sumptionem, propter vim scilicet, quam carnibus immittit ad resurgendum.

IX.

X.

Lib. 5. c. 2.

Vixit eodem tempore cum sancto Iustino Irenæus S. Polycarpi discipulus, qui sic, vni inquit, omnimodo qui vniuersam Dei dispositionem contemnunt, & carnis salutem negant, & regenerationem eius spernunt, dicentes non eam capacem esse incorruptibilitatis. sic autem secundum hæc, videlicet nec Dominus sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiæ communicatio, neque panis, quem frangimus, communicatio corporis eius est. sanguis enim non est, nisi in uenis, & carnibus, & reliqua quæ est secundum hominem substantia, qua uerè factum uerbum Dei, sanguine suo redemit nos. Quemadmodum, & Apostolus ait: In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, & remissionem

B

C

D

E

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.

A nem peccatorum; & quoniam membra eius sumus, & per creaturam nutrimur: creaturam autem ipse nobis præstat, Solem suum oriri faciens, & pluens quemadmodum vult, cum calicem, qui est creatura, suum sanguinem, & cum panem, qui est creatura, suum corpus confirmavit, ex quo nostra auget corpora. Quando igitur & mixtus calix, & fractus panis percipit uerbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur, & consistit carnis nostræ substantia, quomodo negant carnem capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, quæ sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius, quemadmodum & beatus Apostolus ait in ea quæ est ad Ephesios epistola, quoniam membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius: non de spiritali aliquo & inuisibili homine dicens hæc, (spiritus enim carnem & ossa non habet) sed de ea dispositione, quæ est secundum hominem, quæ ex carne, & nervis, & ossibus consistit, quæ de calice, qui est sanguis eius, & de pane, qui est corpus eius, augetur? & quemadmodum lignum vitis depositum in terra suo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram & dissolutum multiplex surgit per spiritum Dei, qui continet omnia, quæ deinde per sapientiam in usum hominum veniunt, & percipientia uerbum Dei Eucharistia fiunt, quod est corpus & sanguis Christi: & nostra corpora ex ea nutrita, & reposita in terra, & resoluta in eam, resurgent suo tempore, uerbo Dei resurrectionem eis donante in gloriam Dei Patris. ] Hucusque S. Irenæus clarissimè hæc con testans. Primum, Eucharistiam esse communicationem corporis, & sanguinis, qui est in uenis, & carnibus, & substantia hominis; non igitur figura. Secundum, nos esse membra Christi, qui confirmavit panem uinumque Eucharistiæ esse corpus & sanguinem suum, quo nostra corpora augeantur: nimirum quo ad vim carnibus nostris commissam ad resurgendum, vt postea exponit. Tertium, calicem mixtum, & panem fractum uerbo Dei fieri Eucharistiam sanguinis & corporis Christi, quo nos nutriamur, & augeamur, & consistamus, vt membra eius. Quartum, repetit ob Eucharistiam nos esse de carne & ossibus Christi non modò quo ad spiritum, sed etiam quo ad carnem, nervos, ossa. Quintum, repetit uinum & panem uerbo Dei fieri Eucharistiam, quam dicit esse corpus & sanguinem Christi, quo nos nutriti vim sumamus ad resurgendum. Quis apertiora querit? Audi iterum eundem. Quomodo autem, inquit, constabit eis eum panem, in quo gratiæ sunt actæ, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicunt idem uerbum eius, per quod lignum fructificat, & defluunt fontes, & terra dat, primum quidem foenum, post deinde spicam, deinde plenum triticum in spica? quomodo rursus dicunt carnem in corruptionem venire, & non percipere vitam, quæ à corpore Domini & sanguine alitur? ergo aut sententiam mutent, aut abstineant offerendo quæ prædicta sunt. nostra autem sententia consonans est Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram: offerimus enim, & quæ sunt congruenter eis, communicationem & unitatem prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim qui est à terra panis percipiens inuocationem Dei iam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus cõstans, sic corpora nostra percipientia Eucharistiam iam nõ sunt corruptibilia spem resurrectionis habetia. ] Hucusque Irenæus clarissimè scribens constare panem, & uinum, in quo gratiæ sunt actæ, esse corpus & sanguinem Christi. Secundo loco ait, ob id probari Christum esse filium Dei, qui cuncta fabricatur, & regit: quod absurdissimè diceretur, nisi re vera esset in Eucharistia corpus Christi, sed tantum per similitudinem aut figuram, quantumuis sublimem: necesse est ibi adsit ita, vt per hoc sequatur opus esse eadem omnipotentia Dei, qua mundus est conditus, & gubernatur. sic namque argumentatur sanctus, nisi inuisum uelimus eum vocare. Tertio addit, carnem nostram ali. corpore & sanguine Christi, atque ideo resurgere. ergo si alitur corpore, & sanguine Christi, & in Eucharistia est illud. Quarto adiicit Eucharistiam congruere resurrectionis sententiæ, & contra declarat in quo sit congruentia: quia in Eucharistia sunt duo, primum communicatio, deinde unitas carnis & spiritus. ergo Christi caro & spiritus simul nobis primò communicatur, atque ita unitur. Quinto repetit Eucharistiam non esse communem panem, sed rem cõstantem è duobus, carne, & spiritu, sicuti nos quo ad utrumque resurgemus. Hic quis curet refellere ineptias hæreticorum? quis illorum stoliditatem non excretur?

E

S. Irenæi tempora attingit Clemens Alexandrinus, cuius hæc sunt uerba: Ideo autem Ecclesia (ait ille loquens de Christiano, qui in doctrina Christi sit adhuc infans) lac non

XI.  
Sero. lib. 1.

De Sig. Tom. 2.

B habuit,

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.

habuit, quod lac esset, hic infantulus pulcher, & appositus, scilicet corpus Christi nouum A  
coetum verbo nutriens, quem Dominus ipse carnali labore peperit, quem ipse fascijs  
alligauit Dominus pretioso sanguine. O sanctas secundinas, & partum sanctum, o san-  
ctas fascias. Verbum est omnia infanti, & pater, & mater, & pædagogus, & altor.  
Comedite, inquit, meam carnem, & bibite meum sanguinem. Hæc apposita & con-  
uenientia alimenta suppeditat nobis Dominus, & carnem præbet, & effundit sangui-  
nem, & ad incrementum nihil deest infantulis. O admirabile mysterium: ueterem &  
carnalem nos iubet exuere corruptionem, quemadmodum & uerus nutrimentum.

Alit autem nouæ Christi dietæ effectos participes, illum vult, si fieri potest, recipientes in  
nobis ipsis reponere, & Saluatorem intra pectus comprehendere, vt carnis nostræ affe-  
ctiones integras incorruptasque reddamus. An non vis sic intelligere, sed fortasse com-  
munius? hoc quoque audias. ] His dictis ostendit Clemens corpus Christi nobis esse, B  
lac, sanguinem ipsius esse fascias secundinas ( quibuscum veluti duplici carne vestiti in-  
terdum nascuntur infantes, ) carnem & sanguinem esse nobis alimenta, & incrementa,  
quibus ueterem, & carnalem exuamus corruptionem, recipi, reponi, comprehendere, quan-  
tum fieri potest ( neque omnino potest ) intra nostra pectora Saluatorem, vt carnis nostræ  
affectiones integras incorruptasque reddamus. Eorum uero Christi uerborum, Comedi-  
te, & bibite, sententias alias ab hac communiores dicit, quod hæc sit propria & germana.

XII. Eadem, qua Clemens ætate Tertullianus quamuis iunior fuit qui sic libro de resurre-  
ctione, Caro, ait, corpore & sanguine Christi vestitur, vt anima de Deo saginetur. ] En vt  
distinguit coniunctionem spiritus, quod est animam saginari de Deo, à coniunctione cor-  
poris, quod est carnem corpore & sanguine Christi vestiri. & alibi hortans scæminas Chri-  
stianas ne gentilibus nubant, hoc argumento innititur, quod earum maritis prodenda C  
erunt Christi sacramenta pertinentia ad Eucharistiam, quod illi solū credent esse panem  
qui apparet in Eucharistia panis. Nō sciet, ait, maritus, quid secrete ante omnem cibum  
gustes; & si sciuerit, panem, nō illum credet esse, qui dicitur. ] Hæc ille. aduerte autē duo:  
primum, uulgatissimum fuisse olim apud Gentiles à Christianis sub specie panis comedi  
carnes, & ob id habitos Christianos abominationi, vt ostendemus: quamuis nostri con-  
arentur è maiorū præscripto mysteria tanta calare, ne sanctū canibus darent, & proiicerēt  
margaritas ante porcos. Secundū, dici à Tertulliano, panem credent, non illum s. Chri-  
stum, qui dicitur, ] vt intelligas re uera non fuisse Eucharistiā panē, quāuis diceretur, ac se-  
pius dicatur ob eā causā, quod omnia panis accidentia retineat nulli subiecto inhærentia.

XIII. S. Hippolytus martyr æqualis Tertulliano fuit, is autem libro de contuminatione mun-  
di: inquit, Ecclesiarum ædes sacræ, tugurij instar erunt, pretiosumque corpus & sanguis D  
Christi non exstabit in diebus illis, liturgia extinguetur. ] hæc ille apertissime signans An-  
tichristi præcursores Protestantes.

Proximus sequitur Origenes, qui sic contra Celsum. Quocirca, ait, Celsus Dei  
XIV. ignarus, gratias dæmonibus reddat, nos uero creatori omnium Deo gratias agen-  
tes, & pro collatis eius in nos beneficiis actis gratias, & oblatis panibus uescimur; qui  
vtique per preces efficiuntur corpus quoddam sanctum, & sanctificans eos, qui sano pro-  
posito & mente illo utuntur. ] & rursus: Quoniam uitæ pane & poculo frueris, manducas  
& bibis corpus & sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. ] & ali-  
bi: Nostis, qui diuinis mysteriis interesse consueuistis, quomodo cū suscipitis corpus Do-  
mini cum omni cautela & ueneratione seruat, ne ex eo parum quid decidat, ne conse-  
crati muneris aliquid dilabatur. reos enim vos esse creditis, & recte creditis, si quid inde E  
per negligētiam decidat. ] Rursus idem: Tunc in ænigmate manna erat cibus, nūc autem  
in specie caro uerbi Dei, & uerus cibus, sicut ipse dicit, Caro mea uerè est cibus. ] Hæc Ori-  
genes, in cuius dictis est obseruandum, quod quoties species ænigmati opponitur, est uer-  
itas ipsa, aut dicit in specie, ob speciem panis.

XV. Paulò post Origenem floruit S. Cyprianus, qui sic ep. 11. siue 15. lib. 3. Contra Euange-  
lij legem, contra uestram quoque honorificam petitionem ante actam poenitentiam, an-  
te exomologesim grauissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo &  
clero in poenitentia impositam offerre lapsis pacem, id est sanctum Domini corpus pro-  
fanare audeant, cū scriptum sit, Qui ederit panē, aut biberit calicem Domini indignè,  
reus erit corporis & sanguinis Domini. ] & ep. 56. Parare se debent milites Christi consi-  
derantes idcirco se quotidie calicē sanguinis Christi bibere, vt possint & ipsi sanguinem  
pro

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.  
XVII.

A pro Christo fundere. ] & libro de lapsis, Sanctificata ora cælestibus cibis post corpus &  
sanguinem Domini profana contagia, & idolorum reliquias respuerunt. ]

Exstant sancti Cypriani antiquissimi & sanctissimi scriptoris sermones aliquot in qui-  
bus hæc habentur libro de cœna Domini, Consumpto agno, quem antiqua traditio pro-  
ponebat, inconsumptibilem cibum magister apponit discipulis: nec iam ad elaborata im-  
pensis & arte conuiuia populi incitantur; sed immortalitatis alimonia datur à com-  
munibus cibis differens, corporalis substantiæ retinens speciem, sed uirtutis diuinæ in-  
uisibili efficientia probans adesse præsentiam. ] & mox: Manducauerant, & biberant de  
eodem pane secundum formam uisibilem: sed ante uerba illa cibus ille communis  
tantum nutriendo corpori commodus erat, & uitæ corporali subsidium ministrabat: sed  
ex quo à Domino dictum est, Hoc facite in meam cōmemorationem, hæc est caro mea,

B hic est sanguis meus; quotiescumque his uerbis, & hac fide actum est, panis iste supersub-  
stantialis, & calix benedictione solenni sacratus ad totius hominis uitam salutemque  
proficit, simul medicamentum, & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas  
iniquitates existēs. ] & rursus, Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, nō effigie,  
sed natura mutatus, omnipotentia uerbi factus est caro: & sicut in persona Christi hu-  
manitas uidebatur, & latebat diuinitas, ita sacramento uisibili ineffabiliter diuina  
se infundit essentia, vt esset religioni circa sacramenta deuotio, & ad ueritatem, cuius  
corpus & sanguis sacramenta sunt, sincerior pateret accessus usque ad participatio-  
nem Spiritus, non usque ad cōsubstantialitatem Christi, sed usque ad societatem germani-  
simam eius hæc unitas peruenisset. ] Idem libro de oratione Dominica: Quomodo di-  
cimus, Pater noster? quia intelligentium, & credentium pater est: sic & panem nostrum

C uocamus, quia Christus noster, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem  
panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quo-  
tidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum abstenti, &  
non communicantes à cælesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso prædi-  
cante, & monente, Ego sum panis uitæ, qui de cælo descendit; si quis manducauerit de  
meo pane, uiuet in æternum: & Panis autem, quem ego dederò, caro mea est pro mundi  
uita. Quando ergo dicit in æternum uiuere, si quis ederit de eius pane, vt manifestum est  
eos uiuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure communicationis accipiunt,  
ita contra timendum, & orandum, ne dum quis abstentus separatur à Christi corpore,  
procul remaneat à salute. ] Hucusque S. Cyprianus.

D Post hos S. Dionysius Episcopus Alexandrinus fuit, qui sic epistola ad Basilidam: De  
mulieribus, quæ sunt in abscessu, an eas sic affectas oporteat domum Dei ingredi, super-  
uacaneum uel interrogare existimo: neque enim eas arbitror, si sunt piæ, & fideles, sic affe-  
ctas aufuras uel ad sanctā mensā accedere, uel corpus & sanguinē Domini attingere. ] & po-  
stea: Ad sancta autē sanctorū, qui anima & corpore purus nō est, accedere prohibebitur. ]

Sequitur sanctissimi martyris Methodii testimonium Symposio decem uirginum,  
quod supra libro primo attulimus; qui uolet, ibi leget.

XIX. S. Cyrillus Hierosolymitanus & ante & post concilium Nicænum fuit; eius sunt hæc  
uerba catechesi quarta: Cū Christus igitur sic affirmet, atque dicat de pane, Hoc est cor-  
pus meum; quis deinceps audeat dubitare? atque eodem quoque confirmare, & docen-  
te, Hic est sanguis meus quis unquam dubitet, ac dicat non esse illius sanguinē, Aquam  
mutauit in uinum, quod est sanguini propinquum, in Cana Galilææ sola uoluntate: &  
non erit dignus, cui credamus, quod uinum in sanguinem transmutasset? Si enim ad  
nuptias corporeas inuitatus, stupendum miraculum operatus est, & non magis cor-  
pus & sanguinem filijs sponsi dedisse illum confitebimur? Quare omni cum certitu-  
dine corpus & sanguinem Christi sumamus. Nam sub specie panis datur tibi corpus,  
& sub specie uini datur tibi sanguis, ut sumpto corpore & sanguine Christi efficiamur  
ei participes corporis, & sanguinis, atque ita Christophori efficiamur, id est Chri-  
stum ferentes, cū eius corpus & sanguinem in membra nostra receperimus, atque ita,  
ut Petrus dixit, diuinæ naturæ confortes efficiamur. ] & post; Eos nunc, qui inter patrem  
& filium uoluntatis ingerunt unitatem, interrogo utrumne per naturæ ueritatem hodie  
Christus in nobis sit, an per concordiam uoluntatis. Si enim uerè uerbum caro factum  
est, & nos uere uerbum carnem cibo Dominico sumimus, quomodo non naturaliter  
manere in nobis existimandus est, qui & natura carnis nostræ iam inseparabilem sibi

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.

homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit? Ita enim omnes vnum sumus, quia & in Christo pater est, & Christus in nobis. Quisquis igitur naturaliter patrem in Christo negat, negat prius non naturaliter vel se in Christo, vel Christum sibi inesse: quia in Christo pater, & Christus in nobis est vnum, in his esse nos faciunt. si verè igitur carnem corporis Christi Christus assumpsit, & verè homo ille, qui ex Maria natus est, Christus est, nosque verè sub mysterio carnis corporis sui sumimus, & per hoc vnum erimus: quia pater in illo est, & ille in nobis. quomodo voluntatis vnitas asseritur, cum naturalis per Sacramentum proprietatis perfectæ sit sacramentum unitatis? hac oratione tam dilucidè S. Cyrillus expressit veritatem corporis Christi in Eucharistia, mutationem panis ac vini in corpus & sanguinem ipsius, coniunctionemque corporis nostri cum eo, vt vellet illa explicare, sit lumen Soli adijcere.

XX. Audiamus nunc Athanasium sanctum, qui citatur à Theodoro in secundo Dialogo in hæc verba: Corpus est, cui dicit, Sede à dextris meis, cuius etiam inimicus diabolus cum malis potestatibus, & Iudæi, & Græci, per quod corpus Pontifex, & Apostolus fuit, & dictus est per id, quod tradidit nobis mysterium, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: & Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur. Diuinitas autem neque corpus habet, neque sanguinem.] Hæc sanctus probare aduersus hæreticos volens Christo verum corpus fuisse, duoque adducens; quia dictum est illi Sede à dextris meis: & quia ipse dixit, Hoc est corpus meum: quod in mysterio siue sacramento tradidit.

XXI. Eadem cum prædicis tradit Iulius Firmicus ad Constantinum & Constantem scribens his verbis: Et rursus ipse (scilicet Christus) vt maiestatis suæ substantiam (non igitur figuram, aut vim solam) credentibus traderet, ait, Nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis.] & mox: Cælesti cibo renouate hominem perditum, vt quidquid in vobis mortuum est diuinis beneficijs renascatur.] hæc ille agens de quibusdam symbolis gentilium in pane & vino positis, & inuitans ad nostra sacramenta.

XXII. Nunc Hilarius aduersus Arianos disputantem audiamus, Non est humano aut sæculi sensu loquendum in Dei rebus, neque per violentiam aut impudètem prædicationem cælestium dictorum sanitate alienæ, atque impiæ intelligentiæ extorquenda peruersitas est. Quæ scripta sunt legimus, & quæ legimus intelligamus, & tunc perfectæ fidei officio fungemur. De naturali enim Christi in nobis veritate quæ dicimus, nisi ab eo discamus, stultè atque impiè dicimus. ipse enim ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus: qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus. nunc enim, & ipsius Domini professione, & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est, & hæc accepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc veritas non est? Cõtingat his planè non esse: qui Christum Iesum verum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. quod autem in eo per sacramentum communicatæ carnis, & sanguinis sumus, ipse testatur, dicens: Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis, quando ego viuo, & vos viuetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Si voluntatis tantum vnitatem intelligi uellet, cur gradum quemdam, atque ordinem consummandæ unitatis exposuit, nisi, vt cum ille in patre per naturam diuinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rursus in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur, ac sic perfectæ per mediatorem vnitas doceretur; cum nobis in se manentibus, ipse maneret in patre, & in patre manens ipse maneret in nobis, & ita ad vnitatem patris proficeremus; cum, qui in eo naturaliter secundum natiuitatem inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipse in nobis naturaliter permanente. Quod autem sit in nobis naturalis hæc vnitas, ipse ita testatus est, Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectæ autem huius vnitatis sacramentum superius iam docuerat dicēs, Sicut misit me viuēs pater, & ego viuo per patrem, & qui manducat meam carnem, & ipse viuet per me. Viuit ergo per patrem, & quo modo per patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus.

Omnia

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.

A Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, vt id, de quo agimus, secundum propositum exemplum assequamur. Hæc verò vitæ nostræ causa est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus; victuris nobis per eum ea conditione, qua viuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter, secundum carnem per eum viuimus, id est naturam carnis suæ adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se patrem habeat, cum viuat ipse per patrem? Hæc autem idcirco à nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum vnitatem inter patrem & filium hæretici mentientes vnitatis nostræ ad Deum vtebantur exemplo, tãquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantum ac voluntate religionis vnitas nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietatis indulgeretur.] Huc ilque Hilarius; aduersus quem mirum, quàm stolidè latent hæretici Caluinistæ.

B Nunc loquatur sanctus Ambrosius, qui sic libro quarto de sacramentis, c. 4. Tu forte dicis, meus panis est vstratus: sed panis iste, panis est ante verba sacramentorum, vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi, & de mysterijs cap. 9. fortè dicas, aliud video, quomodo tu mihi asseris quod corpus Christi accipiam? Et hoc nobis adhuc superest vt probemus. quantis igitur vim exemplis, vt probemus non hoc esse, quod natura formatur, sed quod benedictio consecrauit? maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur? Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens.] Hæc sanctus subiiciens exempla plurima, quibus plurima sunt in aliam rem mutata: concludit; Quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret; quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini Saluatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi

C sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Helix, vt ignem de cælo deponeret; non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legitur, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt: sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt in id mutare, quod non erant? Non enim minus est nouas res dare, quàm mutare naturas.] & mox: Liqueat, quod præter naturæ ordinem virgo generauit: & hoc, quod conficimus, corpus, ex uirgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus pater ex Virgine? & lib. 4. cap. primo, de sacramentis: Ipse Dominus Iesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus, & sanguinis: numquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? ] & mox: Tibi Sacerdos corpus Christi, & tu dicis, Amen. Hoc est: verum quod confiteretur lingua, teneat affectus.] & lib. 6. cap. primo, Sicut verus est Dei filius Dominus noster Iesus

D Christus non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris Ita uera caro, ut ipse dixit, quam accipimus.] & lib. 1. in Lucam, cap. primo, Non dubites assistere Angelum, quando Christus assistit, Christus immolatur.] & lib. 3. de Spiritu sancto, cap. 12. explicans illud psalmi 98. Adorate scabellum pedum eius.] Itaque per scabellum terra intelligitur; per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in mysterijs adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu, vt supra diximus, adorarunt.] & in cap. 10. epistolæ ad Hebræos: Christus, inquit, sacerdos est propter carnem, quam sumpserit, aut propter victimam, quam pro nobis offerebat à nobis susceptam; de qua ait, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, sed in ista carne & sanguine nihil crassum, nihil corruptibile mens humana percipiat, sed viuificatricem substantiam, atque salutarem (non igitur vim, aut figuram) in pane, & vino, per quæ si dignè sumatur nobis est remissio peccatorum.]

E Consensit omnibus hæc sanctus Basilius, qui sic ad Cæsaream Patriciam, Et communicare per singulos dies, & participare de vero corpore & sanguine Christi pulchrum est, & valde vtile, ipso manifestè dicente, Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum habet vitam æternam. Quis ergo ambigat, quin frequens vitæ participatio nihil aliud sit, quàm pluribus modis viuere? ] & libro secundo de baptismo ad caput secundum, Si tales minæ, inquit, aduersus eos positæ sunt, qui temerè ad ea sacra accedunt, quæ ab hominibus sanctificantur; quid dicendum est de eo, qui in tantum ac tale mysterium temerarius est? quanto enim maius id est templo secundum Domini vocem, tanto grauius & terribilius est in animæ impuritate constitutum corpus Christi temerè contingere, quàm sit accedere ad arietes & tauros.] En Basilius san-

De Sig. Tom. 2.

B 3 Aus

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.  
XXV.

ctus ait inter Eucharistiam & sacrificia prisca talem esse differentiam, qualem inter Chri-  
stum & templum.

Audi eius fratrem S. Gregorium Nyssenum, qui sic de Eucharistia loquitur: Panis est  
absque semine, absque aratione, absq; vllō humano opere nobis paratus, is desuper de-  
fluens inuenitur in terris: panis enim qui de cælo descendit, qui verus cibus est, qui æ-  
nigmaticè hac historia significatur, non incorporea quædam res est: quo enim pacto res  
incorporea corpori cibus fiet? res autem, quæ incorporea non est, corpus omnino est. ]  
His verbis duo nobis tradit hic sanctus: primum Eucharistiæ panem esse sine semine,  
aratione, opere humano è cælo desluentem; non ergo est triticeus: secundum, hunc pa-  
nem tamen corporeum corpori esse cibum. sed adhuc illustriora sunt eius verba, quæ re-  
citatur Euthymius in Panoplia parte secūda titulo 21. & Bessarion Cardinalis libello de  
verbis consecrationis ex oratione catechetica c. 26. & 27. Quemadmodū, inquit, parum  
fermenti totam massam sibi similem reddit, sic & corpus illud, quod à Deo factum est  
immortale, in nostrum corpus ingrediens, totum in se transfert, atque commutat. nam  
vt cum pestiferum cum salubri commixtum illud efficit perniciosum, sic & corpus im-  
mortale reddit totum illud, in quo susceptum est, nature simili mortale. ] & mox. Fide-  
lium corporibus coniungitur, vt ea coniūctione cum immortalis homo etiam immor-  
talis participet. ] Hæc sanctus, qui deinde inquirens quomodo vnum corpus tot  
hominum millibus communicetur eodem tempore, & integrum perseueret, subiicit: Con-  
siderandum est quomodo fieri queat, vt cum vnum illud corpus assidue per totum orbem  
terrarum tot fidelium millibus communicetur, totum cuiusq; per partem euadat, & in se  
ipso totū permaneat. ] Respōdet autē, conuerti in illud panem, qui ponitur in altari, non  
delabi è cælo, atque ita sumi ab omnibus sine vlla ipsius diminutione; & inquit, Diui-  
num illud corpus panis nutrimentum accipiens, idem quodammodo erat cum illo cibo  
(vt diximus) in eius naturam immutato. ] & mox: Quamobrem rectè etiam nūc Dei ver-  
bo sanctificatum panem in Dei verbi corpus credimus immutari. ] & iterum: Hæc autem  
tribuit virtute benedictionis in illud ( corpus Domini ) verum quæ videntur ( id est pa-  
nis, & vini ) naturam mutans. ] Hucusque sanctus Nyssenus S. Basilij frater: Nunc duos  
alios fratres istorum maximè amicos testes proferamus.

XXVI.

Sic itaq; S. Nazianzenus in secunda oratione de paschate: Absq; confusione & dubio  
comede corpus, & sanguinè bibe si saltem vitæ desiderio teneris, neq; sermonibus, qui de  
carne habentur, fidem deneges, neq; ob passionē offendaris, cōstans esto, firmus, & stabili-  
s, in nulla re propter aduersariorum sermones fluctues. ] Hæc sanctus de Eucharistia lo-  
quens, non ( vt stolidus quidam scripsit ) de passione. Idem oratione de obitu Gorgoniæ  
sororis sceminæ sanctissimæ, & doctissimæ, laudat eam, & inquit, Ad altare cum fide pro-  
cumbit; eumq; qui super illud colitur, magno cum clamore obtestans, & c.

XXVII.

Audi nunc fratrem S. Cæsareum virum doctissimum in omni litterarum genere, qui  
multas quæstiones paucissimis verbis absoluit, dialogo tertio. Ipsum, inquit ille, san-  
ctum verbum nostri simile factum est, & vitam inter nos agens, cum esset quod erat,  
& cerneretur quod non erat, inquit ad sacrum Apostolorum cœtum, panem distri-  
buens, Hoc est corpus meum nondum immolatus carne, & accipite, & bibite, hic  
est sanguis meus nondum vulneratus in cruce per lanceam in latere, & videmus panem  
illum sanctum hodie in ara incruenta tempore diuini & mystici officii in impolluta po-  
situm mensa nō tam similitudini imaginis salutaris corporis Dei, & verbi, neque item immixto  
ipsius sanguini vnā cum pane propositum poculum vini non membrorum in suos articu-  
los distinctioni, non carne & sanguine qualitati, non oculos effugienti, & abscondi-  
tæ coniūctæ cum ipso formæ experti qualitati. Illud enim sanguinem continens ani-  
matum, rubrum, & articulatum est, & variis arteriis & venis distinctum, quibus ver-  
bum illud opifex variegatum erat vsque ad pilos & vngues. comam enim Dei voco  
Christi comam, similiter & pedes, & vngues, & sanguinem, & aquam: propter me enim  
meus adiunxit se verbum. estq; hoc quidem artubus compositum incedendi vim ha-  
bens, & agendi, illud autem rotundum, non articulatum, inanimatum, sanguine carens,  
immobile, & neutri simile, non ei, qui cernitur sed oculos latet quantum ad diuinitatem:  
credimus nihilominus secundum sermonem diuinum, etiam si non sit simile, vel æquale,  
proprietate tamen ( aduerte hæc verba ) & conuenienter id esse corpus diuinum, quod in  
diuina mensa sanctè consecratur, & vniuerso cœtui sacro absque sectione diuiditur, &  
absque

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.

A absque defectu participatur: neque enim Sol definit indignis Lucem præbere, neque ma-  
re ob salem participantem vsque ad fundum ex hauritur; neque ignis infinitas succedens  
faces languescit, aut minuitur non deficiente eo, quod subest, & flammam excirat: neque  
aër omnium animatorum respiratione minuitur. ] Hæc sanctus Cæsareus, quibus nihil  
clarius ad rem nostram potest excogitari.

His succedit Optatus Mileuitanus, qui hæc aduersus Parmenianum li. 2. Quid enim,  
inquit, est tam sacrilegum, quàm altaria Dei, in quibus aliquando & vos obtulistis, fran-  
gere, radere, remouere? in quibus vota populi, & membra Christi portata sunt, quò Deus  
omnipotēs inuocatus est, quò postulatus descendit Spiritus sãctus, vnde à multis pignus sa-  
lutis æternæ, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est. ] & mox: Quid est altare, ni-  
si sedes corporis & sanguinis Christi. ] & iterum: Quid vos offenderat Christus, cuius illic  
per certa momenta corpus & sanguis habitabat? ] & rursus: Hoc tamen immane facinus  
geminatum est, dum fregistis etiam calicem Christi sanguinis portatores. ] Hæc Optatus  
de Christi corpore, non eius figura: alioquin & ipsum altare & calix sunt figura corporis  
& sanguinis Christi: deinde ait per certa momenta in altaribus habitasse Christi corpus,  
at figura semper habitare potest in altari.

Horum fuit æqualis sanctus Ephrem, qui sic de natura Dei non scrutanda c. 5. Quid  
scrutaris inscrutabilia? si ista curiosè rimaris, nō iam fidelis vocaberis, sed curiosus: esto  
fidelis, atque innocens, participa immaculato corpori Domini tui, fide plenissima, certus  
quòd agnum ipsum integrū comedis. Ignis immortalis sunt mysteria Christi, noli teme-  
rè ea perscrutari, ne in ipsorū perscrutatione comburaris. ] & mox: Hoc sanè excedit om-  
nem admirationem, omnem mentem, omnemq; sermonem, quod fecit nobis vnigeni-  
tus filius Christus Saluator noster Ignem, & spiritum manducandum, & bibendum præ-  
stitit nobis, corpus scilicet, & sanguinem suum.

Eadem habet sanctus Epiphanius: in Ancorato: Videmus, inquit, quod accepit Salua-  
tor in manus suas, veluti Euangelista habet, quòd surrexit in cœna, & accepit hæc, & cū  
gratias egisset, dixit, hoc est meum. hoc? & hoc? & videmus quòd non æquale est, neque  
simile, non imagini in carne, non inuisibili deitati, non lineamentis membrorū: hoc enim  
est rotundæ formæ, & insensibile quantum ad potètiā, & voluit per gratiam dicere, hoc  
meum est, hoc? & hoc? & nemo non fidem habet sermoni: qui enim non credit esse ipsum  
verum, (non igitur per figuram ipsum inquit, & verum) excedit à gratia & salute.

Epiphanium sequitur Victorinus Afer, qui hæc scripsit lib. 3. aduersus Arianos: Nos  
Christiani, qui in Christū credimus, docemur in Euangelio quomodo Deū patrē rogare  
debeamus: in qua oratione cum multa petimus, tū petimus panem, qui panis vita est: sic  
enim dictum est. Hic enim est panis, qui de cælo descendit, hanc vitam, & Christi, & Dei,  
id est æternam, quo nomine ipse dicit *ἐπιείσιον ἄρτον* ex eade *εἰσία* panem, id est, de vita  
Dei consubstantialē vitam. Vnde enim filij Dei erimus, nisi participatione vitæ æternæ,  
quam nobis Christus à patre adferens dedit. Hoc ergo est. *ὁ δὲ ἡμῖν ἄρτον ἐπιείσιον*, id  
est vitam ex eadem substantia. etenim si quod accipimus corpus Christi est, (attende ad  
hæc verba) ipse autem Christus vita est, quærimus *ἐπιείσιον ἄρτον*. diuitiæ enim in Chri-  
sto corporaliter habitant. ] & mox: Hinc sanctus Apostolus ad Titum epistola sic di-  
xit Græcè *ἵνα λυτρώσῃται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας καὶ καθάρσῃ ἑαυτὰ λαὸν περιέσιον*. *ζῆλω-  
τήν καλῶν ἔργων*. Latinus cum non intelligeret *περιέσιον*, ἔχλον *περιέσιον τὸν περίοντα*. ] Hæc  
ille ostendens nos acceptione corporis Christi, in quo omnis plenitudo diuinitatis inha-  
bitat corporaliter, Deo consubstantialē suo modo vitam fortiri, & ob id vocari popu-  
lum circumsubstantialē, vt ipse è Græco declarat. & rursus idē lib. 4. distinguēs coniū-  
ctionem, quam habemus cum Christo, vel quatenus Deus est, vel quatenus spiritum in-  
fundit, vel quatenus omnia, aut etiam caro, inquit nos illi copulandos omnibus modis,  
& copulari, edēdo carnem eius, & sanguinem bibēdo: inquit igitur: Nisi acceperitis cor-  
pus hominis, (obserua hæc verba) sicut panem vitæ, & biberitis sanguinem eius, non ha-  
bebitis vitam in vobis: qui autem edet carnem eius, & bibet eius sanguinem, habet vitā  
æternam: omne enim, quod Christus est, vita æterna est, vel spiritus, vel anima, vel caro.  
Horum enim omnium ipse λόγος est: λόγος autem principalis vita est: ergo etiam ea,  
quæ induit, vita sunt: vnde ista & in nobis vitam æternam merebuntur per spiritum, quē  
Christus nobis dat, facta & ipsa spiritualia. Ac ne quis crederet de Christo carnali Chri-  
stum ista dicere, & non de toto se, qui est spiritus, anima, & caro; quid ait? quid si videri-  
tis



TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM ET PA-  
TRYM.

tis filium hominis ascendentem in cælum? Quis est filius hominis? spiritus, anima, & caro. ] Hucusque Victorinus acutè & verè explicans nos coniungi debere accipiendo, vt accipimus panem, corpus Christi non solum quo ad diuinitatem λόγος, aut spiritum ipsius, & animam, sed etiam quo ad carnem.

XXXII.

Proferamus nunc testimonium sancti Gaudentij Episcopi Brixienfis, cuius hæc sunt verba tractatu secundo: Ipse igitur naturarum creator, & Dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus (quia & potest, & promissit) efficit proprium corpus: & qui de aqua vinum fecit, & de vino sanguinem suum. ] & mox: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: pascha est Domini, hoc est, transitus Domini, ne terrenum putes, quod cæleste effectum est, per eum, qui transit in illud, & fecit illud suum corpus, & sanguinem. ] & iterum: Quod annunciatum est credas, quia quod accipis corpus est illius panis cælestis, & sanguis est illius sacrae vitis. Nam cum panem consecratum, & vinum discipulis suis porrigeret, sic ait: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. credamus, cui credidimus: nescit mendacium veritas. ] & ad extremum: Vniuersa quemadmodum tradita sunt credamus, non infringentes os ipsius illud solidissimum, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. si quid autem superfuerit etiam nunc in vniuscuiusque sensu, quod expositione ista non caperit, ardore fidei concremetur. ] denique ait quomodo panem de multis tritici granis in pollinem redactis per aquam confici, & per ignem necesse est consumari, rationabiliter in eo figura accipimus corporis Christi, qui nouimus ex multitudine rotius humani generis vnum esse corpus effectum per ignem sancti Spiritus consummatum.

XXXIII.

Nunc audiamus poetam canentem Iuencum Hispanum, qui sic historiæ Euangelicæ libro quarto.

*Hæc vbi dicta dedit, palmis se frangere panem,  
Diuisumque dehinc tradit, sanctæque precatus  
Discipulos docuit proprium se tradere corpus.  
Hinc calicem sumit Dominus vinoque repletum  
Magnis sanctificat verbis, potumque ministrat,  
Edocuitque suum se diuisisse cruorem.*

Audistin' vt dixerit à Christo traditum proprium corpus?

XXXIV.

Aures demus S. Ioanni Chrysostomo, cuius cum plurima sint in hanc rem testimonia, nonnulla magis ad rem nostram facientia seligemus. sic igitur hom. 24. in priorem ad Corinthios: Necessario, ait, dicendum, quam admiranda mysteria, & cur data sint, & quæ nam eorum utilitas. Vnum corpus sumus, & membra ex carne & ossibus eius: vt autem non solum dilectione, (obserua hæc verba) sed re ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est: cum enim suum in nos amorè indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redigit, vt corpus suum cum capite vniretur. Hoc enim amantium maximè est. Hoc Iob significabat de seruis suis, à quibus cum maximè amaretur, dicebant, quis det de carnibus eius vt saturemur? Quod Christus fecit, vt maiori caritate nos adstringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se videri tantum permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & carnes carni fingi. Vester ego frater esse volui, & communicauit propter vos carnem, & sanguinem, ea rursus vobis exhibui. ] & alibi hom. 83. in Matth. Non sufficit ei hominem fieri, flagellis cordi, & nos secum, vt ita dicam, in vnam massam redegit, neque iam fide solum, sed re ipsa nos corpus suum efficit: ea namque re nos alimur, quam videntes Angeli tremunt; neque absque pauore propter fulgorem, qui inde resilit, aspiciere possunt. Quis loquetur potentias Domini? Multæ matres post partum nutricibus aliis infantes dederunt alédos, quod ipse facere nolunt: sed ipse proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, atque conglutinat; rursus idem, non simpliciter corpus suum tradidit, sed cum prior carnis natura à terra formata, à peccato mortalis facta, à vita deserta esset, aliam, vt ita dicam, massam, & fermentum induxit, hoc est, carnem suam natura quidem eandem, verum à peccato liberam, & vitam plenam, quam omnibus tribuit, vt participes fierent, atque ea nutrireretur, & priore abiecta, quæ mortua erat, per hanc mensam viuentem & immortalem commisceremur. ] & alibi: In Eucharistia videre licet, in cruce autem minimè, sed omnino contra; os non comminuerit ex eo; sed quod in cruce passus non est, hoc iam in oblatione patitur, & sustinet, vt propter nos frangatur, vt omnes seruet fractus, vt nos sibi coniungat. ] & iterum in oratione de sancto Philogonio, Si cum fide, ait, accesserimus, proculdubio videbimus eum

in

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRYM.

A in præsepis iacentem. Nam hæc mensa vicem explet præsepis: siquidem hic ponitur corpus Dominicum non quidem fascis inuolutum sicut tunc, sed vnde quaque Spiritu sancto conuestitum. Ac Magi quidem nihil aliud, quam adorarunt, tibi vero si cum pura accesseris permittemus vt sumas, & sumpto domum abeas. ] & homilia de Eucharistia in Eneen. Num vides panem? num vinum? num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit: ne sic cogites. quemadmodum enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfuit, sic & hic puta mysteria consumi à corporis substantia. ] Audistin' nihil in pane, & vino substantiæ remanere, sed in substantiam corporis abire, veluti ceræ substantiæ in ignis consumantis substantiam, ac proinde non abire in secessum? Attende autem quia dicit substantiam, non accidentia consumi, & ad hoc adhibet ceræ similitudinem per ignem consumptæ, non autè accidentia, de quibus nihil dicit, quod consumantur.

B

Sequitur testimonium sancti Hieronymi, qui sic Matthæi cap. 26. Postquam typicum pascha fuit impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumit panem, qui confortat cor hominis, & ad verum pascha transgreditur sacramentum: vt quomodo in prefiguratione eius Melchisedech summi Dei sacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipse quoque veritatem sui corporis & sanguinis representaret. ] Hæc sanctus. omnes porro norunt, repræsentare apud Latinos esse nihil aliud, quam rem, quæ absit, præsentem facere, vt è plurimis Ciceronis locis, quæ probè sanctus sciebat, cognosci potest: & hoc colligitur, quia dixit veritatem repræsentare, & opponit sacramentum hoc figuris antiquis. Idcirco idem in epistola ad Titum: Tantum, inquit, interest inter panes propositionis, & corpus Christi, quantum inter imaginem, & veritatem, inter exemplaria verorum, & ea ipsa, quæ per exemplaria præfigurabatur. ] Hæc sanctus de ipsa Eucharistia loquens,

C

S. Hieronymo succedat S. Augustinus testis, cuius item cum sint innumera ad hæc veritatem comprobendam testimonia, nos illustriora proferemus. sic itaque de diuitibus superbis, qui accedunt ad Eucharistiam, sumuntque illam corde impuro, sanctus epistola 120. ad Honoratum cap. 27. exponens illud psalmi 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites plebis. ] Et ipsi, inquit, adducti sunt ad mensam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius, sed adorant tantum, non etiam saturantur, quia non imitantur: manducantes enim pauperè, dedignantur esse pauperes. ] Viden' vt fateatur, vel ab iniquis etiam sumi corpus Christi, quibus nulla caritas sit, distinguatque hanc coniunctionem ab ea, quæ sit per spiritum, quamuis hæc sit necessaria, vt illa sit fructuosa? & lib. 7. de Ciuitate Dei, cap. 20. In alio, ait, libro, qui dicitur Ecclesiastes, vbi ait, Non est bonum homini, nisi quod manducabit, & bibet, quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine? id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris testamèti, quæ immolabatur in umbra futuri, propter quod vocem etiam illam in psal. 39. eiusdem mediatoris per prophetiam agnoscimus, Sacrificium & oblationem noluit, corpus autem aptasti mihi: quia pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur. ] & lib. 2. contra aduersarios legis & prophetarum cap. 9. Mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum, carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem fidei corde atque ore suscipimus: quauis horribilius videatur humanam carnem manducare, quam perimere; & humanum sanguinem potare, quam fundere. ] & psal. 98. exponens illud Isaiæ cap. 66. Terra autem scabellum pedum meorum, ] inquit, fluctuas conuerto me ad Christum, quia ipsum quæro hic, & inuenio quomodo sine impietate adoretur terra, adoretur scabellum pedum eius; suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit; & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam (dicit ipsam, vt excludat omnem figuram, sicut ipsam dixit, in qua ambulauit) ipsam carnem manducandam nobis ad salutem dedit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est, quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, vt non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. ]

E

S. Augustino concinit S. Cyrillus Alexandrinus: sic igitur ille lib. 10. cap. 13. Ioannis: Nequeo, scribit, negligere quæ aliquid ex hoc loco Euangelij contra veritatem cõtexuit. Rectè, dicebat ille, vniuersis derisit omnes, qui ipsum patrem consubstantialem opinantur. Ecce enim, ecce vitem se ipsum nuncupauit, patrem verò agricolam, quemadmodum

vitis,

XXXV.  
In cap. 26. Matth.

XXXVI.

XXXVII.

TESTIMONIA  
APOSTOLO-  
RVM, ET PA-  
TRVM.


vitis & agricola vnus naturæ non sunt, sic filius consubstantialis patri non est, sed naturaliter, & longè ab eo separatus; neque rationabiliter ad humanitatem Christi conferant. non enim caro eius, sed deitas vitis ab eo nuncupata est. Patet enim, quia corpora nostra non dependent à carne Christi, vt palmites à vite, nec sanctorum fructus corporeus est, sed potius spiritualis. Deitas ergo filij vitis est, vnde per fidem pendemus. Hæc ille Arianus astute simul atque impie, aliaque huiusmodi euomuit. Nos autem piam Ecclesiæ fidem sequentes eius loci rimemur intellectum. Verum quoniam nos nulla ratione humanitati Christi posse ita attribui existimat, quasi fide, ac dilectione, (nota hæc verba) non carne illi coniungamur, age pauca de hoc dicamus. Non negamus nos recta fide caritateque sincera Christo supernaturaliter coniungi; sed nullam nobis coniunctionis rationem secundum carnem cum illo esse, id profecto pernegamus, & à diuinis scripturis omnino alienum dicimus. quis enim dubitauit Christum etiam sic vitem esse, nos verò palmites, qui vitâ inde acquirimus? Audi Paulum dicentem, quia omnes vnum corpus sumus in Christo: quia etsi multi sumus, vnū tamen in eo sumus. omnes enim de vno pane participamus. an fortasse putas ignoram nobis mysticæ benedictionis virtutem esse? quæ cum in nobis fiat, nonne corporaliter quoque facit communicatione carnis Christi, Christum in nobis habitare? cur enim membra fidelium, membra Christi sunt? Saluator ait, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in eo. Vnde considerandum est, non habitu sine solū, quæ per caritatem intelligitur Christum in nobis esse, verum etiam & participatione naturali. Nam quemadmodum, si quis igne liquefactam cæram alij cærae similiter liquefactæ ita miscuerit, vt vnum ex vtriusque ita factum videatur; sic communicatione corporis & sanguinis Christi ipse in nobis, & nos in ipso. cur igitur secundum carnem nos esse palmites pernegat? an non conuenienter dici potest vitem eius humanitatem esse, & nos palmites propter eandem naturam? Eiusdem enim naturæ vitis & palmites, sunt. Ita & spiritualiter, & corporaliter nos palmites, Christus vitis. ] & alibi idē: Corporaliter filius per mysticâ benedictionem nobis vt homo vnitur, spiritualiter autem vt Deus, sui spiritus gratia nostrum ad nouam vitam, & diuinæ naturæ participationem spiritum redintegrans. Nexus igitur vnionis nostræ ad Deum patrem Christus est nobis quidem vt homo, Deo autem patri vt Deus naturaliter vnitus. Non erat possibile corruptioni subiectam hominis naturam ad immortalitatem conscendere, nisi natura immortalis atque incommutabilis ad eam descendisset, ac communione participationeque sui à mortalitatis nostræ terminis ad suum bonum reformatos eueheret. Confirmati ergo sumus, reductique ad vnitatem Dei patris mediatione Saluatoris nostri Iesu Christi. Filium enim Dei natura patri vnitum, corporaliter, substantialiter, vt dictum est, accipientes, clarificamur, glorificamurque supremæ facti naturæ participes. ] Hucusque S. Cyrillus, cuius dicta qui vult sophismatibus obscurare, erit similis philosophis illis, qui aiebant nihil moueri, omnia vnum esse, ignem non calefacere; aut astrologis, quos ex aliqua parte non improbat Nicolaus Copernicus, qui asseriebant cælestes orbis nullo modo moueri, terram dumtaxat in gyrum circumagi.

XXXVIII. Attulimus testimonium Patriarchæ Alexandrini, afferamus Constantinopolitani. sic igitur S. Proclus in lib. de traditione diuinæ liturgiæ: Apostoli Priusquã per omnem terram dispergerentur, conspirantibus animis conuenientes ad toto die orandum conuertebantur; & cum multam consolationem in mystico illo dominici corporis sacrificio posita inuenissent fulissimè, & longa oratione Missâ decantabāt: hæc enim diuina sacra vnâ cū docendi sermone coniuncta ceteris rebus anteponenda existimabant, atque maiori & alacriori rerum diuinarū, & sacrificij sacrosancti studio, & desiderio flagrabant, & illud obnixè amplectebantur, quod in memoria semper haberent verbum illud Domini dictis, hoc est corpus meum, & Hoc facite in meâ commemorationem, & qui māducat meâ carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quare & contrito spiritu multas preces decantabant, diuinum numen impensè orantes, quin etiam eos, qui ex Iudæis & gentilibus recenter illustrati erant ad religionem Dei, & pietatem, erudiebant, docebantque, veteri doctrina relicta, sacris illis & pietate plenis Missæ mysteriis sensus suos & mentem imbuere. Per has igitur preces spiritus sancti aduentum expectabant, vt eius diuina præsentia propositum in sacrificium panem, & vinum aqua permixtum, ipsum illud corpus, & sanguinem Saluatoris nostri Iesu Christi efficiat. ]

Sed

- A Sed vt finis tandem fiat, post hos Patriarchas videamus quid Galliarum Primas B. Casareus Episcopus Arelatensis dicat: Cælestis confirmat auctoritas, quia caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem, qui auctor est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbi sui secreta potestate cōuertit, ita dicēs, Accipite, & edite, hoc est corpus meum: & sanctificatione repetite, accipite, & bibite. Hic est sanguis meus, Ergo ad nutum præcipientis Domini repente ex nihilo subtererunt excelsa cælorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potētia in spiritualibus sacramentis verbi præcipit virtus, & rei seruit effectus. quanta itaque celebranda beneficia vis diuina benedictionis operetur, quomodo sibi nouum & impossibile esse non debeat, quod in Christi substantiam terrena & mortalia cōmutatur. ] & mox, B Sacrum Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiori assume. ] & mox: Quod corpus sacerdote dispensante tantum est in exiguo, quantum esse constat in toto, quod cum Ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniuersis, ita integrum probatur esse in singulis. de quo sensu Apostolica sententia docuit, qui multum habet non abūdauit, & qui modicum nō minorabit. si fortè eium panis elutientibus apponeremus, non ex toto perueniret ad singulos, quia particulatim & minutatim portionē suam vnusquisque præsumeret; de hoc verò pane cum assumitur, nihil minus habēt singuli, quàm vniuersi; totum vnus, totum duo, totū plures, sine diminutione percipiunt. ] & rursus, Nec dubitet quisquā primarias creaturas nutu potentia, præsentia maiestatis in Dominici corporis transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio cælestis misericordia Christi corpus effectum. ] & ad finem: Quādo benedicendæ verbis cælestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur, antequam inuocatione sancti nominis consecrentur, substantia illic est panis, & vini, post verba autem Christi corpus, & sanguis Christi. ] Vin' clariora?
- C Concludamus cum sancto Apostolo Francorum Rhemigio, qui sit c. 10. prioris ad Corinthios: Panis, quem frangimus in altari, nōne participatio corporis Domini est? utique primum cōsecratur & benedicitur à sacerdotibus, & à spiritu sancto, & deinde frangitur, cum iam, licet panis videatur, in veritate corpus Christi est. ] & mox: Caro, quam verbum Dei patris assumpsit in vtero virginali in virtute suæ personæ, & panis qui consecratur in Ecclesia, vnum corpus sunt, (menti hæc verba insige) sicut enim illa caro corpus Christi est, ita iste panis transit in corpus Christi, nec sunt duo corpora, sed vnum corpus. ] Ex his omnibus apparet impudentissima & effrænis ignorantia & cæcitas hominum turpissimorum Caluini, Lutheri, & Melāthonis, e quibus hi negarunt trās substantialionē quam vocamus, ille omnium nequissimus veritatem corporis Christi in Eucharistia sacrosancta, & pertentosa quædam responsa producant, vt ea me pudeat referre, nostroque & lectoris otio abuti: confutabimus tamen suo loco, vt insipientibus, quibus aiebat etiā S. Paulus se debitorem, satisfaciamus. Atque hæc, quod spectat ad hanc classē: plura tamen ex iisdem scriptoribus possent afferri, quæ nos repetitionē fugientes earumdem rerum, suis locis infra adducemus.

## Tertia classis testimoniorum constans è Conciliis. Cap. I V.

E  Onfirmantur ea, quæ proposuimus, sanctissimorum conciliorum decretis, quæ non ab vnus alteriusve doctoris sententia proficiuntur, sed à plurimorum consensu vnanimi cunctis rem, maturè perpendentibus, & singula quæ ad illam spectari possunt circumspicientibus, quantum verò pertinet ad argumentum præsens; nulla res æquè tot conciliis, ac tam celebribus in omnibus terræ partibus est sancita, vt in Eucharistia esse verum Christi corpus, in quod transeat panis ac vini substantia, cuius nos sumptione in vnum coëamus. quod vt clarissimè elucescat, illa nos singillatim recensēbimus.

Primum sit igitur omnium Apostolorum, qui Liturgiam Iacobi constituerunt, vt supra ex Procli testimonio 38. liquidissimè patet, & ex iis quæ in principio capitis superioris ex actis Apostolicis ostendimus; & probatur hoc necessaria ratione. Constat enim quinque linguarū liturgias ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio, in id quod spectat ad essentia liturgiæ cōuenire. In Hebraica, Aethiopica, Syriaca, Græca, Latina, hoc apertissimè ha-

XXXIX.

TESTIMONIA  
CONCILIO-  
RVM.

TESTIMONIA  
CONCILIO--  
RVM.

mè habetur, vt in principio capituli præteriti aperuimus, in corpus & sanguinè Christi mutari panem & vinum, & in Eucharistia esse ipsum Christum, cuius nos Eucharistia sumptione necessariò in vnum corpus coniungamur: quomodo igitur semper huiusmodi nationes sic inter se diffitæ in tam mirabilie decretum verbis disertissimis in liturgia explicandum conuenere omni æuo? vel igitur Spiritus sanctus omnes afflauit, & in eundem sensum verbaque adduxit, quod est omnium valde mirabilissimum, & veritatis diuinæ euidentis argumentum; vel ab ipsis Apostolis hoc accepere, vt scriptores, quos supra adduximus, tradunt. Hoc igitur omnium primum concilium, quo liturgiæ sunt constitutæ.

II. Secundum concilium est habitum S. Cypriani ætate ab Africanis Episcopis, quod sic ad sanctum Cornelium Papam inter cetera scripsit de Eucharistia lapsis concedenda loquens: Quod excitamus, & hortamur ad prælium, non inermes, ac nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus. ] & mox: Nam quomodo docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis Christi, sanguinem suum fundere, si eis litaturis Christi sanguinè denegamus? ] Hæc illud Africæ conciliū ad S. Cornelium Papam, qui sedere cœpit anno ducētesimo quinquagesimo primo ab ortu Christi, à passione post primum concilium Apostolorum, quo cōstitutæ est liturgia, CXVII. Aduerte autem non dici ab isto concilio dari solūm per Eucharistiam robur ad fundendum pro Christo sanguinem, sed dari sanguinem, & per sanguinem robur, vt eo modo, quo ipsi verum sanguinem fundunt, sic sanguinem Christi recipiant.

III. Tertium concilium est Antiochiæ celebratum, in quo numerus infinitus, vt Eusebius testatur, Episcoporum conuenit aduersus Paulum Samosathenum circiter annum ducētesimū sexagesimū quintū. In cōcilio lecta & approbata maximè est epistola sancti Dionysij Patriarchæ Alexandrini, qui respondebat ad obiecta Samosatheni asserentis in Eucharistia sumi corpus & sanguinem corruptibilem, nempe hominis tantum, non Dei: talem namque dicebat esse Christum pessimus ille hæreticus. Refellit hoc sanctus Dionysius, toto concilio epistolam ipsius laudante, vt apparet ex Eusebij historiis lib. 7. c. 24. scribens sumi à nobis sanguinem Christi incorruptibilem, corpus incorruptibile, quamuis species, quibus continetur, corrumpantur. hoc enim Paulus innitebatur: Videmus manifestè species panis ac vini corrumpi; ergo & corpus corrumpitur, & sanguis: Christus itaque purus homo, non Deus; alioquin corpus eius & sanguis non corrumpere. ] Hæc hæreticus ille, cuius argumētatio prorsus apud omnes frigida fuisset, si creditum fuisset à Catholicis non esse in Eucharistia verum Christi corpus, & sanguinem, & sanguinem; sed longè frigidior fuisset sancti Dionysij confutatio, ac proinde totius concilij epistolam illius ostentantis veluti maximè Catholicam, concedit enim sanctus Dionysius esse in Eucharistia verum Christi corpus, & sanguinem; sed ait non corrumpi, vel corruptis panis ac vini speciebus: nam species quidem corruptibiles, non autem corpus, & sanguis. Similiter argumentabatur hæreticus ille: Sanguis ille Eucharistia effunditur, cum nos eum recipimus, diuiditur, & idem contingit corpori: nam frangitur Eucharistia; ergo & corpus: corruptibile igitur, cum frangatur, atque ob id hominis puri, non item Dei. Respondet sanctus, approbante concilio: Quamuis effundatur sanguis, frangatur Eucharistia, tota tamen caro, totus Christus, non diuisus recipitur. Atqui insulsiſſima hæc esset responsio, nisi verum Christi corpus adſit in Eucharistia. Nam si virtus eius solūmodo est in Eucharistia, quamuis diuinissimo modo diceremus, ac fingeremus ad esse; quid opus erat id hæretico concedere, quod erat falsissimū? quid inquam maxima falsitas concederetur? fat erat dixisse, adesse tantum virtus sanguinis & corporis Christi diuinissima, & omnipotēs eius efficacitas, perinde atque adſet ipsummet omnino Christi corpus. At sanctus pro re clarissima & indubitatisſima concedit & asserit esse in Eucharistia Christi corpus, & sanguinem. Audi sanctum loquentem, vt eius epistolam recitat Franciscus Turrianus libro primo de sacramento Eucharistia, c. 10. Ait Paulus Samosathenus Christi sanguinem esse sanguinem passibilis ac mortalis hominis: quia Dominus gloriæ dixit discipulis suis, Accipite hoc, & diuidite: & quia dixit de sanguine, qui pro vobis effunditur. Sed cum hæc dicit Paulus Samosathenus, inquit sanctus ille, ignorat quod Apostolus dixit in epistola ad Hebræos, Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Conculcauit eum Iudas, & nunc Paulus Samosathensis, vt placeret Satanæ, qui eum delegit, in sanguinè

viuifi-

TESTIMONIA  
CONCILIO--  
RVM.

A viuificum, & in Spiritum sanctum insurrexit, eum cōculcans. etenim si sanguis Christi est corruptibilis, quia diuiditur, & effunditur, reperitur quoque Spiritus sanctus corruptibilis, vt sanguis vitæ: siquidem scribit Lucas in actis Apostolicis, Cum complerentur dies Pentecostes, & quæ sequuntur & paulo post subiungit, Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tamquam ignis, sederuntque supra singulos eorum. & paulo post, Hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel, Effundā de Spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt filij vestri. Ecce dispersitur supra singulos Apostolos Spiritus sanctus, & effunditur super omnē carnem: non tamen quia effunditur Spiritus sanctus, dixerit quis corruptibile esse. absit, idē est insanguine viuifico. ] Hucusque sanctus, qui deinde ait in Eucharistia Christum semetipsū exinanire, vt eū totū cū diuinitate & humanitate Spiritu sancto plena, nō autē virtutē dūtaxat carnis per Spiritū sanctū, singuli recipiamus: & huc etiā spectare, quod ait S. Paulus, Exinaniuit semetipsū. ] ita vt Christus exinaniuerit se primò in incarnatione, deinde in passione, præterea verò in Eucharistia traditione totū se singulis tradens. Inquit igitur sanctus Dionysius: Seipsum Christus exinaniuit. vñ sacramētū inenarrabile sic ab eo appellatur nouū testamentū dare se ipsum in mystica cœna, non sicut secundum legem sacerdotij Aaronici carnes pecudū aræ olim imponebāt. scribit enim Moyses inquit, Carnes suæ imponentur altari: & comedet populus. & quicumque immundus eas tetigerit, peribit. Nunc autē non sic, quin potius ipse Dominus dicit, Qui manducat me, ipse viuere propter me. Deus ergo est, qui habitat in nobis secundū testamentum, quod disposuit, dicens nobis, Accipite hoc, & diuidite inter vos: nouū testamentū est, hoc facite. Hæc est Dei ad nos exinanitio, vt admittamur ad capiendū eum. hoc enim tremendū sacramētū dicit Apostolus, cum ait, quod semetipsum exinaniuit, nō relinques patre, vt à nobis capiatur, absit. immo ipsius verba proferat: Ego, inquit, & pater ad eū veniemus, & mansionē apud eū faciemus. ] & mox: Videte quā limatè agit mystagogus veritatis, vas electionis, dicens paulo post, Formā Serui accipiēs, & in similitudinē hominum factus. etenim antea dixi. exinanitionē dicit factā ad nos ad capiendū sacramētū vitæ per puras & incorruptibiles ac diuinas ipsius manus, vt possimus fideles eius capere ipsū, ac fieri māſio Dei, accipiētes eū totū. ] & rursus: Hæc illa exinanitio dexteræ altissimi. quare exinanitio nō mutationē in eo factā significat, apage, sed potius renouationē in nobis per exinanitionē, quā donauit nobis, qui se exinaniuit Spiritus sanctus effusus super omnē carnē manet plenus, & sanctus itē sanguis, ac viuificus manet plenus, & Christus item, qui se exinaniuit, & sanguinem suum incorruptibilem, & viuū, ac viuificū nobis effudit. ] Hucusque sanctus apertissimè asserens, sanguinè Christi, nō virtutē ipsius effundi in nobis, Christū dare se totū per exinanitionē, vt nihil sit in Christo, quod per sacramētū ad nos nō deueniat. Meritò itaque S. Hieronymus hæc epistolā vocat admirabilē, & Antiochenū cōciliū ueluti maximè catholicam ad omnes Ecclesiæ catholice populos illam transmittit, ut Eusebius testatur.

Quartum sit itaque cōciliū Nicænum vniuersale sub annum trecentimū vigesimū quintū, in quo sic habetur decretū, quod adhuc existat in bibliotheca Vaticana, & Alfonso Pisano vertit: Iterū etiam hic in diuina mensa ne humiliter intēti simus ad propositū panē & calicem, sed attollentes mentē fide intelligamus situm in sacra illa mensa agnū illum Dei tollentē peccata mundi incruentē à sacerdotibus immolatū, & pretiosum ipsius corpus & sanguinem verè nos sumentes credere hæc esse nostra resurrectionis symbola. propter hoc enim neque multū accipimus, sed parū, vt sciamus nō ad satietatē, sed ad sanctificationem sumi. ] Hæc cōciliū, quod haud negant impij hæretici, Calvinus, & alij, sed aiūt per illud probari in Eucharistia nō esse Christū, cum dicitur, Attollētes mē tē. ] perinde ac si significetur esse in cælo. sed hæc mentis sublatio non est faciendā è loco in locū, sed è re in rem, ex infimæ rei aspectu ad altissimæ omnium cognitionem, & fidem. Atque vt videas hæreticorum stuporē, dicunt ad hoc conciliū, verè sumi à nobis Christi corpus & sanguinè animo, nō corpore. Sed quis audiuit vñquā corpus alicuius verè sumi animo? qui fieri potest hoc, vt verè sumatur animo nostro corpus Christi? vis, & gratia, & merita forsan, non corpus, & sanguis. sumi potest corpus animo per similitudinē, quia sumitur eius virtus; tunc autem non verè corpus sumetur, sed efficacia corporis. Illud igitur verbū verè excludit omnem quæſtionem, primo loco. Secundo illa vox refellit hæreticorum stoliditatem, cum dicitur, Intelligamus situm in mensa agnum: ] non igitur in cælo. Tertio ad omnem ambiguitatem tollendam, dictum in illa mensa. Quarto, Agnum illum Dei tollentem peccata mundi. ] videntur vt signet quod sit in illa mensa? quomodo

De Sig. Tom. 2.

C

&amp; Ioan-

TESTIMONIA  
CONCILIO--  
RVM.

& Ioannes digito signauit ipsum Christum, non ipsius figuram, vel efficaciam. Quinto additum est, quod immolatur incruentè à sacerdotibus, quis verò vniquam audiuit immolari figuram vimve alicuius. Postremò additum, Ipsius: scilicet agni, Vox nãque, ipsius, est ac si dictum fuisset sumere nos non nisi eo modo, quo ipse est Christus in semetipso, vt est ipsum Christi corpus. Ea namque vocamus ipsa, à quibus omnem similitudinè & figurã femouemus: ipse est, dicimus, ipsissimus. Ob id Epiphanius S. Ioãnis Damasceni æqualis in septima synodo actione 6. cum Gregorio disputans, ac multis ostendens Eucharistiam nõ esse figurã corporis Christi, sed ipsum verum Christi corpus, ait: Nũquam inuenies neque Dominum, neque Apostolos, neque Patres incruentum illud sacrificium, quod à sacerdote offertur, imaginem dixisse, sed ipsum corpus, & ipsum sanguinem.]

V. Sit igitur quintum concilium, quò probatur in Eucharistia esse verum Christi corpus, Ephesinum generale, quod habitum scribitur anno quadringentesimo trigesimo primo, in quo approbata est epistola S. Cyrilli Episcopi Alexandrini cū duodecim anathematismis, & eorum declarationibus communi Episcoporum omnium decreto, quæ sic habet in vndecimi anathematismi declaratione, Sanctum, ac viuificum, incruentumque in ecclesiis celebramus sacrificium, non hominis alicuius nobis similis & communis corpus, consimiliter & pretiosum sanguinè esse, quod proponitur, credentes, sed magis vt proprium (nota hãc vocem) viuificantis verbi corpus & sanguinem sumimus.] Hæc sanctus apertè contestans sumi à nobis corpus & sanguinem Christi in Eucharistia: at animo fide animi non sumitur proprium corpus, sed vis, efficacia, meritumve illius. similitèr ait, credi à nobis sacrificiũ, quod celebratur in ecclesiis, esse corpus, quod proponitur. Atqui falsò creditur, si non sit corpus, sed aliquid habens vim corporis.

VI. Sextum est concilium Chalcedonense, in quo adfuere Episcopi sexcenti & triginta, eademque epistola est comprobata cum superiori declaratione anno CCCCLII.

VII. Septimum est quinta synodus generalis, in qua cõmuni decreto est eadem declaratio cõprobata anno DLIII. Arque vt adhuc videamus, quæ fuerit mens S. Cyrilli aduersus Nestorium, bene est illud sciamus inter alia, quæ sanctus producebat ad astruendã Christi vnã personã. Erat hoc, quod comedebatur à nobis Christi corpus, quod fieri haud bene poterat, aiebat, nisi substitisset in diuina persona: alioquin hominis puri corpus comedissemus, neque vitã nobis per semetipsum largiri potuisset. addit verò Eucharistiæ comestionem continentis corpus, & sanguinem Christi verum teneri sola, pura, & inexacta fide. Quòd si sumimus nos haud verum Christi corpus, sed eius virtutem dũtaxat, & corpus in Eucharistia verè non est, sed per figuram, non est opus ista sola, pura, & inexacta fide. Audi cum loquentem aduersus Theodoretum anathematismo eodem, vt in acta eiusdem cõcilij Ephesini est relatum. Nam hominis (inquit) comestionem nostrum hoc sacramentum pronuncias, & irreligiõsè ad crassas cogitationes vrgeas eorum, qui crediderunt, mentem, & attẽtas humanis cogitationibus tractare, quæ sola pura, & inexacta (menti manda quæ dicuntur hãc) fide concipiuntur. Quoniam enim minimè editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctum Domini corpus? scire autè operæ prerium est, quòd, sicut supra diximus, propriũ est corpus eius verbi, quod omnia viuificat, Quoniam autè est corpus vitæ, viuificũ est. Nam per hoc mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis imperium euacuat, viuificat autem nos æquali modo, vt sanctus spiritus Christi: spiritus est enim qui viuificat secundum eiusdem Saluatoris vocem.] Audin' nõ edi diuinitatem à nobis, sed corpus propriũ verbi? Audin' per hoc corpus nos viuificari æquali modo cum spiritu Christi, ita vt distinguatur viuificatio spiritus à corporis viuificatione, quamuis vtraque sit Christi? Audin' vt hæc sola, pura, & inexacta fide tenetur, Hæc S. Cyrillus cuius scripta in Chalcedonensi & quinta synodo fuere approbata cū suis expositionibus, vt in collatione iij. ad finè cõstat, & collatione vj.

VIII. Præterea verò concilium Lateranense sub S. Martino I. Papa diffinitiones easdem S. Cyrilli cõprobauit cõsultatione iij. circiter annũ DCXLVIII, qui est Cõstãtini nonus.

IX. Nonum sit cõcilium sanciens verè Christi corpus esse in Eucharistia, synodus sexta generalis, quæ sic habet actione 8. Accedimus ad benedictiones arcanas, & sanctificamur participes effecti tam sanctæ carnis, quam pretiosi sanguis Christi omnium nostrum Saluatoris, neque vt cõmunecarnem sumimus. absit. neque iterum, vt viri sanctificati, & copulati verbo per vnitatem dignitatis, siue vt diuinam inhabitationem habentis, sed sicut verè viuificatricem, & propriam eiusdem verbi.] Hæc synodus illa anno D C L X X X.

De-

TESTIMONIA  
CONCILIO--  
RVM.  
X.

A Decimum sit concilium, quod est generale septimum, in quo Epiphanius à tota synodo approbatus disputans aduersus Gregorium dixit ea, quæ supra attulimus in expositione concilij Nicani, additque actione 6. ante consecrationem panem & vinum vocari *επιτροπια*, id est exemplar similis formæ, postea verò ipsum corpus & sanguinè Christi esse, asseritque dementis esse dicere Eucharistiam esse imaginem corporis & sanguinis Christi, & de hæreticis subiicit, Quadamtenus, inquiens, veritatem contingunt confessi diuinum corpus panem fieri: at si imago corporis est, non potest sanè fieri diuinum corpus. ] Hæc ille decernens è pane fieri ipsum Christi corpus, cuius dicta sancita sunt à synodo vniuersali anno septingentesimo octuagesimo septimo. Iam verò in plurimis conciliis legas passim vocari Eucharistiam corpus & sanguinem Christi, aut fieri mentionè de sumptione vel consecratione corporis & sanguinis diuini.

B Vt in concilio Cabilonensi cap. 46. quod est habitum tempore Caroli Magni. Et in Concilio Parisiensi temporibus Ludouici Pij, & Lotharij lib. 3. c. 6. & 20.

Et in Aquisgranensi cap. 5. quibus sanè in locis vniuersitas tota Episcoporum perinde loquitur, ac si nulla sit dubitatio in Eucharistia percipi Christi corpus, & sanguinem & à sacerdotibus illa confici. ] Hæc verò concilia sunt celebrata nono ab ortu Domini sæculo. At decimo, cum nonnulli cõpessent apertè, quod hucusque non fuerat, hæresim nouam fuscitare asserentes in Eucharistia non esse verum Christi corpus, ac Bertramus quidã Carolo Caluo Francorum Regi, non Carolo Magno, vt quidã putarunt, ea de re librum dedisset; Gilbertus inter alia in altercatione ca. 8. inquit: Post cõsecrationem est corpus Christi verum, non tantum sacramentaliter, verum etiam essentialiter. ] & ca. 9. In modica particula tantum habes, quantum in magna Christum in sacramento esse integrum, ac perfectum tam sub alterutra specie, quam sub vna, & transire substantiam panis in substantiam corporis Christi, quæ diligentissimè adnotauit Genebrardus in chronico suo. sed & ante Gilbertum scripsit nono sæculo ea de re Paschasius sanctus Abbas Corbeia in Galliis, de quo agemus capite sequenti.

Post annos mille à Christo nato, quasi iam diabolus, vt habetur in Apocalypsi, solutus esset, Berengarius palàm prædicauit & docuit in Eucharistia non mutari panem vinumque in corpus & sanguinem Christi. S. Leo Nonus natione Germanus habita Romæ synodo sub annum millesimum quadagesimum nonum.

Et mox etiam Vercellis hanc hæresim damnauit altero celebrato concilio.

Post hæc Victor Secundus, & ipse natione Germanus, cõuocata Turonis alia synodo per Hildebrandum Legatum, idem cum sancto Leone sanxit anno millesimo quinquagesimo sexto. Tunc hæresim Berengarius abiurauit.

Qui cum mox in idem scelus esset relapsus, iterum respuit, ac publicè errorem suum detestatus est in publica synodo, quam Nicolaus Secundus natione Burgundus anno millesimo quinquagesimo nono Romæ cõegit, vt post alios accuratè notauit Carolus Sigonius. A quatuor itaque conciliis idem constitutum: quæ si superioribus addantur, erunt decem & septem. Post hæc duodecimo sæculo Petrus Abailardus, & aliquot eius sectatores visi sunt multa comminisci aduersus verum Christi corpus, quod in Eucharistia habetur, aduersus quem scripsit Petrus Cluniacensis librum de sacrificio.

Circa quæ tempora coactum est concilium Hierosolymis amplissimũ, in quo adfuit Maximus Armenorum Archiepiscopus, qui ab illis Catholicus siue vniuersalis vocatur propter ingentem Episcoporum numerum, qui illi parent in Cappadocia, Media, Perside, & aliis locis, ita vt mille dicantur. in eo cum de quibusdã ritibus Eucharistiæ conficiendæ tractaretur, pro indubitato est habitum in Eucharistia verè Christum esse. meminit huius concilij Gulielmus Tyrius libro 15. c. 18. scribitque Romã postea uenisse hunc Episcopum cū multo comitatu, & miraculũ quoddã visum, dum sanctissimus Papa Eugenius Tertius Missam celebraret, referemus infrã ex Otthone Frisingense, qui tum Romæ fuit. Hoc itaque Hierosolymitanum, cuius acta non habemus, erit decimum octauum decernens ac pro decreto habens in Eucharistia esse verum Christi corpus.

Decimũ nonũ est cõcilium Lateranense sedente Innocentio III. celebratũ anno MCCXV. in quo adfuere Episcopi quadringenti, Metropolitanis septuaginta, Hierosolymitanus, & Cõstãntinopolitanus Patriarcha, Abbates, ac Priores octingenti, vtriusque Imperij Occidentalis & Orientalis Legati, Regum similiter omnium in Europa dominantium, præterea verò Cypri, & Hierusalem. in eo sic est diffinitum: Verum Christi corpus & sanguis in sa-

De Sig. Tom. 2.

C 2 cramen-

cramento altaris sub speciebus panis, ac vini veraciter continentur transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina.

XX. Vigefimum est concilium Constantiense coactum anno millesimo quadringentesimo decimo quinto, cui Sigismundus Imperator adfuit, in quo idem contra Ioannem Vuiclesum per synodum celeberrimam sancitum fuit.

XXI. Vigefimum primum est concilium Florentinum, in quo adfuere sanctissimus Papa Eugenius, & Ioannes Imperator Constantinopolitanus innumerique Orientis & Occidentis Episcopi Græci, & Latini, in quo rursus eadem sanctio renouata anno millesimo quadringentesimo trigesimo nono, approbantibus etiam Syris, & Armenis.

XXII. Vigefimum secundum est Tridentinum, quod est habitum nostra ætate, & idem decretum renouauit. Ex his omnibus liquet primo loco nulli sæculo defuisse aliquod conciliū celeberrimum, in quo non fuerit constitutum Christi verum corpus esse in Eucharistia. secundo à sex vniuersalibus conciliis in Oriente, ac tribus in Occidente, quibus adfuere ex omni natione illustrissimi quique, id sancitum. Tertio, paucis regionibus exceptis, cetera paulo celebriores habent hanc veritatem testificantes suas synodos: habet Syria Hierosolymitanas duas, vnam Antiochenam, Asia duas Nicænas, Ephesinam vnā, Græcia tres Constantinopolitanas, Africa suam tempore Cypriani; Italia quinque, Verceilensem, Romanas duas, Lateranensem, & Florentinam; Gallia tres, Cabilonensem, Parisiensem, Turonensem; Germania duas, Aquisgranensem, Constantiensem: vt appareat illos sine dubio impudentissimos omnium simulque imperitissimos, qui vel illam conatur obscurare, vel dissimulando, aut interpretando ineptissimis commentis, vel quod est extremæ dementiæ, quouis modo impugnare.

*Quarta classis testimoniorum. Consensus expressus omnium totius orbis nationum, & cuiusvis conditionis, & ætatis hominum sepius quolibet propè die repetitus, ac testificans apertè in Eucharistia esse verum Christi corpus, ab ipsa Christi institutione ad nostra tempora. Cap. V.*

CONSENSVS  
EXPRESSVS  
TOTIUS OR  
BIS.



**N**illum mysterium Christianæ religionis est, quod Deus cauerit toties ingeminato omnium nationum & cuiuslibet generis hominum consensu apertissimo confirmari, vt hoc, de quo nobis est sermo. Nulla namque propè dies fuit, ex quo Christus ascendit in cælum sacramento hoc instituto, & Spiritum sanctum demisit in corda Apostolorum, qua cuiuslibet nationis & conditionis homines non fuerint expressè & verbis, & signis, actibusque apertissimis testificati esse in Eucharistia verum Christi corpus. Idque in vniuerso orbe terrarum, postquam religio Christiana in vniuerso orbe terrarum per Christi discipulos est disseminata. Quin amplius verè dicemus, nullam fuisse propè horam, in qua nõ plurimi in aliqua regione id fuerint professi. Quod vt clarissimè appareat, illud est memoria repetendum, quod supra posuimus, ac probauimus, in sacratissimis Missis, quarum quinque retulimus, Hebraicam, Syriacam, Aethiopicam, Græcam, & Latinam, quicumque sacerdotes celebrant, id orasse semper, atque etiam nunc orare, vt è pane & vino fieret corpus & sanguis Christi: ita uerò quid sentirent ij sacerdotes verbis clarissimis expresserunt, vt nullo modo possit esse figuris vllis locus. Nam quinque istæ liturgiæ à remotissimis nationibus celebratæ in explicanda hac admirabili transmutatione nullam similitudinis apponunt notam, qua posset cognosci hanc transmutatione fieri in id solum, vt impij dicunt, quod ea quæ consecrabantur, panis scilicet, ac vinū, virtutē maximam diuinitus sortirentur ad nos concitādos in amorem Christi, & corporis eius. atqui ne in tanta re daretur errori locus, necesse erat omnino apponi aliquam figuræ notam, & non apponere fuit absurdissimum: siquidem datus est locus errori maximo, si impiis hæreticis esset aliquo modo credendum. Quod eo magis mirum, quia diuersis verbis hanc transubstantiationem liturgiæ significant, & à populis longissimè positis celebratæ sunt. In sacratissima Missa sancti Iacobi orat sacerdos vt Spiritus sanctus præsentia sua efficiat panem corpus Christi, & calicem similiter sanguinem. cur non dictum, Det vim sanguinis, ac corporis? cur non dictum, Instar sanguinis, aut corporis, aut tamquam sanguinem, & corpus? In Aethiopica precatur sacerdos, vt panis transeat in corpus, vinum in sanguinem Christi. cur non verius ( si fieri potest vt mendacissimi

ma

**A**ma scelera hæreticorum vera sint ) precatur vt transeat in vim, virtutem, efficaciam, vel aliquid huiusmodi? Sacratissima Syrorum Missa verbis iisdem cum Missa diui Iacobi vtitur. Eadem propè habent cetera liturgiæ, Fac panem istum corpus Christi, Efficiat panem corpus Christi, Fiat panis iste corpus Christi, & his similia.

Secundo autem loco profitetur apertissimè sacerdotes plurimis verbis, esse post consecrationem in iis speciebus Christi corpus; quæ si vellemus hic recitare, nullus esset scribendi finis: poterit qui volet ea legere, & quod dicemus per semetipsum videre. de figura aut similitudine nulla vquam fit mentio.

Tertio alloquuntur in iis liturgiis sacerdotes Christum sæpius veluti re vera præsentem; quinimmo adorant, & hoc est omnibus commune: præterea ostendunt adorandū populo. quod si re vera id Christi corpus non esset, sine dubio idololatriæ crimen admitteretur, cui certissimam causam dedissent Apostoli ipsi, à quibus haberi liturgias ostendimus supra.

Quarto in sacratissima sancti Iacobi Missa inquit sacerdos ad omnem ambiguitatem tollendam sumētibz Eucharistiam, Gustate, & videte quod benignus est Dominus, qui in partes distributus ac non diuisus, & fidelibus impertitus, nec cōsumptus est. ] quæ verba sanè ridicula essent in grauiissimo mysterio, nisi verè adesset Christi corpus in Eucharistia. At in Aethiopica, quam se ab Apostolis accepisse asseuerant Aethiopes, exclamat ad populum sacerdos: Hoc est verè corpus Christi, & hic est sanguis Emanuel Domini nostri. Quid igitur impij aduersus omnipotentiam summamque Dei benignitatem blasphemant? quid audent dicere ibi non esse verum Christi corpus? His explicatis cū sacerdotes antiquitus quotidie cum poterant Eucharistiam conficerent; & quilibet Christianus quotidie, nisi impediatur, Eucharistiam sumeret, iam contestabantur expressè ibi esse corpus Christi. Quod autem quotidie sacratissimæ Missæ à sacerdotibus dicerentur. testatur S. Cyprianus lib. 1. ep. 2. vel 54. vel potius Africana synodus ad S. Cornelium Papam scribens de Eucharistia lapsis olim, sed postea poenitentibus dāda sic inquit, Vt sacerdotes, qui sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo, & victimas præparemus. deductus verò mos est ab ipsis Apostolicis tēporibus: sic namque capite secundo actuum habetur. Erāt autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & cōmunicatione fractionis panis, & orationibus. ] & mox: Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panē, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. ] Hinc sanctus Andreas, vt est in actis eius fidelissimè conscriptis, aiebat ad Aegæam se quotidie agnum immolare, qui in partes distributus non diminueretur. Quocirca S. Ignatius ad Ephesios scribens ait, Date operā vt crebrius congregemini ad Eucharistiam. ] & Tertullianus ad vxorem suam de Christiana muliere inquit: Eucharistia ante omnem cibum sumenda. non sciet maritus quid secretò ante omnem cibū gustes, & si sciuerit, panem, non illum credit esse, qui dicitur. ] En vt Christianæ foeminæ ante omnē cibū sumerent Eucharistiam, singulis autem diebus illæ sine dubio panem cōmunē comedebant, atque idcirco singulis etiam diebus ante illum percipiebant Eucharistiam. testatur S. Epiphanius ab Apostolis constitutum fuisse, vt populus ad Eucharistiam percipiendam conueniret feria quarta, Sabba-

to, & Dominica. Hoc verò fiebat ex præcepto Apostolorum. Quilibet autem præterea conabatur singulis diebus ad sacratissimam Missam conuenire vltro, neque in omnibus expectare volebat, vt iusione vrgeretur. Hinc sanctus Basilius ad Cæsaream Patriciā laudat qui quotidie communicant Christi corpori, conqueritur se non nisi quater in hebdomada, ac festis præterea diebus posse id agere. Sæctus Hieronymus traditionis esse Ecclesiasticæ affirmat quotidie Eucharistiā sumere. ob id S. Chrysofomus acriter inuehitur in illos, qui contra antiquos mores, vel in annū differrent ætate sua. Quin Antiochenum concilium excōmunicat eos, qui ad Missam sacratissimam conuenientes nõ cōmunicarent, vt habetur canonē secūdo, celebratū verò illud sub tempore Nicæni. S. Iustinus in Apologia ad Antoninū testatur nõ modò vrbanos, sed & rusticos die Dominica cōuenire solitos ad Eucharistiā sumēdā, eāque mitti solitā ad eos, qui nõ venissent, impedimētis scilicet aliqb. detēti. Ex his cōstat antiquorū testimonio quotidie Missā sacratissimā celebrari solitā, & cūctos, qui possēt, ad eā vētitasse, & cōmunicasse. Restat vt pbemus specieatim solitos illos adorare Eucharistiā, perinde atq; in ea Christus re vera præses esset, & corpus eius adesset, ita vt, etiā si forsā aliqui nõ cōmunicarēt, attamē huiusmodi ado-

De Sig. Tom. 2. C 3 ratione

CONSENSVS  
EXPRESSVS  
TOTIUS OR  
BIS.

Lib. 2. c. 5.

Epip. in comp.  
doctr.

Hier. ep. 28.

Cheyf. hom. ad  
Heb. 17. & 67.  
ad pop. Antio.

CONSENSVS  
EXPRESSVS  
TOTIVS OR  
BIS.

ratione protestarentur se fateri in ea Dei corpus haberi. Id verò apertissimè testatur sanctus Dionysius Arcopagita Eccles. Hierar. par. 3. cap. 3. Origenes homil. 5. in diuersa Euangelij loca, S. Cyrillus Hierosolymitanus cathed. 5. mystagoga, Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto c. 12. Eusebius Emisenus, aut quicumque is sit antiquus auctor hom. 5. de paschate, Nazianzenus in oratione de S. Gorgonia. Theodoretus dialogo secundo, S. Ioannes Chrysostomus hom. 83. in Matthæum 24. in 1. ad Corinth. 3. ad Ephes. hom. de Encarniis, & de S. Philogonio, & lib. 6. de sacerdotio, ait Angelos eandem colere, & 60. hom. ad populum Antiochenum, horrescere illos, neque liberè intueri audere, & 61. Si pura, inquit, sunt vestimenta, adora, & manduca. Idem tradit S. Augustinus epist. 118. cap. 3. & 120. cap. 27. & concione prima in psal. 21. & psal. 28. nemo, ait, illam carnem manducat, nisi prius adorauerit. Quid plura exigimus? S. Iustinus apertissimè testatur in prædicta apologia Eucharistiam solitam confici à præfecto, & ab omni populo acclamari solitum Amen: quæ est idem confirmantis atque optantis nota, perinde ac si diceretur sic fiat, Sic est. Paschasius Corbeiensis, qui ante annos octingentos vixit, testatur, aetate sua, de S. Petri instituto solita dici ea verba Canonis à sacerdote, quibus precatur vt vinum panisque fiat corpus & sanguis Christi, & similiter tunc à populo solitum responderi, Amen. sic ille tractatu de sanguine & corpore Christi ad finem. Videamus porro quonam tempore id acclamaretur à populo. sic est igitur in diui Jacobi liturgia: Sacerdos inuocans Spiritum sanctum sese erigens exclamat, vt superueniens sancta, & bona, & gloriosa sua præsentia sanctificet, & efficiat hunc panem corpus sanctum Christi sui. hæc sacerdos: tum populus respondet, Amē. Rursum sacerdos: Et calicem hunc pretiosum sanguinem Christi tui. Populus respondet, Amen. Viden' vt populus fateatur acclamatione sua panem fieri corpus Christi? Pluribus deinde locis eiusdem liturgiæ populus profertur in illa Eucharistia esse corpus Christi, præsertim cum percepturus illam duodecies ad illam inlamar: Domine miserere, & benedictus qui venit in nomine Domini. At in Aethiopica, cū sacerdos attollit Eucharistiā, ter exclamat Domine Iesu Christe miserere nostri. & populus eadē verba ter repetit. Rursum ait sacerdos, Surgite ad adorandū: & mox inquit, Hoc est corpus sanctū, honoratū, & vitale Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, quod datum est in remissionem peccatorum, & ad vitam æternam verè sumentibus ipsum. Amē. Hic est sanguis Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, sanctus, honoratus, & viuificans, qui datus est in remissionem peccatorū, & ad vitam æternā consequēdā verè sumentibus ipsum. Amen. Verè hoc est corpus, & hic est sanguis Emanuel Dei nostri. Amen. Credo, credo, credo ex nunc, & vsque in sæculū. Amen. Audin' quid dicat sacerdos? quid confiteatur? toties repetat? vt eius verbis subiiciatur illa vox, Amen: quæ à sumentibus Eucharistiam similiter ingeminatur. Eodē modo in Syriaca liturgia, cum sacerdos orat vt panis efficiatur corpus, & calix Christi sanguis, respōdet populus, Amen. Postea verò diaconus iubet vt populus caput inclinet, & inter alia inquit ad Eucharistiā conuersus continuò sacerdos, Modò etiam dignos duxisti nos, qui te efficeremus, atque coram maiestate tua supplices nostras preces offerremus: & quæ sequitur. Populus respōdet, Amen: profitens scilicet se in Eucharistia videre Christum, & Deum, & preces coram maiestate illius offerre. In eadem sacratissima Missa notissimum, quibus signis populus fateatur in Eucharistia verum Christi corpus esse: quin è rituali libro mos est plerisque in locis vt sacerdos Eucharistiam ministraturus interroget eam percepturos, an certò credant in illa verum Christi corpus esse. apparet ex hisce cunctis sæculis per omnes dies à singulis Christianis, qui sacratissimæ Missæ interesse solebant è quauis hominum cōditione, apertissimam professionem sapius repetitam voce, & actibus in Eucharistia verum Christi corpus esse, in quod panis muretur, sicut etiam vinum in sanguinem. supra autem clarissimè demonstrauius, Missas in his, quæ pertinent ad essentiam, fuisse ab Apostolis institutas. Nunc adhuc ex alio probemus hanc totius vniuersitatis Christianæ confessionem, qua protestabantur singuli in Eucharistia verè esse Christi corpus, & sanguinem, protestabantur autem nō modò per hebdomadam sapius ac singulis diebus cum Missæ intererant, sed etiam perenni quadā cōtestatione. Antiquitus namque erat in more positum, vt quilibet Christianus Eucharistiam domū referret à sacerdote sibi datam. Nam cum sæpè propter vexationes Gentilium non possent in vnum conuenire ad Missam sacratissimam; ne tanti mysterii auxilio destituerentur, vbi res incidisset, dabatur eis, vt haberent paratam, quam sumerent, & qua se armarent. Hoc apertissimè idem

S. Iu-

A S. Iustinus tradit in apologia ad Antoninum, cum refert Eucharistiam solitam mitti ad absentes. Idem cōstat è Tertulliano, & S. Cypriano in libro de lapsis in hæc verba: Cū quædam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente deterrita est, ne auderet attingere. Idem liquet è sancto Basilio, vt refert Anastasius Nicæus, & è sancto Ambrosio, qui testatur eam deferri solitam ab ijs qui iter faciebant, & è sancto Nazianzeno in oratione de Gorgonia sorore, sancto item Hieronymo in epistola 50. S. Gregorio dialogorum, lib. 3. c. 50. Quanta porro cum reuerentia haberetur ab istis patet è prædicto S. Cypriani libro de lapsis, & tum prædictis omnibus, tum etiam speciatim ex oratione sancti Nazianzeni in funere suæ sororis Gorgoniæ: à quibus discimus Christianos sic vbi que adorasse Eucharistiam, vt supra dicebamus, vt certò crederent in illa verè Christi corpus esse: ita vt verum sit, quod asserabamus, continuata quadam confessione antiquitus Christianos esse contestatos quod dicimus, ac nullum sit nostræ religionis mysterium, quod magis Deus voluerit crebris ac perennibus testimonijs ab vnoquoque Christiano consignari, quàm diuini corporis & sanguinis in Eucharistia præsentiam. Accedit ad hæc omnia, quòd Ecclesia Catholica à finibus vsque ad fines orbis terrarum semper patuit. quamobrem necesse est, quando ex institutione Apostolorum fuit vsitatum singulis diebus sacratissimam Missam celebrare, singulis horis diei in aliquo terrarum loco illam dici, prout Sol alijs quidē Christianis alibi positus oritur, alijs verò contra occidit. Numquam defuit igitur, neque adhuc deest cætus aliquis, qui re ipsa tanti mysterij veritatem voce & actibus illustrissimis non profiteatur in singulas horas. atque hoc est, quod Deus iactat apud Malachiam, c. 1. his verbis: Ab ortu enim Solis vsq; ad occasum magnum nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meū in gentibus. quæ sanè verba non possunt referri nisi ad Ecclesiam nostram: nam sola ex ijs, qui Christi cultum profitentur, à Solis ortu ad occasum protenditur, & in omni loco terræ cognita suos habet, vt signo de Ecclesia Catholica, & de innumeris subiectis eius constabit. siue igitur intelligatur ista Dei prædictio de oblatione mentis intima, quæ nos offerimus Deo; siue de Eucharistia, vt ferè omnes asserunt; necesse est dicamus in Eucharistia verum Christi corpus esse, in quod panis conuertatur: alioquin nostra oblatio munda non esset, qui tantam falsitatem comminisceremur, si hæreticis impijs est credendum; populosque in omni loco ab ortu ad occasum astringeremus ad idololatriam mendaciumque incredibile colendum; simulque Deus mendax esset, qui præsignificaret oblationem mundam sibi offerri in omni loco ab ortu ad occasum. quæ cum sit horrendum dicere, concluditur necessariò ex isto Malachiæ oraculo, & euentu illud consecuto, nullum mysterium frequentiori ac celebriori confessione à cuiusvis cōditionis hominibus omnino fuisse consignatum, quàm hoc, quo asseueramus in Eucharistia verum Christi corpus esse, verumque sanguinem, in quem panis ac vinum transferantur, ac cuius sumptione nos re ipsa Christi corpori adiungamur, & cohæreamus.

## Quinta classis testimoniorum. Vaticinia antiqua. Cap. VI.

**E**Anta autem mysteria Deus præsignificauit nobilissimis oraculis ad memoriam totius posteritatis sempiternam: & cum multa sint illa, atque innumera, vt ostendemus, nos tamen pauca feligentes sic illa proferemus in medium, vt certissimò constet Deum clarissimis vaticinijs longè antè declarasse in Eucharistia fore verum Christi corpus, in quod panis ac vinum conuerteretur, & per quam nos illi adiungeremur. Primum sit itaque, quod inter alia Iacob ad Iudam dixit de Christo his verbis: Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam filij mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leona; qui fuscitabit eum? non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium: ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem filij mi asnam suam, lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vix pallium suum. pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Hucusque oraculum, quod vt clarius explicemus, operæ præteritum ducimus asserre in medium quomodo redditum fuerit ab alijs ex Hebræo in Latinū, sic igitur Santes Pagninus, qui Hebraicarum

De Mo. 10. ad vxorē lib. 2. c. 5.

Anast. lib. qu. tom. 6. bibiarch. sancte Am. 10. in oratione pro fratre.

VATICINIA  
ANTIQUA.

Gen. 49.

VATICINIA  
ANTIQUA.

carum litterarum scientissimus inter omnes omnium iudicio fuit, vertit: Iehudah es tu: laudabunt te fratres tui, manus tua erit in ceruice inimicorum tuorum. Incuruabunt se tibi filij matris tuae, vt catulus leonis es Iehudah e præda fili mi ascendisti, incuruauit se, cubabit sicut leo, sicut leo est, quis suscitabit eum? nõ recedet ex Iehudah, & legislator de inter pedes eius, donec veniat Messias, & ei erit aggregatio populorũ. ligans ad vitẽ pullũ suum, & ramum filium asinae suae: lauit in vino vestimentũ suum, & in sanguine vuarum operimentũ suum. Rubicundior oculos vino, & candidior dentes lacte. ] sic Pagninus, a quo non dissentit Vatablus, & ipse Hebraicẽ doctissimus, Sciendum porrò in Hebraico, vbi nos reddidimus asinam suam, sic esse Iro quod si legatur cum puncto vnico Hirich, erit iro, quod significat ciuitatem suam; si legatur cum duobus punctis patach, & sceua, id est airo, significabit asinam suã. Vtraque lectio vera, & bona, & a Spiritu sancto preuisa, & permissa; secundam secuti sunt septuaginta interpretes, & ij, qui post Christum natum puncta addiderunt; primam paraphrasis Chaldaea omnium longẽ antiquissima, secutus est etiam inter alios Rabi Cahana, qui multo ante Christi ortum fuit. Sic enim redditũ est e Chaldaeo codice, in quo sensa scripturae iuxta Hebraeorum vetustissimorum patrum sententiam sunt explicata, neque verba verbis reddita: Non auferetur habens principatum a domo Iuda, neque scriba a filiis filiorum eius, donec veniat Messias, cuius est regnum; & ei obedient populi. Habitabit Israël in circuitu ciuitatis suae, populi aedificabunt templum eius, eruntque iusti in circuitu eius, & factores legis in doctrina eius, purpura optima erit vestimentum eius: operimentum eius erit sericum tinctum coccino, variisque coloribus. Montes eius rubicundiores erunt in vineis suis, destillabunt colles eius vinum, dealbabuntur campi eius frumento; & gregibus ouium. ] Haecenus paraphrasis Chaldaea. His positis duplex est interpretatio ad illa verba, Ligans ad vineam; & quae sequuntur. Prima est, vt Iacob prædicat Iudae filio futurum, vt posteritas eius habitet in locis vino abundantissimis, ita vt ligeretur ad vitem vitisque pampinum asina cum pullo; qui possint onerari e fructibus vnus vitis, ac pampini, ac tanta inde copia vini effluat, vt possint illo lauari vestimenta, & operimenta præ nimia ipsius redundantia, sed contra hanc interpretationem plurima faciunt.

Et primum est Chaldaea paraphrasis, cuius iudicium magni cunctis est faciendum, quae verba illa, Ligans, refert ad Messiam, non ad Iudam, vel Iudae nepotes in tribu Palaestina habitantes.

Secundum, Rabini antiqui ante ortum Christi, in quibus Rabi Cahana, refragantur eidem.

Tertium, septuaginta interpretes, qui eodem modo, quo nos, transtulerunt. quocirca illud participium, ligans, casus nominatiui nõ potest referri iuxta grammaticae præcepta ad Iudam, de quo cum loqueretur Iacob, antea dixit, Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femore eius, donec veniant reposita ei, & ipse erit expectatio gentium, ligans ad vineam pullum suum. ] sic septuaginta. quamobrem si vis colligare illud participium, ligans, cum Iuda, necesse est dicas ligantis, vel liganti: nam proximẽ dictum fuerat de Iuda in casu genitiui, & datiu, De femore eius, & reposita ei.

Quartum, eadem ratio grammaticae est in Latino, adde etiam in Hebraeo, quamuis diuersa sint Hebraeis regulæ in inflectendis & connectendis vocibus.

Quintum, continuatio sermonis compellit nos illa verba, Ligans, referre ad Messiam: hæc enim proxima, & connexa, vt apparet, inter se.

Sextum, cuncti Patres, vt ostendemus, illa verba, ligans, ad Messiam, siue Christum pertinere scripserunt, ita vt totius antiquitatis mens & ante & post Christum natum hæc fuerit. His positis, ridiculus esset, qui diceret Iacob id dumtaxat prædicere futurum, vt Messias liget asinam, pullumque, vel ciuitatem ad vitem pampinumque vitis, vt illos fructibus eius oneret, aut ei maximam vini copiam futuram. Quocirca & Chaldaea paraphrasis, & Rabini antiqui Hebraeorum, & vniuersi doctores nostri Graeci, & Latini, & sanctitate, & litterarum scientia præstantissimi testantur a Iacobo hic maxima mysteria significata: quae forent, Chaldaeus liber explicauit retinens primam lectionẽ; pro vite namque, pampino vitis, siue forech, & vinea, vult prædici templum Messiae, pro pullo Israël, pro asina sua, vt nos vertimus ille enim securus est aliam lectionem, posuit populos, pro alligatione intellexit habitationem, aedificationem templi Christiani, legisque obseruantiam; cetera retulit ad purpurea vestimenta, omnium scilicet nobilissima. Rabini antiqui

VATICINIA  
ANTIQUA.

A antiqui, inter quos Rabi Cahana expressẽ hęc scripsit contineri Eucharistiae institutionem fore asserens, vt vinum conuertatur in sanguinem Messiae, panis in corpus: quod classe de Rabinorum antiquorum testimonijs aperiemus. ac vitem, & pullum dixit esse diuinitatem Christi, ciuitatem Ecclesiam, pullum & asinam Christi corpus, vinum porrò & lac nihil aliud quàm vinũ, & panem qui in sanguinem & corpus Christi mutabuntur. Ad summam vult a Christi diuinitate connecti nos vnã cum Christi corpore in vnum. verba ipsa Rabini istius suo, vt diximus, loco adducemus. E nostris porrò vniuersi Graeci ac Latini doctores hoc vaticinium retulerunt ad passionem Christi simul, & Eucharistiam, in qua est commemoratio passionis Christi, & in cuius sanguinem vinum mutatur, quo nos, qui instar vestimenti Christo adhaeremus, abluimur, & cum simus asinis eorumque pullis similes, sic vniuersi Christo, qui vitis est, per Eucharistiam colligamur.

B Audi antiquissimos quosque ita loquentes. Sic igitur S. Iustinus in Apologia ad Antoninum secunda: Diximus Moysen prophetam antecessisse omnes scriptores: is ad hunc modum cecinit: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux e femoribus eius, donec veniat cui repositum est; & ipse erit expectatio gentium, ligans ad vitem pullum suum, lauans stolam suam in vnae sanguine. His prophetiis auditis (dæmones) finxerunt Bacchum ex Ioue natum vitem inuenisse, vinum attribuẽdo mysterijs eius. ] Viden vt velit sanctus his oraculis expressa esse Christi mysteria, in quibus, vt supra ostendimus, ait idem mutari vinũ in sanguinem? Audi rursus eundem Apologia eadem: Nam hæc, inquit, Lauans stolam suam in vnae sanguine, pronuntiabant genus futuri obitus, quomodo per sanguinem expiaturus erat credentes sibi, (stola) qua diuinus spiritus per prophetiam nominati sunt homines, qui credunt ei, in quibus habitat a Deo demissum semen, verbum videlicet: nam

C qui dicitur vnae sanguis, significat venturum, qui habeat quidem sanguinem, sed ex diuina potentia, non ex humano semine, prima autem virtus, seu potentia post patrem omnium, & Dominum Deum est ille verbum filius, qui modo quodam caro factus homo natus est, vt dicemus postea, quem admodum enim vnae sanguinem non homo fecit, sed Deus, ita etiam hic præsignabatur, ex Dei potentia, non ex humano semine nasciturũ sanguinem, de quo loquimur. ] Hucusque sanctus Iustinus, quem proximẽ sequitur S. Irenæus, qui sic lib. 4. c. 23. Inquirant enim, inquit, hi qui omnia scrutari dicuntur, id tempus, in quo defecit princeps & dux e Iuda, & qui gentium spes, & qui vitis, & qui pullus eius, & quod indumentum, & qui oculi, & qui dentes, & quod vinum; & vnumquodque ex occultis (sacramenta intelligit) exquirant, & inuenient non alium nisi Dominum nostrum Iesum Christum annunciatum. ] Hæc S. Irenæus, sed illo dilucidius multo Tertullianus libro aduersus Marcionem quarto, Manifestus, inquit, Genesis in benedictione Iudae, ex cuius tribu carnis cæsus Christi processurus erat, iam tum Christum in Iuda delineabat. Lauabit, inquit, in vino stolam suam, & in sanguine vnae amictum suum; stolam & amictum carnem demonstrans, & vinum sanguinem. ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit, qui tunc (in illo scilicet oraculo) vinum in sanguine figurauit. Tertullianum sequitur Origenes, qui cum reiecisset illam, quam nos supra confutauimus, interpretationem velut ineptã, sic hom. 24. in Genesim: Amictus, inquit, propinquior quædam vel secretior corporis vestis videtur esse, quàm stola eius. hi ergo, qui prius per lauacrum loti, stola eius (scilicet Christi) fuerunt effecti, posteaquam ad sacramentum sanguinis vnae peruenerint, vel interioris sacramenti secretiorisque facti fuerint participes, amictus eius esse dicuntur: agnita namque & intellecta virtute sanguinis Verbi Dei, quanto capacior anima fuerit effecta, tanto purior fit, & lauatur quotidie ad scientiae profectum, & iungens se Deo non solum amictus eius, verum etiam vnus iam cum ipso spiritus fit. ] Hæc ille: ante quem præceptor eius Clemens Alexandrinus, quamuis suboscure, dixisse idem videtur Pædagog. lib. primo, c. 5. Post idem sensit S. Cyprianus ep. 63. vel 3. lib. 2. Scriptura, ait, diuina adiungit, & dicit, Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vnae amictum suum, quando autem sanguis vnae dicitur, quid aliud vinum, quàm calicis dominici sanguis ostenditur? ] Sed ne longiores simus, idem tradunt Iulius Firmicus ad Cõstantinum & Cõstantem Augustos. c. 19. de erroribus profanarum religionum S. Gaudentius tractatu secundo, S. Cæsareus Arelatenis hom. 10. de pascha, quos deinde plurimi sunt secuti, inter quos atate postremus Sanctes Pagninus verba sancti Cypriani, quae nos supra recitauimus, referens in Isagoge sua lib. 10. cap. 34. Nonnulli præter hos e nostris idem vaticinium retulerunt ad Christi passionem: ad hanc namque, & ad Eucharistiam simul, quae passio-

nis est efficax commemoratio, spectat. In his SS. Ambrosius lib. de benedictionibus Patriarcharum, Hieronymus in eundem locum, Chrysostomus hom. 67. in Genesim, Augustinus de diuina essentia tomo 4. Theodoretus q. 109. in Genesim, & auctor quaestionum, quæ sunt inter opera Athanasii, q. 105. Vt ex his videas quanta sit impudentia Caluini, qui cum Latinè sciret aliquid, Græcè parum, nihil profus Hebraice, audeat tamè homo contaminatissimus, ac vesanæ mentis, carpere tantos viros, qui sunt hanc interpretationē sequuti, & aduersus Hebræorum priscos rabinos, Chaldæos, Græcos, Latinosque ingenio & doctrina præstantissimos scriptores, aduersus totius antiquitatis iudicium præferre, quam refellimus, interpretationem.

Veniamus ad secundum vaticinium, quod est psalmi septuagesimi secūdi, qui de Christo sic ait: Erit (scilicet Christus) firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius, & florebit de ciuitate sicut fenum terræ. Quod ait autem vates Christum futurum firmamentum in summis montium, generatim prædicit ipsum futurum suis altissimum robur, ac stabilimentum. Sed in hac generali interpretatione sententia maximum mysterium speciatim later. In Hebræo namque est, Erit pugillus frumenti in terra sicut fenum in capite montium: contremiscet sicut Libanus fructus eius, & florebit in ciuitate sicut fenum terræ. sic reddidit Sanctes Pagninus; paulo aliter Augustinus Iustinianus Episcopus Nebiensis, cuius exstat psalterium quinque linguarum: Erit placentula frumenti in terra in capite montium turgescet sicut Libani fructus eius, & pullulabunt de ciuitate sicut herba terræ. In Chaldæo verò sic habetur, Erit substāticus panis in terra in capite montium concutietur sicut Libani fructus eius, & germinabunt de ciuitate Hierusalem sicut herba terræ. Quod igitur septuaginta, & hos aliqui nostrorum secuti transtulerunt firmamentum id speciatim referendum ad frumentum, panem, placentam, sic etiam S. Hieronymus vertit. Erit memorabile triticum in terra in capite montium, eleuabitur sicut Libani fructus eius, & florebit de ciuitate sicut fenum terræ. Vatablus reddidit, Erit pugillus frumenti. Quamobrem coarctanda est sententia vulgaræ translationis Latinæ, vt firmamentum pro pane sit positum; sicut alibi dicitur, Panis cor hominis confirmat, & omne firmamentum panis contriuit. manifestè enim legitur in Hebræo codice pissath bar. id est placentia, aut pugillus frumenti. est autem duplex expositio loci huius. Quidam sic explicant: In diebus Messia futurum, vt pugillus frumenti sicut in vertice montium tritici tantum producat, vt eius fructus, & culmus sit altior cedris Libani, contremiscat à vento, vt cedrus, & ciues vrbs Christi floreant passim veluti fœnum, at si oraculum versiculi non aliud spectaret, protulisse aliquid magnum videretur, sed inconcinnum profus, & ineptum. Quocirca reliqui omnes Rabini ante ortum Christi sic explicant, vt Christus ipse futurus sit panis placētā in capitibus sacerdotum, è quo pane id nascatur, vt supra Libanum, supra omnem celsitudinem (sublimissimus enim montium Libanus) Christiani extollantur, ciues Ecclesiæ & vrbs Christi passim vireant, quasi fœnum in altitudinem latitudinemque maximam porrigantur. Adeò verò fuerunt hac in re vnanimis Rabini prisci, quorum sua classe nomina recensēbimus, vt Rabi Salomon Christianis rebus infensissimus, qui vixit circiter annum millesimum centesimum octuagesimum quintum, scriptum reliquerit in hunc psalmum: Magistri nostri bonæ memoriæ exposuerunt hoc esse placentarum in diebus Messia, & totum psalmum de rege Messia exposuerunt. Hæc ille, vt scribunt Petrus Galatinus, Paulus Burgenfis, ac Genebrardus hoc loco. & sanè Chaldæa versio, non illa paraphrasis, quam supra adduximus, sed quam Rabi Ionatas, qui viginti annis dicitur ætatē Christi præcessisse, reliquit, sic habet, Erit sacrificium panis in terra in capite montium Ecclesiæ, id est sacerdotum, vt ex eo refert Paulus Burgenfis.

His explicatis necesse est vel dicamus hoc vaticinium falsum, vel panem, ac vinum cōuertit in substantiam corporis Christi in Eucharistia, quam nos fumentes in vnum coniungamur. Hæc enim prædicuntur futura. Primum, vt Christus sit placentia tritici. Secundum, sit in capitibus sacerdotum. Tertium, fructus eius ad maximam sublimitatem pertingat. Quartum, vt ob id Christiani passim floreant maxima multitudine instar fœni. Atqui ab Ecclesiæ ipsius ortu de Eucharistia Christiani omnes id crediderunt, in ea corpus Christi esse, & in illud panem vinumque transferri: & qui id crediderunt, omnium soli ad maximam celsitatem peruenere, & orbe toto dispersi fuerunt maxima copia, vt signo de Ecclesia Catholica, & innumeris Catholicis, & totis hisce tribus coniunctionibus cōstat.

Qui

A Qui secus sensere, contraria sunt sortiti. Sic igitur quod diximus apertè colligi potest. Adde hæreses eorum, qui contrarium sunt opinati, rarò existisse, neque multum tempus durasse, ita vt vix dici posset, si vera ipsi dicerent, aliquo temporis spatio insigniori Christum fuisse panem, si volunt esse panem non eo quo nos dicimus modo.

Tertiū sit igitur oraculum psalmi centesimi noni, in quo est de Christo, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secūdum ordinem Melchisedech. est igitur Christus sacerdos, in æternum sacerdos, & est secūdum ordinem Melchisedech. plurima verò sunt, propter quæ est sacerdos secūdum ordinem Melchisedech. multa enumerat S. Paulus in epistola ad Hebræos, maximum se asserit tacere propter imbecillitatem audientium. Sic enim capite quinto, De quo (Melchisedech) nobis grandis sermo, & inexplicabilis ad docendum quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Hæc ille: sed quodnam quæso est istud inexplicabile ad docendum, quod ait se non explicare, ac docere? Nimirum illud, sicut Melchisedech obtulit in sacrificium Deo panem, ac vinū, quod erat figura nostræ oblationis, sic Christus offerat semper in terris non amplius figuram, sed ipsam rem, corpus scilicet suum, quod per oblationem Melchisedech significabatur, hoc illud est inexplicabile ad docendum, ut S. Hieronymus ad Euagriū scribit, Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. ad finem, S. Cyprianus ep. 63. vel 3. lib. 2. S. Augustinus contra aduersarios lib. 1. Iulius Firmicus c. 19. de erroribus profanarum religionum, Eusebius Cæsariensis lib. 5. c. 3. de euang. demonstratione, SS. Ambrosius lib. de Abraham patriarcha, c. 3. & in c. 5. ad Hebræos, Basilius in psal. 109. & ibidem Chrysostomus, Hieronymus ep. 17. ad Marcellam, & in c. 26. Matthæi, Epiphanius hæresi contra Melchisedechianos, Hesychius lib. 6. Eucherius Lugdunensis lib. 2. in genesim cap. 18.

C Hinc Marius Victor antiquissimus scriptor:

*Melchisedech vinumque, & panem ab eade reuerso,  
Obtulerat Rex ille Salem, qui munere tali  
Mystica præmisit summi libamina Christi  
Cuius de manibus sumens Ecclesia corpus  
Viuificum panem cœlesti pota cruore est,*

& Sedulius operum Paschaliū lib. 3.

*Denique Pontificum princeps, summusque Sacerdos  
Quis nisi Christus adest? gemini libaminis auctor  
Ordine Melchisedech, cui dantur munera semper  
Quæ sua sunt segetis fructus, & gaudia vitis.*

D Idem S. Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Genesim ad finem Theodoretus q. 63. in Genesim Damascenus lib. 4. de Orthodoxa fide, c. 14. Hos porrò sanctos & doctos scriptores plurimi sunt alij secuti, à quibus recensendis superfedemus, illud solum modo addicentes, antiquissimos Rabinos ante natum Christū idem sensisse Rabi Mosem Adarfan, Rabi Pinham, & Rabi Iohac, vt suo loco dicetur. Multis autem modis ex hoc loco probatur in Eucharistia Christi verum corpus esse.

Ac primus est, quod cum Paulus dicat Melchisedech Christi similitudinem gessisse, & fateatur in aliqua re esse inexplicabile illam ad docendum; ipse vero in plurimis explicet, & quidem maximis, ac proinde non sit in iis inexplicabilis; in hac verò non explicet, necesse est in Eucharistia esse aliquid inexplicabile: at nisi in ea sit corpus Christi, sed dumtaxat figura, & efficacia non erit in illa aliquid inexplicabile, ac proinde neque in similitudine Melchisedech cum Christo, quod est contra sanctum Paulum.

Secundus est, quia cum S. Paulus asserat in similitudine Melchisedech cum Christo esse aliquid inexplicabile ad docendum, nihil vero magis sit inexplicabile in illa, quam mysterium Eucharistiæ præsignificatæ in pane & vino oblatis à Melchisedech, necesse est dicamus id sibi Paulum voluisse, cum dixit, De quo nobis grandis sermo inexplicabilis ad docendū. Christiani namque omnes olim mysteriū Eucharistiæ occultabant, nulli aperiebant, veluti inexplicabile ad docendum propter infirmitatem audientium, vt habetur è S. Dionysio Areopagita in principio Ecclesiasticæ Hierarchiæ, Origene hom. 8. in Leuiticum, & 13. & hom. 4. in Iosue, S. Chrysostomo in oratione de beato Philogonio, Theodoro in Polymorpho, S. August. in psal. 21. Sozomi lib. 8. hist. c. 9. ac proinde ob eam causam ex antiquissimo instituto nemo potest adesse mysteriis sacratissimæ Missæ, nisi qui sit iam baptizatus; & vbi uentum ad canonem, cathecumeni emittuntur.

Ter-



VATICINIA  
ANTIQUA-  
Cap. 5. ad Heb.

Tertius est. Pontifici sunt omnia cum ceteris ferè communia; hoc illius proprium, quod ait Paulus, vt offerat Deo dona, & sacrificia pro peccatis. igitur quando sacerdotium Melchisedech est simile sacerdotio Christi, necesse est vt sit simile in eo, quod est proprium sacerdotis, id est in oblatione sacrificiorum, & donorum. Paulus porrò apertissimè dicit in epistola eadem ad Hebræos, à Christo veluti sacerdote ac Pontifice non alterius rei oblationem factam in sacrificium & donum, nisi passionis, qua suum corpus obtulit pro nobis, sanguinemque effudit. At hac in re non est simile sacerdotium Christi sacerdotio Melchisedech; nam Melchisedech sanguinem non effudit, suum corpus non obtulit: ergo simile in oblatione panis ac vini ab vtroque facta. Sed cum S. Paulus dicat à Christo oblationem hanc solam factam veri sanguinis effusione, verique corporis traditione, necesse est omnino dicamus in oblatione panis ac vini, quam Christus in Eucharistia instituit, esse verum Christi corpus, & sanguinem, quorum dumtaxat oblationem factam S. Paulus tradit in epistola ad Hebræos. Quin idem vult ibidem in hoc speciatim simile Christi sacerdotium sacerdotio Melchisedech, quia Christus re vera corpus, & sanguinem suum Deo pro nobis obtulit: igitur necesse id per panis & vini oblationem, in qua sit re vera Christi corpus & sanguis, fiat: alioquin similitudo nullo modo sibi constaret.

Quartus est, quia Christus dicitur sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; at nisi dicamus in Eucharistia Christi verum corpus esse ac sanguinem, erit hoc iuramentum à Deo interpositum cum toto oraculo falsum. Nam quicumque sacerdotes ab incunabilis Ecclesiae, vt è liturgiis supra apertissimè explicauimus, Eucharistiam consecraverunt, hac mente & contestatione illustrissima consecraverunt, vt profiterentur solemnibus verbis in ea commutari panem & vinum in corpus & sanguinem Christi, in ea verè illud esse, ac veluti in illa verè existens adorauerunt. nulli vero sacerdotes, qui secus fecerint, produci è tota antiquitatis successione possunt. Ergo aut vera sunt quæ nos asserimus, aut iuramentum Dei falsum, iuxta quod non erunt sacerdotes in æternum, qui Christi personam sustinentes in æternum illud obseruarint, quod ipse ordinauit. Nam si falsa sunt, quæ nos affirmamus, nostri sacerdotes non egere quod Christus à sacerdotibus agendum sanxit.

Quintum sit oraculum, quia Christo nomè est Emmanuel. Sic enim prædixit Isaias, futurum veluti admirandum signum in cælo, & in terra, vt habetur c. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomè eius Emmanuel. ] & apud Matheum reperitur idè. Emmanuel autè significat, Nobiscum Deus. est autem Christus duobus modis nobiscum, vel quantum ad fidem, vel gratiam; & hoc modo ante ortum erat etiam apud Iudæos ac Gentium nonnullos. vel quantum ad humanam naturam; & hoc est quod futurum prædicit Isaias. Aduerte rursus, quia non modo Christus est nobiscum, quia assumpsit humanam verè naturam diuinam adiunctam in vna hypostasi verbi diuini, sed etiam quia in Eucharistia verè est, & adiungitur per eius sumptionem nobis, vt aiebat S. Chrysostomus, sicut verè ac re ipsa coniunctum est verbo per incarnationem. sic ille sanctus hom. 24. in priorem ad Corinthios. Quocirca in liturgia Aethiopica, & Alexandrinæ Ecclesiae iuxta ritum Seueri Patriarchæ, hoc nomen repetitur: vt appareat verè per Eucharistiae perceptionem esse nobiscum Christum.

Quintum sit Isaiæ vaticinium, quo sic loquitur, Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defecata. ] Quæ verba pertinere ad Eucharistiam, in qua sit verum Christi corpus, ac sanguis, scribunt SS. Cyrillus Alexandrinus in eum locum, & Hierosolymitanus, vt supra adduximus. Agi verò de Eucharistia, patet, quia in monte Sionis erat coenaculum, in quo fuit illa instituta, vt adhuc hodie monstratur: ob id dictum: Et faciet Dominus conuiuium in monte hoc. ] deinde, ait, omnibus populis faciendum conuiuium. atqui mons nullus capere potest omnes populos; ergo mysticum est huiusmodi conuiuium. Præterea adicit, Faciet Dominus. ] est igitur aliquod omnipotentis hoc Deo reseruatam. liquet è sequentibus etiam omnia mirabilissima ex hoc conuiuio nascitura, quæ persequitur Isaias tum capite allato, tum duobus sequentibus: è quibus nonnulla cogunt nos fateri in Eucharistia esse verum Christi corpus. Ac primum sit, quod ait vates, quod Deus in monte illo perdet, siue præcipitabit vinculum colligatum super omnes populos: quod sic est in Hebræo, Et perdet in monte hoc faciem operimenti operi super omnes

VATICINIA  
ANTIQUA.

omnes populos, & tegmen opertum super omnes gentes perdet mortem in sempiternum, & delebit Dominus Deus lacrymam ab omni facie. ] Hoc ibi: atqui hoc contigit solis nostris sacerdotibus, vt id diuina virtute perficerent, & omnes populos ad Christum traducerent, vt signis primæ coniunctionis aperitur, ergo illorum sententia de Eucharistia vera, alioquin Deus magis omnes populos huius sententiæ caligine obscurasset, & operuisset. Secundum quod præsignificatur hoc conuiuium diuinum cunctis gentibus faciendum, at soli Ecclesiae nostræ obuenerit, vt rotius orbis gentes ex aliqua parte haberet, eisque appareret hoc conuiuium, vel igitur hoc oraculum falsum, vel Deus hoc nostrum suum vocat conuiuium. Tertium, quia inducitur Dei populus, vt dicat in hoc conuiuio, Ecce Deus noster iste, iste Deus noster; expectauimus eum. At nisi in hoc conuiuio Eucharistiae verum Christi corpus adsit, non poterit verè dici Deus noster iste, Quid enim magis iste Deus in conuiuio, quam alibi? cur in conuiuio magis expectatus? cur adiectum pronomen, Iste, quod ipsam rem signat omnino adesse? Quartum, quod Spiritus sanctus, vt magis appareret quid ea prædictione indicaretur, loco illius vocis Latinae, Conuiuium, vocem posuit, qua voluit alludere ad nomèn Missæ sacratissimæ illud vero est Hebraicè Mifecthe, vt re scilicet ipsam proprius signaret, idque siue Missæ nomen ab Hebræo deriuetur, siue à Latino fonte, siue ab vtroque, S. namque Iacobus illo vsus est in sua liturgia, vt apparet, nostri autem passim, vt post alios collegit diligentissime Iacobus Pammelius, nunc haud disputamus. in sacris quidem litteris, maximè verò in prophetis hoc est frequentissimum, vt in iis alludatur ad nomen eius rei de qua aliquid prædicitur, vt constat è plurimis. Instar omnium sint prædictiones Iacobi Patriarchæ, quibus duodecim filiorum suorum describit euenta. Quinto, quod ibidem vates in principio exclamat, Domine Deus meus es tu, exaltabor te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Amen. ] Igitur per hoc conuiuium necesse est Deus maximè noster sit, faciat mirabilia. deinde in principio capitis sequentis ait futurum, ut à populo Dei tum cantetur: Vrbs fortitudinis nostræ: Saluator ponetur in ea. Quocirca necesse est in ipsa Ecclesia, quæ est vrbs Dei, fiat cunctis populis conuiuium, in quo ponatur ipse Christus Saluator.

Sit itaque sextum vaticinium desumptum ex eodem Isaiæ cap. quinquagesimo sexto, vbi Deus loquitur de eunuchis & aduenis: Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ; holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo. quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis, ait Dominus Deus, qui congregat dispersos Israël. ] & ante hæc: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod nõ peribit. ] Hucusque Deus: è quibus cogimur fateri sententiam Catholicæ Ecclesiae esse verissimam, nempe in Eucharistia esse verum Christi corpus. Patet. Nam primo nulli nisi Ecclesiae nostræ diuinitus est concessum, vt cuncti populi vocent domum eius, orationis domum, quia sola Ecclesia Catholica cunctas sibi gentes subiecit, atque ita conuenere omnes in hanc confessionem, vt templa ipsius, templa Dei vocarent. Secundo, quia soli Ecclesiae Catholicae diuinitus item datur, vt aduenæ ad ipsam confluant, vt enim clarissime explicamus signo de fidei propagatione, & sequentibus, hæretici, & contrariæ nobis factiones nullos vmquam populos à Christi cultu prius alienos ad illum traduxerunt, hoc solummodo egere, qui Christum prius sequebantur in sua dogmata trahentes peruerterunt, aduenas verò numquam Christo conciliarunt, Aduenæ namque Isaiæ, & sacræ scripturæ sunt incircumcisi, & qui non erant è progenie Iacob. Ecclesia Catholica sola est, quæ gentes superstitionibus addictas semper adduxit, & adhuc adducit ad Christum, quin signo de interitu fidei aperimus per hæreticos fieri, vt ex iis locis, in quibus ipsi confederint, ad extremum Christi cultus omnis exterminetur, per nostros autem solos reparetur. Quamobrem cum dicat Isaias futurum vt aduenarum sacrificia Deo placeant; hæc verò sola nostra sint; ad nos enim solos ij concedunt, sacrificia vero nostra ea solummodo dicamus, quæ sunt in Eucharistia verum Christi corpus, & sanguis, concluditur verum esse quod dicimus, alioquin Deo non placerent, quippe quæ veritati aduersarentur. Præterea Deus ibi ait, eunuchorum sibi sacrificia placitura, castorum scilicet, & quibus nulla vxor, qui se propter Deum castrauerunt, inquit Christus, & omnes interpretantur, Ecclesiae verò Catholicae

VATICINIA  
ANTIQUA.

sectatores soli sint, qui solos admittunt eunuchos, siue voto castitatis obligatos, ad offerenda Deo sacrificia, hæretici verò admittant vxoribus deuinctos; hinc fit nostra sacrificia Deo grata esse, ac proinde, vt asserimus, in Eucharistia verum Christi corpus esse, ac sanguinem. Tertio patet, quod asseueramus. Inquit enim Deus se eunuchis daturum nomen melius à filijs & filiabus, & nomen sempiternum, quod non peribit, & eorum sacrificia fore ipsi grata in altari suo; Hæreticis autem nulli sunt Eunuchi casti scilicet, quibus hoc contingat, nobis autem sunt, quod plurimos eorum in sanctos referamus, in vota quasi superos vocemus, atque ita fit illis melius nomen à filijs & filiabus Dei, nomenque sempiternum, vt liquet ex ijs, quæ disseruimus signo de admiranda castitate & virginitate Catholicorum, de perpetua successione sanctorum, summa sanctitate, ergo Eucharistia sacrificium continet verum Christi corpus & sanguinem; alioquin Deo non placeret.

Septimum sit oraculum plurima oracula complectens, quibus multa attribuntur panis, ac vino, quæ nos cogunt fateri propositam veritatem. Nos ex illis nonnulla tantum recensebimus, ac strictim percurreremus. Exempli gratia. Sic loquitur Deus apud Isaiam: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. & mox, Quare appenditis argentum, & non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? & rursus Quomodo descendit imber & nix de caelo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in iis ad quæ misi illud. hæc Dei verba pertinetur ad omnem Dei gratiam, tum vero in primis ad Eucharistiam, multa sunt, quæ nos fateri compellunt.

Primo nihil est in Ecclesia, per quod certissimo contingat, quod prius etiam ante ortum Christi non contigerit, vt verbum à Deo egressum non sit vacuum, sed faciat quod Deus vult, nisi Eucharistia verba, quibus corpus Christi conficitur: quod quidem corpus necessariò ac semper Deo placet, ac fructum facit in Ecclesia Dei, illique beneficia celestia impetrat omnino: cetera aut nobis communia sunt cum aliquibus, aut non semper faciunt, quod Deus vult, & ad illum vacua reuertuntur. Hinc apparet impia opinio hæreticorum, qui per Eucharistiam solummodo nos excitari ad spiritum dicunt; nos asserimus infundi gratiam ex opere operato, præterea verò Deum semper ex aliqua parte placari, & conciliari Ecclesie, illius oblatione: quæ nisi sint, est hoc oraculum falsum.

Secundo ait, emi absque vlla commutatione vinum, & lac: deinde cum nos inuitasset ad emendos panes, arguit non ementes panem: è quibus fit lac esse panem, simulque absque vlla nostrarum rerum æqua commutatione fieri huiusmodi emptionem, quod est ex attrito fieri contritum, siue vi sacramenti infundi gratiam ex opere operato.

Tertio ait, ob huiusmodi lactis ac vini emptionem fieri, vt Christus sit gentibus præceptor, vocet gentes, quæ ignorant illum, & quas ipse ignorabat, ipsæque ad eum currant, Atque hoc soli Ecclesie Catholice contigit hucusque, & adhuc contingit, vt ipsa sola, nullus autem cœtus hæreticorum potuerit vquam, vel possit ignotas gentes ad Christi cultum perducere, vt signis de fidei propagatione aperitur. ergo verum, quod nos asserimus de pane & vino Eucharistia, alioquin nobis haud euenirent, quæ propter quemdam suum panem vinumque à nobis emptum sine commutatione suis euentura Deus vaticinatur.

Quarto Deus inquit, se pacta sempiterna initurum cum ementibus hoc vinum, lac, seu panem. Atqui nobiscum solummodo pacta hæc sempiterna sanxit Deus, si namque fidem spectes, soli Ecclesie Catholice contigit, vt in omnibus perpetuitatem haberet, In primis quo ad fidem: constat namque signo de vna, & antiqua, solis nobis vnam fuisse & esse fidem, eamque antiquam, similiter à nobis eam perpetuo inter gentes propagari, signo de perpetua fidei propagatione. Deinde quo ad caritatem solis nobis esse perpetuam sanctorum successionem, perpetuam martyrum successionem, vt signis suis docemus, postremo quo ad Episcopos, solis item nobis esse illorum perpetuam successionem, quod suo signo liquet. Vel igitur hoc oraculum Dei falsum, vel soli nos emimus hoc vinum, & lac, siue panem. Quod si ibi, vt asserimus, non esset verum Christi

VATICINIA  
ANTIQUA.

A Christi corpus, & sanguis, veluti hæretici, repellentur à Deo, neque nobiscum pacta ista sempiterna ferret, ac nullibi esset istud Dei vinum, & lac, quod est contra ipsius asseritionem.

De hoc præterea vino & pane est locus Salomonis prouerbiorum c. 9. Sapientia, inquit, edificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam; misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem & moenia ciuitatis. Si quis est paruulus, veniat ad me, & insipientibus locuta est. Hæc verba pertinere ad Eucharistiam scribunt SS. Cyprianus ep. 63. August. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 20. Beda in eum locum, Iulius Firmicus cap. 19. de erroribus profanarum religionum, & S. Athanasius oratione contra Arianos, domum interpretans Ecclesiam, vt sanctus Paulus vocat epistola ad Timotheum.

B Ex hoc autem loco colligitur quod dicimus multipliciter, ac primo cū inuitantur insipientes, ad panem vinumque inuitantur, at suprâ dixerat victimas immolatas; quas esse è carnibus constat, neque omnes igne crematas, victimas enim dixerat, non holocausta: ergo illarum carnes eadem cum pane, & vino, & victimis, victimarum enim pars ad sacerdotes, pars ad offerentes spectabat, vt comederent ex ijs, reliquum cremabatur igni, quod omnes norunt.

Secundo probatur, quia dicit inuitari ad hanc domum, & mensam, cibumque, alienos, & externos qui non veniebant. atque Ecclesie nostræ soli contingit, ut semper haberet, qui inter gentes Christi cultum disseminarent, atque ita, qui prius non veniebant inuitaret ad mensam positam in Ecclesia Dei, vt signis de propagatione fidei, & propagatione perpetua constat. Aut igitur hoc oraculum falsum, aut in Eucharistia verum Christi corpus. Cœtus namque alieni à nobis non habuerunt vquam ancillas, quæ inuitarent ad hanc mensam; nos dumtaxat habuimus. Quamobrem nobiscum sapientia, nos recte sapimus de Eucharistia.

Tertio, domus hæc sapientie perpetua, nullæ hæreticorum factiones perpetuæ, neque in fide eadem retinenda, neque in propaganda, neque in perpetua caritatis testificatione posita in martyrio, neque in perpetua sanctorum, quorum sanctitatem Deus miraculis illustrarit & consignarit, successione, neque postremo in perenni Apostolorum successione. Quæ nobis omnia adesse constat è signis de fidei propagatione, perpetua, vnaque, & antiqua, de perpetua successione martyrum, sanctorum, & Episcoporum. Quocirca fieri non potest, vt mensa nostra Eucharistia non sit mensa sapientie, aut falsum sit quod de illa asseueramus. Nam domus, & Ecclesia nostra sola perpetua in quinque illis, quæ dant Ecclesie perpetuitatem; quæ sunt, fides retenta, fides propagata, caritas martyrio consignata, caritas miraculis illustrata, & Ecclesiastica potestas Episcoporum; quæ hæreticorum factionibus semper defuerunt. Ad hæc adduci possunt innumera præconia panis, frumenti, & vini, in quibus Eucharistia veritas, vt nos sentimus, continetur: quorum sunt plurima maximè in psalmis, & canticis, quæ si vellemus omnia persequi, nullus esset dicendi finis.

Octauum sit itaque oraculum plura & ipsum complectens, quibus affirmatur futurum, vt in omni orbis terrarum loco sacrificetur vero Deo à gentibus, ex ijs autem nos dumtaxat adducemus, & expendemus illud Malachie cap. primo, cuius hæc sunt verba: Non est mihi voluntas in vobis: dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Hæc pertinere ad Eucharistiam tradunt SS. Iustinus in dialogo cum Tryphone, Irenæus libro quarto, cap. trigesimo secundo, Tertullianus lib. tertio contra Marcionem, Cyprianus lib. primo contra Iudæos cap. decimo sexto. Eusebius Cæsariensis libro primo demonstrationis Euangelice cap. vltimo SS. Chrysostomus psalm. nonagesimo quinto. Hieronymus in eum locum, Augustinus lib. primo contra aduersarios legis & prophetarum cap. vigesimo, & lib. decimo octauo, capit. trigesimo quinto de Ciuit. Dei, Theodoretus in eum locum, Idacius Clarus lib. tertio contra Varimadum. ex illo autem probari in Eucharistia uerum Christi corpus esse, sic ostendimus. Primo namque in omni loco à Solis ortu vsque ad occasum Deus ait sibi offerri, & sacrificari oblationem mundam; ergo ab Ecclesia tantum nostra offertur, sola namque ex omnibus cœtibus, qui Christi cultum profitentur è gentibus conflati, est per vniuersum orbem terrarum

VATICINIA  
ANTIQUA.

disperfa, vt signo de Catholica Ecclesia patet, at noſtra Eccleſia profitetur ſe dumtaxat ſacrificium Euchariftiæ Deo offerre, ergo aut nulla eſt Eccleſia Dei, & oraculum falſum, aut quod credit Eccleſia noſtra, quæ ſola eſt per orbem totum diſperſa, eſt omnino verum, nam ſi falſum, non eſſet Eccleſia Dei ipſa, ac proinde, neque vlla, & oraculo Malachiæ locus non eſſet. Secundo ait, in omni loco à Solis ortu vſque ad occaſum ſacrificari Deo oblationem mundam: ergo hæc ita per ſe munda, vt nulla offerentis labe commaculati poſſit. Nam ſcimus in omni loco eſſe homines tam bonos, quam malos, qui offerant Deo, ſiue velis ſacrificium ſpirituale, ſiue corporale. At nullum ſacrificium legitur inter Chriſtianos eſſe, quod habeat hæc duo; primum, quod in omni loco offeratur; ſecundum quod, in omni loco oblatum ſit mundum, niſi corpus Chriſti, quod Eccleſiæ prodeſt, ac Deo placet, etiam ſi ſit miniſter pollutus: quod Hebræis non contingebat, ac propterea Deus repudiat eorum ſacrificia, quia tota pendebant ex offerentis puritate, vt Deo grata eſſent. Quæ verò nonnulli conantur ad hoc oraculum reſpondere, illa ſunt adeo friuola, vt quouis diluere poſſit, & duabus hiſce, quas attulimus obſeruationibus facillimè reſelluntur.

.IX. Nonum vaticinium plurima continens eſt, quod à nullis non prophetis prædicitur futurum, vt Deus inſtituat noua ſacrificia, quæ ſint illi maximè accepta, per Chriſtianos offerenda, quod Iſaias in ipſo oraculorum ſuorum principio vaticinatur, Dauid pſalmo quinquageſimo, & idem Malachias, vt alios omittamus, cap. tertio hiſ verbis, Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Hieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui. Quæro igitur, quodnam ſit hoc ſacrificium? Dicent aliqui, Spirituale, quo noſmetipſos Deo dedicamus, quo Deum laudamus, veluti ait Dauid: Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & Immola Deo ſacrificium laudis. Bene eſt, ita ſit. Sed rurfus quæro, cum multi ſe veros Chriſti & Chriſtianiæ veritatis ſectatores iactent, quorumnam ſacrificia Deo dicentur accepta, ſicut dies ſæculi, & anni antiqui? è quibus conſtabit, horum, non illorum ſacrificia Deo placere, è bonis certe à Deo ſumma bonitate manantibus, ac pertinentibus vel ad animum, vel ad corpus, vel ad res externas. Atqui hæc tanta & tot eſſe noſtris diuinitus conſeſſa oſtendemus apertiffime, vt ceteri omnes neque vmbra ſint aſſecuti illorum. Quod cum veriſſimum ſit, veriſſimum ſimul erit in Euchariftia verum Chriſti corpus eſſe, ac ſanguinem. Nam ſi hoc falſum foret, non tot virtutibus noſtros ornaret Deus ſupra omnes omnium mortalium cœtus, non tot illis bona largitus eſſet, qui inuexiſſent opinionem tam diſſonam (atque vt hæretici volunt) hæreticam.

Verum ſecundo loco conſideremus, quid eſt, quod Malachias vocat Chriſtianorum ſacrificium, Iuda, & Ieruſalem ſacrificium? Ego non alia de cauſa id factum dico, niſi quod in Euchariftia Chriſtus ipſe incruento ſacrificio immolatur, qui de tribu Iuda eſt, & in Hieruſalem fuit immolatus: alioquin cur potius Iuda, quam Leui, aut cuiuſvis alterius, cuius nomine Chriſtiani notentur? Hoc ſacrificium non ſolum dicitur Iuda, quod à Chriſtianiſ, qui à Chriſto & tribu Iuda ſunt, offertur, ſed etiam quia Chriſtus è tribu Iuda illo incruentè immolatur. Nam cum multæ ſunt cauſæ, ob quas aliquid alicui tribuitur in ſcripturis, non in vna nobis morandum, quando omnes litteræ conuenire poſſunt de ſententia Eccleſiæ Catholicæ antiquorum doctorem, quibus vna fuit fides. At nos explicabimus in Euchariftia uerum Chriſti corpus eſſe & ſanguinem, de communi non modo Chriſtianorum, ſed etiam Hebræorum, qui ante Chriſti ortum fuere, adde & Sibyllarum decreto: ita vt nullum myſterium Deus magis illuſtrare voluerit, quam hoc, igitur ſacrificium Iuda, eſt ſacrificium Chriſti, in quo Chriſtus incruente immolatur.

Sed tamen expendamus tertio loco, quod ait, ſicut dies ſæculi, & anni antiqui, placiturum Deo ſacrificium noſtrum. Scimus autem, conſtituto olim tabernaculo in ſolitudine, & victimis immolatis, ſic eſſe Leuitici cap. 9. ſcriptum, Apparuitque gloria Domini omni multitudini, & ecce ignis egreſſus à Domino deuorauit holocauſtum. Similiter cum Manue obtulit holocauſtum ſuper petrâ Domino, qui facit mirabilia, ut habetur Iudicum cap. 13. flammaque altaris aſcenderet in cœlum, angelus (cui nomen erat mirabile) pariter cum flamma aſcendit. Poſtremo cum Salomon templum dedicauit, omnes filii Iſraël videbant deſcendentem ignem & gloriam Domini ſuper domum. eſt igitur neceſſe ſacrificiis noſtris hæc tria contingant; flamma cœleſtis illa deuoret; quod

VATICINIA  
ANTIQUA.

A quod ſit in tranſubſtantiatione panis in ignem cœleſtem, quod eſt corpus Chriſti, gloria Domini deſcendat ſuper ea, ipſe Dei filius, & aſcendat angelus mirabilis, idem Chriſtus ſcilicet, qui iuxta Iſaiam vocatur admirabilis magni conſilij angelus. Neceſſe eſt inquam noſtris ſacrificijs & ſpiritualiter & corporaliter mirabiliſimo modo hæc contingant: quia ſic futurum prædicit Malachias illis euentura, quæ antiquo tempore, ſiue annis antiquis, diebus ſæculi eueniebant: alioquin oraculum falſum noſtris, inquam eſt neceſſe multò maiora contingant. Antiquis enim cuncta accidebant in figura. quanto igitur figura differt ab ipſa re, tanto noſtra ſacrificia ab antiquis, & quæ noſtris ſacrificijs eueniunt. ſicut itaque & corporaliter & ſpiritualiter hæc iis dabantur, ſic etiam nobis multo maiora & corporaliter & ſpiritualiter hæc donanda. Sed quomodo hoc obtingit, niſi in Euchariftia ſit verum Chriſti corpus, in quod tranſeat panis?

B Decimum ſit igitur oraculum plura complectens. In ſcripturis paſſim vocamur filij Abraham, Iſaac, Iacob, Iuda, Leui, Dauid. Cur vero horum, non aliorum filij vocemur, explicabitur ſuo loco. Hic autem dicimus propter huiusmodi appellationem oportere in Eccleſia dari verum Chriſti corpus, per quod à nobis deſumptum veluti quoddam ſemen corporale renaſcamur, atque ita verè poſſimus vocari filij Abraham, Iſaac, Iacob, Iuda, Leui, Dauid: alioquin multa oracula falſa apertiffimè redderentur, quod nos in claſſe rationum latiffimè aperimus, atque eo reiſcimus lectorem.

C Vndecimum ſit itaque, ac poſtremum vaticinium multa ſimiliter complectens huiusmodi. Lingua Hebræa eſt omnium ueuſtiſſima, atque ab ipſo Deo hominibus tradita, quod ex ethymologiis nominum, & vocabulorum, quæ in Genefi explicantur principio factò ab Adam appellatione, ac reliquorum clariffimè liquet. Quocirca diuino conſilio inſtitutum, vt aliquod in ea lingua vocabulum hæc illave deſignet, plura, aut pauciora, in vniuerſum, vel ſpeciatim. Rurfus diuine ſcripturæ diuini Spiritus conſilio ſunt exarata, & nulli non verbo ſua ſunt myſteria, apicibus ipſis litterarum. Sic enim Chriſtus aiebat, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia ſiant. Quæro igitur cur in Hebræa lingua nomen Leem, ſignificet cibum generatim, non hunc, illumve; aut ſi ſpecialem cibum, cur tantummodo carnem, & panem? ſpecialius autem cur maximè panem, & carnem Deo oblatam? cur Deus vno hoc vocabulo voluit hæc ſignari? Deus hoc fecit ad aliquod myſterium præſignificandum, negare non poſſumus. Omnia contingebant antiquis in figura, ait Paulus: cum vero conſentiant Rabini antiqui, Sibyllæ, Sancti omnes, Eccleſiæ Chriſtianiæ cunctæ nationes, omnia ſæcula miraculis atteſtantibus panem in carnem Chriſti conuerti, cum certis verbis Deo fuerit oblatum, quis audebit inſiciari ſubefſe hoc myſterium huiusmodi diuinitus inſtitutæ appellationi? Hic eſt cibus, quo omnis cibus continetur, in quo panis Deo oblatum in carnem Deo maximè omnium oblatam, quæ eſt caro Chriſti, conuertitur. Ob id voluit Deus vocabulo Leem contineri generatim omnem cibum ſpeciatim panem, carnemque Deo oblatam.

D Vin' apertius hoc ſcire? Genefis c. 14. verſ. 18. vbi eſt Melchifedech Rex Salem proferens panem, & vinum in Hebræo eſt, Leem: ita vt ſignificetur, ac reddi poſſit, Proferens carnem, ſiue panem, & vinum, clariſſe eſt vaticinium Leuitici cap. 21. verſ. 7. in quo ſic habetur: Sancti (ſcilicet ſacerdotes) Deo ſuo, & non polluent nomen eius, incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt, quæ tranſferri ita poſſunt, Carnes Dei ſui ſacrificabunt, & ideo ſancti erunt, & verſ. 18. eſt idem, ſimiliter Numerorum cap. 28. ver. 2. vbi habetur, Oblationem meam, & panes, & incenſum offerent odoris ſuauiſſimi per tempora ſua, ſic verti poteſt oblationem meam, & carnem meam, ſacrificia mea in odorem quietis meæ cuſtodietis, atque hæc ſanè obſeruauit ante ortum Chriſti hæc explicans Rabi Nehumias, vt refert Petrus Galatinus lib. 10. c. vlt. de arcanis Chriſtianiæ religionis.

E Duodecimum ſit oraculum plura æque continens, quod ab Iſaia cap. 8. deſcribitur, & ab aliis repetitur multis in locis, ac variis modis. Ait Iſaias loquens de temporibus Meſſiæ, Et creabit Dominus Deus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus eſt (ſiue, ſuper loca eius) nubem per diem, & fumum, & ſplendorem ignis flammantis per noctem: & tabernaculum erit pro vmbaculo per diem ab æſtu, & pro tegmine & abſconſione à turbine, & à pluuiâ. Hæc Iſaias de nube, igne, & tabernaculo;

quæ tria temporibus Messie creabuntur: quod tabernaculum, c. 33. canit fore, vt transferri non possit, de quo Ezechiel c. 37. de Christianis verba faciens, canit. Et percutiam illis fœdus pacis: pactum sempiternum erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum, & erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. ] & Amos cap. 9. In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit (sive cecidit, vt verti potest) & reedificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerunt instaurabo. Quæ verba Amos de corpore totius Ecclesie compacto in vnum Christi corpus non modo per spiritum, sed etiam per ipsum Christi corpus interpretatur S. Iacobus Apostolus actorum cap. 15. Quæro igitur, vbi nam sunt hæc tria inter Christianos, quæ temporibus nostris à Deo creanda in omni loco nostro Isaias prædicit, tabernaculum, nubes, & ignis? nisi in Eucharistia, in qua verum Christi Deique tabernaculum est, verum inquam Christi corpus, in quo omnis plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter? In eadem Eucharistia nubes, species scilicet panis, ac vini, quibus veluti nube quadam Christi corpus occultatur: in eadem ignis, qui Deus consumens est, vt habetur Deuteronomij cap. 4. nam sicut ignis, quæ corripit, in suam substantiam reducit, sic Christus Deus panis viniq; substantiam in sui corporis substantiam transfert. Hæc itaque sunt tria, quæ prædicit Isaias, tabernaculum, nubes, ignis: quod tabernaculum in nobis futurum prædicit Ezechiel, & per quod nos tabernaculum Dei sumus, vt ex Amos sanctus Iacobus interpretatur, in vnum Dei tabernaculum coniuncti per Eucharistie sacramentum, sed nunc ad alia procedamus.

*Classis sexta testimoniorum. Figure antiquæ. Cap. VII.*

FIGURA  
ANTIQUÆ



Antiquis omnia contingebant in figura, inquit S. Paulus ep. prima ad Corinthios, c. 11. quæ figuræ erant exemplaria verorum, sive cælestium: quæ cælestia, inquit idem cap. 9. ad Hebræos, melioribus hostiis mundantur, quam antiqua. Quia circa tantum interest inter figuræ antiquas Eucharistie, & ipsam Eucharistiam, quantum inter terrena & cælestia, de sancti Pauli sententia: velut ex eodem scribente ad Colossenses, ait S.

Col. c. 2.

Hieronymus in c. 1. ad Titum, inter umbram & corpus, inter imaginem & veritatem, inter figuram & ipsam rem. Videamus igitur, quæ figuræ sint Eucharistie. Ac prima sit huiusmodi, quæ continet omnes res creatas, ne dum è creatis compositas figuræ. In principio per verbum Dei incorporeum & ineffabile, qui est filius Dei Christus, creata sunt omnia è nihilo tribus diebus: atque ex ipsis rebus creatis productæ sunt tribus aliis diebus res compositæ, earumque semina. sic per verbum Dei incarnatum sicut multo mirabilius, sic etiam melius restauranda sunt omnia. Ac sicut illud incorporeum verbum re ipsa rebus ipsis creatis & compositis inerat, quamuis compositi pars non sit, sed illis inerat, & inest per præsentiam, potentiam, & essentiam, inquit S. Augustinus, alio atque alio modo: nam quibus magis suæ naturæ similitudinem quandam communicabat, & communicat, iis largius, amplius, ac propinquius inest, quibus autem minus, iis exilius, icitius, ac remotius: sic hoc verbum ineffabile incarnatum debet alio atque alio modo rebus creatis restaurandis inesse, vt incarnatum est, & aliis quidem longius, & parcius per vim corporis sui ad puniendum, aliis verò propinquius & amplius per ipsummet corpus ad benefaciendum. Cunctæ igitur creatæ res tanti sacramenti figuræ sunt; quando cunctæ per incorporeum verbum creatæ, cunctæ per incarnatum restaurandæ. ac sicut illæ per ipsum incorporeum veluti remotius, ac minus magisve communicatum creatæ, sic per illud incarnatum magis propinquum minusve pro diuersitate meritorum restaurandæ. illud incorporeum rebus ipsis inerat creandis, & inest magis aut minus propter maiorem minoremve communicationem; & hoc idem similiter incarnatum. Audi S. Paulum loquentem de Christo, Qui est, inquit, imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso cõdita sunt vniuersa, in cælis, & in terra. ] & mox: Omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & ipse est caput corporis Ecclesie, qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconcilia-

Col. 1.

re om-

re omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt, & vos, cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliati in corpore carnis eius per mortem. ] Hæc S. Paulus. igitur inerat incorporeum verbum rebus creandis, & inest adhuc. Nam pater operatur etiam nunc cum filio creans animas intellectuales, & omnia conseruans, & regens: inesse igitur debet idem incarnatum rebus ipsis restaurandis, inesse inquam debet quatenus incarnatum corpore ipso, nã quatenus incarnatum restaurabit: non debet autem inesse omnibus restaurandis eodem modo; impia namque illa sententia dicentium corpus Christi esse in omnibus locis; sed debet inesse aliis magis largè ac propinquè, aliis autem minus, sicuti etiam creandis inerat: sed si ex Eucharistia tollatur, quomodo poterit animis nostrisque corporibus restaurandis inesse? Hinc S. Iustinus, Irenæus, Concilium Nicænũ, Hilarius, Ambrosius, Optatus, Nyssenus, Gaudentius, Chrysostomus, Cyrillus, vt supra adduximus eorum testimonia, scribunt nostra corpora resurrectorum, quia per Eucharistiam vim resurgendi receperunt. Iam verò veluti illud incorporeum verbum inuisibile, sed per ipsas res mente, quæ fides illuminat, percipitur; sic hoc incarnatum inuisibile, sed per ipsas vini & panis species sentitur mente, quam fides illuminat. Illud creabat res ex nihilo mirabilissimè, & per eas se nobis prodit: sic hoc mirabilissimè res creatas in suum corpus trãsubstantiat, & per earum species se nobis prodit, & largitur. Hæc autem sive imaginè quãdã, sive figurã velis vocare, tãgit S. Irenæus li. 5. aduersus hæreses c. 2. & li. 4. c. 34. sic nãque ille: Quomodo autem constabit eis, eum panem, in quo gratiæ acta sint, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est verbum eius, per quod lignum fructificat, defluunt fontes, & terra dat quidem primum foenum, post deinde spicã, deinde plenum triticum in spina? ] & S. Ambrosius lib. de mysteriis c. 9. De totius mundi operibus legistis, quia ipse dixit, & facta sunt. sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea, quæ sunt, in id mutare, quod non erant? non enim minus est nouas res dare, quàm mutare naturas. ] & S. Augustinus conc. 9. in psal. 33. Nisi humilis, ait, esset, seque humiliasset Dominus Iesus, eum nec manducare, nec bibere potuissimus. quando enim in principio erat verbum, verbum erat apud Deum, cibus erat sempiternus & integer angelorum, sicut nunc est etiam. sed quis hominum posset ad cibum illum peruenire? oportebat ergo vt mensa illa lactesceret, & ad paruulos perueniret, vt nos quoque participes illius esse possemus. & quia cibus cõuertitur pueris per matris corpus & mamillas; mater enim ipsum panem incarnat, sicque per humiditatem mamillæ, & lactis succum de ipso pane pascit infantem, qui minus idoneus est vt pane vescatur: ipsum verbum panis angelorum caro factum est, & habitauit in nobis, vt panem angelorum manducaret homo. ] & S. Cyrillus lib. 4. in Ioannem ca. 14. Sicut enim scintilla ignis in foenum aut paleam immissa totum inflammat, sic verbum Dei per Eucharistiam naturæ nostræ corruptibili coniunctum totam resurgere faciet immortalem, & gloriosam. ] & S. Gregorius, vt refert Ioannes diaconus in eius vita li. 2. cap. 41. Præsciens, inquit, cõditor nostræ infirmitatis ea potestate, qua cuncta fecit ex nihilo, & corpus sibi ex carne semper virginis operante Spiritu sancto fabricauit, panem, & vinum aqua mixtum manente propria specie in carnem & sanguinem suum ad Catholicam precem ob reparationem nostram spiritus sui sanctificatione cõuertit. ] Audi nunc Paschaliũ Corbiensem, qui ante annos octingentos vixit: Neque ab alio caro eius creatur, & sanguis, nisi à quo creata est in vtero virginis, vt verbum caro fieret: verbo enim patris dictum est, Crescite, & multiplicamini. & ecce adhuc hodie ex eo cuncta creatur animantia non nouo, sed eodem semine. Ita & caro Christi eodem verbo fit caro, quo verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verum si ex illa benedictione tãta manat multitudo, quid putas ex carne Christi? Numquid inefficax est ex se, qui tanta fecit ex nihilo? ] & mox: Pullulat ergo illa vbertas carnis Christi, & manet integer Christus; quia natura manente integra, etiam in creaturis ad iussum eius cuncta exuberant. propterea licet semel dixerit, germinet terra herbam virentem; adhuc hodie ex eo, quæ per singulos nascuntur annos, omnia creatur. fit vtique & in eo, quod semel voluit. ] & deinceps: Carnem & sanguinem in hac commemoratione iussit esse, vt sit, quod iubetur. ] & paulo post: Attende Christum verbum patris, qui caro est, & quod semel factum est, quotidie fieri non dubites, dum per hoc caro & sanguis cibus noster efficitur, ad hoc quippe, vt & nos eius corpus simus. ] Hæc Paschalius libro de corpore & sanguine Domini cap. 12.

Se-

FIGURAE ANTIQVAE.

II. Secunda figura est lignum vitae, quod erat in medio paradisi, comestumque immortalitatem corpori largiebatur. At supra ostendimus Ecclesiam esse instar primi illius paradisi, & sanctis Ireneo, Cypriano, & Augustino: quin Ecclesia paradiso illi praestat, ut umbrae corpus, ergo sicut re vera erat in illo arbor vitae permanens corporata, quae ore sumebatur ac verè, quamuis eius virtus lateret, sic in Ecclesia Dei debet esse in terris ipsum vitae corpus permanens, quod est corpus Christi, quod ore nostro re vera sumatur: alioquin figura illa corpori praestaret. sic idem Paschasius saepius argumentatur lib. eodem, cap. 7. Si enim hidria, inquit, farinae vel lechytus olei, seu panes secundo crescunt, & non minuuntur dum fatiant; quid putas caro Christi est? Arbor quidem ligni vitae Christus nunc in Ecclesia est, cuius imago in paradiso arbor illa fuit. Idcirco scire conuenit, quod veritas hinc cõpletur, quam prius figura praemisit. & mox: Unde & lignum vitae iure dicitur, quia sicut illud immortalitatem corporis sumptum praestitisset, ita istud, immo solidius vitam praestat cum obseruatione mandatorum Dei aeternam, de quo in laude sapientiae, Lignum vitae est his, qui apprehenderint eam, & in Apocalypsi Ioannes, Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei. Hæc vir ille sanctus.

III. Tertia figura est fabricatio Euæ ex Adami costa. Nam sicut re vera è vera Adami costa est olim cõstructa Eua, sic est necesse nos è costa Christi, seu veriùs corpore ipso ædificemur. Hæc figura è Paulo desumpta latè multis patrum testimoniis explicatur in classe rationum.

IV. Quarta est ipsum Adami & Euæ coniugium, ex quo genus hominum prognatum, & in quo vero corpora copulantur. Necesse est igitur detur inter Christianos & Christum purum quoddam coniugium, quo verè corpora coniugantur sincera inter se adiunctione. Atque hæc item fusiùs figura à nobis in classe similitudinum & rationum declaratur, & sicuti etiam superior ab ipso S. Paulo maximè desumitur.

V. Quinta est, multas simul continens, omnium sacrificiorum, quæ Hebræis quantum ad ipsa sacrificia erant cunctis gentibus communia. Ex hac autem probatur in Eucharistia verum Christi corpus esse, quod à nobis sumatur. Antiqua namque sacrificia animalium, & veritate ipsa corporum constabant, & verè mandebantur. Ergo eodem modo nostra: alioquin multa absurda sequerentur.

Ac primum, quod si per oblationem panis ac vini nostri tantum refertur Christi corpus, & passio, ut impij volunt, multo efficacius & significatiùs referretur per antiqua sacrificia animalium, quam per vinum & panem: vtraque namque animatarum rerum.

Secundum, sic etiam virtus corporis Christi magis explicaretur, quæ virtus est ut nutriat: magis enim nutrit caro, quam panis.

Tertium, quia magis nos moueret ad excitandam memoriam passionis Christi, veluti magis explicans effusionem sanguinis, ac mortem.

Quartum, hæc prima fuerunt sacrificia, quæ Deo fuerint accepta, & ab Abel oblata: Cain namque obtulit terræ munera, è quibus conficitur panis, quæ Deus reiecit.

Quintum, quia cuncti patres nostri Eucharistiã conficere dicunt nihil aliud esse, quam incruentum sacrificium. at panis, & vini, est simplex oblatio potius, quam sacrificium, (quamuis & oblatio sacrificij nomine verè vocari possit) sed tum maximè sacrificium dici solet, vel cum mactatur animal, vel quod mactatum fuit comeditur, sic igitur Christi corpus non iam vita cassum, sed rediuuium, & immortale nunc, sed olim mactatum comeditur. Hinc scriptum est: in antiquissima liturgia sancti Iacobi, Concinentibus ad populum lectoribus, Christus Deus noster progreditur, ut immoletur, ac detur in cibum fidelibus: ipsum autem antecedunt angelorum chori cum omni imperio, & potentia. & in liturgia Basilij: Offeramus sacrificium hoc reuerendum & incruentum ad abolenda delicta nostra. & in Aethiopica: Tibi gratias agimus, quod per hoc sacrificium dignos nos fecisti stare in conspectu tuo. & S. Andreas sic ad Aegeam, Ego immaculatum agnum in altari offero, cuius carnes postquam omnis populus credentium manducauerit, agnus, qui immolatus est, integer perseuerat, & viuus. & S. Hippolytus martyr in oratione de Antichristo inducens Christum loquentem his Verbis ad suos venite Pontifices, & sacerdotes, qui pretiosum corpus, & sanguinem meum quotidie immolatis, & S. Ambrosius in psal. 38. Et si nunc Christus non videatur offerri, ipse tamen offertur in terris, cum corpus eius offertur. & in c. 1. Lucae: Cum sacrificamus, Christus adest, Christus immolatur. S. Gregorius Nyssenus in oratione de resurrectione, Dominus praecipuus impetum Iudæo-

FIGURAE ANTIQVAE.

A Iudæorum, se ipsum victimam offert, idem simul sacerdos, & agnus. Sed dices mihi, Quomodo hoc accidit? tum cum suum corpus ad comedendum, & sanguinem ad bibendum familiaribus dedit. & Chrysostrum hom. 24. in priorem ad Corinthios, Pro victima, & pecorum corde se ipsum offerendum praecipit. & hom. 17. in epistolam ad Hebræos, In multis locis offertur non multiplex Christus, sed vnus vbiq; Christus, hic & illic plenus existens vnus corpus, non multa corpora. eadem tradit S. Ambrosius in c. 10. ad Hebræos, ac Primasius, & S. Augustinus lib. 2. quaest. Euang. q. 3. de Eucharistia loquens, Nondum, inquit, erat institutum hoc sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus eius est. & lib. 4. de Trinit. ca. 14. quid gratius offerri, aut suscipi posset, quam caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis nostri? Eadem SS. Cyrillus lib. de adoratione in spiritu, Leo sermone 8. de passione, Fulgentius lib. 2. ad Monimum, similiter SS. Irenæus lib. 4. ca. 32. & 34. & Cyprianus epist. 63. vel 3. lib. 2. & de oratione Dominica. Quamuis igitur Christus non occidatur in sacratissima Missa & Eucharistiae sumptione, ut bene post sententiarum Magistrum ceteri tradidit; tamen est maximè sacrificium, qua parte Christus, ut immolatus est olim, nunc immortalis, & viuus in antiqua immolationis memoriam Patri omnipotenti Deo quoque offertur & à sacerdote, & à sumentibus: satis est enim si semel immolatus sit, quamuis postea comeditur rediuuius: sicut ex hostia prius mactata, postea comeditur, neque erat necesse ut eodem tempore, quo adolebatur sacrificium, maderetur, cum sufficeret edi veluti ex immolata & oblata carne. coniugimus enim nos, & cuncti quotquot fuere, & erunt Catholici, nostram mentem cum Christo, qui se obtulit hostiam Deo Patri pro nobis; & offerimus eundem eodem quo possumus modo.

Hinc vna oblatione, ut S. Paulus ad Hebræos aiebat, omnes sanctificamur. Ita mortem Domini annunciamus, in qua verè ille adfuit, & obtulit se Deo, ut idem scripsit ad Corinthios. Denique, quod idem Christus iussit, Eucharistiam sumimus, & cõficimus in eius memoriam. E quibus etiam tribus, nimirum oblatione, annunciatione, & memoria, quæ sunt omnia expressa in diuinis litteris, concludimus in Eucharistia veluti sacrificio adesse verum Christi corpus, sicut in omni sacrificio adesse debet. Nam perfectissimè, ut potest, Christus iussit à nobis fieri ipsius memoriam, perfectissimè annunciari ipsius mortem, perfectissimam esse sui oblationem ad nostram sanctificationem: ergo ut perfectissimè hæc sint, adesse ipsum corpus debet. Hinc reatè S. Augustinus lib. 20. contra Faustum cap. 18. Christiani iam peracti sacrificij memoriam celebrant sacrosancta oblatione & participatione corporis Christi. & li. 10. de Ciuit. Dei, ca. 20. Eucharistiae confectio, participationemque vocat summum & verissimum sacrificium; & libro de spiritu & littera, verissimum & summum sacrificium; S. Cyprianus epist. 63. vel 3. lib. 2. plenum ac verum sacrificium; S. Chrysostrum hom. 60. ad populum, terribile, & plenum horroris; Eusebius lib. 1. demonst. Euang. cap. ultimo sacrificium Deo plenum, ea nimirum de causa, quia verè Christus est corporaliter in Eucharistia, cuius vna est oblatio, in quam cuncta sacrificia, cunctæ oblationes vnã spectat: ob id singulare, verum, Deo plenum, terribile, horroris plenum, summumque sacrificium. Quæ considerans S. Gregorius Nyssenus sic in oratione prima de resurrectione, Pro ineffabili arcano, & qui ab hominibus cerni nequit, sacrificij modo sua dispositione praecipuus occupat (Christus) impetum violentum, ac sese oblationem ac victimam offert pro nobis sacerdos simul, & agnus Dei. Quando hoc accidit? cum suum corpus ad comedendum, & sanguinem ad bibendum familiaribus praebuit. & S. Chrysostrum hom. 2. in posteriorem ad Timotheum prope finem, Sacra ipsa, inquit, oblatio, siue illam Petrus, siue Paulus, siue alius cuiusuis meriti sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quamque sacerdotes modo quodam cõficiunt nihil habet ista, quam illa minus. Cur id? quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui illam ante sacrauerat. Ad summam concludimus: sicut in sacrificiis priscis erant vera corpora animalium immolandum, sic in hoc ineffabili, arcano, summo, verissimo, singulari, horribili, tremendo, denique pleno (ut sancti vocant) horroris, est verum Christi corpus. Hic derident antiquos patres impij, quasi vel iis sanctitate, vel ingenio, vel doctrina, diuinæque mentis cognitione praestent homines impudentissimi, & contaminatissimi.

Sexta figura, qua maximè ostenditur in Eucharistia esse verum Christi corpus, est oblatio panis ac vini, quæ similiter olim communis erat Hebræis cum populis omnibus. Cunctæ namque gentes offerebant Deo panem, ac vinum, ut ex historiis liquet, prophanorum scriptis

Mag. lib. 4. dist. 12.

VI.

FIGURAE AN  
TIQVAE.

scriptis, & oblatione Melchisedech, quas postea oblationes dæmon more suo transfudit ad impios suos ritus, ut latè differunt S. Iustinus apologia ad Antoninum, & Iulius Firmicus cap. 19. de errore prophanarum religionum ad Constantinum & Constantem Augustos. Quocirca si hæc erant umbra nostrarum rerum, ut nemo negat, & supra ostendimus, necesse est in nostris adsit corpus verum: non igitur in Eucharistia panis, ac vinum, nisi specie: umbra namque opus non est, ubi adest corpus; atque, ut hac in re sanctus Leo aiebat, umbra corpori cedit, & S. Paulus de festis diebus loquens epist. ad Colossenses cap. 2. & ad Hebræos cap. 8.

Leo Sec. 7. de  
pass. Domini.

VII.

Septima figura, qua quæcumque hucusque diximus de sacramento baptismatis, vntionis, & Eucharistie, maximè corroboratur, est huiusmodi: Sicut Deus voluit sibi animalia certa sacrificari, offerri panes, sic immolationem illorum animalium, & oblationem panis voluit esse perennem, ita ut in altari semper esset victima vespere ac manè immolanda, quæ adoleretur; similiter in mensa semper adessent panes propositionis. Idem verò Deus iussit, ut hostia ablueretur aqua, quod est Leuitici c. 1. præterea verò ut in altari poneretur simila conspersa oleo, vel panis absque fermento conspersus oleo, atque ita cuncta Deo cremarentur, ut habetur Leuitici c. 2. Hæc igitur antiquis, quæ sunt umbræ nostrarum rerum, lotio namque illa sacrificij significat baptismum; olei conspersio chrisma; combustio similia, panis, & victimæ, quæ fit ab igne corporeo, & in quem igne corporeum transeunt corpora similia & panis, significat transubstantiationem panis in corpus Christi Dei: nam Deus ignis consumens est, ut inquit ad Hebræos c. 12. S. Paulus, & Deuteronomij cap. 4. Moyses, cui sic apparuit in monte Oreb, & Synai. Quanam igitur de causa Deus hæc quatuor sanxit, lotionem victimæ, olei consersionem super simillam, & azymos panes comburendos, perpetuam victimarum cremationem, & perpetuam panum propositionem? Nonne ut aqua baptismum, oleo chrisma, crematione victimarum & azymorum tum verum Christi corpus in nostro sacrificio, tum veram transubstantiationem panis in illud? hæc enim corpora umbræ sunt sanctissimi corporis Christi.

VIII.

Octava figura maximè quæ diximus explicans & connectens est, ut habetur Leuitici c. 9. cum Moyses iam fabricatus esset tabernaculum, illud in solitudine erexisset, ac super illud obtulisset holocausta, inquit sacra scriptura, apparuit gloria Domini omni multitudini, & ecce ignis egressus à Domino deuoravit holocaustum. Porro nõ licebat inferre in altare ignem alienum, atque idcirco Nabad & Abiud igne combusti diuinitus fuere, ut habetur Leuitici c. 10. sed necesse erat ut sacerdotes igne cælitus delapsum perpetuò ligna adiicientes fouerent. Nam sic est scriptum Leuitici cap. 6. Ignis autem in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna manè per singulos dies: & impositò holocausto desuper adolebit adipēs pacificorū. Ignis est iste perpetuus, qui numquam deficiet in altari. Hæc ibi. ob id Hieremias iussit iis, qui abibant in transmigrationem Babylonis, quod acciperent hunc ignem, quod refertur Machabeorū li. 2. c. 2. & c. 1. narratur hunc ignem fuisse occultatum in puteo alto & sicco, quem cum postea quaererent Nehemia duce ii, qui è Babylone redierant, inuenerunt pro illo aquam crassam, qua rursus aspererunt holocausta: cumque Sol antea nubibus absconditus reluxisset, continuo accensus ignis deuoravit victimas. En igitur vnus sacrificij, vnusque ignis perpetua continuatio, ita ut victimæ omnes in vnum ignem cælitus demissum conuenirent, ac transferrentur in ipsius ignis ante tot sæcula à cælo delapsi naturam & efficacitatem. ubi nunc igitur tot ac tanta mirabilia in Ecclesia Dei? quòd si antiqua sunt umbræ nostrarum rerum, necesse est dicamus in Ecclesia Dei tanto mirabiliora ac veriora accidere, quanto umbra corpori præstat; atque ita in vnum Christi corpus in cruce oblatum, nunc autem rediuiuum, cælo delapsum, id est cælesti virtute excitatum, ac formatum, transferri panem, vinumque, veluti victimæ illæ in ignem illum, coniungique animos in vnum corpus mirabili modo. Nostra namque longè mirabiliora, ut corpus umbra inani est mirabilius. Atque ut adhuc rem magis teneas; lingua sacerdotis, qui Christi personam sustinet, est cuius ministerio tâta fiunt: atque ob id Spiritus sanctus igneas linguas attulit in die pentecostis supra capita discipulorum, ac supra illos, ait S. Lucas, sederunt, ac sedent etiam nunc ad tanta mysteria perficienda. Videntur vntionem sibi respondeant? ut concinant prisca nostris? Rectè igitur S. Efrein & Chryostomus Eucharistiam vocarunt ignem. & in antiquissima sancti Iacobi liturgia sic ait ad populum sacerdos: Dominus nos benedicat, & dignos nos faciat, qui puris forcipibus accipiamus igneum

FIGURAE AN  
TIQVAE.

A igneum carbonem, & imponamus in ora fidelium ad purgationem & renouationem animalium ipsorum, & corporum. Amen.] Vides itaque, ut cuncta sacrificia antiqua coirent, ac transfirent in vnum ignem corporeum à cælo delapsum, neque hic omittendum fuisse Hebræis morem, ut Deum precaturi, templum respicerent, in quo semper holocausta ardebant, ut colligitur è consuetudine Danielis c. 6. & ex eo quod Salomon ait, Regum tertio, c. 8. de Hebræis, qui in suis supplicationibus respicerent templum: quæ notauit etiã S. Hieronymus in Ezechielis c. 8. Atque ita quondam sacrificia omnia interna, & externa, spiritalia, & corporalia in vnum coniungebantur non modò spiritum, sed etiam corpus è cælo demissum, quo Deus significabatur aliquando incarnandus, & corporandus, & in cuius corpus cuncti coiremus, dum sacrificium mirabilissimum Eucharistie sic conficeretur, ut in illud corpus transmutarentur panis & vini oblationes. Atque hæc omnia multis de causis sunt necessaria. Prima est, quòd hæc antiqua erant umbræ nostrarum rerum, ergo respondeat necesse est in terris aliquid nostrum perpetuum his simile; nam cuncta prisca, ait S. Paulus, contingebant in figuris. Secunda: necesse est magis coniungamur cum nostris omnibus in hoc sacrificio nostro; id enim Christus orauit, ut est in Evangelio Ioannis, & magis nunc cælestia terrenis sunt coniuncta. Tertia: mirabili modo opus est nostra fiant, quanto mirabilius est inani umbra solidum corpus: alioquin innumera sequerentur absurda.

Nona figura est sanguinis aspersio, ut enim scribitur Exod. ca. 24. & ad Hebræos nono, cum Moyses Dei nomine madata explicasset, populū vero sanguine sacrificiorū cōspersit inquit, Hic est sanguis testamenti, quem misit ad vos Deus. Quibus verbis & actione in primis Eucharistiam præsignificatā, in qua fit commemoratio passionis Christi, multis probatur. Nam primo loco Lucæ cap. 22. disertis verbis Christus ait: Hic calix noui testamentum est in meo sanguine. Secundo totidem verbis Christus vsus est in Eucharistia institutione, quot Moyses in veteris testamenti sanctione: sic enim ca. 26. Matthæi dictum: Hic est sanguis meus noui testamenti. Consona sunt itaque verba ipsa, & actio ad vnguem. Tertio sicut Moyses prius recensuit Dei præcepta, deinde sanguine populum aspersit, illaque aspersione testamentum sanxit, eodem modo Christus prius mandata sua latè proposuit, ut est apud Ioannē, mox sanguinem suum in pectora discipulorum infudit per Eucharistiam, veteris namque testamenti vis, ac sanguis corpus; noui animum maximè Deo dedicant. Quarto Moyses sanguinem, quo Hebræos tinxit, in cratera collocavit: sic etiam Christus in calice sanguinem suum discipulis propinavit. Quinto Moyses è sanguine commixto duodecim vitulorum, duodecim tribus resperfit: sic Christus duodecim discipulis sanguinem suum in vnam substantiam commixtum, quamuis duodecim forbitionibus, ut ita dicamus, traditum dedit ex vno cratera. Quocirca nisi in Eucharistia sit Christi corpus & sanguis, sed ea sit simplex commemoratio passionis Christi, quod egit Moyses magis explicaret passionem Christi, & eius memoriam, quam panis & vini comestio; atque ita, quod est absurdū proculdubio, umbra esset solidior, & in corporis artus, lineamenta, & colores magis conformata, quam corpus ipsum: corpus esset umbra loco, umbra corporis, inuersaque essent illa, & præpostera. Quæ ne sint, opus est dicamus in Eucharistia esse verum sanguinem corpusque Christi, ne ipsius institutio tam frigidè referat memoriam passionis, tam frigidè nos ad illam moueat; denique quatuor illa absurda consequerentur, quæ in quinta figura enarrabamus. Huc spectat quòd eodem vitulorum sanguine Moyses tinxit altare, librum legis, ac vasa templi, quibus omnibus nos ipsi significabamur imbuendi ex omni parte Christi sanguine, veluti templa, ac vasa Dei, nos ipsi volumina legis diuinæ. Hinc Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, concludens Christo fuisse verum corpus, ex hoc argumentatur, quia sicut olim populus à Moyse vero sanguine vituli est aspersus, sic nos verū Christi sanguinem corpusque sumimus: quod argumentū mutuatus est à sancto Irenæo; audi eū loquentē.

*Sanguine nam vituli populum, simul omnia vasa,  
Atque sacerdotes, & scripta volumina legis  
Sparsit aqua mixto vates sic iussus ab alto  
Non propriam spem, nec speciem virtute vacantem  
Exemplo vituli passurum in corpore Christum  
Qui iuga dura ferens humeris temonis aratro  
Fortiter abruptis sua pectora vomere ferri,*

*Infundens*

FIGURAE ANTIQVAE.

*Infundens sulcis animæ sui sanguinis vndam.  
Nam templi vasa hæc designant corpora nostra  
Ipse Dei templum verum non ante dicatum  
Namque suo socios homines sibi sanguine fecit,  
Atque sacerdotes voluit sui corporis esse.  
Ipse Patris summi perfectus iure sacerdos  
Auditum, visum, gressum mundauit inertem,  
Asperfitque librosque testes præfaga locutus  
Demonstrans legem suo tinctam sanguine sancto.*

Hæc ille, qui ineptissimè aduersus Marcionem sic argumentaretur, nisi per hanc figuram verus Christi sanguis in Eucharistia notaretur. Huc referuntur toties repetitæ aspersiones tum populi, tum sacri altaris, de quibus latè in Leuitico.

X. Decima figura est columna ignis, ac nubes, quæ per tot annos, duxit populum per loca illa deserta ab ipso mari rubro vsque ad terram promissionis; neque columna huiusmodi ob oculis Hebræorum fugit vniquam, quin per illam Moyse loquebatur Deus ad ostium tabernaculi, eamque populus videns adorabat. Aut igitur synagoga Ecclesiae præstat, aut necesse est, quamdiu ab vndis baptismi egressi perueniamus in requiem æternam, vt loquitur S. Paulus, nobis in terris adesse Deum, multo præstantius, ac nobilius quasi contextum nube quadam propter panis ac vini species. Sed qui quæso id fieri contingeret, nisi in Eucharistia sit ipsum corpus Christi? Qua in columna mirabile illud etiã fuit per quadraginta annos, quod nocte in ignem mutabatur, illucescente die in nubem, è qua ros cadebat ad Hebræorum tenuem potum: quibus sanè transmutatio panis ac vini in corpus Christi & sanguinè designabatur, ac solennis potus cibisque ex illo sumptus. Hinc Alchimus Auitus, qui sub annum quadringentesimum floruit:

*Nec tamen hanc nubem tetro suffusa colore  
Forma dabat, nec erat nigro sic horrida vultu,  
Vt validos terris, promunt cum nubila nimbos,  
Sed qualis Solem madidus cum viderit arcus,  
Tanta fuit pulchra specics oblonga columna.  
Noctibus ignis erat, lumenque accensa ferebat  
Quum Sol torreyet, gelidum dabat humida rorem  
Hæc alternantem ducens cum tempore sortem  
Mutauit natura vices. substantia discors  
Muneribus propriis concordem reddidit vsum.*

XI. Vndecima figura est arca ipsa testamenti, quæ semper in terris inter Hebræos fuit propriè signans ipsum Christi corpus multis de causis.

Ac prima est, quod è lignis incorruptibilibus erat constructa: sic incorruptibile Christi corpus.

Secunda: arca foederis ac testamenti dicebatur; Christi autem corpus in Eucharistia dicitur calix foederis, & testamenti, Lucae cap. 22. & Matth. cap. 26.

Tertia: locus, in quo erat, Sanctus sanctorum vocabatur, vt ad Hebræos cap. 9. habetur, solus verò Christus sanctus verè sanctorum.

Quarta: in illa erat propitiatoriu vocatum, tabula, quam Cherubim sustinebāt, in qua dicebatur Dominus sedere, & ex illa propitius esse populo suo. ob id David canit, Qui sedes super Cherubim manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse. ]

Quinta: in illa erat, vt ait S. Paulus, tria, nimirum virga Aaron, quæ fronderat, signū sacerdotalis potestatis; manna panis Angelorum, cibique cælestis; tabulæ mandatorū Dei. sic in Eucharistia sunt hæc omnia longè ampliora, atque vt necesse est diuiniora: potestas sacerdotis nascens à corpore Christi, cibus ipse diuinus, Christi ipsum corpus, ac vis perficiendi iussa cælestia.

Sexta: per illam factum, vt populus Hebræus Iordanem trāsire illæsus sicco pede posset in terram promissionis, & muri Hierichuntini caderent. sic per corpus Christi fit, vt cælum ingrediamur, & omnis inimicorum potestas cadat, quæ nobis impeditur esse potest. ante illam Dagon cōfringitur, & ad terram prosternitur, vt habetur in libro Iudicū.

Septima: neque illam tangere, neque prope illam stare, neque aspicere absque immissa diuinitus morte prophanis licebat, vt habetur Iosue cap. 3. lib. Regum prim. cap. 6. & lib. 2.

FIGURAE ANTIQVAE.

A lib. 2. cao. item 6. sic: Si quis criminofus Eucharistiam sumat, morbis ac mortem multatur, vt ait ad Corinthios scribens S. Paulus.

Ostaua. Arca illa adorabatur ab Hebræis cunctis: sic namque hortatur David psal. 98. Adorate scabellum pedū eius, quoniam sanctum est. ] quæ verba propriè & in primis dici de Arca liquet. Nam primo Paralipomenon cap. 28. Salomon inquit: Parauit domū, vbi requiesceret arca Domini, & scabellū pedum Dei nostri. ] & psal. 131. dicitur: Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. ] In Hebræo namque est adorabimus scabellum pedum eius. ] Hinc paulo post subiicitur, Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ. ] & clariùs hæc omnia iis verbis libro secundo Regum cap. 6. Arcam, supra quam inuocatum est nomen tuum sedentis in Cherubim super eam. ] neque ambigi potest, quin ibi præcipiatur adoratio. Hebræum namque verbum id significat, quod & Rabi David Kimhi fatetur, & Chaldæus vertit: Incuruate vos templo: ] in eo namque arca erat. Sepruaginta verò, & S. Hieronymus ita transtulerunt, Adorate: ] atque hic etiã testatur epistola ad Marcellam coli ab Hebræis arcam solitā. His expositis, nisi in Eucharistia sit ipsum Christi corpus quæro; quid erit in Ecclesia ab ipso exordio, quod corporatum sit institutūque; diuinitus & conspicuum, cui tanta sint, ac debeantur, vt arcæ? quod tanta præstiterit, veluti arca? nisi dicamus vmbra nobiliorem & præstantiorem corpore: vmbra namque est synagoga, sed Ecclesia nostra corpus.

Meritò igitur arca significari Eucharistiam, qua contineatur ipsum Christi corpus, tradidère SS. Hilarius in psal. 131. Cyrillus lib. 4. in Ioannem c. 28. sed & Augustinus in psal. 98. Dei vnigenitus, inquit; filius suscepit de terra terram, quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit: & quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducadā ad salutem dedit; nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit; inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. eadem tradit S. Ambrosius lib. de Spiritu sancto c. 12. Ad summam cum videamus arcā fuisse in terris inter Hebræos ab initio ipsius synagogæ constitutæ, illique Deus voluerit tanta deferri, & similiter tot per illam tantaque sint præstita synagogæ, necesse est in Ecclesia sit aliquod longè diuinius, quod sit æquè, atque arca corporatum ab exordio Ecclesiae cælitus datum. At si in Eucharistia non sit Christi corpus verum, nihil eiusmodi erit in Ecclesia; ergo in Eucharistia verum Christi corpus.

D Duodecima figura est agnus paschalis: nam si Eucharistia est solummodo commemoratio passionis Christi, quantumuis efficacem dicamus ad animos nostros commouēdos, tamè agnus paschalis est multo aptior ad huiusmodi memoriā passionis Christi nostris animis imprimendam, cum magis referat Christum passum, quàm panis, ac vinū. ergo dicendum Eucharistiam non esse simplicem commemorationem Christi passi, sed in ea contineri corpus Christi. est verò longè absurdissimum, vt agnus, qui est vmbra Eucharistiae, magis referat Christum passum, quàm Eucharistia, quæ est corpus, & effigies respectu agni paschalis. Nam quis dicat vmbra inesse expressius membra, colores, & lineamēta corporis, quam corpori ipsi? Nemo sanè nisi, qui despicit instar hæreticorum. Agnum porrò paschalem fuisse Eucharistiae figuram tradunt S. Andreas Apostolus, vt habetur in eius vita à Diaconis Achaiae scripta; Tertullianus lib. 4. in Marcionem Isichius in ca. 23.

E Leuitici, SS. Hieronymus in c. 26. Matthæi, Gaudentius tractatu secundo, & tertio, Chrysostomus hom. de prodicione Iudæ, Cyprianus lib. de vnitare Ecclesiae, Augustinus lib. 2. contra litteras Petilianus c. 37. Leo sermon. 7. de passione Domini, Alchimus Auitus li. 5. his verbis.

*Ergo agnosce tuum in nobis Rex Christe cruorem,  
Atque tuos educ Aegypti è carcere seruos:  
Et quocumque loco sanctus mactaberis agnus,  
Inque cibos sanctum porrexerit hostia corpus,  
Christe tuum non attingat tua dextera vindex.*

Cæsareus Arelatensis hom. 4. de paschate. denique vt finem faciamus, ipsum Coci- lium Nicenum, cuius verba supra attulimus loco suo, eadē tradit. & sanè est necesse agno paschali respondeat aliquod multo sublimius in Ecclesia nostra. iam verò per agni paschalis ritum magis Christi passi fieri commemorationem, quàm per vinum & panem,

FIGURAE AN  
TIQVAE.

nisi sit in Eucharistia corpus, patet: quia paschalis agnus habet vitam, panis nequaquam. A  
Vtrumque vitam suis conseruauit, agnus quidem Iudaeis ex Aegypto profugientibus, Christus Christianis: panis & vinum non ita. vtrumque occisum: panis neque occidi potest, cum vitam non habeat. Vtrique caro, pani nulla. Vtrumque manufectum, innocens, absque macula, quae pani & vino haud conueniunt: & innumera sunt huiusmodi, quibus quilibet videre potest magis excitari in nobis sensus ad Christi passionem meditando, quam nudo pane, & vino. nisi sit igitur in pane & vino verum Christi corpus, ineptè ritus agni sublatus, inductus vini & panis, falsum vetera esse instar vmbrae, ac terrena nostra esse instar corporis, caelestia ipsam veritatem, cuius exemplaria sint illa.

Decima tertia, vt concludamus, figura est ipsa manna, qua populus Hebraeus est in solitudine per annos quadraginta nutritus. Quamobrem necesse in terris in ipsa Ecclesia sit aliquid longè illa diuinius corporatum toto tēpore, quo degimus in terris, quousque in caelum, quod est nobis terra promissionis, transferamur. alioquin synagoga, cuius omnia sunt instar vmbrae, habuisset aliquid & corporatum, & spirituale longè excellentius nostris rebus, quae sunt instar corporum ipsae imagines rerum exemplarium veritates. Quocirca in Eucharistia est ipsum corpus Christi non modò spiritu, sed etiam re ipsa. Hæc autem mannae conueniebant admiranda.

Primum: manibus angelorum siue ministerio fiebat, non efficientia causarum naturalium: hinc dicitur panis angelorum psal. 77. & Sapientiae cap. 16, panis sit manibus pistolorum. nisi sit igitur aliquid longè admirabilissimum in Eucharistia, vmbra corpori praestabit.

Secundum, manna demittebatur è caelo, panis è furno habetur.

Tertium: manna sapiebat cuius mandenti, quiduis ille concupiuisset, siue carnem, siue vinum, siue pomum quod libuisset, siue aliud quodcumque, vt habetur Sap. 16. panis ac vinum nil, nisi quod praeseferunt.

Quartum: qui in manna conuertebatur quantum ad substantiam, vt elici videtur è Sapientiae verbis, in quocumque cibum quilibet voluisset, quamuis transmutatio non apparet: sic namque in Sapientia Graecè habetur: ἀνθ' ὧν ἀγγέλων τροφή ἐφώμισας τὸν λαόν σε καὶ ἔτοιμον ἄρτον ἀπ' ἐρανῶν ἐπαμύνας αὐτοῖς ἀνοπιῶτον πορὸς πᾶσαν ἡδονὴν ἰσχυόντα ὁ πορὸς πᾶσαν ἀρμόνιον γεύσιν. ἢ μὲν γὰρ ὑπόστασις σε τίλιόντι πορὸς: τέμνα ἐνεφάνισε γλυκύτητα, τῆ δ' ἐπὶ προσφερομένη δὴ πρὸς μίαν ὑπερρετῶν πορὸς ὅτι ἐβέλετο μετακρινᾶτο. Id est: Pro quibus angelorum esca nutriti populum tuum, & paratum panem è caelo misisti illis absque labore ad omnem dulcedinem valentem ad omnem congruum gustum: etenim substantia tua (hoc est substantia mannae à te missae) tuam in filios ostendebat suauitatem, & oblatis desiderio subferuens, in quod quisque volebat, conuertebatur. Hæc ibi: atqui oportet in Eucharistia sit aliquid longè diuinius.

Quintum: manna ab omni morbo Hebraeos illæfos reddebat, ita vt verè cecinerit Dauid, Et non erat in tribubus eorum infirmus.]

Sextum: è manna eadem, quae demissa est è caelo, conseruatum est semper intra arcam in vrna, vt S. Paulus scribit in epistola ad Hebraeos cap. 9.

Septimum: qui plus ex illa collegisset, nihil amplius tamen reportabat ex illa domum, quam qui minus collegisset, vt habetur Exo. 16. & secunda ad Corinthios cap. 8. His positus est manifestissimum, manna designari carnem Christi à nobis comedendam, quae mannae infinitis partibus praestet. hoc Christus ipse dixit S. Ioannis cap. 6. Non Moyses inquit, dedit vobis panem de caelo, sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. panis enim Dei est, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. ] & mox: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt Hic est panis de caelo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. ego sum panis viuus, qui de caelo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. ] Hæc Christus. Igitur manna signat carnem Christi à nobis comedendam, cui longè praestantiora contingant, quam mannae, quae panis est Angelorum, cum Christi caro sit Dei: multo que diuinius eadem contingent Eucharistiae, perquam sumimus, quocumque id modo contingat, Christi carnem.

Ac primum sit illud, quod Eucharistia ab ipso Deo conficietur, omnipotentiae ipsius erit opus, sicut manna ab angelis: hæc enim panis angelorum. illa Dei, vt Christus ipse dixit.

Secundum, vt omittamus cetera; fiet in Eucharistia admirabilis quaedam & diuinissima

ma

FIGURAE AN  
TIQVAE.

A ma commutatio, longè scilicet excellentior, quam in manna, pro desiderio sumentis congruenti Ecclesiae placitis, & Christi institutionibus.

Tertium; per se illa liberabat ab omni morbo corporis, hæc ab omni labe animi per se expiabit, atque ita ex opere operato infundet gratiam diuinam, vt supra explicauimus.

Quartum: è manna eadem, quae caelitus delapsa est, conseruatum est in terris in arca: sic caro Christi in terris sit est necesse, atque eadem caro, quae in caelo est.

Quintum: si quis ex Eucharistia & speciebus panis, & vini minus capiet, tatumdè tamè capiet, vt qui magis sumpsit, sicut de Eucharistia legimus. Aut igitur necesse est hæc dicamus, aut Christum mentium, & vmbrae corpore ipso praestantiorè. Quid igitur garrunt impij? quid blasphemant?

B Audi nunc, vt ceteros omnes omittamus, nonnullos antiquissimos vates Christianos de hac figura carmina fundentes. sic itaque Tertullianus contendens Christo corpus esse verum ex hac figura, aduersus Marcionem libro quarto.

*Carnis & vrna typum Domini fert aurea plena;  
Foederis ipsa noui Dominum declarat aperte  
Manna, quod est panis caelestis verus, in illum  
Traditus à patre, quem tribuit pro pignore sanctis.*

Hæc Africanus. Audi nunc Alchimum Auitum Gallum, cuius hæc sunt libro quarto operum paschalium.

*Dum sacrum populo victum candentia manna  
Ferrent, & cali frugem terrena viderent,  
Mystica qua longè pradiceret ante figura  
Virgineo ex vtero purum sine semine Christi  
Edendum, nobisque aliquando corpus edendum,  
Quas caperet pascendus homo de sede superna  
Illabente Deo sanctis altaribus escas.*

Sed etiam ante hunc Gallum Prudentius Hispanus in psychomachia.


*Angelicus sic cibus prima in tentoria nostris  
Fluxit auis, quem nunc sero felicior auro  
Vespertinus edit populus de corpore Christi.*

Verum nunc audiamus Hebraeorum, qui ante ortum Christi floruerunt, apertissima in hanc rem testimonia, vt appareat quanta sit imperitia simul & impudentia incredibilis haeticorum.

D

FINIS LIBRI DECIMI TERTII.





DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER DECIMVS QVARTVS.



SEPTIMA CLASSIS TESTIMONIORVM CONSTANS  
ex antiquissimis Rabinis, quorum producuntur duodecim testimonia compro-  
bantia propositam veritatem. Cap. I.

RABINI AN-  
TIQVI.



**S**CIEBANT antiquissimi omnes Hebræorum Rabini, prisca  
euëta nihil aliud fuisse, nisi quasdam figuras, vt nos loquimur, ac  
prænotiones adumbratas eorum, quæ Ecclesiæ Christianæ,  
Christoquæ euentura essent. Idcirco S. Paulus ad Hebræos scri-  
bēs totus est in figuris illis explicandis, & ait priscis Hebræis om-  
nia contigisse in figuris. ac manifestè Deus Moyfi dixit, ipsi simi-  
lem prophetam suscitandum è semine Iudæorum, cuius in ore  
verba sua poneret. Christus itaque similis erat futurus Moyfi, sed  
lògè excellētior, ac diuiniior, & huc referunt etiam illa Ecclesia-

stis verba c. 1. quid est? Quod fuit, ipsum est quod erit. ] interpretati, vt Christi temporibus  
futura essent, quæ fuerant olim, & quæ futura mox essent, ita vt connexio quædam  
foret omnium Christi mysteriorum cum præteritis, ac vëturis post vitæ præsentis cursum.

Testim. I.

- Quocirca Rabi Barachias secutus Rabi Isaac exponēs illa verba sic ait, Quemadmo-  
dum fuit redemptor vltimus, ac veluti ille fecit vt manna descenderet è cælo; haud ali-  
ter redemptor, ait ille, vltimus, id est Messias erit placenta frumenti in terra, iuxta illud  
psalmi dictum, Et erit (scilicet Christus) placenta frumenti in terra. ] eadem tradidit Ra-  
bi Ionatas Vzielis filius illa psalmi verba in Chaldæum sic vertēs, Et erit sacrificium pa-  
nis in terra in capite mōtium Ecclesiæ. ] Hucusque tria Rabinorum, qui ante ortum Chri-  
sti fuere, testimonia dicentium Christum futurum placentam, manna, sacrificium panis in  
terra, in capite mōtium Ecclesiæ: quod nos latius explicauimus supra in classe vaticiniorū.  
IV. Quartum est huiusmodi. Verba sunt hæc Osee cap. 11. In funiculis Adam traham eos,  
in vinculis caritatis, & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui  
ad eum, vt vesceretur. ] Hæc Osee inducens Deum loquentem de populo suo: quæ sic  
vertit Sâctes Pagninus verbum verbo reddens ex Hebræo, Funiculis hominum trahā eos,  
funiculis caritatis, & ero eis tamquam exaltantes iugum in maxillis eorum, & declinabo  
ad eum cibum. ] Hæc verba sic nonnulli interpretantur, vt Deus prædicat futurum, vt mi-  
tissimè agat cum populo suo trahens illum funibus humanitatis, & amoris, & tollat à cer-  
uicibus ac maxillis illius iugum, quod tum maximè opprimebat illum, tum faciebat ne  
maxillis vti ad cibum posset; atque ad eum se demittat, vt vesci possit, vt fecit in solitudi-  
ne, cum manna è cælo demisit. hæc omnium ferè expositio. Hebræa namque linguæ hæc  
est cōditio, vt futurum sæpè pro præterito ponatur: quod maximè in vatibus sacris est at-  
tendendum, quibus præsentia sunt, quæ longè ab oculis sunt posita, veluti aliquando vë-  
tura. Quod ideo factū, quod præterita in sacris libris, vt diximus, sunt vmbra futurorum.  
Idcirco verti potest ex Osea, Declinaui: &, Declinabo, cōgruētius tamē, si superiora respi-  
cias, declinabo. Rabi igitur Hadarsam in expositione Geneleos explicans hæc Osee  
verba, vt refert Petrus Galatinus, ait futurum, vt Messias alleuet suos ab onere omni,  
trahatq; funiculis ipse humanitatis suæ illos, atq; ipsemet det eis cibū semetipsum cibū  
bo.

**A** bonum, suaue, & magnum, cui non sit alius similis, sicut scriptum est psalmo septuagesimo  
secundo, Et erit placenta frumenti, vel fructū panis in terra. ] Hæc ille sic interpretans il-  
lud verbum, Declinabo cibum ad eum, siue declinabo ad eum, vt vescatur: quasi Messias  
ipsemet, humanitatis suæ, & corporis vinculis tracturus suos, dimissurus sit semetipsum,  
quo sit ipsemet cibus, fructum panis, placenta, ac manna suis.

**V** Quintum testimonium est Rabi Araban in illud psalmi cētesimi quinti, Et pane ce-  
li saturauit eos, & explicatis illa verba Hieremiæ de Deo loquentis, Proiecit de cælo in  
terram inclytam, (siue pulchritudinem) Israël non est recordatus scabelli pedum suorum  
in die furoris sui: dicentisq; hanc Israël pulchritudinem futurum Messiam, qui è cælo  
in terras delabatur, & cuius figura erat (vt cap. superiori ostendimus) arca foederis vocata  
scabellum pedum Dei, & adiicit hanc pulchritudinem significatam per manna, & panes  
propositionum vocatos panes facierum, quos ipse Messias ex benedictione sacerdotum  
adsumet ad se, vt pane cæli satiet humanum genus; atque ita Deus ascendere faciet fa-  
cies suas ad se. vt enim mox apparebit, panis propositionū dicebatur Rabinis panis dua-  
rum facierum. sic igitur Arabā vult ipsummet Messiam futurum nobis in terris cibum,  
manna, panem cæli, quo satiemur, accepturumque ob id ex benedictione sacerdotum  
panes propositionis ad se, vt sic illum comedamus.

**VI** Sextum testimonium est Rabi Mosis Hadarsam in cap. 14. Geneleos dicentes futurū  
vt Messias instituat sacrificium panis ac vini secūdum ritum Melchisedech, atque ipse sit  
placenta tritici in terra, & panis facierum, siue propositionis; quod sacrificium numquā  
cesset: & ad hoc adducit verba Dei loquentis: Numerorum cap. 28. Oblationem meam,  
panis mei, ad ignes meos odoris suauitatis meæ respicietis, vt offeratis mihi in tempore  
suo. ] Hæc ille Rabi sic citans verba capitis illius.

**VII** Septimum testimonium est Rabi Pinhas filij Iair, dicentis futurum vt temporibus  
Messiæ sacrificia cuncta cessent, remaneat tamen sacrificium panis ac vini secundum ordi-  
nem Melchisedech, id est Regis iustitiæ; qui est Messias totius mundi Rex, ac terræ, è  
quo tēporibus eius veritas orietur, & iustitia de cælo apparebit, ut habetur psal. 85. Hæc  
ille in eundem locum capite 28. Numerorum, aduersos Lutheranos, & Caluinistas  
abominandos, qui Eucharistiam nolunt sacrificium.

**VIII** Octauum testimonium est Rabi Iohai, qui dicit futurum, vt sacrificium panis ac vini  
non cesset temporibus Messiæ. ipse namque (vt habetur c. 49.) erit ligans ad vitem ciui-  
tatem suam, id est corpus suum: nam corpus est ciuitas animæ, in qua sicut in vrbe sua do-  
micilium illa habet, ac ius dicit. Ostendimus autem supra in classe vaticiniorum, posse  
verti ex Hebræo in illo Geneleos capite Ligabit ad vitem ciuitatē suam. Idcirco ait idē  
Rabi verè dici Iudicum cap. 9. vinum afferre lætitiā hominibus, & Deo. Similiter Mes-  
sias erit placenta frumenti in terra in capite montium, vt est scriptum psalmo 72.

**IX** Nonum testimonium est Rabi Mosis Hadarsam, de quo supra diximus, in illud psalmi  
136. Qui dat panem vel cibum omni carni. ] cuius sunt hæc ipsa verba, vt recitat Petrus  
Galatinus lib. 10. de arcanis Christianæ religionis cap. 6. (scripsit autem Galatinus ante  
impudentissimos ac turpissimos homines Lutherum & Caluinum: ) inquit itaque Rabi  
Moses Hadarsam: Amplius dictū est verbum notum, Qui dat escam omni carni: hoc est,  
quod dictum est psal. 14. Gustate, & videte, quia bonus est Deus; quia panis, quem dat  
omnibus, ipse est, caro eius, & qui gustatur panis conuertitur in carnem, & hoc est quod  
dictum est, & videte, quoniam bonus est Deus. & hoc erit mirabile magnum. ] hæc tenus  
verba Rabini apertissimè dicentis mirabile hoc magnum, vt panis conuertatur in car-  
nem Messiæ, quam nos sumamus, ac nobis cibus detur.

**X** Decimum testimonium est Rabi Chana, qui sic in cap. Geneleos 49. Hæc verba, Li-  
gans ad vitem ciuitatem suam, ostendunt, quod sacrificium, quod fiet ex vino, non so-  
lūm transmutabitur in substantiam sanguinis Messiæ, sed etiam conuertetur in substantiā  
corporis eius. Verba autem illa, Et ad palmitem, o fili mi, asinum tuum, significant, quod  
diuinitas, & Dei filius vniuentur asino. id est materiæ suæ, quoniā Hebraicè hamor, id est  
asinus materialis exponitur. quemadmodum etiam asinus fert onera, & vestes viatorum,  
ita Rex Messias delicta totius orbis super se portabit, iuxta illud Isaiæ cap. 53. dictum,  
Et Deus occurrere fecit in eo peccatum omnium nostrum. Cum autem dicitur, Lauabit  
in vino vestem suā, & in sanguine vix pallium suum, eadem est sententia diuersis verbis:  
quoniam vestis dicit materiam, sicut dictum est Iob 10. cap. Pelle & carne vestisti

me. & in sanguine vuae pallium suum, id est diuinitatem suam : quia sicut pallium totum hominem circumdat, ita Deus totum replet mundum. Rubriores sunt oculi eius vino & dentes eius lacte candidiores : hoc est, in sacrificio, quod fiet ex pane, non obstante quod album sit veluti lac, conuertetur substantia in substantiam corporis Messiae, eritque in ipso sacrificio substantia sanguinis Messiae rubra vt vinum: erunt item in sacrificio vini sanguis & caro Messiae; & eadem erunt in pane: quoniam corpus Messiae non potest diuidi, idque ratio postulat. nam si caro & sanguis diuisa essent, distinguerentur inuicem, corpus autem Messiae non potest diuidi, sicut scriptum est Exod. 12. Et substantiam non confringetis in eo. Præterea caro sine sanguine, & contrâ, sunt res mortuæ; corpus verò Messiae post resurrectionem, quia gloriosum erit, semper viuere. hinc illud dictum, Dauid Rex Israël in sæculum viuere. Oculi autem, & dentes, ideo dixit, vt venustior fiat oratio, & sensus occultetur.] Hucusque ipsa verba Rabini, quibus quid clarius aduersus impios? sic igitur ille multo ante Christum natum.

XI. Vndecimum testimonium est Rabi Iohai in cap. 28. Numerorum, exponentis verba illa, Oblationem meam panis mei (vt supra attulimus) sic dicentis, Oblationem meam panis mei ad ignes, odoris suauitatis meae respicietis ad offerendum mihi in tempore suo: id est in tempore Messiae. Et dices ad eos, sacrificia, quae offerre debetis, agnus cum reliquis. hoc est, sacrificium, quod in praesentiarum facitis, erit autem hic panis duarum facierum, de quo scriptum est Exodi 25. cap. Panis facierum coram me semper. Quare autem dicatur panis facierum, ratio est, quia, vt ait Rabi Iudas, transmutabitur ex substantia panis, cum sacrificabitur, in substantiam corporis Messiae, qui descendet de caelis, & ipse idem erit sacrificium: ideo dicit, Respicietis ad offerendum mihi, id est, offerri me, eritque inuisibilis, atque impalpabilis: cuius rei fidem facit sedes Eliae. & magistri aiunt eam ob rem dictum esse panem facierum, quia in ipso sacrificio erunt duae substantiae, diuinitas, & humanitas.] Haecenus ipsamet verba Rabini.

XII. Duodecimum testimonium est adducti Rabi Iuda afferentis causam cur panis oblationum dicatur panis facierum. Exod. 25. cap. iuxta Hebraicam linguam, in qua est, vt passim legimus Leem panem panis facierum: quod & Sanctes Pagninus aduertit. inquit itaque Rabi ille quod panis oblatum vocatur facierum, quia appareat panis, facie tantum conspicua panis sit, sed quantum ad substantiam faciemque nobis haud conspicuam in substantiam corporis Messiae transmutetur. apparet igitur ex his, quae diximus, antiquis etiam Rabinis, qui ante ortum Christi fuerunt, fuisse cognitum confessumque tantum mysterium. quae latius recenset Petrus Galatinus loco citato, & Porcherus Siluaticus Carthusianus parte prima ca. 21. Victoriam contra Hebraeos, meminit aliquorum Rabi Dauid Chimhi in illud psalmi, Erit firmamentum, ac refert Hebraicarum rerum scientissimus Genebrardus aureo libello de notis chronicis. nos omnes adduximus, ne quis putet Galatinum quidquam de suo addidisse, atque in hunc ordinem breuitatemque redacta huc retulimus, vt videas quanta sit ignorantia & impudentia Caluini, ac Lutheri, & eorum, qui eos sequuntur, affirmantium, transubstantiationem quam nos vocamus, praesentiamque veram Christi in Eucharistia esse inuentum recens Papistarum, quales nos Catholici esse in Deo iure gloriamur. sed his longe antiquiora oracula in medium producimus, vt appareant omnia nostra vetustissima, ac vera caelestia, & diuina.

Octava classis testimoniorum constans ex oraculis Sibyllinis, quarum quatuor oracula producantur contestantia verum Christi corpus esse in Eucharistia, per quod cum ipso & inter nos coniungamur. Cap. II.

ORACULA SYBYLLARVM.



Vnt haec verba Clemētis Alexandrini vetustissimi scriptoris libro stromatum sexto: Quomodo Deus Iudeos saluos esse voluit dans eis prophetas, ita etiam Graecorum spectatissimos propriae suae linguae exercitatos, prout poterant capere, Dei beneficentia à vulgo secreuit. praeter Petri praedicationem declarabit Paulus Apostolus dicēs, Libros quoque Graecos sumite, agnoscite Sibyllam, quomodo vnum Deum significet, & ea quae sunt futura. Hydaspem sumite, & legite, & inuenietis Dei filium multo clarius & apertius esse scriptum, vt quemadmodum aduersus Christum multi reges instruerent aciem, qui eum habent

A habent odio, & eos qui nomen eius gestant, & eius fideles, & aduentum, & tolerantiam.] Hæc ille, è quibus palam fit è sententia Pauli ipsius, quæ non exstat, à Sibyllis prædicta Christi mysteria futura ad institutionem Graecorum, quibus illæ datæ fuerat, vt Hebraeis propheta. Quocirca S. Iustinus Clemente antiquior in Apologia ad Antoninum testatur fuisse ab impijs gentilibus constitutam poenam aduersus lectores oraculorum Sibyllinorum, & Hydaspis, quod viderent eis cuncta Christianorum scita maximè confirmari: sed nihil illi profecere: nihilominus enim Christiani, vt idem refert, ea legebant, & alienis à Christi cultu, quæ forent illa, ostendebant, quæ prædicerent. poenam tamen in Christianos ob eam rem constitutam liquet ex ijs, quæ rescripta à Valeriano Imperatore Senatoribus Romanis, scribit in eius vita Flauius Vopyscus. Miror aiebat ille, vos patres sancti tamdiu de aperiendis libris Sibyllinis dubitasse, perinde quasi in Christianorum Ecclesia, & non in templo omnium Deorum tractaretis. Sic Imperator, verum sicut daemon oracula Sibyllina conspurcare conatus est hac arte, quod multa vel à foeminis hominibusque artium malarum, superstitionumque studiosis nomine Sibyllarum edita sunt, sic quando efficere non potuit, vt quæ pura erant & vera non exstarent vsque ad Christiana tempora, per Imperatorem Iulianum demum contendit ea flammis tradere apud Aetnæ ciuitatem, teste Ammiano Marcellino, sed cuncta irritò conatu, nam plurima ex illis excerpta carmina Christiani suis scriptis inseruerunt, & quæ integra quoquo modo erant apud illos conseruabantur; quorum nonnulli libri, quamuis mutili, ad nostram ætatem peruenere, qui dicuntur Babilonica Sibyllæ omnium antiquissima, quam falso Erythreæ vocant, quamuis ita se ipsam vocandam prædixerit, vt ex eius versibus vltimis libri tertij constat, quorum meminit etiam Lactantius Firmianus: in eis asserit se nurum Noë euasisse ex aquis diluuij, & ad multa tempora vitam produxisse, & vaticinia, quæ habemus scriptis consignasse. In his admiranda quædam pertinentia ad diuinissimum Eucharistie sacramentum, & quæcumque nunc præ manibus habemus: Commodum porro exstitit, quod illa vaticinia primum typis mandata fuerunt ab Oporino hæretico Basileæ, in qua vrbe viget hæresis spurcissima Zuinglij negantis verum Christi corpus esse in Eucharistia: vt iam nemo suspicari possit in hac re quidquam confictum, non enim confinxissent hæretici, quæ contra ipsos sunt, etiam si in alijs aliquis hæsitaret. Horum vero oraculorum primum sit illud, quod est in scriptis Theophili sexti Anthiocheni Episcopi ad Autholicum, & Lactantij Firmiani. Illud profert Sibylla de Christianis, quos victuros ait vitam cælestem, æternamque sic autem Græcè habetur.

Οιδ' ε θεον τιμωντες αληθινον ανωσαντες  
Σωλω κληρονομησι τον αιωνα χρόνον αυτοι  
Οικοδντες παραδεισον ομοως εριθηλια κηπων  
Δαμνυμενοι γλυκων αρτον απ' εραν εσερβεντος.  
Id est latine, vt verbum verbo reddamus.  
Deum vero colentes verum, sempiternumque  
Vitam hereditate acquirunt in æternum tempus, ipsi  
Habitantes paradisi æque per amœnum hortum  
Edentes dulcem panem e caelo stellato.

Hæc illa, cuius vltima verba manifeste spectant ad Eucharistiam, quam cum sumamus in hac vita, consequimur vt æternam caelestemque sortiamur. Ioannis namque sexto cap. eadem de Eucharistia Christus verba dixit, vt supra explicauimus: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Neque referri ea Sibyllæ verba ad beatitudinem summam possunt, quasi signetur illa pane caelesti: beatitudo namque non est è caelo, sed in caelo, quin neque in caelo stellato, sed supra caelum stellatum, præterea paradysus fuit in ipsis terris infra caelum. quod igitur ait, nos habitaturos hortum paradisi, id non spectat ad æternæ vitæ felicitatem supremam, sed ad huius, quam degimus in Ecclesia dicta & ipsa paradiso, vt ostendimus supra, quæ illius est incohatio, & fundamentum, ex quo fit, vt hereditate acquiramus eam. Panis verò huius vel substantiam vel vim caelestem canit Sibylla, dū dicit, E caelo stellato.] nos asserimus, quo ad substantiam esse è caelo, quod sit ipsum corpus Christi. Nam tum maximè erit verum quod Sibylla ait: eius autem dicta, bene est, vt maxime sint vera. Præterea dicit esse è caelo istum panem, ergo non modo quo ad vim, sed etiam quoad substantiam. nam quod est quantum ad efficaciam dumtaxat, non proprie è caelo.

Sed hoc oraculum primum clarissime à secundo declaratur, quod habetur lib. 5. in quo

ORACULA SYBYLLARVM.

Lact. iust. lib. 1. c. 6. & de ira. lib. 1. c. 22.

Lact. lib. 6. c. 9. Lact. 2. c. 13.

11. Oraculum sibyllæ.

ORACVLA SYLLARVM.

quo Sibylla praedicit incendium Neronis, quo tota vrbs Romae conflagrauit, & profus est flammis absumpta: deinde adiicit post hoc incendium fuisse domum quamdam secundam constructam e spiritu & corpore Dei per eundem Neronem deiectam, & incensam, quae domus secunda Deum patrem omnium diuinitus afflatorum coluerit sacrificiis, & hecatombis. Scimus vero e Cornelio Tacito a Nerone incendio euersam Romam, & ex eodem scimus a Nerone fuisse incendii crimen auersum in Christianos, & ob id falsa illis culpa imposta multis ex iis occisos, in quibus SS. Petrus & Paulus Ecclesiae fundamenta, templique diuini, multos similiter, vt idem Tacitus, refert combustos in vsum luminis nocturni. Manifeste igitur Sibylla Christianos ait e spiritu & corpore Dei esse constructam domum, quam Nero, vt potuit, diruit, & incendit propter multos Christianos occisos, & igni traditos. Quocirca Christiani non modo coniuncti sunt inter se spiritu diuino, sed etiam corpore ipso Dei, qui est Christus. aperte hoc ait Sibylla, ex anima, seu spiritu, & corpore Dei esse illos aedem constructam, non e spiritu dumtaxat, aut anima, vt impius cum suis vult Caluinus, quamuis secus velit videri, ipsius inquam Dei corpore, non qualitate substantiali, quae a corpore desuat veluti radius a Sole, sic namque in effectu tus solius esset coniunctio. Audi eam loquentem, postquam multis explicauit incendium Romae a Nerone conflatum:

Εσβείδεν παρὰ σείο πάλας πεποσήμενος οίκος
Ηνικα δ'εύτερον εἶδον ἐγὼ ῥιπιδέμενον οἶκον
Πρὸς δὲ πύρι τεργόμενον ἄλλ'χειρὸς ἀνάγνε
Οἶκον αἰεὶ θάλλοντα θεῷ θηρήμονα ναὸν
Ἐξ ἀγίων γεγαῶτα, καὶ ἀφ'αυτὸν αἰὲν ἐόντα
Ἐκ ψυχῆς ἐλπιζόμενον, καὶ σώματος αὐτοῦ.
Οὐδ' ἀχιδέσως αἰνεῖ θεὸν ἐξ ἀφανῶς γῆς
Οὐδ' ἐπέτρην ποίνισα σοφὸς τέκτων παρὰ τέτοις
Οὐ χρυσὸν κόσμον ἀπάτην ψυχῶντ' ἐσιβάδην
Ἀλλὰ μέγαν γενετήρα θεῶν πάντων θεοπνεύσων
Ἐν θυσίαις ἐγέραρον, καὶ ἀγίας ἐκατόμβαις.

Quae sic Latine sonant:

Incesa est autem antiquitus desiderata domus
Cum secundam vidi ego ruentem domum
In caput praecipitem flammis colliquefactam per manum impiam
Domum semper florentem Dei θηρήμονα templum
E sanctis constructum, & immortale semper exstans
Et spiritu siue anima, speratum, & corpore ipsius (scilicet Dei)
Non enim segniter laudat Deum ex obscura terra,
Neque petram conficere sciens artifex ab his,
Neque aureum ornatum, fraude animarum cultus est,
Sed magnum genitorem Deorum omnium Deo afflatorum
In sacrificiis honorarunt, & sanctis Hecatombis.

Haec Sibylla vocans Ecclesiam domum antiquitus desideratam, quod antiqui patres eam maximè votis a Deo petierint. secundam vocat domum, quod synagoga sit prima, vna cum coetu ex hominibus piis olim conflato. quod vero adiicit ruentem, in caput praecipitem colliquefactam per manus impias, alludit ad S. Paulum capite amputatum cum multis aliis, ob id ruentem per manus impias. & quoniam S. Petrus capite inuerso est cruci affixus, dixit, in caput praecipitem, cum fuerint autè plurimi Christiani combusti, hinc cecinit flammis colliquefactam, inquit enim Tacitus a Nerone inunctos Christianos in vsum tædarum noctu crematos. Quod si, vt suspicamur, loco corruptæ lectionis in voce θηρήμονα ponendum θηρήμονα, id est, mactantè belluas, erit hic allusio per contrariam similitudinè ad illud supplicii genus adhibiti tunc in Christianos, cum Tacitus refert eos pellibus ferarum contactos canibus, vt dilaniarentur, obiectos, maximam vel in efferatis pectoribus miserationem commouisse.

Tertium sequitur oraculum libro eodem, cum canit de viro caelitus delapso, qui vrbem condidit, aedemque composuit, sanctamque fecit, carneam, circumformosam, turrimque per multa stadia excelsum, vt videant fideles & iusti gloriam Dei, sic igitur illa.

Καὶ πάλιν καὶ ἐπέθησε θεὸς ταύτην ἐποίησα

φειδρῶ

Roma vel Nerone.

lectio vitiosa.

ORACVLA SYLLARVM.

Φαῖδ' ἰστέραν ἄστραυτε καὶ ἠλίε, ἠδ' ἐσελίεως
Καὶ κόσμον κατέβηχ' ἀγίοντα ἐποίησεν
Ἐναρκον, καλὸν, περικαλλέα ἠδὲν πλάσσει
Πολλοῖς ἐν σταδίονσι μέγαν, καὶ ἀπείρονα πύργον
Αὐτὸν ἀπὸ ῥόδου νεφείων, καὶ πασῶν ὄρατὸν
Ὡς τὲ βλέψωεν πάντας πύργους, πάντας τε δ' ἰαμῆς
Δόξαν αἰδίου θεῷ πεποσήμενον εἶδος.
Ἐτ' ὕβη, quam desiderauit Deus, ipsamque effecit
splendidiorē stellis, & Sole, & Luna,
Ἐτ' decus adiecit, aedemque construxit
Carne vna conditam pulchram ὕνδικε formosam formauit
Multa per stadia, magnam, & immensam turrim
Ipsam pertingentem nubes, & omnibus conspicuam,
Vt videant cuncti fideles, & cuncti iusti
Gloriam sempiterni Dei, concupitam speciem.

Quero itaque, quænam sit hæc ædes, siue templum carneum in carne vna constructum ἐναρκον, ita vt nõ modo sit spirituale spiritu cõstans, sed etiam carne, quinimmo vna carne? Nisi qui Eucharistiæ mysterium nouit, expedire hanc quæstionem nesciet. Qua in re obseruandum est, illam vocem ἐναρκον, significare tum aedem intimam ex carne, tum ex vna carne: vt agnoscamus magis Eucharistiæ comestionem, coniunctionemque intimam, non per irradiationem solummodo substantialis qualitatis.

Quartum est oraculum e libro septimo, cum maximam quamdam Ecclesiae renouationem praedicit, & ait de Christianis:

ἀλλ' ἅμα πάντες
Μάννην τίλω δροσερὴν λευκοῖσιν ὑπ' ὀδύσσι φάγονται
Sed simul omnes
Mannam roscidam candidis dentibus mandent.

Manna igitur simul omnibus mandetur. Quamobrem quæcumque argumenta supra recitauimus de manna ad comprobendam veritatem corporis Christi in Eucharistia, huc afferri possunt: qui volet, ibi leget.

Quintum sit itaque oraculum e sexto libro huiusmodi, cum de Christo & Christianis inquit:

Ἐκ δὲ μιῆς ῥίζης ἄρτου κορὸς ἔσεται ἀνδρῶν
Οἶκος ὅταν δ' ἀβιδ' ἐνὶ φυτῶν, ἐν χειρὶ δ' αὐτῆ
Κόσμος ὅλος καὶ γαῖα καὶ ἔρανος, ἠδ' ἐθάλασσα
Ἐκ ὕνα ἕρο radice panis nouellum germen erit virorum
Cum domus David germinabit germen, in manu autem eius
Mundus totus, & Terra, & Cælum, & Mare.

Sed quomodo ex vna radice panis erit istud nouellum germen, nisi verè Christi corpus nostro adiungatur? nam quantum ad efficaciam spiritus non magis ex vna radice panis nasci possumus, quam baptisimi, licet enim poni possit ac fingi vis maior in pane, quam baptisimo; attamen spiritus ille, qui tamquam qualitas imprimitur, atque inheret spiritui nostro, non est numero vnus, sed singulis suis, atque ita ex parte spiritus impressi & infusi non sumus ex vna radice, quod si vnus est ex parte diuini spiritus imprimentis spiritum in nobis, & conuertentis nostras ad Deum mentes, tum non magis vnus in pane, quam baptisimo: idem namque Deus infundens caritatem in baptisimo, & pane. quod si, vt nos asserimus, sit vnum numero corpus Christi in Eucharistia, tum verè dicitur futurum germen nouellum ex vna radice panis.

Hinc vt rem clarius explicaret Sibylla, adiecit, Cum domus David germinabit germen. Christus namque e domo David quantum ad corpus, non quantum ad spiritum, ex illa igitur domo Christus corpus assumpsit, & germinauit suo corpore, & per Christi corpus omnes Christiani ex eadem radice pullulantes, non ex substantiali tantum qualitate veluti radio a Sole deriuato.

Nec temere addidit, in manu autem eius mundus, vt ostenderet, hinc opus esse omnipotentia diuina.

Sic haud dixit ex illa radice plura germina oritura, sed vnum dumtaxat. Denique dixit Virorum, non hominum. nam per Christi corpus foeminae euadunt viri, aut, quod ait S. Paulus

A

B

C

D

E

IV.

I.

II.

III.

IV.

# 58 De coniunctione corporis Ecclesiae, & Christi

S. Paulus in virum perfectum, vir namque Christus, alioquin male Sibylla dixisset: Virorum, non hominum. Iam verò nisi substantia panis abeat in substantiam corporis Christi, ac nisi sit panis solummodo quo ad speciem, non quo ad substantiam, non erimus eodem modo ex vna radice, nam plures essent numero panes. E quibus omnibus clarissime patet in Eucharistia verum Christi corpus esse, per cuius sumptionem nos in unum corpus coëamus omnes, veluti ex vna stirpe prodiens arbor, cuius sint plurimi rami, qui in illam coniungantur, aut lapides multi in vnum cohærescunt, cum simul iuncti vnam domum conficiunt, de quibus duabus similitudinibus agetur in sua classe. Hæc igitur Sibylla vocata Erythrea, quam S. Iustinus omnium vetustissimam testatur, quippe quæ multis annis fuerit ante diluuium vniuersale Noë, ac multis etiam post illud.

*Nona classis testimoniorum. Confessio belluarum, & animalium, & fugatio Spectrorum. Cap. III.*

CONFESSIO ANIMALIUM ET FUGATIO SPECTRORVM



Idimus omnium sæculorum clarissimam testificationem, qua diuinitus inspirati scriptores litteris mandarunt ad memoriam rei sempiternam verum Christi corpus esse in Eucharistia, cuius nos sumptione verè in vnū corpus conglutinemur, ita vt quæ vixit ante diluuium Sibylla id scriptis mandarit. antiquius isto nullum litterarum monumentum. Nunc aperiamus ipsa animalia rationis expertia hanc veritatem suo testimonio

- I. I. Primum sit itaque exemplum, quod refert Cæsarius. Cum mulier quædam simplicis ingenii nonnulla apum alueria possideret, neque illæ redderent expetitum fructum, sed lue quadam tabescentes morerentur, de consilio alterius foeminae simplicioris, accessit ad sacerdotem perceptura Eucharistiam; quam sumptam tamen ore continuit, domumque reuerfa extractam collocavit in vno ex alueariis. Lues cessauit, mella effluebant. Itaque suo tempore mulier, apertis, vt mel educeret, alueariis, vidit (miranda res) exædificatum ab apibus facellum, constructum altare, parietes miro architecturæ artificio suis fenestris apposite suis locis ornatos, ostium, turrim cum suis tintinnabulis, Eucharistiam verò in altari repositam, circumuolabant suauis susurrus perstreptentes apes. tanto miraculo attonita mulier confessa rem detulit ad sacerdotem, qui conuentibus vndique multis eo progressus Eucharistiam multo cum honore retulit in aedes sacras.
- II. Huic exemplum secundum subiicitur, quod auctor libri apum refert. Quidam fures, ut argenteum uasculum, in quo cõdita erat Eucharistia, auferrent, & illam secum rapuerunt, sacratissimum uero Christi corpus sub aluarii proiecerunt. Post aliquot dies dominus aluearis uidet apes certis horis sexies dimissis operis ad cibos conuehēdos totos esse in quodam mellisuo concentu edendo. Cumque forte de media nocte exsurrexisset, cõspicatur supra alueare illustrissimam lucem, suauissimeque præter omnem modum modulantes apes. Rei nouitate inuistrata, & prorsus admiranda percussus, Deiq; monitu intimo agitatus rem defert ad Episcopum. Is plurimis secum assumptis eo se conferens, aperto aluarii, videt uasculum elegantissime effectum è cãdidissima cera propè aluearis fastigium; in eo reposita erat Eucharistia, circa illud choros apum circumsonantes, & excubias agentes. Acceptum igitur Episcopus sacramentum maximo cum honore in templum reportauit, quo multi accedentes ab innumeris sunt morbis curati. Hæc ille, ex his necesse est dicamus in Eucharistia uerum Christi corpus esse. Hi namque, ut è prædictis auctoribus constat, hac erant fide, ut in Eucharistia Christi corpus esse crederent. Nec dicas illa miracula contigisse quod Deus uellet ostendere in Eucharistia esse uim quamdam diuinam, non autem Christi corpus. Sciebat enim Deus accipi illa in eam partem ab hominibus, quasi per ea comprobaretur in Eucharistia uerum Christi corpus esse: atque idcirco, si hoc falsum foret, ex illis peiora orta essent, nimirum (si hæreticis est credendum) idololatriæ crimina: homines namque illi Eucharistiam uenerabatur honore illo, qui ipsi Deo debetur, ut prædicti auctores scribunt: à corpore etenim Christi numquam diuinitas separatur. At idololatriæ scelere nullum maius. Quamobrem si Deus edidit hæc miracula, ut ostenderet in Eucharistia esse (quod abominandus Calvinus inquit) qualitatem deriuatam à substantia corporis Christi, ueluti à Sole radium, pessimo prorsus

- A sus consilio Deus id egit: certissimo namque semper eueniebat, vt ex istis miraculis flagitiosus crimen oriretur. At numquã Deus edidit miracula, è quibus certissimo ac semper pessima crimina enascantur, quale est Idololatria. Quod si dicas ista nõ fuisse Dei miracula, sed dæmonum malorum præstigias, & opera. Respondemus primo loco, numquam Deum permittente falsa dæmonum miracula ad confirmandum mendaciũ, quin ipse contra edat vera, & maiora ad ueritatem corroborandam. Proferant igitur hæretici sua miracula, quibus opinio ipsorum comprobetur, vt illa dicant esse Dei. nõ possunt vlla proferre aduersus ea, quæ nos producimus, quæ dicantur uera, ac maiora. Secundo dicimus numquam fieri, vt è falsis dæmonum miraculis dæmones è corporibus obsessis expellantur, vt Christus ipse affirmat in Euangelio aduersus eos, qui aiebant ipsum eiicere dæmonia in Belzebub principe dæmoniorum. Tertio nos hoc ipso capite, ac signo primo secundæ coniunctionis aperiemus per Eucharistiam fide illa, qua nos credimus in illa esse uerum Christi corpus, dæmonum præstigias euanescere.
- B Sed omnium mirabile est tertium à S. Antonio Patauino editum Tholosæ, quo hærefiarca Bonouillus est ad sanam mentem reductus. Nam cum disputasset hic publicè cum sancto viro, contendens in Eucharistia non esse uerum Christi corpus, & iam conuictus esset; palam cunctis audientibus dixit, se tum demum crediturum in Eucharistia haberi uerum Christi corpus, si huiusmodi miraculum contingat: Triduana, inquit, ego inedia iumentum famelicum reddam, post triduum producā illud in populi conspectum, paratque illi escas proponam, tu stabis ex aduerso cum tuo illo, vt dicis, corpore Domini. si iumentum posthabito pabulo suo properauerit ad adorandum Deum tuum, Ecclesie tuæ fidem complectar. Accipit conditionem uir sanctus. Dies tanto certamini dicta, qua adueniente vndique omnes in plateam conueniunt. Adducitur ab hæretico famelicus mulus. Sanctus interim Missam celebrat in proximo sacello, qua peracta egreditur ad populum, maxima cum reuerentia gestans Eucharistiam. Proponitur ante mulum congrua pabuli copia ex vna parte, ex altera autem profertur Eucharistia. Tum sanctus ad animal conuersus, cunctis audientibus, & exitum rei prætolantibus; In uirtute, inquit, & nomine creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, reuera teneo, tibi præcipio, vt confestim huc humiliter accedas, & eam quam par est illi præstes reuerentiam, vt hinc perspicue intelligat peruersitas hæreticorum omnem creaturam tuo subditi creatori, quem dignitas sacerdotalis in altari contrectat. His dictis dimittitur suæ libertati bellua, fræna illi laxantur, ac protinus neglecto pabulo ante oculos posito, usque ad poplites demisso capite, & coram diuinissimo Christi corpore genua curuans mirabiliter accedit. ibi Catholicorum lætitia incredibilis, hæreticorum confusio maxima. Hærefiarca Catholicæ se Ecclesie reddidit, hæresim pessimam detestatus. Quid hic igitur dicturi sunt impij? Imposturas has uocabunt? Adducant ipsi opinionis propriæ uera miracula. Non enim Deus falsa permittit, nisi simul etiam uera producat. quin hoc sacramento, ut ostendamus, præstigiæ dæmonum fugantur. Quartum sit miraculum. S. Bonauentura scribit fuisse ouiculam S. Francisco, quæ soleret ingredi Ecclesiam, cumque in sacratissima Missa de more attollitur Eucharistia à præsentibus cunctis adoranda, pecus, dictu mirum, caput inclinabat, genua flectebat, aliaque signa exhibendi cultus præstabat, vt cuncti id conspicati obstupescerent, & ad omnem reuerentiam maxime inflammarentur. Nunc exemplis aliquot ostendamus Eucharistia per illos, qui credunt in ea uerum Christi corpus esse, dæmonum præstigias fugari. Narrat Cæsarius, eo tempore, quo Albigenfes hæretici Eucharistia inesse uerum Christi corpus negabant, hoc contigisse. Illi namque, vt fidem sibi conciliarent, arte dæmonum freti, super vndas pedibus illotis, vt omnes admirarentur, ambulabant. Id sciens presbyter quidam, cum quodam die ad huiusmodi spectaculum maxima multitudo conuenisset, accedit deferens in pyxide Eucharistiam. Cumque hæretici illi iam flumen ingressi super aquas incederent, cunctis audientibus dixit. Adiuro te Diabole, per eum quem mecum gesto, dæmon, ne fallaciis huiusmodi imponas huic populo. His dictis, cum nihilominus illesi illi persisteret, presbyter Christi corpus pyxide inclusum iacat in flumem, ac protinus machinæ impiorum subuersa, infelices illi demersi, & flumine absorpti perierunt. Arcula porro sacramenti ab angelis sublata, cum nusquam uideretur, in lacrymis in somnem noctem traducens ob id presbyter, mane uidit illam super altari repositam. Nunc audi aliud, quod scriptor libri Apum refert anno millesimo ducentesimo trigesimo primo. Hæreticus quidam in Ger-

CONFESSIO ANIMALIUM ET FUGATIO SPECTRORVM  
2. Objectio.  
1. Responso.

II.

3. Resp.

III.

IV.

E

Germania nihil non agebat, ut fratrem ex ordine Prædicatorum in suas partes traduceret. quod cum frustra sæpius contendisset irritò conatu, tandem dixit: Quando mihi credere non vis, & nimium pertinax es; ostendam tibi, modò fidem mihi adhibere sis paratus, Christum, matremque eius, ac sanctos ipsos. Ibi frater præstigias suspicatus ait, se crediturum, si ista ostendat. Gauisus hæreticus diem statuit, quæ simulatque aduenit, vir religiosus secum defert Eucharistiam pyxide inclusam. Venère ambo in specum montis altissimi, ex illo in amplissimum palatium luce incredibili circumfulgens, ibi in aula vndique coruscante videbatur Rex quidam folio insidensydereo lumine emicans, Reginaq; illi assistens, in gyrum vero plurimi veluti Heroes specie pulcherrima & maiestate confidentes. Hæreticus ingressus continuò caput demittens, ac genua flectens procumbit, & visos adorat. spectro pene attonitus vir religiosus subsistit, ad quem conuersus hæreticus, Quid ni, inquit increpans, Christum, matremque eius, ac superos, uti decet, veneraris? Accede, fidei nostræ arcana audi. Accedit prædicator, capsulam profert ad Reginam dicens, Si mater Dei es, en filius tuus Deus, ipsum cole, ut te colam. producit Eucharistiam; qua in lucem prolata, lux, & omne spectaculum protinus euanuit: illi autem tenebris circumfusi, & è spelunca egressi ad montis fastigium euasere. Hæreticus autem agnitis spectris ad Catholicam fidem rediit. Eadem propè alii sacerdoti contigisse narrat Ioannes Franciscus Picus in Alpibus Rhæticiis, ut signo primo secundæ coniunctionis referemus. Palladius scribit mulierem quamdam maleficis quibusdam cantionibus sic affectam fuisse, ut equæ speciem referret, cum tamen loqueretur, & alia munia, quæ sunt hominum, obiret, maritus cum frustra tentasset omnia, ut spectris illis vxorem solueret, denique adduxit ad S. Macharium, qui liberavit mulierem, dixitque dæmonas id in illam potuisse, quod multum tempus abstinuisset ab Eucharistiæ perceptione. Quocirca in posterum ne id ageret iussit, ac frequentius ad sumendum Christi corpus accederet. Hæc ille: è quibus omnibus constat in Eucharistia verum Christi corpus esse, quando ipsæ bestię coguntur illam sic venerari, & ipsum Deum ad apertissimam testificationem Catholicæ veritatis. neque fallacis esse locus potest, quando per illam præstigiæ omnes dissoluuntur à dæmonibus obiectæ. An non igitur dicemus eos, qui negant in Eucharistia verum Christi corpus esse, vel belluis ipsis immaniores, ac stolidiores? Talis sine dubio Calvinus, & qui illum flagitiosi mortales sequuntur.

Classis decima testimoniorum. Inuita confessio Dæmonum expulso-  
rum. Cap. IV.

DAEMONVM  
EXPVLSORVM  
CONFESISO.



I. In vita ipsius.

Lib. II. c. 3.

Tqui necesse est etiam dicamus illos dæmonibus peiores, qui sub hac ipsa contestatione, quod in Eucharistia sit verum Christi corpus, è corporibus obsessis expelluntur. Id porro fieri nullo modo posset, si non adesset in illa: nam liquet ex Euangelio falsi attestazione non egredi eos ex obsessis: non eicit enim Satanam Satan, aut falsitatis, quæ è Satana omnis est, aperta consignatio. Sed antiqua multa omitamus.

Primum sit hac in re exemplum S. Bernardi, qui bis eiecit è corporibus humanis dæmonas Eucharistiæ virtute, ac semel imposito supra caput obsessi vasculo, in quo aservabatur sacratissimum Christi corpus.

Iterum vero Mediolani, inspectante omni populo, matronam nobilem sic liberavit: referam verba ipsa Vuillelmi Abbatis, qui eodem tempore, quo sanctus ipse, vixit, & eius acta plurimorum testimoniis comprobata edidit in lucem. Adducta igitur ad ecclesiam sancti Ambrosij matrona, conuersus ad populum, cuius innumera aderat multitudo orare iubet attentius, & clericis ac monachis secum iuxta altare cõsistentibus mulierem ibidem iubet constitui, ac teneri. Illa verò reluctans, & vi diabolica, non naturali virtute recalcitrans, non sine aliorum iniuria ipsum Abbatem pede percussit, quem diaboli ausum mansuete ipse contempfit, & in eius expulsionem non indignatione iræ, sed pacifica & humili supplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hostiæ salutaris accedit. quoties tamen eandem hostiam signat, toties ad mulierem conuersus eodem signo crucis edito spiritum nequam fortis athlera impugnat. Nam & ille malignus, quoties aduersus eum signum crucis intenditur, percussus se iudicans, acrius sa-  
uit, &

uit, & recalcitrans contra stimulum quidnam tolleret prodit inuitus. expleta autem oratione Dominica efficacius hostem aggreditur vir beatus. Patenæ siquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, & mulieris capiti superponens, talia loquebatur: Adest inique spiritus Iudex tuus, adest summa potestas, iam resiste, si potes. Adest ille, qui pro nostra salute passurus, Nunc, inquit, princeps huius mundi eiicitur foras. Hic illud corpus, quod de corpore Virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumultu iacuit, quod de morte surrexit, quod videntibus discipulis ascendit in cælum. In huius ergo maiestatis terribili potestate tibi spiritus maligne præcipio, ut ab hac ancilla eius egrediens contingere eam deinceps non præsumas. Cumque eam inuitus deferens, & ultra manere non valens atrocius affligeret, tam magnam iram, quam modicum tempus habens, rediens pater ad altare, fractionem hostiæ salutaris ritè compleuit, diffundendamque in populo pacem ministro dedit, & confestim pax & salus integra reddita est mulieri, & iniquus ille viuifica mysteria quantæ sint efficaciam, non confessione, sed fuga coactus ostendit. Hucusque scriptor ille.

Tertium sit exemplum nostræ ætatis. Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Lauduni Episcopus vrbs liberauit Nicolaam à dæmonis vexatione oppressam, porrectione Eucharistiæ sub expressa obtestatione, quod ibi verum Christi corpus esset. Adfuerè hominum decem millia, notarij publici acta ipsa scriptis consignarunt. Id namque in primis agebatur aduersus Calvinistas, ut diuino testimonio comprobaretur per expulsionem dæmonis, in Eucharistia verum Christi corpus esse. Hanc rem retulit in annales suos Genebrardus, & Fajus in suo Energumenico. Ex his igitur celeberrimis exemplis manifeste colligitur, & ex his euentis necessariò sequitur, tum verum Christi corpus esse in sacratissima Eucharistia, eo quo nos Catholici profitemur modo, tum vero Calvinii, Lutheri, & huiusmodi scelerum sectatores vnà cum ipsis auctoribus, vel ipso dæmone, dæmonumque principè esse flagitiosiores.

Classis undecima testimoniorum. Rationes diuine, quarum decem capita  
afferuntur ad propositam veritatem stabil-  
endam. Cap. V.

**N**equè vero putemus non adesse maxima argumenta è litteris sacris desumpta, quibus ostendatur in Eucharistia verum Christi corpus esse, cuius nos perceptione in vnum cum illo coniungamur, & plura sanè afferri possent, nos aliqua adducemus, quibus cetera comprehenduntur. Ac primum sit illud. In eo posita est nostra beatitudo, ut maximè Deo coniungamur ex omni, quantum fieri potest, parte. Cumque nulla coniunctio sit maior illa, quæ est inter personas tres diuinas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum in vna essentia, ergo maximè ad hanc accedere debet nostra cum Deo coniunctio. Id sic esse constat è Christi verbis, qui in Euangelio Ioannis, Pater sancte, inquit, serua eos in nomine meo, quos dedisti mihi, ut sint vnum, sicut & nos. ] ac rursus, Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, ] & iterum: Ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus, ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in vnum. ] Hæc Christus. Necesse est igitur simus vni cum Deo, quantum diuinitus datur, sicut est vnus Pater, & Filius in vna substantia. Hinc fiet, ut oporteat nos coniungi re ipsa cum Christi, qui Deus est, corpore. Nam primo loco tota substantia Patris est vna cum tota Filij substantia, nulla pars est substantiæ in Patre, quæ non sit Filij, & contra. atque ideo cum nostra substantia sit ex anima & corpore, & similiter Christi substantia sit è coniunctione diuinitatis, & humanitatis corporalis: opus erit nos conglutinemur non solum cum diuinitate, sed etiam corpore humano Christi. Secundo loco id etiã Paulus apertè dicit ad Hebræos, Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum teneamus. ] En igitur ut initium substantiæ Christi in hac vita nobis communicetur, sed nisi sit eius corpus, ipse totus in Eucharistia, quomodo id contingeret? verè igitur in illa; quam nos percipientes, tam diu corpus eius ipsum in nobis habemus, quam diu species eius permanent in nobis. ob id  
De Sig. Tom. 2. F initium

DIVINAE RA-  
TIONES.

IOAN. 17.

DIVINAE RA  
TIONES.

initium substantiæ Christi nobis datur, non quod illa scindatur, sed quod non semper nobiscum persistat. Tertio requiritur ista coniunctio corporalis, quia non potest essentia diuina coniungi omnino creatæ menti, infinita namque illa, & eius infinitas nullis finibus intellectuum nostrorum comprehendî potest, idcirco innumeris partibus non coniungitur cum mente nostra, cum non possimus intelligere totam ipsius potentiam, sapientiam, & bonitatem, & harum vires. Quocirca ne sit adeo imperfecta hæc coniunctio, quæ Christus enixe nobis petiit, ac procurauit, accessit cohesio corporis nostri cum corpore Christi, quæ cum sit finitæ rei, finitum namque corpus, & finitæ illius affectiones, non erit infinitis partibus manca, sed aliquibus tantum, sic itaque maxime, vt debent, Christi verba & vota sortientur effectum. Quarto, sine dubio singulis rebus Deus coniungitur aliquo modo: in ipso namque viuimus, mouemur, ac sumus, ait S. Paulus, & ipse cælum & terram implet, inquit Isaias: speciatim vero coniugitur nobis eum scientibus, & colentibus per gratiam, quando illum præ cunctis amamus. Cumque euolauerimus, quæ ipsius est benignitas, in cælum, tum videbimus eum sicuti est in lumine ipsius videbimus lumen. Non enim per effectus solos menti nostræ connectetur, vt ex illis eum contemplerur, sed ipsammet ipsius essentiam conspiciemus non per aliquod simulacrum vel imaginem, vt cuncta prope cernimus, quorum imagines nostris oculis appinguntur, sed per ipsam essentiam sine interiectu alicuius rei, vt lumen intuemur per ipsum lumen. Essentiam porro diuinam corpus potiri non potest, nisi per effectus, in quibus est illa. sicut igitur nostræ menti per essentiam coniungitur essentia diuina in ipsius fruitione & actione, sic est necesse, vt Dei corpus coniungatur corpori nostro non per effectus, sed per essentiam suam in ipsius habitu & possessione. alioquin Christi precatio falsa, & irritum votum, neque maxima nostra beatitudo foret. atque hæc sunt quæ scribunt SS. Dionysius Areopagita libro de Eccles. Hier. parte tertia capite tertio, Hilarius lib. 8. de Trinitate, Cyrillus in Euangelium Ioannis lib. vndecimo, capite vigesimo sexto & sequen. S. Augustinus in psal. 142.

1. Ioan. 3.

Secundum genus argumentorum ducitur à similitudine, quæ nobis esse debet cum sanctissima Trinitate, sic enim S. Ioannes ait; Carissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.] & S. Paulus, Elegit nos Deus, inquit, conformes fieri imaginis filii sui.] & eodem refertur etiam Christi precatio orantis, vt essemus vnum cum patre, sicut ipse. igitur, quemadmodum sunt in Trinitate plures personæ, sed vna omnino substantia, sic oportet nobis diuinitus detur, vt aliquo modo simus vna omnino substantia, sed plures personæ, & quando substantia hominis non est in anima dumtaxat, sed in corpore & anima simul; opus est in vtroque simus vna substantia, ita vt corpore & anima coniungamur alicui in vnam substantiam, qui Deus sit, & homo, sic enim cum Deus solus possit animæ substantiam peruadere, permeabit illam, cumque homo sit idem, poterit suo corpore corpori nostro adiungi, atque ita per adiunctionem fiet, vt in vnam substantiam copulemur cum Deo, & tamen sint singulis suæ personæ. En mirabilis communicatio diuinitatis. secundo loco Trinitatis illæ actiones, quæ sunt intra ipsam, neque extra procedunt, sunt singulis personis suæ non communes, sed quæ ad externa procedunt, sunt tribus personis omnino communes. ergo idem nobis diuino munere largiendum, ita ut actiones, quæ sunt intra Ecclesiam, sint quibuslibet suæ propriæ, distinctæ, sed quæ extra, communes. Nam verbi gratia generare est proprium Patris, non Filij, spirare, est proprium Patris ac Filij, non Spiritus sancti, procedere est Spiritus sancti, Creare autem res, & gubernare, est æque trium personarum. Quamobrem cum Christus per gratiam copulatur animæ nostræ, vt Deus, corpori autem per Eucharistiam corpore suo; mirabiliter fit, vt actiones meæ sint actiones Christi mihi coherentis, & ad opera cælestia vim lumenque impartientis, & propterea quorumlibet Christianorum actiones sint vnius hominis, qui est Christus Deus, & homo, & tamen eadem sint singulis suæ. Quod nisi in Eucharistia Christi corpus esset, quod nobis adiungeretur, id non accideret. Opera namque nostra non modo ex anima, sed etiam è corpore proficiuntur, & ab vtriusque substantia per vires procedunt. Hoc autem mirabile apparebit illustrissime post resurrectionem. Tunc enim (quod præclarum Theologiæ lumen sanctus Thomas è multis ostendit) singuli cælitates cognoscent omnia creata singillatim, & vis à supremo Deo deriuata extra Ecclesiam triumphantem per singulos superos. ex vno in alium defluet vsque ad subiecta.

Hinc

DIVINAE RA  
TIONES.

A Hinc sanctus Paulus: Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt imple- ret omnia.] & mox: Crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate.] Ob hæc sanctus Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. Diuinum, ait, Synaxeos sacramentum, qua vnum, ac simplex, connexumque principium habens, sacra signorum varietate hominum studio augetur, & ad omnem diuinæ similitudinis ac figuræ descriptionem, delineationemque peruenit, attamen vnius specie ex his rursus se ad monadem suam colligit, & contrahit, atque ita in vnum redigit eos, qui ad se ducuntur.] eadem SS. Paschasius & Algerius multorum testimonia colligentes. Ex hac porro adiunctione nascitur, vt maxima quæque nobis per gratiam cohesionis à sanctissima Trinitate communicentur, quæ non est opus nunc singillatim recensere. sic sanctus Augustinus in psalmo centesimo quadragesimo secundo, Christus & Ecclesia duo in carne vna. refer. ad distantiam maiestatis duo, duo plane, non enim & nos verbum, non enim & nos in principio Deus apud Deum; non enim & nos ille per quem facta sunt omnia, vniamur ad carnem, & ibi Christus, & ille, & nos.] Hucusque S. Augustinus.

Tertium genus argumentorum ducitur è copulatione, quæ nobis esse debet cum Christo, vt homo est, ac mediator inter Deum & homines. nos enim debemus esse in Christo non modo vti Deo, sed etiam vti homine, & Christus similiter esse in nobis debet non modo veluti Deus, sed etiam veluti homo. esse autem necesse est non modo per spiritum, verum etiam per substantiam: Nam quæ inter se distant, & extrema sunt, non possunt coherere, nisi intercedat aliquod medium, quod ex vtriusque substantia participet, & vtrique suam substantiam similiter communicet saltem locali continuatione. Id apparet in cunctis rebus naturalibus, ac diuinis. Sicut itaque Christus mediator omnino participat re vera substantiam diuinitatis, quam habet, cum patre; sic oportet eodem modo participet humanitatis substantiam, quam habet, re vera, & omnino cum hominibus, atque ita maxime inter se connectantur Deus, & homines. Hoc autem Christus ipse dixit multis in locis sexti & decimi septimi capitis in Euangelio S. Ioannis, vt est illud: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo, sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipse viuet propter me, & omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint, & ego in eis; & tu in me, vt sint consummati in vnum. Hinc sanctus Paulus appellat sapius Christum noui testamenti mediatorem, propter Eucharistiam nimirum, in cuius consecratione dicitur, Hic est enim calix sanguinis mei, noui, & æterni testamenti. & rursus ad Ephesios idem scribens: Ipse est (Christus) pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condant in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore, Hæc S. Paulus, cuius discipulus S. Dionysius Areopagita de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. de Eucharistia loquens, ait: Diuinæ bonitatis immensa humanitas prouidentiam curamque nostri, quæ per se curat omnia, pro sua in nos benignitate non abiecit, sed nostrorum omnium verè facta particeps sine peccato, ac cum humilitate nostra vna facta, & coniuncta, cum suorum nec confuso, nec immixto vlla ex parte statu, & secum coniunctionem, ac societatem nobis, vt eiusdem generis deinceps, concessit.] Latius eadem SS. Hilarius, & Cyrillus locis supra adductis, ac post eos SS. Paschasius, Algerus, Lanfrancus, Guimundus propriis de Eucharistia libris. & S. Augustinus huc respiciens lib. 2. contra aduersarios legis & prophetarum cap. 9. Mediatorem, inquit, Dei & hominum hominem Christum Iesum carnem suam nobis manducandam, bibendumque sanguinem dantem fideli corde atque ore suscipimus: quamuis horribilius videatur humanam carnem manducare, quam perimere, & humanum sanguinem potare, quam fundere.] & lib. 17. de Ciuit. Dei c. 20. Vocem illam ps. 39. eiusdem mediatoris per prophetiam agnoscimus: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi, quia pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur hæc de mediatore S. Augustinus.

Quartum genus argumentorum subministratur à natura mutui amoris, quæ est vt amâtes

De Siâ. Tom. 2.

F 2 copu-

Heb. 9. 14.  
Cap. 2.

DIVINAE RA  
TIONES.

copulent inter se non animo dumtaxat, sed etiã quantũ fieri honeste potest ipso corpore. A  
Nam quis est adeo sensus communis expers, qui nolit amicos, vti decet, amplecti, osculari, ac millies suauari? Ab huiusmodi officiis Christus haud repulit Magdalenam, quæ haud satis honesta reputabatur, non ipsum Iudam. Atque vt videas apertissimum mysterium; osculo, vt scimus ex alterius ore spiritus corporeus ducitur, ita vt alterius spiritus, & corpus, quantum fieri decet, ingrediatur in alterum. Quocirca antiquitus erat in more positum, vt Eucharistiam percepturi mutuis sese osculis basarentur, initio ducto à sacerdote celebrante, vt palam fieret scilicet per Eucharistiam maximè corpora nostra in vnum spiritum, & corpus coniungi. De huiusmodi deosculatione meminit sæpius sanctus Paulus, quamuis de Eucharistia nihil dicat in epistola ad Romanos, Corinthios, Thessalonicenses. Meminit eius discipulus sanctus Ignatius ad Antiochenes & Tarfenses, sed & alter eius discipulus sanctus Dionysius, qui sic in Eucharistiæ contemplatione lib. de Ecclesiastica Hierarchia, Diuina autem saluatio, siue osculum adhibetur, sanctorumque morum, qui scripti sunt, mystica, cælestisque prædicatio. Non enim possunt in vnum colligi, neque vnus pacis, quæ efficit coniunctionem, fieri participes ij, qui inter se diuisi sunt, secumque discordant. si enim vnus contemplatione atque scientia illustrati, cum diuina, atque vnusmodi cohæsiõne vnum efficiamur, numquam nos in diuisas cupiditates delabi pariemur. ] Hæc sanctus, cui similia scribunt sanctus Iustinus in Apologia ad Antoninum, Athenagoras oratione ad Christianos, Origenes in caput decimum sextum epistolæ ad Romanos. Tertullianus lib. de oratione, SS. Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi mytagogica S. August. serm. octuagesimo tertio inter diuersos, denique Chrysostomus hom. trigesima in epistolam 2. ad Corinthios capite decimo tertio his verbis, De hoc osculo sancto aliud quoque offerri potest, quid tandem? templum Christi sumus. Itaque templi vestibula, & aditum osculamur. An non cernitis, quoniam homines etiam huiusce templi vestibulis osculum infigunt partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum admoventes? At per has portas & ianuas ingressus est Christus, & ad nos ingreditur cum communicamus. Nostis enim vos, qui mysteriorum participes estis, quid dicam; neque enim vulgari quodam honore os nostrum afficitur, cum corpus Dominicum excipit, eaque præsertim de causa tum mutua oscula iungimus. Hucusque sanctus. Cum sit igitur amoris hæc proprietates, vt animos, & ipsa corpora, quantum fieri potest, in vnum confoeciet; lex vero Christi dicatur lex amoris, quod in illa sit ardentissimus omnium maximusque amor, necesse erit, vt maximè omnium non modo nostras mentes, sed etiam corpora conglutinet in vnum. ad quam rem significandam factum, vt antiquitus communicaturi per osculum sanctum labia labijs iungerent, & alterius in alterum spiritus ipse corporeus intime infunderetur. Repetit hoc argumentum ab amore ductum sanctus Chrysostomus multis in locis, affirmans esse ardentem amantium, vt velint sua corpora inuicem caste, vt licet, copulari, & idcirco in Eucharistia corpus esse verum Christi, vt homil. vigesima quarta in priorem ad Corinthios, & 61. ad populum Antiochenum, & 45. in Euangelium Ioannis. Hinc Ecclesia Christi sponsa passim vocatur non modo propter animorum, sed etiam corporum connexionem, quæ fit in Eucharistia: quod elegantissimè sanctus martyr Methodius ex epistolis sancti Pauli obseruauit, quod supra nos adduximus, neque illud ab re fuerit attulisse tum multas ob causas, tum vero ob hanc Ecclesiæ in Canticis nomen columbæ adscribi, quod hic sit mos columbis, vt Aristoteles ipse inter alios scripsit, vt ante coniunctionem mutuo sese osculentur, quod inuit in expositio ne Missæ Florus Magister, qui ante annos octingentos vixit. ore namque nos Eucharistiam percipimus, ex illa perceptione connectimur in vnum cum Christo & inter nos corpus. Hinc olim multis in locis Eucharistia seruabatur super altari intra auream vel argenteam columbam, vt est in gestis sancti Basilij, quæ nomine Amphilo hij scripta circumferuntur, & in libello supplici, quem quintæ synodo aduersus hæresiarcham Severum clerus ac monachi Antiocheni obtulerunt. Hoc enim signum notabatur actio, de qua agimus, tum Spiritus sanctus, qui est amor, & vinculum cuncta cum Deo coniungens, quod omnes norunt. Elegantissime igitur obseruauit Marius Victorinus, qui floruit imperante Constantio, ob id à sancto Paulo vocatum populum Christianum in epistola ad Titum secunda *πρωτόστοιον* quod Latinus interpretes reddidit, Acceptabilem, sed significat circumsubstantialem, ac rursus in oratione

De hist. animarum lib. 6. c. 2.

E

DIVINAE RA  
TIONES.

A ne Dominica petimus panem *ἐπιπίσιον*, id est in substantia, siue super substantiam, quo postulamus Eucharistiam, vt supra notabamus. Nam populus Christianus per Eucharistiam est in ipsa Christi substantia, & circa ipsam Christi substantiam, & ob eam causam circumsubstantialis merito vocatur. Hinc testatur ille in oblatione sacratissimæ Missæ olim dicta hæc verba ad Deum, Munda tibi populum circumuitali emulatore bonorum operum circa tuam substantiam venientem. ] Ob hunc amoris effectum, quo corpora inter se amantium pudicè coniunguntur, vir magnæ doctrinæ Dominicus Sotus, & alij aiebant post resurrectionem futurum, vt sancti Christum crebro inuisant, propius deosculentur, & summa cum reuerentia complectantur. sed profecto, quid speciatim futurum sit post resurrectionem propter rerum incredibilem celsitudinem nos neque cogitatione, neque, quod maius est, ratione possumus adumbrare, vt merito Caietanus alioquin vir acutissimi ingenij, & qui nihil inexploratum reliquerit, de his agens scripserit, supernaturalia futuri sæculi, scientiæ futuri sæculi reseruanda. Sed tamen illa certissima, tunc maximam & inexcogitabilem nobis coniunctionem futuram. Tunc enim nuptiæ agni mirabiliter, vt est in Apocalypsi S. Ioannis, celebrabuntur, tunc Ecclesia maximè sponsa, tum templi Christiani lapides potissimum in ædificatione nouæ Hierusalem conglutinabuntur. In primis namque Christi corpus erit supra cuiuscumque cæli conuexum, sic enim dixit sanctus Paulus ad Hebræos scribens: Excelsior cælis factus est Christus. ] & ad Ephesios, Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia. ] explicat hæc optime doctor Angelicus, & ait corpora gloriosa, cum sint plenissima diuinitatis, & maximè corpus Christi, non indigere, vt sint in loco, & vlllo loco contineantur. Ex quibus sequitur, vt nullius corporis interiectu simplicis aut compositi inter se dissocientur, quod est solummodo corporum inter se cohærentium, & continuatorum. & quando in ordine rerum naturalium, vt quidem nunc sunt, primum cælum continet omnia, vel substantia, vt proximum cælum, vel vi sua, Christi corpus post resurrectionem circumplectetur omnia vel substantia, vel vi sua. ob id ait sanctus Paulus, Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia. ] ac veluti locus circumfluit vnde quaque locata, veluti continens illa: sic Christi corpus aliquo modo mirabiliter circumfluet corpora gloriosa, inter quæ & ipsum nullum corpus intercedet, quamuis alioquin disiunctissima ponamus, & sic semper cum Domino erimus, vel vt Græce habetur *πρόωτε*, id est ex omni parte cum Domino erimus, qui tunc erit omnia in omnibus, vt idem scribit. ob id Christus non modo caput corporis Ecclesiæ, sed etiam corpus esse ipsum Ecclesiæ multorum testimoniis probant sancti, Paschasius, Algerius, & Guitmundus antiqui scriptores. Hinc S. Leo de Christi ascensione, quæ iam præcessit, nostra verò post euentura loquens, inquit: Quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi concorporatos Dei filius ad dexteram Patris collocauit. ] Est igitur effectus amoris præcipuus, vt & animos & corpora in vnum connectat.

Secundus huic succedit, vt amantes inter se omnia communicent. Quocirca cum Christi corpus sit huiusmodi, vt per illud omnia sint renouanda in die resurrectionis, & multo nobilius, quam fuerunt olim, rursus ab eodem creanda quo ad omnes qualitates, vt passim legimus tum apud alios, tum apud sanctum Paulum, vt non sit opus cuncta huc afferre; hinc Christus nostri amantissimus potestatem nobis fecit, vt illud idem corpus conficere possemus, & eidem conglutinari. En quo nos homunculos vel inuitos perducit benignissimus Deus? Merito hic obstupescunt omnes sancti hoc mysteriũ vocant non agnitum, vt aiebat sanctus Paulus, cunctis generationibus. Hæc admiranda dignitas sacerdotum, vt SS. Dionysius lib. de Ecclesiastica Hierarchia, Ephrem proprio sermone, & Chrysostomus lib. de sacerdotio prosequuntur. Idcirco iure Hildebertus Episcopus Cænonanensis, qui vixit ante annos quingentos, carmine de officio Missæ canit, cum de sacerdote consecrante agit.

*Tamquam sub nebula sacra dona frequentat, & offert  
Quisquis agit Christi, Christus & ipse vices.  
Hæc etenim virtus, hæc efficientia verbi,  
Et crucis est, vt mens, linguaque cedat eis.  
Nescit homo, latet & superos, quo pronehat escas  
Gratia verborum, mysteriumque crucis,  
& mox.*

De Sig. Tom. 2.

F 3 Nam

DIVINAE RA  
TIONES.

*Nam quia sic homini verbum Deus heret, & vna  
Sunt persona creans, atque creatus homo:  
Quicquid per verbum Deus ordinat, atque operatur;  
Per Christum fieri dicitur illud idem.  
Ergo per Christum rerum natura nouatur,  
Communisque cibus fit speciale bonum.  
& ad finem:*

*Fit cibus hic ex pane caro, Deus ex elemento  
Mysterio simplex, vtilitate triplex.  
Fit cibus hic ovis in ligno, leo fortis in vna;  
Ales ad astra volans, Rex super astra sedens.*

*Neue putes illi tumultum, crucemue deesse.  
Ipse calix tumultum denotat, ara crucem.  
Vtque fides adsit, terrorque recedat, & horros  
Fit cibus ipse caro, panis imago manet.*

Tertius est effectus amoris, quantum spectat ad propositum nostrum, vt non solum cor-  
pora amantium coniungat, ijs communicet omnia sua, sed etiam mortua non destituat,  
atque ita non destituat, vt ijs iam vita cassis, tamen intimam vim relinquat, qua se diuini-  
tatis possint in vitam reuocare: ob id in Eucharistia verum Christi corpus, cuius nos adiu-  
ntione id consequimur, vt nostrum corpus vita destitutum possit intima vi sua diuinitus  
infusa in vitam redire, vt apertissime dixerunt sanctissimi patres, Irenæus, Episcopi concilij  
Nicæni, Hilarius, Ambrosius, Opratus, Nyssenus, Gaudentius, Chrysostomus Cyrillus,  
quorum testimonia supra attulimus, & cuius possunt esse in promptu.

Quintum genus argumentorum ducitur ex omnibus ijs locis, quæ plurima sunt, in qui-  
bus nos vocamur filii Abraham, Isaac, Iacob, Leui, Iuda, Dauid. similiter Abraham dicitur  
est ideo, cum prius vocaretur Abram, id est, Pater excelsus, quod Abraham significet hæ-  
braicè, Pater gentium. Christus item vocatur Adam secundus, non alia sanè de causa, ni-  
si quod non modo renascamur è Christo quantum ad animum & corpus propter spiritum,  
sed etiam quia renascimur quantum ad corpus per ipsius corpus, quod nostro adiungi-  
tur veluti semen, vt ob illud resurgamus similes illi. Eodè modo dicimur filii Abraham, &  
aliorum, quos nominauimus, quod verè per Christum ex illorum corpore deducta succef-  
sione renascamur quo ad corpus. Nam si dicas nos istorum filios vocari, quod ipsorum  
fidem spiritumque sequamur, quæro cur igitur non vocemur filii Melchisedech? cur non  
vocemur filij Iob? cur non filij Ioseph? cur autem Leui? ut Malachiæ capite 3. legimus;  
nisi quod Christus ex tribu Iuda & Leui ortus est, & ex ipsius corpore per Eucharistiam  
vere sumpto renascimur, veluti è semine corporali, atque ita filij sumus istorum non mo-  
do quo ad spiritum, sed etiam verè quo ad carnem. hoc clarissime S. Paulus dixit, Nemo  
enim, inquit, vquam carnem suam odio habuit, sed nutrit ac fouet eam, sicut & Chri-  
stus Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. pro-  
pter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo  
in carne vna. sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. ]  
Hæc Apostolus apertissime innuens idem nobis accidere, quod Euæ, quæ constructa  
est è costâ Adam, & facta est tum propter hanc constitutionem, tum propter matri-  
monij nexum vna caro. atque ita, quæ sunt ab Adamo Euæ dicta, vere congruunt Eccle-  
siæ, vt explicarunt SS. Methodius, cuius verba supra attulimus, Chrysostomus, & Au-  
gustinus. Hinc Christus ab Apostolo eodem dieitur secundus Adamus, secundus homo  
cælestis, qui corpore suo, vt loquitur S. Irenæus, replasmaturus erat humanum genus.  
Audi S. Cyrillum, qui explicans in Genesi, cur Christus sit Adamus secundus, inquit:  
Per absurdum est, vt Adam terrenum hominem vim maledictionis veluti quamdam na-  
turalem hereditatem ad totum humanum genus posse trāsmittere arbitremur, Emmanue-  
lem verò, qui de celo est Deusque suapte natura, & nobis similis esse voluit, secundusque  
nobis Adam factus est, non tantum roboris habuisse existimemus, vt illos, qui eius fami-  
liaritatem per fidem adepti sunt, suæ vitæ participes facere possit: conformes enim ei per  
mysticam benedictionem facti sumus. atqui alio quoque modo ei coniuncti sumus, cum  
eius diuinam naturam per spiritum cum eo communicassemus. ] Hæc ille per mysticam  
benedictionem intelligens Eucharistiam, & rursum in epistola ad Calosyrium, ne horre-  
remus

v. Cor. 15.  
Rom. 5.

DIVINAE RA  
TIONES.

A remus carnem & sanguinem apposita sacris altaribus, cõdescendens Deus nostris fragi-  
litatebus, infundit oblati vim vitæ, conuertens ea in veritatem ( audiant hæc hæretici )  
propriæ carnis, vt corpus vitæ quasi quoddam semen inueniatur in nobis. Eadem Theo-  
doretus in quintum caput epistolæ ad Romanos. eodem modo Tertullianus aperit, quo-  
modo è Christi latere nascamur, exemplo Euæ fabricatæ è costâ Adami : sic igitur ille  
versibus impolitis, sed maximè rem significantibus scribens aduersus Marcionem, qui  
negabat Christo verum fuisse corpus, contrà ipse asserit verum, quia verè nos ille erat  
redintegraturus eodem modo, quo fuit Eua constructa è costâ Adam.

*Cuius in exemplum sopito corpore somno  
Sumitur è latere mulier, quæ costâ mariti  
Quam carnem de carne sua, deque ossibus ossa  
Euigilans dixit præfaga mente locutus.  
Mira fides. meritò Paulus certissimus auctor  
Christum de calis Adam docet esse secundum.  
Veritas ipsa suis exemplis vsa refulget,  
Nec cupit ex alieno acres ostendere gressus.*

*Pauperis hoc opus est, propriæ virtutis egeni.  
Hæc Paulus docuit magnus mysteria docta  
Scilicet in Christo esse decus suum Ecclesia cernens  
Huius de latere ligno pendens in alto  
Corporis ex animi sanguis manauit, & humor.  
Fœmina sanguis erat, aqua erant noua dona lauacri:  
Hæc populi vera est viuens Ecclesia mater  
De Christi noua carne caro, deque ossibus ossum.*

Audin' Tertullianum, qui è verbis Pauli comparat Adam Christo, Ecclesiæ verò  
Euam, somnum Adam mortis Christi, huius sanguinem è latere eductum costæ illius è  
latere extractæ, ita vt è costâ Eua sit facta, è Christi sanguine Ecclesia, quæ sibi noua ca-  
ro non modò per meritum & vim carnis Christi, sed de carne Christi vera, de ipsius ossi-  
bus? alioquin nihil egisset contra Marcionem. Ob id per aquam, quæ profuxit è latere,  
baptismum designatum, quo renascamur quoad spiritum, per sanguinem ipsam carnem;  
sic enim canit, Fœmina sanguis erat. ] Nō igitur à Christo instauramur solum quoad spi-  
ritum, virtutesque hinc emanantes, aut per Christi carnem, sed de carne Christi, & ossi-  
bus caro, & ossa nostra reficiuntur. Eadem cum Tertulliano scribunt SS. Augustinus ad-  
uersus Faustum, Eucherius, Rabanus, Rupertus in Genesim, & Prosper libro de prædi-  
ctionibus Dei. Bene igitur S. Chrysostomus scripta hæc reliquit hom. 83. in Matthæum:  
Non sufficit ipsi, inquit, hominè fieri, flagellis cedi; sed nos secum in vnam massam (vt ita  
dicam) reducit, neque fide solum, sed re ipsa nos corpus suum efficit. ] & S. Cyrillus Ale-  
xandrinus lib. 4. in Ioannem cap. 15. Sicut enim, inquit, scintilla ignis in fœnum aut pa-  
leam immissa totam inflammat, sic verbum Dei per Eucharistiam naturæ nostræ cor-  
ruptibili coniunctum totam resurgere faciet immortalè, & gloriosam. ] Hæc illi, vt osten-  
dant omne humanum genus reformari per Eucharistiã, quamuis illa à pluribus non sumat-  
ur, sat est si ab aliquibus, veluti satis est si à flâmis pars fœni arripiatur. Eodè modo san-  
ctus Gregorius Nyssenus, vt citatur ab Euthymio in panoplia par. 2. tit. 21. & à Bessario-  
ne lib. de verbis consecrationis, Quemadmodum, ait, parum fermenti totam massam sibi  
similem reddit, sic & corpus illud, quod à Deo factum est immortale, in nostrum corpus  
ingrediens, totum in se transfert, atque commutat. Nam vt pestiferum cum salubri com-  
mixtum, illud efficit perniciosum, sic & corpus immortale reddit totum illud, in quo su-  
sceptum est, naturæ simile immortalis. ] Hæc sanctus asserens per Eucharistiam perce-  
ptam ab aliquibus totam generis humani massam veluti fermento quodam donari im-  
mortalitate. Et S. Irenæus lib. 5. c. 2. Quemadmodum, ait, lignum vitis depositum in terra  
suo fructificat tempore; & granum tritici decidens in terrâ, & dissolutum multiplex surgit  
per spiritum Dei, qui continet omnia; quæ deinde per sapientiam in vsum hominum ve-  
niunt, & percipientia verbum Dei sunt Eucharistia, quod est corpus & sanguis Christi:  
sic & nostra corpora ex ea nutrita, & reposita in terra, & resoluta in eam, resurgent in  
suo tempore, verbo Dei resurrectionem eis donante in gloriã Dei patris. ] Hucusque san-  
ctus asserens cunctis seminibus accidere, vt corrumpantur fata iam, & ex ijs corruptis  
post



post aliquod tempus multiplex fructus enascatur, sic euenire corporibus nostris propter adiunctionem corporis Christi in Eucharistia factam, vt quamuis corruptantur, sicuti semina terrae mandata, post aliquod tamen tempus illa resurgant cum fructu multiplici, & quantum ad se, & quantum ad alios: quantum ad se propter dotes corporis gloriosas, & diuinas; quantum ad alios, quia ceteri homines etiam veluti plura grana complexu vnus spicæ contenta partim resurgent ad gloriam, partim tamquam palca, & adulterini foetus igni tradentur. Terra similiter emittens corpora gloriosa cum reliquis elementis ornabitur, & illa, veluti solet aliàs frugibus ac ceteris omnibus ex se nascētibus decorari. Sic igitur cuncta per Eucharistiam restaurabuntur. Sic Christus Adam secundus, Abraham verò pater gentium, non harum, vel illarum solummodo per fidem, sed omnium. sic nos filij Dauid sapius vocamur: nam re vera è corporali semine Eucharistiae mirabilem in modum renascimur, ac renouamur. Hinc S. Augustinus exponens cur dictum sit Abraham, In semine tuo benedicetur omnes tribus terrae. ] & nō dictū, In seminibus. ] ait in psal. 142. Non dicit, in seminibus, tamquam in multis, sed tamquam in vno: & semini tuo, quod est Christus. Sed ait aliquis, si Christus semen Abraham, numquid & nos? Mementote quia semen Abraham Christus, ac per hoc, si & nos semen Abraham, ergo & nos Christus, quomodo vnū corpus multa membra, ita & Christus. ] & mox: Si autem vos Christi, ergo semen Abraham estis. ideo magnū est illud sacramentum, erunt duo in carne vna Apostolus dicit, Sacramentū hoc magnū est, ego autem dico in Christo, in Ecclesia duo in carne vna.

*Duodecima classis testimoniorum. Similitudines diuinae. Cap. VI.*

SIMILITVDINES DIVINAE



Vm Christus videret futuros, qui hanc coniunctionem secumque & inter nos per Eucharistiam oppugnarent, fecit, vt qui obtortum & incuruum lignum vult in rectam formam redigere, non enim satis habet reducere illud, & inflectere ad ipsum omnino rectum statum, sed in contrarium tantum aut amplius intorquet, & pertrahit, quātum declinat à recto. sic ipse Christus adduxit omnium maximae coniunctionis similitudines ad explicandam coniunctionem Ecclesiae cum corpore ipsius, vt peruersas hominum saepe mentes reduceret ad veritatis normam. eundemque cum Christo morē secuti sunt sancti Patres. è quibus necessariò intelligimus re vera in Eucharistia verum Christi corpus esse, vereque nos illi adiungi.

I. similitudo.

Prima sit igitur, & altissima similitudo deducta ab ipso coniunctionis fine, & causa efficiente, exemplarique Trinitatis; vt quantum fieri potest, magis nos cū Deo, & inter nos connectamur, sicut Pater, Filius, & Spiritus sanctus in vnam substantiam. Hæc est allata à Christo similitudo cap. 17. Ioannis, & latius explicata à SS. Hilario, Cyrillo Hierosolymitano, & Alexandrino, vt vidimus supra. E qua necessariò dicendum hanc inter nos connexionem esse omnium maximam admirabilemque: id verò non erit, nisi non modo animi, sed etiam corpora ipsa copulentur; alioquin multae sunt rerum coniunctiones, à quibus hæc nostra superabitur, quod est cōtra allatam similitudinem à Christo. nos igitur, vt veritas ipsa magis explanetur, & effectus huiusmodi coniunctionis appareant, vnā cum similitudinibus & dissimilitudinibus ostendamus. In hac igitur à Christo adducta hoc est discrimen primum, quod tres personae sunt vnum in sanctissima Trinitate per suam naturam, idque habent ab ipsa sua substantia: at nos vt simus vnum cum Christi corpore. non habemus id à nostra natura & substantia, sed hoc contingit per gratiam Dei, & corporis Christi copulam, qua vtriusque corporis naturae, & substantiae cohaereant, Quamobrem si spectemus causam connexionis huius ex parte nostra, non est naturalis, & substantialis, neque pertingit ad consubstantialitatem, vt aiebat sanctus Cyprianus.

II. discrimen.

III.

Secundum discrimen est, quod quamuis Christi corpus & nostrum per Eucharistiam copulentur simul, non tamen eadem contingunt nostro corpori, quae corpori Christi, quod est adeo gloriosum. Hoc verò nullam cōtinet dubitationem: neque enim sortitur nostrū corpus continuò eandem immortalitatem, agilitatem, subtilitatem, & claritatem. Tertium: Christi corpus nostro adhæret, quamdiu species illae sensibiles in nobis durant, is absumptis desinit esse in nostro corpore Christi corpus, remanet tantum vis eius diuina: idcirco coniunctio non est perpetua. non sic in Trinitate, cuius vna essentia diuina nullo modo potest. Quamuis igitur hæc copulatio per Eucharistiam sit substantiae cum substantia,

SIMILITVDINES DIVINAE

A substantia, naturae cum natura, & ob id quodammodo consubstantialis, ac naturalis; tamē, vt aiebat S. Cyprianus in sermone de cœna Domini, verè dici potest quod hæc vnitas non perueniat vsque ad eius substantialitatem, sed solum vsque ad germanissimam, inquit ipse, societatem, verè dici potest non coniungi naturas & substantias inseparabiliter, & quo ad omnes proprietates.

Secunda à Christo allata similitudo est vitis, ac palmitum; sic enim cap. 15. S. Ioannis, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me nō ferentem fructum tollet eum; & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. ] & mox: Ego sum vitis, & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multū. ] Ex hac similitudine colligebant Ariani filium non esse consubstantialem patri: nam dicebant; Si pater agricola est, agricola prorsus est dissimilis substantiae à vite. Addebant propterea nos esse coniunctos Christo quantum ad fructus spirituales, & sic illi quo ad Christum nos esse adnexos. Respondēt SS. Hilarius, Cyrillus Hierosolymitanus, Alexandrinus, ac post illos alij nos esse coniunctos Christo quantum ad corpus per Eucharistiam, & idcirco illum vitem, nos esse palmites, & hac in re patrem vocari agricolam. nam respectu diuinitatis pater & filius consubstantiales; sicut respectu humanitatis nos per Eucharistiam modo, quo diximus, Christo consubstantiales, vt post prædictos explicat Theophilus Episcopus Alexandrinus lib. 4. allegoriarum in Euangelium Ioannis, & Paschasius Abbas Corbiensis libro de corpore & sanguine Domini c. 10. his verbis, Grana virtutum ex illa creuerunt vite, quae dixerat, Ego sum vitis vera, vos autem palmites, non potest ergo palmes ex se ipso, nisi in vite manserit, facere fructum. Idcirco vinum, quod bibimus, sanguis est eiusdem vitis, qui de latere eius fluxit. Nam vitis & palmes vnum corpus sunt, & ideo vnum ferre videntur fructum; quia vna, quam palmes affert, de radice profudit vitis. ] Hæc ille. Sed hæc differentia est in hac Christi similitudine inter adhesionem vitis cum palmitē, & Christi corporis cum corpore nostro, quod palmes adhæret viti plerumque ex ipsa illius natura genitus; nos autem quodammodo infirmi sumus Christo, qui natura nascimur iræ filij, vt ait S. Paulus. Secunda præter alias, quae afferri possunt, differentia est, quod etiam si desinat esse corpus Christi corruptis speciebus cum nostro corpore, tamen illi corpori adhæremus gratia, & spiritu, quo possimus edere fructus operum bonorum, at si palmes viti per ipsum corpus non adhæreat, non potest fructus villos edere; ac dum fructus profert semper illi est adnexus. nos non ita, fructus edere possimus, quamuis corpore Christi corpori non simus adglutinati, sat est si caritate, animique deuotione.

B propterea nos esse coniunctos Christo quantum ad fructus spirituales, & sic illi quo ad Christum nos esse adnexos. Respondēt SS. Hilarius, Cyrillus Hierosolymitanus, Alexandrinus, ac post illos alij nos esse coniunctos Christo quantum ad corpus per Eucharistiam, & idcirco illum vitem, nos esse palmites, & hac in re patrem vocari agricolam. nam respectu diuinitatis pater & filius consubstantiales; sicut respectu humanitatis nos per Eucharistiam modo, quo diximus, Christo consubstantiales, vt post prædictos explicat Theophilus Episcopus Alexandrinus lib. 4. allegoriarum in Euangelium Ioannis, & Paschasius Abbas Corbiensis libro de corpore & sanguine Domini c. 10. his verbis, Grana virtutum ex illa creuerunt vite, quae dixerat, Ego sum vitis vera, vos autem palmites, non potest ergo palmes ex se ipso, nisi in vite manserit, facere fructum. Idcirco vinum, quod bibimus, sanguis est eiusdem vitis, qui de latere eius fluxit. Nam vitis & palmes vnum corpus sunt, & ideo vnum ferre videntur fructum; quia vna, quam palmes affert, de radice profudit vitis. ] Hæc ille. Sed hæc differentia est in hac Christi similitudine inter adhesionem vitis cum palmitē, & Christi corporis cum corpore nostro, quod palmes adhæret viti plerumque ex ipsa illius natura genitus; nos autem quodammodo infirmi sumus Christo, qui natura nascimur iræ filij, vt ait S. Paulus. Secunda præter alias, quae afferri possunt, differentia est, quod etiam si desinat esse corpus Christi corruptis speciebus cum nostro corpore, tamen illi corpori adhæremus gratia, & spiritu, quo possimus edere fructus operum bonorum, at si palmes viti per ipsum corpus non adhæreat, non potest fructus villos edere; ac dum fructus profert semper illi est adnexus. nos non ita, fructus edere possimus, quamuis corpore Christi corpori non simus adglutinati, sat est si caritate, animique deuotione.

C Tertia similitudo sapius à Christo usurpata, quae scilicet omnium pauciores differentias habere videtur, est cibi, panis, ac vini: voluit enim significari nobis, nos cum Christi corpore coniungi: vt cibum valde appositum, & conueniens, saluberrimusque corpori nostro adglutinatur, sic cibum potumque vocat toto illo capituli sexti sermone apud Ioannem. Hoc interest, quod cibum immutatur in substantiam corporis comedētis, sed tamē & ipse immutat corporis qualitates, ac vires. Nam scimus Mithridatem perpetuo theriacæ esu sic immutasse corpus, vt nihil aduersus illud venena possent; quod Appianus Alexandrinus lib. de bello Mithridatico refert. Habis ille Hispanus ceruæ lacte nutritus, vt scribit Iustinus, cursu perniciosissimo ceruos æquabat. Regem Cambaiae prope Indum fluuium tradunt solitum foeminas habere, quae paulatim venenis comedendis fuerint assuetæ, & huiusmodi ob hanc consuetudinem vi præditæ, vt habitu amplexuque perimant mortales. At in sanctissima Eucharistia nihil est quod immutetur è corpore Christi, nisi panis ac vini species, quibus corruptis desinit esse in nobis corpus Christi, quod quacūque species illae peruadunt penetrat, intimaque nostra subit, sed non immutatur, aut scinditur, immutat membra, mentemque nostram, & vtrisque diuinas qualitates inserit, & affigit. vulgatum namque illud sancti Augustini: Non ego mutabor in te; tu mutaberis in me. ] Audi sanctum Dionysium Areopagitam de Eucharistia lequentem: Prouidit autem hoc, vt nos, qui negligentia stultitiaque nostra diuinis bonis ac muneribus spoliati priuati que sumus, restauratis renouatisque bonis, in antiquum statum restituat, & perfecta nostrorum assumptione, nobiscum bona sua communicet perfectissimè, tandemque nobis Dei, diuinorumque bonorum concedat communionem. ] Hæc ille asserens à Christo humanitatem perfectè assumptam, per Eucharistiam bona illius perfectissimè communicata, qua nos immutemur in antiquum statum restituti, non illam nos immute-

D Tertia similitudo sapius à Christo usurpata, quae scilicet omnium pauciores differentias habere videtur, est cibi, panis, ac vini: voluit enim significari nobis, nos cum Christi corpore coniungi: vt cibum valde appositum, & conueniens, saluberrimusque corpori nostro adglutinatur, sic cibum potumque vocat toto illo capituli sexti sermone apud Ioannem. Hoc interest, quod cibum immutatur in substantiam corporis comedētis, sed tamē & ipse immutat corporis qualitates, ac vires. Nam scimus Mithridatem perpetuo theriacæ esu sic immutasse corpus, vt nihil aduersus illud venena possent; quod Appianus Alexandrinus lib. de bello Mithridatico refert. Habis ille Hispanus ceruæ lacte nutritus, vt scribit Iustinus, cursu perniciosissimo ceruos æquabat. Regem Cambaiae prope Indum fluuium tradunt solitum foeminas habere, quae paulatim venenis comedendis fuerint assuetæ, & huiusmodi ob hanc consuetudinem vi præditæ, vt habitu amplexuque perimant mortales. At in sanctissima Eucharistia nihil est quod immutetur è corpore Christi, nisi panis ac vini species, quibus corruptis desinit esse in nobis corpus Christi, quod quacūque species illae peruadunt penetrat, intimaque nostra subit, sed non immutatur, aut scinditur, immutat membra, mentemque nostram, & vtrisque diuinas qualitates inserit, & affigit. vulgatum namque illud sancti Augustini: Non ego mutabor in te; tu mutaberis in me. ] Audi sanctum Dionysium Areopagitam de Eucharistia lequentem: Prouidit autem hoc, vt nos, qui negligentia stultitiaque nostra diuinis bonis ac muneribus spoliati priuati que sumus, restauratis renouatisque bonis, in antiquum statum restituat, & perfecta nostrorum assumptione, nobiscum bona sua communicet perfectissimè, tandemque nobis Dei, diuinorumque bonorum concedat communionem. ] Hæc ille asserens à Christo humanitatem perfectè assumptam, per Eucharistiam bona illius perfectissimè communicata, qua nos immutemur in antiquum statum restituti, non illam nos immute-

E Tertium: Christi corpus nostro adhæret, quamdiu species illae sensibiles in nobis durant, is absumptis desinit esse in nostro corpore Christi corpus, remanet tantum vis eius diuina: idcirco coniunctio non est perpetua. non sic in Trinitate, cuius vna essentia diuina nullo modo potest. Quamuis igitur hæc copulatio per Eucharistiam sit substantiae cum substantia,

mus,

I. differen.

III. similitudo.

In lib. vi.

**SIMILITVDINES DIVINAE** mus, vt cibus fit à comedente. Eodem modo S. Ignatius ad Romanos ait: Meus enim amor crucifixus est, & non est in me: aqua autem viua manet in me intrinsecus mihi dicens, Veni ad patrem, non comedam escam corruptibilem, neque voluptates huius mundi desidero, panem Dei volo, panem caelestem, panem vitae, qui est caro Iesu Christi filij Dei viui ( qui natus est in nouissimo ex semine Dauid, & Abraham ) & potum volo sanguinem eius, qui est dilectio incorruptibilis, & vita aeterna. Jam nolo secundum hominem viuere: hoc autem erit, si vos volueritis. Christo crucifigor: quia iam ego non uiuo, uiuit verò in me Christus. ] Hæc sanctus inquit non esse in se Christum, quantum scilicet ad carnem & sanguinem per Eucharistiam, & ideo se esurire ac sitire illum; sed esse in se quo ad spiritum, manifestè distinguens coniunctionem corporis, ac gratiam. Ait autem cibos alios esse corruptibiles, hunc incorruptibilem, donantemque nobis incorruptionem. Sic etiam S. Iustinus in Apologia ad Antoninum Imperatorem, Non enim, inquit, vt communem panem, neque communem potum hæc sumimus; sed quemadmodum per verbum Dei incarnatus Iesus Christus Saluator noster, & carnem, & sanguinem pro salute nostra habuit, sic etiã per preces verbi Dei ab ipso Eucharistiam factum cibum, ex quo sanguis, & carnes nostrae per mutationem aluntur illius incarnati Iesu, & carnem, & sanguinem esse edocti sumus. ] Hæc sanctus volens per carnes Christi nostras carnes alii, & immutari, non contrã, vt in aliis cibis. Eodẽ spectant, quæ scribit sanctus Irenæus lib. 4. c. 4. quæ supra adduximus, ibi videri possunt: non enim repetimus eadem, sed quæ non attulimus alibi in alia loca referuamus, vt testimonia sint vberiora, neque fastidium pariant lectori. Hos porrò vetustissimos omnium sanctos scriptores alij sequuntur innumeris, quos omittimus, ne simus morosi.

**IV.** Quarta similitudo ex hac deducta à sancto Paulo considerata sæpius, & à ceteris dein de latius explicata est. Sicut panis conficitur vnus è plurimis granis in vnum conflatis, vinumque ex acinis multis in vnum confluentibus; sic nos in vnum corpus coniungimur per Christi corpus: & ob id in pane ac vino Eucharistia instituta, vt hæc intima & maxima omnium nostrum in vnum corpus coniunctio significetur. sic Christus se granum vocauit, cum dixit, Nisi granum frumenti cadens in terra. ] similiter & panem, & in his voluit Eucharistiam confici. Hinc S. Paulus: Calix benedictionis, cui benedicimus, nõne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nõne participatio corporis Domini est? quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane participamus. Qualis est itaque coniunctio liquoris expressi è multis acinis, farinae uè è multis granis in vnum commixta; talis est propemodum cohesio nostrorum corporum per Eucharistiam in vnum Christi corpus. Hinc S. Cyprianus: Quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita, & commixta panem vnum faciunt; sic in Christo, qui est panis caelestis, vnum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus, & adunatus. ] eodem modo S. Augustinus, Cum cibo, ait, & potu id appetunt homines, vt non esuriant, neque sitiant: hoc verè nõ præstat, nisi iste cibus, & potus, qui eos, à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit: id est societas ipsa sanctorum, vbi pax erit, & vnitas plena, atque perfecta. Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in iis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur, ex multis namque granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit. ] Hæc S. Augustinus; vtitur autè similitudine hac sancti propè omnes doctores, quorum seriem texere, nimis esset profectò longum; vtuntur & docti quique interpretes in illum S. Pauli locum. instar omnium sit adduxisse Photium Græcum, virum alioquin nobis non satis æquum: sic igitur ille ante annos propè octingentos: Quoniam, inquit, vnus panis, vnum corpus, multi sumus, demonstratio est eorum, quæ dixerat prius. vnde enim manifestum sit, quod panis, quem frangimus, participatio Christi est? hoc est, nos in communionem corporis Christi copulat? vnde inquam hoc patet? nempe quia vnum corpus sumus, & vocamur omnes, qui cum Christo tamquã eum capite communis corporis vnimur. si ergo non corpore & sanguine eius in commune copularemur quo alio vnum corpus essemus, & vocaremur? ] & mox: Vt panis ex multis granis vnus panis efficitur, sic & nos multi cum simus, vnum corpus efficimur. ] & rursus, Ad exemplum enim panis, qui ex multis granis fit, nos etiam multi ex ipso pane participantes efficimur vnum corpus Christi, quia caro nostra vetus corrupta fuit à peccato, opus fuit nobis noua carne. ] Hæc ille. sed est differentia præter alias hæc maximè attendenda: in commix-

1. Cor. 10.

Tra. 26. in Ioan.

**A** tione etenim farinae, & liquoris ex vna defluentis fit confusio, cohesione verò corporis nostri cum corpore Christi nulla fit confusio neque nostri cum illo, neque inter se nostrorum corporum.

Quamobrem similitudo illa similiter ab instituto Christi desumpta, cum dicitur in consecratione calicis aquam vino miscuisse, vt significaret nos ita non solum quo ad animorum consensum, sed etiam quo ad corporum colligationem in vnum redigendos eandem distinctionem cum superiore admittet. Aqua namque sic admiscetur vino, vt fiat vtriusque confusio: & quamuis corpora nostra Christi corpori adiungantur, eorum tamen nulla fit inter se confusio, inconfusa sunt, sed conglutinata, vt ita dicamus. Instituit itaque Christus in consecratione calicis aquam vino misceri, vt est in antiquissimis liturgiis SS. Iacobi, Basilij, Chrysostomi, Syriae, & Aetiopica, testanturque SS. Iustinus in Apologia ad Antoninum, Irenæus, Gregorius Nissenus in sermone catechetico c. 37. concilium Carthaginense tertium, in quo adfuit S. Augustinus, can. 24. Audi nunc S. Cyprianum, qui mysterium, quod tradimus, exponit: nam postquã dixit aquis populos significari iuxta illud Apocalypsis, Aquæ populi sunt, ] subiicit, Quia nos omnes portabat Christus, qui & peccata portabat, videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Quando autem in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credidit, copulatur, & coniungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini sic miscetur in calice Domini, vt commixtio illa non possit ab inuicem separari. ] & mox: Si vnum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. ] eadem scribunt SS. Iulius Papa, Eusebius, Nyssenus, Isidorus lib. 1. de officiis cap. 8. concilium Triburiense Episcoporum plurimorum ante annos septingentos habitum c. 19. & ante hoc Bracarensis synodus tertia c. 1. Calix enim, sancit concilium, Dominicus vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. ] Sed & S. Paschasius Abbas Corbeiensis, qui ante annos octingentos in Gallia viuebat, post multa; Exultat, inquit, ergo fideles, dum se intelligunt ad tantam vnitatem Christi sociatos per gratiam, & ad tantam flagrantiam caritatis prouectos. & ideo quam bene in hoc mysterio nostra figura per aquam admittitur, vt vnusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat, & in melius transmutatum. ] & D. Algerus, Vnde etiã, ait, aqua in sacramento admiscetur non solum vt capiti suo Christo populum Ecclesiasticum vniri significet, sed etiam vt aquam, quæ de latere Christi cum sanguine fluxit, repræsentet. Rectè igitur Hildebertus, qui ante annos quingentos florebat, canit:

*Admixtum vino laticem miraris: & ipsum  
Grande sacramentum est, nec ratione vacat  
Vnda fluens, homo præteriens, ea mixta Lyæo  
Et Christo, Christi sanguine iunctus homo  
Diuidit vitos, vel aquam, vel vna ministrans,  
Et caput à membris separat ipse suis.*

**E** Verum similitudo hæc, quod diximus, hanc admittit differentiam, quod corpora nostra per Eucharistiam Christi corpori coniuncta non confunduntur, vt aqua & vinum commixta. idem discrimen est similitudinis illius, quam sanctus Cyrillus affert, vt sic nos admisceamur per Eucharistiam Christi corpori, vt cæra liquefacta liquefactæ similiter cæra admiscetur, aut fermentum massæ: sic namque ille libro quarto in Ioannem cap. 27. Sicut enim si quis liquefactæ cæra aliã cæra infuderit, alterã cum altera per totum commisceat necesse est; sic qui carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungitur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur. Simile quodãmodo apud Matthæum comperies: Simile est, inquit, regnum caelorum fermento, quod acceptum ab eodẽ mulier in farinae satis tribus. ] Sicut parum, vt ait Paulus, fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio totum hominem in se ipsum attrahit.

Sexta est similitudo, cuius in sacris litteris est mentio frequentissima, vt cum Christi corpore sic omnes copulemur, vt sponsa cum sponso. Non enim solummodo sponso noster Christus propter animorum consensum, sed etiam corporum cohesionem. Christus itaque est sponso, vt aiebat in solitudine S. Ioannes; qui habet sponsam conditam proprio corpore, veluti Eua ex Adami costa, vt è sancto Paulo supra ostendimus explicante hanc

**SIMILITVDINES DIVINAE**

Lib. 4. c. 57.

Cap. 17.

Cap. 1. de corp. & sang. Domini

Lib. 2. c. 8.

VI.

Ioan. 3.

SIMILITVDI-  
NES DIVINAE

hanc rem latius cum multis S. Methodio, quibus nunc addimus Alchimum auitum, qui sub annum quadringentesimum vivebat, cuius hæc sunt carmina.

*Istius indicum somni mors illa secuta est,  
Sponte sua subit posito quam corpore Christus:  
Qui cum passurus ligno sublimis in alto  
Penderet, nexuque, & culpas penderet orbis,  
In latus extensi defixit missile licitor.  
Protinus exiliens fluxit cum sanguine lymphæ.  
Qua vinum populis iam tumspendente lauacrum,  
Fluxit martyrium, simul & baptismatis vnda.  
Inde resurgenti, caelestiaque astra petenti  
De lateris membro surgens Ecclesia nupsit.*

Elegantissimè quidem Auitus ostendens Ecclesiam è latere Christi formatam, simulque illi coniunctam, veluti Euam constructam è costa Adami, deinde illi coniugio copulatam. Expressit idem Coelius Sedulius lib. 4. operum paschaliū, cum vulnus Christo ad latus ostendit inflictum, manantemque inde sanguinem, & aquam.

*Furor arma ministrans  
Cuspide perfossam violat latus, ecce patenti  
Vulnere purpureus cruor, & simul vnda cucurrit.  
Hæc sunt quippe sacre pro religionis honore  
Corpus, sanguis, aqua, tria vitæ munera nostræ.  
Fonte renascentes membris, & sanguine Christi  
Vescimur, atque ideo templum deitatis habemur:  
Quod seruare Deus nos annuat immaculatum,  
Et faciat tenues tanto mansore capaces.*

Sed & Arator, explicans cur Angelus à somno excitans Petrum percussit latus eius, ait ob id factū, quod è latere Christi sit Ecclesia formata, sicut Eua è costa Adami: ita canit.

*— tangens latus impulit, in qua  
Ecclesia stat parte caput, qua nuncius ortam  
Nouerat, in de leuat. ]*

& mox:

*— Christus post mysticus Adam  
Dignatus dare membra cruci, atque in carne peremptæ  
Morte premi, qua vita redit, non dona liquoris  
Per lateris sacravit iter: nunc Angelus illa  
Petrum parte vocat.*

Hæc igitur antiquissimi poetæ Christianorum, similitudinem propositam nobis explicantes: sed in illa multæ dissimilitudines, è quibus qualis sit hæc coniunctio nostra cum Christi corpore per Eucharistiam maximè illustratur. Ac primo loco per Adami costam, maritivæ semine, aut coniugum nõ datur foetui anima intellectiva, vel vis eius ad Deum cõtemplandum, & præ cunctis amandum; è costa, & semine tantum conflatur corpus ornatum sensibus, mens à Deo proximè creatur, vt post alios acutissimè S. Thomas declarat: neque similiter è costa & semine fit vt mens extollatur ad Deum contemplandum, & fruendum. quamobrem neque per Adamum, neque per parentes mihi datur id, quo sum homo, nempe intellectus; neque id, per quod ex homine Dei filius adoptor, gratia scilicet, & gloria: & cum Deus mentem creet, per Christum datur gratia, & gloria, vt omnes norunt, perque ipsum Christi corpus sumptum vel re ipsa in Eucharistia, vel animi desiderio, aut preparatione, nihilominus veluti Eua re vera est formata ex Adami costa, & ardentissimus alterius in alterum fuit amor, qui cunctos superet, & coniugū corpora coniunguntur re vera, sic nos re vera per ipsum Christi corpus à nobis sumptum renaschimur, per idem maximè inflammamur ad eius amorem, copulamurque illi re ipsa per Eucharistiæ perceptionem. Secunda differentia procedens ex eo, quod per hanc coniunctionem maiora nobis dantur, atque ideo maior est quàm quæuis alia pertinens ad nostri reparationem, & effectiōnem, est huiusmodi: Neque Adam costa Eua, neque parentes nobis dāt vt corpus sit immortale, nedum tanta gloria præditum, quanta erit resurgentium. Vidimus enim supra per Eucharistiæ sumptionem fieri, vt detur corporibus nostris vis ad resurgendum, quod tradunt SS. Irenæus, Episcopi synodi Nicænæ, Hilarius, Ambrosius,

Optatus,

SIMILITVDI-  
NES DIVINAE

A Optatus, Nyffenus, Gaudentius, Chrysofomus, Cyrillus. Tertia differentia est, quod Adam costam solam dedit ad Eua fabricationem, genitores dant alimenti superuacaneum ad hominis conceptionem. At Christus totum suum corpus dat singulis, quibuscum coniungitur, vt aiunt SS. Andreas ad Aegeam proconsulem, Gregorius Nyffenus, Cæsareus, Ephrem, Chrysofomus, & alij multi, quos classe secunda adduximus. Rectè igitur Chrysofomus, Adeamus, inquit, Christum singuli ægrotantes magna cum fide: nam si qui simbriam vestimenti eius tetigerunt, rectè omnes conualuerunt, quanto magis corroborabimur, si totum in nobis habemus? Vltima differentia est: Adamus semel costam dedit ad Eua constructionem; sicuti & parentes vbi nos peperere conceptos, natoque lacte educarunt, nihil amplius è suo corpore dant nobis, per quod nobis coniungantur. At Christus totum suum corpus sæpius dat nobis ad nostram renouationem, renouationisque incrementum, quasi perpetuum lac, vt sanctus Basilius ad Cæsaream Patriciam scribens aiebat, & sanctus Chrysofomus homilia octuagesima tertia in Matthæum, Ea namque re ait, nos alimur, quam videntes Angeli tremunt, neque absque pauore propter fulgorem, qui inde reflit, aspicere possunt, vt nos in vnam cum illo massam reducimur. Quis loquetur potentias Domini? Multæ matres post partum nutricibus aliis infantes dederunt alendos, quod ipsæ facere nolunt; sed ipse proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, atque conglutinat. ] Et sanctus Irenæus, Quasi infantibus ille, qui erat panis perfectus patris, lac nobis semetipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi à mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare & bibere verbum Dei, & eum, qui est immortalitatis panis, qui est spiritus patris, in nobis ipsis eum (non igitur partem, vel figuram) continere possimus. Hinc Seuerianus Gabalonensis Episcopus, qui fuit ætate sancti Chrysofomi, Quod, inquit, comedimus, & est impassibile, & immortale, & incorruptibile, plenum, & implens nos benedictione, & immortalitate, atque incorruptione, tamquam semen quoddam futuræ in nobis diuinæ gratiæ, & virtutis resurrectionis. ] Sed & Leontius Eutholius, Demittens, ait, se ad nostras infirmitates in proposita, nimirum panem & vinum, immittit virtutem vitæ, & transmutat eam, ad energiam suæ carnis, vt habeamus illa in viuificam participationem, & tamquam semen viuificum reperiat in nobis corpus vitæ. ] Hæc prisca doctoris contra hæreticum quemdam profert Franciscus Turrianus.

B Basilius ad Cæsaream Patriciam scribens aiebat, & sanctus Chrysofomus homilia octuagesima tertia in Matthæum, Ea namque re ait, nos alimur, quam videntes Angeli tremunt, neque absque pauore propter fulgorem, qui inde reflit, aspicere possunt, vt nos in vnam cum illo massam reducimur. Quis loquetur potentias Domini? Multæ matres post partum nutricibus aliis infantes dederunt alendos, quod ipsæ facere nolunt; sed ipse proprio corpore nos alit, & sibi coniungit, atque conglutinat. ] Et sanctus Irenæus, Quasi infantibus ille, qui erat panis perfectus patris, lac nobis semetipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi à mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare & bibere verbum Dei, & eum, qui est immortalitatis panis, qui est spiritus patris, in nobis ipsis eum (non igitur partem, vel figuram) continere possimus. Hinc Seuerianus Gabalonensis Episcopus, qui fuit ætate sancti Chrysofomi, Quod, inquit, comedimus, & est impassibile, & immortale, & incorruptibile, plenum, & implens nos benedictione, & immortalitate, atque incorruptione, tamquam semen quoddam futuræ in nobis diuinæ gratiæ, & virtutis resurrectionis. ] Sed & Leontius Eutholius, Demittens, ait, se ad nostras infirmitates in proposita, nimirum panem & vinum, immittit virtutem vitæ, & transmutat eam, ad energiam suæ carnis, vt habeamus illa in viuificam participationem, & tamquam semen viuificum reperiat in nobis corpus vitæ. ] Hæc prisca doctoris contra hæreticum quemdam profert Franciscus Turrianus.

C nobis ipsis eum (non igitur partem, vel figuram) continere possimus. Hinc Seuerianus Gabalonensis Episcopus, qui fuit ætate sancti Chrysofomi, Quod, inquit, comedimus, & est impassibile, & immortale, & incorruptibile, plenum, & implens nos benedictione, & immortalitate, atque incorruptione, tamquam semen quoddam futuræ in nobis diuinæ gratiæ, & virtutis resurrectionis. ] Sed & Leontius Eutholius, Demittens, ait, se ad nostras infirmitates in proposita, nimirum panem & vinum, immittit virtutem vitæ, & transmutat eam, ad energiam suæ carnis, vt habeamus illa in viuificam participationem, & tamquam semen viuificum reperiat in nobis corpus vitæ. ] Hæc prisca doctoris contra hæreticum quemdam profert Franciscus Turrianus.

D Septima similitudo est, vt per Eucharistiam Christi corpori cohæreamus, veluti membra inter se & cum corpore toto cohærent. Non enim solummodo Ecclesia est vnū corpus cum Christo per baptismū spiritumque, sed multo magis, ac longè efficacius, ac verius per Eucharistiam, vt vidimus. Hæc similitudine vtitur in epistola ad Romanos, Corinthios, Ephesios, & Colossenses S. Paulus potissimū respiciens Eucharistiæ participationem, & est sanè elegantissima ad designandā non modò cohæsiōnem inter nos mutuā per vnum Christi corpus, sed etiā diuersas cuiuslibet functiones, virtutes, merita, præmiaque. Audi quid de tota hac re S. Gregorius Nyffenus scripserit in sermone catechetico: Omne, inquit, corpus ex nutrimento consistit, atque eo firmatur: quod quidem nutrimentum ex cibo ac potu constat: cibus autem est panis, & potus aqua vino mixta. porrò Dei verbum ita naturæ vnitum est, & sic corpus nostrum assumpsit, vt naturæ eius non aliam constitutionem adhiberet, quàm vt vstatis illud rebus aleret, ac sustentaret, nempe cibo, ac potu: cibus verò erat panis, quemadmodum & noster, vt iam dictum est. sicut autem qui panem videt, quodammodo corpus videt humanum, quoniam panis in corpore corpus efficitur; ita diuinum illud corpus nutrimentum ex pane accipiens, idem, vt diximus, quodammodo erat cum illo cibo in naturam eiusdem corporis mutato: quod enim carnis cuiusque proprium est, id etiam illi conuenisse confitemur, nam & corpus illud pane sustentabatur; corpus autem, propterea quod Deus verbum in illo habitauit, diuinam obtinuit dignitatem. quamobrem nunc etiam rectè verbo Dei sanctificatum panem in corpus verbi Dei credimus immutari (audiant hæc hæretici.) itaque qua causa panis in eius corpus mutatus in diuinam potentiam transiit, eadem causa nunc idem etiam fit: vt enim illic ipsum verbum Dei sanctum effecit illud corpus, cuius firmamentum ex pane constabat, & ipsum etiam quodammodo panis erat; sic etiam hic panis, vt Apostolus ait, per uerbum Dei & oratione sanctificatur, non quia comeditur, eò progrediens, vt per verbū in corpus eua-

De Sig. Tom. 2.

G

dat

SIMILITVDI-  
NES DIVINAE

dat, sed statim per verbū vt dictum est, in corpus mutatur à verbo, hoc est corpus meū. Ceterū cum omnis caro etiam per humidum nutriatur, nec enim sine humidi coniunctione, quod in nobis humidū est, in vita potest permanere, quemadmodum per solidum firmumque cibū corporis soliditatē confirmamus, sic etiam humidū natura simili augemus, quæ cum in nobis est, à facultate mutata sanguis efficitur, præsertim si per vinū eā accipiat vim, vt in calidum conuertatur. quare cum diuina illa caro partem etiam hanc ad se sustentādā acciperet; Deus autem, qui se nobis patefecit, ob eam causam sibi mortalem naturam vniuit, vt eam vnione suam diuinam redderet; idcirco cunctis credentibus gratiæ dispensatione se ipsum impertit per carnem, quæ ex vino ac pane constituitur, fideliumque corporibus coniungitur (audin' hæretice?), vt homo ea coniunctione cum immortalitatis particeps fiat. hæc autem tribuit virtute benedictionis mutans naturam rerum, quæ videntur.] Hucusque sanctus Nissenus. Audi nunc Magnetem, qui viuebat ante annos mille ducentos, & eius scripta sunt in bibliotheca Veneta: Quod verò, ait ille, non sit hoc inauditum, & horrendum, considerare licet puerum infantem, quomodo nisi manducet carnem, & sanguinem matris, non viuūt: natura enim sanguinis secundū veritatem est lac. vt autem clarius dicam, naturale aliquid narrabo, ne hoc fabulam putes. Ex terra nati sumus secundū corpus, & quodam modo carne eius, & sanguine alimur, id est frumento, & vino. Audi nunc attentē. Principio creauit filius Dei terram, ex terra hominem formauit, ex homine carnem sumpsit ipse. si igitur de corpore prædicatur terra ratione originis antiquæ, erat autem terra ratione creationis propriæ Christi creatura, & ex hac panis & vinū exstiterūt, ex ipsa rursus corpus hominis, hoc autem corpus Christus induit, meritò cum accepisset panē, & vinum, dixit, Hoc est corpus meum. ] & mox: Non enim figura est ( hoc attendant impij ) corporis, aut sanguinis, vt quidam stupida mente nugati sunt, sed potius verè corpus & sanguis Christi. ] Rursus, Quandoquidem verò corpus è terra existit, ex terra autem panis, item & vinum; quomodo non est alius ausus dicere, Caro mea verè est cibus, sanguis meus verè est potus? nempè quia nullus est creator terræ, nisi hic, nullius est creatura, nisi filij Dei. idcirco dixit, Hoc est corpus meum; mea enim, & non alterius est creatura terræ: omnes enim post terram geniti sunt, corpus à me accipientes; ego verò ante terram, à nullo hanc accipiens, ex hac corpus, id est ex mea creatura accipi, sumens carnem; ex meo igitur mea vobis propono charissima. ex terra vobis panis ad alendum exstitit, terra verò creatura mea est; ex terra similiter exstitit corpus, & hæc mea massa. ex vnione igitur, qua vnitus sum secundus cum terreno do panem, & vinum, iubens esse corpus meum, & sanguinem, etenim si Abraham, aut alius quispiam ex iustis ac sanctis dixisset, Caro mea est cibus, & sanguis meus potus, valde mentiri ausus esset; aut si dixisset, Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus: non enim hoc ipse, sed alterius esset substantia, neque manducata vitam manducantibus præberent, si quidem, quod non habet verbum viuens vnitum cum corpore, quod fuit terrenum, ad æternam vitam edentes non adduceret. Christus ergo proprium corpus & sanguinem dedit credentibus immisso eius vitali pharmaco diuinitatis. ] & iterum. Cum igitur eam, quæ caro est, vocat panem, & eum, qui sanguis, vocat vinum, docuit nos conuenienter rationi ex terra esse corpus similiter, & panem, & vnus generis substantiam in corpore, & pane. Ceterū panis communis è terræ cultura elaboratus, etsi caro quædam terræ est, tamen vitam æternam præbere non promittit, sed breue solatium vescentibus tribuit, citò eo extincto sine diuino spiritu; panis verò in beata Christi terra virtute diuinitatis vnitæ confectus solo gustu immortalitatem homini affert; mysticus enim panis, cum benedictionem patris habeat inseparabilem, illam dico, quæ in corpore & sanguine eius facta est, vnit comedentem cum corpore Christi, eumque membra Christi efficit. vt enim charta vim, quam per literas magistri accepit, discipulo tradit, & per eā cum magistro illum vnit; sic corpus, quod ille panis mysticus, & sanguis, qui illud vinum, immortalitatem intemeratæ diuinitatis participantibus tribuunt ex semetipsis, & per eam ad mansionem incorruptibilem creatoris reducunt. Caro enim Saluatoris manducata non corrumpitur, nec sanguis hic potatus consumitur; quin potius, qui edit, ad incrementum virium diuinarum venit: quod verò editur, consumi non potest, quoniam naturæ inconsumptibili quadam ratione cognatum, & inseparabiliter est coniunctum. ] Hæc Magnes, quem Turrianus refert, & eius nos aliqua fragmen-

SIMILITVDI-  
NES DIVINAE

A fragmenta habemus in bibliotheca Achillis Statij, quæ secuti sumus. Audi nunc post hos Augustinum sanctum fusiū explicantem corporis huius similitudinem. sic igitur serm. 27. in Ioannem: Signum, quia manducauit, ac bibit, hoc est, si manet, & manetur, si habitat, & inhabitatur, si hæret, & non deseritur. Hoc ergo nos docuit, & admonuit mysticis verbis, vt simus in eius corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius, quæ vnitas vera Dei dilectione seruetur, vt corpus suum corpori suo, id est nobis vnatur. ] & sermone de sacramentis fidelium feria secunda Paschæ: Quia passus est pro nobis, commēdauit nobis in isto sacramento corpus, & sanguinem suum, quod etiam fecit nos ipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus, & misericordia ipsius, quod accipimus, nos sumus. quia igitur corpus Christi sumus, qui corpus Christi accipimus, non solum capiti per dilectionem, sed etiam cum membris nostris inuicem vniri debemus. ] repetit eadem serm. 26. in Ioan. & 3. in psal. 130. 142. & serm. de sacramento. quæ recitat D. Algerus libro primo capite 111. de sacramento. Hinc Paschasius Abbas Corbeiensis ante annos ferè octingentos, libro de corpore & sanguine Domini, capite 7. Generalis Christi Ecclesia, corpus eius est, vbi Christus caput, & omnes electi membra dicuntur, ex quibus vnum colligitur quotidie corpus in virum perfectum, & mensuram plenitudinis Christi. corpus autem Christi sponsa videlicet Dei Ecclesia iure dicitur, iuxta illud quod Apostolis ait, Et erunt duo in carne vna: hoc inquit sacramentum magnum est in Christo, & in Ecclesia. quod si Christus & Ecclesia in carne vna sunt, vtique vnum corpus, vbi sponsus caput, singuli autem electi alter alterius membra: ex quibus videlicet quisquis tollit membrum Christi, & facit membrum meretricis, aut certè per quodlibet graue delictum membrum Diaboli, hic profectò iam non est in corpore Christi, quia factus est alterius membrum. idcirco ei iure nō licet edere de hoc mystico corpore Christi; quod sanè corpus, vt vera caro Christi fit pro mundi vita, quotidie per Spiritum sanctum consecratur, ex qua non habent potestatem edere, qui ex aduerso sunt. vescuntur autem ea condignè, qui sunt in corpore eius, vt solum corpus Christi, dum est in via, ipse carne reficiatur, & discat nihil aliud esurire, quam Christum, nihil sitire, nisi Christum, nihil aliud sapere, nisi Christum, non aliunde viuere, non aliud esse, quàm corpus Christi. Ceterū illud corpus, quod natum est de Maria Virgine, in quod illud transfertur, quod pependit in cruce, sepultū in sepulchro, resurrexit à mortuis, penetrauit cælos, & nunc Pontifex factus in æternum, quotidie interpellat pro nobis. Ad quem, si rectè communicamus, mentem dirigimus, vt ex ipso, & ab ipso nos corpus eius carnem ipsius, illo manente integro, sumamus: quæ nimirū caro ipsa est, & fructus ipsius carnis, vt idem semper maneat, & vniuersos, qui sunt in corpore, pascat. ] & D. Algerus lib. 1. c. 3. Ad vltimū etiā ne aliquid in ipso nobis alienum videatur, aut arduum, ita verè & perfectè cōmunicauit nobis se ipsum, vt visibiliter etiam corporis & sanguinis sui mirifico sacramento Ecclesiam sibi vnians, & corporans tanta gratia insigniret, vt ipse caput eius, & ipsa esset corpus suum non nomine tenus tantum, sed in veritate sui corporis verè sibi concorporatum. ] Hæc ille. Igitur hæc similitudo toties à sancto Paulo repetita depromitur ab ipsa veritate veræ cōcorporationis nostri corporis cum vero corpore Christi; sed ad hoc assertur, vt quemadmodum membra, quamuis sint inter se concorporea, & eiusdem re vera corporis, tamen non eundem, sanctus inquit, actū habent, sic quamuis re vera nos cōcorporei simus, tamen alia prorsus Christo dignitas, meritum, functioque, alia cuius nostrū: quid enim dicat aliquis commune habet oculus cum pede? sic Christi corpori sunt dotes gloriosæ, & cetera, quæ superant intelligentiam nostram, omnium diuinissima, quæ nostro corpori, quamuis cum Christi corpore conglutinetur, non adsunt, nisi respectu adiuncti. Secunda est differentia, quod quamdiu sunt in nobis illæ species sensibiles Eucharistiæ, tamdiu per Christi carnem simul adhæremus, mox autem per spiritum; membra verò corporis vnus, nisi abscondantur, semper inter se cohærent.

Octaua similitudo huic maximè affinis est, vt per Christi corpus simus inter nos coniuncti, & cum Christi corpore vt lapides vnus templi, ac domus. Hac vsus est similitudine S. Paulus, cum dixit: Nō estis hospites, & adueniæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum, & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu. ] Vsus est eadem sanctus Petrus, cum scripsit, Ad quæ accedētes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi

VII. 2.  
Ephes. 2.  
1. Petri 2.

1. Pet. 2.

tamquam lapides viui superædificamini domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum; propter quod continet scriptura, Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem, probatum, electum, pretiosum. ] Hæc Apóstolorum princeps. Huc spectant tot ac tantæ prædictiones in scripturis de Sio, de Hierusalem Dei ciuitate, ac templo, vt inter alios latè describit in Apocalypsi sanctus Ioannes. Denique, vt supra vidimus, ipsa Sibylla cecinit de templo, & æde carnea. Hinc post alios Beda in illud sancti Petri à nobis allatum scripsit: Christus lapis est, qui in carne veniens ædificationi sanctæ Ecclesiæ sese inferere dignatus est. ] Ob id in sacratissima Missa ex instituto antiquo dicimus, Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meum. ] Quod & Origenes notauit hom. 5. in diuersa Euagelij loca, sic inquit: Quando sanctum cibum, illudque incorruptum accipis epulum, quando vita pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem Domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur: & tu ergo humilians temetipsum imitare hunc Centurionem, & dicito, Domine nõ sum dignus, vt intres sub tectum meum. vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti. ] Hæc ille de tecto, in quo Christus est angularis lapis, & nobiscum veluti cū lapidibus vnus ædificij coheret. Ex his omnibus similitudinibus constat in Eucharistia verum Christi corpus esse, cui nos adiungamur, & per illud inter nos conglutinemur in vnã substantiam. In primis namque allatæ sunt hæ similitudines, vt exprimat per Eucharistiã produci inter nos omnium ærtissimam coniunctionem, & ideo desumptæ sunt à maximis omnium coniunctionibus. Deinde omnes sunt huiusmodi, in quibus vnus rei substantia coniungitur cum substantia alterius. Postremò ex ipsamet diuina scriptura, & Catholicis quibusque interpretibus liquet ad hoc illas allatas, vt designetur coniunctio substantialis inter nos & ipsum Christum.

Decima tertia classis testimoniorum. Miracula maximè clara, & diuina. Cap. VII.

MIRACULA  
CLARA.



Supremus locus detur miraculis, veluti testimoniis ipsiusmet Dei; quæ cum sint innumera, & cuiusuis generis pertinentia ad totius mudi restauracionem, vt è signis secundæ coniunctionis apparebit; hæc ea tantummodo referemus, quibus est palàm factum diuinitus in Eucharistia verum Christi corpus esse, & oculi humani viderunt, & quod est omnium mirabilissimum, videre adhuc possunt panem conuersum in ipsam Christi carnem. neque dici potest has esse præstigias: tum quia supra vidimus per Eucharistiã fugari præstigias: tum quia numquam dantur hæ, quin ex aduerso dentur vera miracula: denique numquam Deus finit edi miracula ad expressam falsitatis testificationem.

I. Sit itaque primum miraculum, quod sub tempora Arcadij & Honorij Imperatorum contrigisse narrat Simeon Metaphrastes in vita magni illius Arsenij. Nam cum quidam senex eremita haud crederet in Eucharistia verum Christi corpus esse, idque audissent alij senes, conuenere in vnum, multisque conati sunt errantem in viam veritatis reducere. cum nihil profecissent, in templum venere post multas preces ad Deum, vt senem liberaret à falsa sententia. cumque sacra, inquit Simeon, perageretur mystagogia, diuinusque panis esset propositus, infans visus est eodem tempore tribus senibus is panis, qui in sacra mensa esset propositus. Deinde cum sacerdos, ad hoc vt panem in frustra diuideret, iam manum extendisset, visus est eis Angelus, qui supernè deuolarat, & gladium in manu habebat; qui cum propositum infantem (id actum per similitudinem quamdam, vt veritas adubraretur) sacrificasset, deinde eius sanguinem fundebat in calicem; & quãdiu sacerdos panem in parua frustra fragebat, tamdiu quoque poterat videre Angelum secantem partes ex carne pueri. Cum autem accessisset is, qui errabat, senex, vt esset particeps sacrificij, carnis mundæ, & cruentæ apertè fuit particeps. Sic igitur respuit senex. ] Hæc Metaphrastes. Habetur idem apud Latinos in vitis Patrum parte secunda, libro de prouidentia & contemplatione.

Secundum narrat Paschasius Abbas Corbeienfis, qui ante annos propè octingentos viuebat. Quidam presbyter Plegils nomine cum quotidie sacratissimam Missam celebra-

ret

MIRACULA  
CLARA.  
II.

A ret ad corpus Nini Episcopi, maximo desiderio flagrare cœpit videndi Iesu in Eucharistia, non quod hac de re dubitaret, sed vt cœlesti illa voluptate diuinitus perfunderetur, qua superi in primis in obtutu diuinissimæ humanitatis Iesu toti penitus replentur, neque inuolucra panis ac vini speciem tantummodo habentia modo villo afferrent ipsi impedimentum. Post multas preces tandem vir sanctus est exauditus, viditque, & amplexatus est post hostiæ consecrationem puerum Iesum in altari, ac post multam deosculacionem dulcedinemque inde perceptam petiit vt Eucharistiã sibi sumere liceret, & in illa, quem videbat, & ad pectus stringebat, Iesum sub panis, ac vini speciebus. abscessit visio, & Eucharistiã percepit.

B Tertium refert Guimundus ex Lanfranco, qui narrat se puero in Italia contigisse, vt quidam presbyter Missam celebrans veram carnem super altare, verumque in calice sanguinem reperens sumere trepidaret: rem protinus Episcopo suo defert, quid agendum sibi sit exquirens. Episcopus, aduocatis ad consilium multis coepiscopis, de communi sententia illum & calicem cum carne & sanguine diligenter opertum summa cum reuerentia in altaris medio conclusit, ac pro diuinissimis reliquiis perpetuò hæc reseruanda decreuit.

C Quartum, quod omiseram, scribit in vita S. Gregorij Ioannes Diaconus; Nam cum sanctus populo inter publicas stationes Eucharistiã distribueret, vbi ad matronam quãdam veniens de more diceret, Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuã; vidit eam subridere. quocirca manum retrahens, & in altari deponens Eucharistiã, vocauit ad se mulierem, quid rississet interrogauit: quod, ait illa, corpus Christi vocares, quæ confeci ipsamet hæc manibus panem. Re intellecta vir sanctus precibus se cum populo dedit, ac nõ multò post particulã depositam respiciens vidit specie panis deposita conspici carnem veram; populo obstupescente, mulieri & cunctis ostendit. quamobrem rediens illa ad mentem, suum scelus detestata, veniam delicti postulauit. caroque illa ad eiusdem sancti preces in pristinam speciem paulo post est reuerfa.

D Quintum scribit Villaneus. Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo cum quidam presbyter sacratissimam Missam Parisiis celebraret in sacello quodã Aulæ Regiæ, populoque ostendendam diuinissimam Eucharistiã sustulisset in altum, pro specie panis plurimi, qui aderant, conspexere formosissimum puerum: quocirca nonnulli rogarunt presbyterum, vt tãdiu subsisteret manibus in altum porrectis, quoad Rex accerferetur. certior autem tanti miraculi factus Rex Ludouicus, negauit se eò profecturum, quod non credentibus, hæc signa existerent, sibi verò persuasissimum, verè in Eucharistia Christi corpus esse. Hoc Villaneus, qui tempora illa videtur attigisse.

E Sextum continens multa est huiusmodi. Nam sæpè ex Eucharistia sanguis copiosus emanauit, ita vt arti dæmonis id non possit adscribi. Refert simile euentum Vincentius in speculo historiarum liber 30. capite 24. Alexander Halensis in quarta par. quæst. vndecima. mem. 2. artic. 4. §. 3. Illustrissimum est illud, cuius occasione instituta est celebritas festa sanctissimi corporis Christi, de quo Panuinus in vita Urbani Quarti. Nos autem post illos duo dumtaxat exempla huius sæculi scribemus. Ac primum sit, quod accidit anno millesimo quingentesimo decimo, octauo Id. Februarij circiter horam noctis secundam, Paulus Form. in Marchiæ Brandeburgensis villa. Chnoblach è templo surripuit pixidem argenteam inauratam, qua seruabatur Eucharistia, vèdedit hostiam Iudæo, hic multis ictibus pugione confodit, integram videns iratus in tres partes cõscidit, inquit, Si tu Christianorum Deus es, temetipsum manifesta. Ibi ex hostia sanguis effluxit per oras eius. re territus Iudæus, cū particulas panno duas inuoluisset, eas misit ad suæ factionis homines, tertiam rursus pugione aggressus est; ac rursus guttulæ sanguinis emanarunt. Timens ne proderetur scelus, absumere illam voluit; cum nequiret, in flumen proiecit; enatantè misit in flammam; ex iis intactam commiscuit azymo, furnoque imposuit, qui cum foret alioquin obscurus resplenduit; & azymi massa, cui tertia illa particula commixta erat, insiluit in faciẽ Iudæi. qua re cognita Paulus forcipibus discerptus, & in cineres redactus, Iudæorū multi flammis traditi, ex quibus duo baptizati sunt, & iis caput amputatū. Hęc Surius, Pontanus historia rerū memorabiliū, & Genebrardus. Aliud simile accidit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto in Polonia. Iudæus quidam Bisheim, siue Benedictus nomine in Sachazeto Poloniæ oppido, quod tribus milliariis ab arce Louitz distat, Eucharistiã sacratissimam ab an-

De Sig. Tom. 2.

G 3 cilla

MIRACULA  
CLARA

cilla sua Dorothea Lazezla Christiana datis nummis emit, eam namque illa ore susceptam seruauit. Delatam scelestus in synagogam multis ictibus transfixit. ibi copiosus cruor emanauit. exceptum Iudæi cothelari in calicem transfundunt. Res detecta, omnes consicij flammis exusti. Hæc iidem scriptores, Genebrardus, Surius, ac Pontanus lib. 5.

VII. Septimum sit exemplum memorabile. ac perpetuum ad impios omnes conuincendos, Anno millesimo ducentesimo trigesimo nono, cum maxime Mahometanorū copiarū procederent in regno Valētiæ aduersus exiguas nostrorum, & res ad extremum redacta esset; sex è nostris duces ad Deum confugere, & Eucharistiæ percipiendæ consilium ceperunt; & quando non aderant tot presbyteri, quibus cuncti milites sua confiteri peccata possent, ipsi sex id agere constituerunt: verum dum presbyter iam celebrasset Missam, protinus ad arma conclamatum, neque sumendæ Eucharistiæ tempus superfuit. Quocirca Deo freti duces aduersus inimicos processere, presbyter inops consilij particulas sacratissimas linteolis, quæ corporalia vocamus, inuolutas, sub lapide occultauit. Victis mirabiliter inimicis, presbyter, vt prædictos duces sanctissimo Christi corpore communicaret, produxit illas particulas, sed linteolis explicatis vidit sanguineis guttis resperfas, & linteis affixas. Res diuulgata cunctos admiratione repleuit. Et haud multo post ru mor adest inimicos copiis refectis aduentare. Nostri confirmatis præsentis miraculo animis aduersus illos progressi petierunt, vt ex edito loco, quasi vexillum, in hostes lintea producerentur: quo facto in fugam conuersi inimici. Cum nostri redeuntes non conuenirent, quo loco mappulæ cum sacratis particulis reponerentur, fortibus res commissa; quibus eductis, scheda Dorchoræ oppidi ter est lecta: sed vt Dei voluntas esset testificatior, consensere, vt pixidi inclusæ particulæ summa cum reuerentia supra mitem mullam collocarentur, & quò illa libertati suæ relicta pergeret, & vbi confisteret, ibi locus esset tanto miraculo. Mira res: Dorchoram versus illa iter suscepit, & quamuis à multis aliò pelliceretur propositione pabuli, numquã tamen conuicuit, donec eò peruenit, & hospitale oppidi ingressa subsistit in medio, ac genibus flexis est morata, ac ne quid post hac dorso exciperet minus nobile, protinus expirauit. Innumera mortalium multitudo ad tantum spectaculum confluxit: & reseruata lintea cum particulis vsque ad hæc tempora incorruptis, ac sanguine resperfis, visuntur, & quotannis publicè ostenduntur; extantque publica monumenta, quibus tanta res est consignata. Quiuis potest accedere, & tanto spectaculo, vbi velit, dignus fieri. Meminit huius post alios Ludouicus Granatensis in introductione symboli parte secunda, & Lucius Marineus Siculus lib. 5. de rebus Hispaniæ cap. de sacris ædibus.

VIII. Octauum miraculum permanens, atque huic simile cõtingit Florentiæ anno millesimo ducentesimo trigesimo, quod referunt Ioannes Villaneus, & S. Antoninus, & adhuc extat. Sacerdos quidam nomine Huguccio in æde sancti Ambrosij non totum sanguinem consecratum sumpsit in diuinissima Missa, ipsius aliquam partem dimisit. Dein verò cum calicem cepisset in manus, vidit reliquas guttulas in sanguinem conuersas, in tres partes diuidi, & protinus in vnũ coire. re obstupescens cœpit in lacrymas erumpere. Multi accurrunt; in his Abbatissa, & moniales ædis illius post multa ampullam vitream dant, in qua sacerdos sanguinem transfudit. Die verò tertia sanguis ille apparuit in carnem conuersus, intra ampullam in aëra sublatu, ex omni parte ab omni re diuisus, ac sibi metipsum innixus. Ardingus Episcopus tum Florentinus rem voluit proprius cognoscere, ac certò deprehendere: & nulli non euentum tam mirabile perspectissimum fuit. Adhuc conseruatur in æde S. Ambrosij Florentiæ intra ampullam cristallinam caro illa (quamuis eius species sint obscuratæ) cunctis eò proficiscentibus visenda, narranturque plurima in eam rem miranda.

IX. Nonum miraculum contigit Aufidæ in Piceno. Siquidem anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio quædam mulier cum sumpisset ore Eucharistiã, non deglutiit sed seruata secum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliandum sibi per beneficia. Quamobrem sic malis artibus edocta super prunas in tegula repositã proiecit, quo facto (mirabile dictum) cœpit Eucharistiã apertissimè in carnem conuersã sanguinem latè emittere, ita vt prunas extinxerit: neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit iniiciendo cinerem, puluerem, caramque apponendo. Tum nouo euentu attonita linteo tegulam cum carne diuina

A diuina & sanguine inuoluens, stabuli propinqui stercore infodit. latuit res annos septem, quamuis aliquot mirabilia euenerint, quæ vnde nam nascerentur alios quidem latebat, mulierem non ita, facti, ac sceleris sui consciam. Iis exactis illa tandem aperuit rem gestam sacerdoti; qui cum se eo contulisset, reperit intactam carnem, sanguinemque recentem, linteumque illæsum. Miraculum patefactum, cunctisque diuulgatum ex omnibus locis innumeros ad sui spectaculum commouit, & commouet adhuc post annos trecentum & sexdecim. Visitur enim caro, visitur sanguis vitreis ampullis inclusus ad tantæ rei memoriam sempiternam; neque post tanta temporum spatia quidquam ex iis est corruptum, aut tabefactum. Potest eo quiuis accedere; & proprijs oculis rem contemplari, vt maioribus fidem constantius adhibere possimus, & innumeras Deo de tot beneficijs gratias agere, & habere. His simile miraculum scribit ætate sua contigisse Arnoldus Lubecensis, id vero cunctis testatissimum fuisse scribit, in Thuringia, & diocesi Moguntina, vbi res contigit. addit tamen plurimis, ac publicè indictis precibus à Deo fuisse impetratum, vt caro & sanguis Christi reciperet species panis ac vini, Moguntiamque tantæ rei fuisse monumenta translata. Haud dissimilia refert Fulgosius libro memorabilium primo, capite sexto.

Lib. 4. hist. Slav. uo. c. 14.

*Respondetur obiectionibus hæreticorum, quæ ad septem capita rediguntur; horum quatuor hoc capite explicantur desumpta è sacris scriptis perperam intellectis. Cap. V III.*

C **R**epositum signum, vt sæpe dicemus, vno dumtaxat modo contingit ferire, certis namque loci vnus illud limitibus est conclusum, sed ab illo aberrare innumeris accidit modis. Quocirca fingi possunt innumera mendacia & argumenta aduersus vnam veritatem, veluti aberrantium sagittæ. illa tamen vna semper. Non est igitur admodum nobis de hæreticorum commentis aduersus ea, quæ diximus, curandum, neque immensus nobis est labor sumendus ad ea refellenda, quando innumera confingi possunt. Nihilominus, vt vel curiosis satisfiat, cuncta illorum deliria perstringentes in septem capita adducemus, & quam nihili sint ostendemus, illud tamen hic repetemus, vt omnium dilucidior sit explicatio, Christi corpus esse in Eucharistiã per modum substantiæ, id est, vt quomodo substantia per se non sentitur, non diuiditur, eademque potest diuinæ omnipotentis munere esse in pluribus locis, sic Christi corpus ob hoc non sentiat, non dissectetur ipsum, pluribus sit in locis, nulloque coarctetur, & quamuis illud corpus suis accidentibus ornatum sit, à substantiæ tamen vi effectus eorum temperantur, ita vt illius modum teneant, ac sequantur, neque prodant effectus suos, per quos substantia sentitur, loco coangustatur, diuiditurque, nisi quantum substantia velit. Hæc acutissime propter philosophos S. Thomas. Antiqui diuersis verbis idem uisi sunt explicasse: aiunt enim corpora beatorum maxime spiritualia, id est spiritui diuino prorsus subiecta, illius plenissima: qui quidem spiritus intime substantiam peruadit, ac permeat voluntati nostræ coniunctus. Hinc fit, vt accidentia, quæ manant à substantia, temperentur à spiritu diuino moderante illa, vt nos velimus, atque ob id mirabilia multa nascantur, quæ nos de corporibus beatis, potissimum vero de Christi corpore prædicamus. Vt enim corpus videatur, sentiat, diuidatur in partes, loco coarctetur, effectus sunt isti accidentium, quæ profuunt à substantia soli menti peruia; spiritus diuinus ista pro libito moderatur, ac regit, vbi corpora nostra peruasit, vt merito beatorum corpora dicantur spiritualia, id est subiecta omnino spiritui diuino voluntati cælitum coniuncto, ita vt quantum ad substantiam sint corporalia, quantum ad qualitates sint spiritualia. Nam quis exempli gratia puer vnquam egressus ex vtero claustra virginitatis non fregit? Spiritus sanctus hoc Virgini Mariæ dedit. Quis conclusa vndique domo solido corpore solida penetrauit? quis marmore cauato inclusus, ingenti lapide imposito, & obsignato, foras prodiit sine vlla fractione vel lapidis, vel signi? Hæc omnia, vt videbimus, corpori Christi acciderunt. Sustinuit Spiritus sanctus in iis substantiis accidentia illa, ne foras se darent, ita vt quamuis accidentia dimensionum impediunt ne corpus admittat intra se aliud corpus, admitteret tamen. Sic & Christus ambulauit super aquas, coërcens absque villo labore pondus suæ grauitatis, ne frangeret

geret aquas, similiter ascendit in cælum, & aspectus sui copiam fecit solis discipulis, non fecit aliis aëra spectantibus; non quod nullus illi foret aspectus, sed quod is non esset aspectabilis, nisi quibus uellet. sic etiam duobus discipulis ad mensam accumbentibus in Emaunte contigit. eodem modo in via, quæ Hierosolymis Gazam ducit, spiritus Domini, ut est scriptum, rapuit Philippum, & amplius eum non vidit Eunuchus, & inuentus est in Azoto. quomodo ex oculis euauit statim? quomodo euolauit? quomodo inuentus est in Azoto? Stet itaque, à spiritu diuino, ubi opus est, ita temperari accidentia substantiarum, ut illæ quidem per ea perficiantur intime, nullos tamen accidentia producant effectus, aut si quos producant, eos dumtaxat producant, quos ipse spiritus, & quo modo præscripserit. His explicatis, cognoscimus, quæ spiritus diuinus intime ac penitus omnia permeans inhibeat in corpore Christi, quod inest in Eucharistia, horum accidentium effectus, ne foras se dent, nisi quantum ipse voluerit, sed modum substantiæ teneant, quæ perse nec sentitur, nec diuiditur, nec locatur. Nimirum Christi corpus maximè omnium spirituale, nam quantum ad substantiam solummodo corporale, in ceteris omnino spirituale. Atque hoc argumentum latius post sanctorum testimonia multa adducta, & in his Augustini, persequuntur Paschasius, & Algerius suis hac de re libris. Nunc ad capita hæreticarum stoliditatum veniamus.

Ad primum caput pertinent innumera loca scripturæ diuinæ, & sanctorum, quibus asseritur in Eucharistia esse aliquid spirituale, aut illam spiritualiter sumi per spiritum, per fidem, per animi puritatem, & alia huiusmodi. In primis enim Christus ipse de Eucharistia loquens aiebat: Spiritus est, qui uiuificat, caro nõ prodest quidquam, uerba quæ ego loquor, spiritus, & vita sunt. ] En, hæretici inquirunt, quæ locutus est Christus de Eucharistia, non in eam partem sunt accipienda, quasi de uera carne sit locutus, caro namque non prodest quidquam, sed de spiritu, Verba, ait, quæ ego locutus sum uobis, spiritus, & vita sunt. Hæc isti, sed nihil colligunt. Non enim Christus dixit, se de carne uera non agere, sed, caro non prodest quidquam, quod & nos fatemur. Nam si in Eucharistia caro sola esset, aut Christus de sola carne uerba fecisset, aut de illa magis, quam de spiritu, uerū dicerent isti, sed & Christus, & nos cum Christo fatemur in Eucharistia non esse solam carnem, alioquin nihil prodest. Amplius totum id, quod est, aut agitur in Eucharistia, non ad carnem dumtaxat aut præcipuè refertur, sed ad spiritum in primis, ut illi scilicet nos ex omni parte subiiciamur, sicuti Christus, & Christi corpus est subiectum, corporaleque quo ad substantiam, spirituale quo ad qualitates. Idcirco, quod obiicitur, caro nõ prodest quicquam, id profecto uerū, si carne sola corporis nostri, caro sola corporis Christi sumeretur, sed nos uolumus spiritu nostro in primis spiritum Christi percipi, deinde carnem carne, alioquin nihil illa prodesset. Sic respondent Tertullianus libro de resurrectione, Origenes hom. 7. in Leuit. 16. & 7. in Numeros, sancti Cyprianus de Coena Domini, Cyrillus cathec. 16. Athanasius in illa uerba Euangelij, qui dixerit, Chrysostromus homil. 46. in Ioannem, Gaudentius in concilio Ephesino, Augustinus tract. 27. in Ioann. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 24. Cyrillus anachematisimo secundo. atque hoc est, quod sibi S. Augustinus uoluit iis uerbis: Respondit Iesus, hoc est opus Dei, ut credatis in eum. hoc est ergo manducare cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, ut quid paras ventrem, & dentem? crede, & manduca sti. attendebant promissa per Moysen, attendebant promissa per Christum. ille plenum ventrem promittebat in terra, sed cibo, qui perit, iste promittebat cibum, qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam. ] Hæc sanctus indicans in primis exigi non dentem, sed fidem, ut Eucharistiam manducemus, fructumque inde speratum colligamus. Hinc alibi idem, Nec hæretici, neque indigni dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris computãdi sunt Christi. ] & alibi, Tunc erit uita unicuique corpus Christi & sanguis; si quod in sacramento uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur. ] & Cyprianus, Nõ dentes, ait, ad mordendum aciuimus, sed fide sincera panem sanctum frangimus, ac partimur. ] Hæc sancti respicientes finem fructumque tanti sacramenti, quem finem fructumque sacramenti nisi assequamur, perinde est, ac si Eucharistiam nullo modo percepissemus, quin melius fuisset nisi sumpsissemus, nam qui manducat, ac bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit, ait sanctus Paulus, alioquin certissimum sumi Eucharistiam vel ab indignissimis, ut post S. Paulum tradunt Origen. sanctiq; Cyprian. Arnob. Hilar. Basil. Ambr. Hieron. August. Chrysostr. Cyrillus, Alexandr. & alij plurimi.

Ad

A Ad summam quoties ulli Catholici scriptores aiunt corpus Christi spiritualiter sumi, aut quæ de illo dicuntur spiritualiter accipienda, sic intelligemus, quando iidem ceterique uolunt omnino in Eucharistia uerum Christi corpus esse, uel quod primo loco in Eucharistia re uera est uerum Christi corpus, illudque habet spirituales maxime qualitates, quibus sit, ut loco non astringatur, non diuidatur, neque sensibus sit subiectum, & quo ad hæc spiritualiter sit in Eucharistia Christi corpus, corporaliter tamen ac re ipsa quo ad substantiam, ceterosque accidentium effectus, sit in eadem Eucharistia, ut iidem scribunt. Vel secundo, quod Eucharistiæ sumptio in primis ac potissimum refertur ad spiritum, spiritualeque coniunctionem, sine qua caro nihil prodest. Vel tertio, quod qui non potest ore Eucharistiam sumere, idem prope est, ac si spiritu sumat, animi desiderio, ac dispositione, uere illud illi conuenit, Crede, & manduca sti, ne se cruciet hic, non enim cibus est hic dentis, ac uentris, ut manna, sed spiritus in primis, ac pietatis, fideique ardentis. Hinc cum Christus dicat, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, nõ habebitis uitam in uobis, manducasse ille dicitur, qui cum re ipsa non potuerit, animi tamen dispositione manducauit. Quamuis SS. Hilarius, Cyrillus, Chrysostromus, ac Basilius asserat præterea, eum qui re ipsa non manducat, non habere in se ipso uitam per Christum, sed in ijs, qui sumplere Eucharistiam. Ob id S. Cyrillus aiebat ignem sèno iniectum ex uña parte flammam in totum spargere, & Chrysostromus paruo fermento totam massam peruadi.

Secundum caput argumentationum ab hæreticis confictarum est, quod sæpe Catholici doctores aiunt Eucharistiam esse figuram corporis Christi, signum, similitudinem, rem representantem Christi corpus, & alia huiusmodi, ut illud à Græcis uisurpatum esse, ἀντίτυπον addunt ad hæc Eucharistiam sæpius uocari panem in diuinis scripturis, non itaque est Christi corpus. Sed respondetur ab iisdem doctoribus, & sanctis Catholicis, quod res cõspiciæ in Eucharistia, siue species illæ sensibiles sunt figura, signa, similitudines, ac sacramenta corporis Christi, quod sub aspectum, & sensum nullo modo cadit, sed uerum ibi corpus, cuius sunt signa, similitudines, figuræ, sacramenta, res illæ sensibiles, quibus occultatur quodammodo uerum Christi corpus.

Similiter quæ sensibus in Eucharistia subiiciuntur, sunt signa, ac similitudines effectuum sacramenti. sicut enim pane & uino solent homines alij, sic Christiani carne Christi, per quam diuino spiritu replentur, ac ueluti panis è multis granis, uinum è multis acinis in unum confluentibus conflatur, sic nos cum multi simus, in unum conuenimus per hoc Christi corpus, cui conglutinamur. Ob has igitur duas causas Eucharistia dicitur figura & signum corporis Christi, tum quia Christi corpus accidentibus ijs uisibilibus signatur, cum sit inuisibile nobis, tum quia signantur effectus, qui producantur à corpore illo. sic Christus dicitur splendor paternæ gloriæ, figura substantiæ eius. Numquid igitur Christus non uerus, sed adumbratus? Similiter Apostolus uocat passionem, resurrectionem, ascensionem magnum pietatis sacramentum. non igitur illa uera? & de Christo nonne dicit Apostolus idem, Habitu inuentus ut homo, & in similitudinem hominum factus? non itaque uerus homo Christus.

Quod uero Eucharistia uocatur panis, respondemus primo loco, ob id uocari panem, quia fuit antea panis. sic Genes. 3. Eua dicitur os Adam: Exodi 7. uirgæ conuersæ in dracones, adhuc uirgæ uocantur. sic etiam Matthæi 11. scribuntur cæci uidere, claudi ambulare, & 21. meretrices ac publicani præcedere in regno cælorum.

Secundo uocatur panis, quia solent diuini libri sic res nominare, ut extrinsecus apparent, & qualis est earum species, & imago. Hinc æneum serpentem uocant simpliciter serpentem, Angelos, qui apparebant in forma humana, uiros, boues æneos, malograna, Cherubin, & similia templi ornamenta ijs nominibus designant, quibus ipsæ res notantur, qualis nullo modo sit eadem substantia, uel etiam prorsus eadem figura. Ob id Eucharistia uocatur panis, quia talis est species illius.

Tertio uocatur panis propter effectus quodammodo similes, ac sibi respondentes. Nam ueluti panis maxime nutrit corpus, sic longè excellentius nos nutrit Eucharistia: & multo diuiniore nobis refert, ac præstat, quam panis. Ob has igitur causas omnes simul iunctas uocatur sæpius Eucharistia panis uocabulo.

Tertium caput obiectionum est, quæ colliguntur è multis locis tam diuinæ scripturæ, quam sanctorum Patrum, quibus asseritur Christum non uersari, aut amplius esse in terris, sed in cælo esse, neque inde in terras delabi: in symbolo namque Apostolico est, Sedet ad

ad dexteram patris, & ipse de se ipso dixit, Pauperes semper habebitis vobiscum, me autem semper non habebitis. ] sed ad hæc respondent sancti doctores, Christum non futurum nobiscum quo ad duo; primum quidem quo ad consuetudinem apertam, & familiarem, secundum vero quo ad corporis perfections. His duobus modis non est in tertis, non habemus eum, sed futurus est nobiscum vsque ad consummationem sæculi modo quodam diuino, non solito, ac naturali, vel vt est in sacramento, vel vt sæpe hominibus piis, aliisve etiam certas ob causas solet apparere. Quocirca verum est, à Christo relictum mundum, non eum nos semper habituros. neque tamen falsum, futurum nobiscum vsque ad consummationem sæculi. Hinc Tertullianus, Vocabitur, inquit, nomen eius Emmanuel, quod interpretatum est nobiscum Deus, sic Christus ipse dixit. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, est ergo nobiscum Deus, immo multo magis in nobis est, & Origenes contra Celsum, Deus, ait, pro sua bonitate non loco, sed prouidentia descendit ad homines, & Dei filius non modo tunc, cum in humanis ageret; sed continenter cum discipulis manet, illud sedulo exsequendo, quod dixerat: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Atqui si vitis nequit fructum producere, nisi in vinea manserit, hoc est in Christo Dei, qui vt nobiscum in terris quantum ad locum diuersatur, & his præsto vbique sit, qui sibi adhæserint, alioquin vel nescientibus vbique terrarum adest. & S. Augustinus, Quid enim, inquit, non semper, & semper? si bonus es, si ad Christi corpus pertines (quod significat Petrus) habes Christum & in præsentia, & in futuro, in præsentia per fidem, in præsentia per signum Christi, in præsentia per baptismatis sacramentum, in præsentia per altaris cibum, & potum. His verbis Augustinus ascendit gradatim ad coniunctiones Christi arctiores nobiscum. & S. Chrysostomus, Helias, ait, melotem discipulo reliquit, filius autem Dei ascendens nobis suam carnem dimisit, sed Helias quidem exutus, Christus autem & eam nobis reliquit, & ipsam habens ascendit. Quamobrem dicta illa Augustini, quæ pluribus in locis scripta reliquit, Christum absentia corporali abesse à mundo, non esse nobiscum secundum id, quod de Virgine nasci dignatus est, corpus eius in vno loco esse oportere discessisse è mundo, nos reliquisse absentia corporali hominem à nobis discessisse non Deum, illius corpus in celo nunc esse, inde loqui in terra; similiter alia Cyrilli, non potuisse Christum cum Apostolis carne conuersari, qui in celos ascenderit, eum nunc carne abesse, nec discipulos potuisse carnis præsentia seruari, sed diuinitatis ratione, qua vbique sit, oportere fideles credere Christum à nobis nunc corpore abesse; & illa Vigilii, à Christo naturam humanam suam à mundo ablatam; secundum humanitatem eum recessisse, forma serui, quam in celum abstulit à nobis abesse, intelligenda sunt necessariò Christum abesse à nobis modo illo consueto, quo cuncta aliis adest dicere solemus; quo adest beatis, & adfuit discipulis suis, & sine quo res non adest, sed abesse affirmamus, & quamuis extraordinaria quadam ratione dici possit ac debeat esse nobiscum; tamen si & consuetudinem loquendi spectemus, & hos inuicem modos comparemus, nemo non dicet à nobis abesse Christum, illa namque abesse dicimus, quorum cum possit esse, nullus tamen est nobis aspectus, neque est aliquid eorum, quod sensibus obiciatur. S. Augustinus hac in re elegantissime ludit cum dicit: Eia fratres vbi Dominus voluit agnosci? in fractione panis. securi sumus, panem frangimus, & Dominum agnosimus, noluit agnosci nisi ibi propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem, quisquis ergo fidelis es, quisquis non inaniter Christianus vocaris, quisquis verbum Dei cum timore & spe audis, consolatur te fractio panis: absentia Domini non est absens, habeto fidem, & tecum est, quem non vides. Hæc S. Augustinus, qui dicit, absentiam Christi non absentem: licuisset eodem modo dicere presentiam non presentem, corpus non corpus, carnem non carnem, locum non locum, atque alia huiusmodi infinita. Est igitur semper nobiscum Christus vsque ad consummationem sæculi, Emmanuel est, & nihilominus quodam modo non est nobiscum: vtrumque verum quo ad idem corpus, quod, vt videbimus, potest esse per omnipotentiam diuinam pluribus in locis, sed adest tamen diuerso modo, ille autem quo adest in Eucharistia, est humanus modi, vt absit à nobis quo ad duo maxima, & præcipua, quibus adest corpora humana nobis dicuntur, quæ perpendens S. Augustinus videtur contraria sibi aliquando dixisse, sic enim alicubi; Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi estis; & bibituri illum sanguinem, quem fufuri sunt, qui me crucifigent. ] contra idem: Hoc accipite in pane, quod pendit in cruce, hoc accipite in calice, quod fustum est de Christi latere. ] quid contrarium

Lib. 1.

Tract. 50. in Ioan.

Hom. 2. ad pop. Antioch.

Ser. 140.

rium magis hoc, & non hoc, ipsum, & non ipsum? sed hoc quantum ad substantiam, non hoc quantum ad qualitates.

Quartum caput argumentorum est, quibus asserunt impij esse inhumanum, & impium, Christi corpus dentibus nostris atteri, similiter tincis, & vermibus, vt in Eucharistia speciebus contingere potest, excedi, & corrumpi, aut etiam digeri à ventre, & quod nefas dicere, abire in secessum aliquid ex Eucharistia. Sed ad hæc omnia facillimè sancti Patres respondent. Nam quod inhumanum videatur humanas carnes comedere, hoc & ipsæ gentes Christianis obiiciebatur dicentes ab iis Thyesteas cœnas agitari, vt refert Eusebius in litteris, quas ad Ecclesiam dederunt Martyres Lugdunenses, idem constat ex Apologia S. Iustini, & Tertullianus repellit hoc crimen falso Christianis impositum iam inde ab imperio Tiberij, vt ipse scribit. Idem liquet ex Apologia Theophili Antiocheni, Athagoræ, Minutij Felicis, qui refert à gentibus iactari solitum aduersus Christianos, quod infantem farre contectum in frusta conscinderent, ac comederent, & hoc sibi voluit Plinius, cum scribit ad Traianum, Christianos conuenire ad capiendum cibum innoxium, & communem, vt scilicet Imperator cognosceret falso Christianis impositum, carnes ab ipsis humanas edi. Dicimus itaque vna cum Sanctis, Christi corpus esse omnino incorruptibile, & indiuisibile, locoque non adstringi, cum sit quo ad officia accidentium quibus illud perfectissime ornatur, maxime omnium spirituale, quamuis substantiæ omnino corporalis. sed sicuti verè asserimus, aliquem dictis proscindi, dilaniari, lancinari, cum fama, qua ornatur ille, diminui solet, ac sicuti etiam verè asserimus hominem dilacerari, in frusta discerpi, cum tamè animo, qua parte maximè est homo, id non contingat, tantum qua parte corpore circumdatur, sic Christi corpus, quatenus est sub panis ac vini integumentis, dicitur atteri, comedi, morsibus peti, dentibus cõfigi, integrum tamè est illud semper sub quo eumque fragmento vel paruulo, vt ostendemus, definit porro esse in ijs speciebus panis ac vini, quoties illæ quocumque modo corrumpuntur, siue per digestionem siue per resolutionem in cinerem, siue per quamlibet cõsumptionem. Nihil igitur indigni patitur illud sacratissimum corpus, sicuti neque radius Solis, quacumque se infuderit. sic respondet Origenes cap. 15. in Matthæum, & S. Dionysius Alexandrinus, vt supra ostendimus in classe doctorum. Hinc S. Cyprianus loquens de iis, qui offensi fuerant verbis Christi dicentis carnem suam comedendam, sic ait, Horrendum eis, & nefarium videbatur vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius elixam, vel assam sectamque membratim edere docerentur, cum illius personæ caro si in frusta partirerur, non omni humano generi posset sufficere, qua semel consumpta, videretur interiisse religio, cui nequaquam victima superesset, sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quicquam: quia, sicut magister exposuit, verba hæc spiritus & vita sunt, nec carnalis sensus ad intellectum tantæ profunditatis penetrat, nisi fides accedat. vniuersa ad has epulas inuitatur Ecclesiæ, quæ omnibus portio datur, integer erogatur, distribuitur, non dismembratur, incorporatur, nõ iniuriatur, recipitur, non includitur, cum infirmis habitans non infirmatur. ] Et S. Augustinus in psal. 98. Durum, inquit, illis visum est, quod ait, Nisi quis manducauerit carnem meam, non habebit vitam æternam, acceperunt illud stulte, carnaliter illud cogitantes, & putauerunt quod præcisurus esset Dominus particulas quasdam de corpore suo, & daturus illis. ] Hæc isti explicantes nihil indignum cadere in corpus Christi, cum sit quo ad effectus accidentium, propter quos videntur absurda quædam cadere in illud, omnium maximè spirituale.

Rursus ne videatur inhumanum comedi à nobis Christi carnes, exemplo elegantissimo totam re pulcherrime explanat Magnes, vt supra attulimus eius verba in classe similitudinum, & innuntiat idem Clemens Alexan. SS. Iren. Chrysost. & Aug. Infantes enim, dicunt hi, lac sugunt, & comedunt, quod quidem est pars corporis materni, pars carnis maternæ. Non igitur horrèdum, si mirabiliori quodam prorsusque diuino modo nos Christi carnem comedamus. Et aliorum quidem doctorum verba supra sunt a nobis allata locis suis: Irenæi vero sicut hæc, quod dicimus, subobscurius indicantia, Propter hoc, quasi infantibus ille, qui erat panis perfectus Patris, lac nobis semetipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi à mamilla carnis eius (nimirum per Eucharistiam) enutriti, & per talem lactationem assueti manducare & bibere verbum Dei, & eum, qui est immortalitatis panis, qui est spiritus Patris in nobis ipsis iam continere possimus. Hæc sanctus de pane spiritus verbi humanitatisque Christi percepto per Eucharistiam, in qua comeditur caro Christi

IIII.

Ternl. in apo. c. 7. 8. 9.

Iren. lib. 4. c. 74.



Christi, ut ab infante caro matris in lacte existens. Eadem post hos D. Algerus, & alij A  
posteriores. Quibus omnibus explicandis operæpretium iudicamus adnectere, quæ Ni  
cetas Coniata scribit imperante Alexio Angelo Constantinopoli inter Græcos agitata,  
ac decreta fuisse ad hanc rem maxime pertinentia: In quæstione, inquit ille, utrum Chri  
sti corpus post perceptionem incorruptibile sit, quale post passionem, & resurrectionem  
fuit, an corruptibile, sicut ante passionem, alij dicebant incorruptibile esse, quod diuino  
rum mysteriorum perceptio, confessio, & recordatio quædam Domini propter nos mor  
tui & rediuiui sit, ut magnus in Theologia Cyrillus tradit, quam partem quisque accipit,  
ab eo Christum integrum percipi, quem Thomas palpauit, eumque comedi post resurre  
ctionem, ut Ioannes Chrysostomus affirmat his verbis, O rem miram, qui ad dexteram  
Patris sedet, in nostris peccatorum manibus sedet. ] & alio loco: Floruit in lege, adoleuit in  
prophetis, maturuit in cruce, comeditur post resurrectionem; neque enim aliud id est B  
quod percipitur, quam corpus illud, quod morte superata vitam nostram est auspica  
tum, ut enim paruum fermentum totam massam fermentat, ac similem sibi paremque red  
dit, ut S. Apostolus ait, sic immortale factum Dei corpus cum in nostro corpore fuerit, to  
tum id in se commutat, & transfert. ] Ait & Magnus Euthymius: Torum igitur sacrosan  
ctum corpus, & pretiosum sanguinem Domini accipit homo, etsi horum partem aliquam  
acceperit. Distribuitur enim impartibiliter inter omnes propter immixtionem; ut vnum  
sigillum omnes imagines suas omni materiæ imprimit; & vnum manet etiam post com  
municationem non imminutum, non immutatum in ea, in quibus est expressum, etsi nu  
mero plura fuerint. eodemque modo vna vox ab aliquo prolata, & in aere diffusa, in eo,  
qui eam protulit, tota manet, & per aërem rota ad aures profertur, nemine auditorum plus C  
minulve percipiente, sed tota est indiuisibilis, & integra apud omnes; etsi decem millium  
superent; quamuis ipsa corpus sit. ] Hæc scriptor ille de sententia omnium Græcorum,  
immo Ecclesie totius. Eadem verò Samonas Archiepiscopus Gazæ in sua de sacramento  
hoc disputatione. Ad hæc igitur capita cunctæ obiectiones hæreticorum redactæ, quæ  
videntur à sacris libris desumi, ex iisdem facile dissoluntur.

*Diluuntur tria capita argumentorum, quæ à philosophis videntur de  
prompta. Cap. IX.*

**R**eliqua sunt nonnulla argumenta, quæ à Philosophis desumpta, & ab ipsis  
Catholicis multo ante quam desiperent hæretici isti, considerata, & con  
futata sunt. Horum primum caput est, fieri vel ab ipso omnipotenti Deo D  
non posse, ut idem corpus sit in pluribus locis. Nos contra asseueranter  
affirmamus, sententiamque nostram pluribus corroboramus, in quibus est  
illud omnium fundamentum, Nihil non posse Deum; ut initio totius tra  
ctationis ostendebamus ex ipsis profanorum dictis. Neque dici potest, hoc de quo agi  
mus, Deum non posse, quasi implicet, ut aiunt, contradictionem, atque ipsimet essentia rei  
repugnet. Multis enim modis hoc diluimus.

- I. Ac primo, illa implicat contradictionem, quæ tollunt esse rem, ita ut dicatur res esse,  
ac non esse. At esse in loco, non est essentia corporis, siue etiam corpus, aut ipsum corpus,  
sed quid extraneum: vltimum namque cælum corpus est, & tamen in loco non est. ergo  
non tollit, ut corpus sit, ac sit in pluribus locis, vel in vno loco.
- II. Deinde secundo loco Philosophi acutissimi è nostris, quibus nullum possunt impij pa  
rem producere, sed quid parem dico? neminem, cui sit vmbra philosophi periti, statue  
runt non aduersari essentia corporis esse in pluribus locis, ut est saltem sub sacramento,  
seu modo sacramentali. Nam qualis Albertus Magnus, Alexander Halensis, S. Thomas  
& Scotus, innumerique istorum discipuli? & audent impij tantum sibi arrogare, ut in phi  
losophicis assequi se posse istorum vestigia villo modo credant?
- III. Tertio, quod in scripturis sacris ab omnipotentia Dei non excipitur, neque nos exci  
pere debemus. stat enim communis illa mentibus humanis infixæ prænotio, ac dignitas,  
Deus omnia potest, cui nos derogare haud debemus, nisi Deus ipse palam deroget.  
Secundum sit, quo probamus, idem corpus esse posse in pluribus locis, quoquomodo  
id fit per omnipotentiam diuinam. Nam sæpius contingit, ut idem corpus in pluri  
bus locis fuerit. Exemplum primum sit in scriptura Christus apparuit Paulo Apoστο  
lo in

A lo in terris, ut habetur Actorum cap. 9. & 22. & tamen nemo dicet illum cælo delapsum,  
vel reliquisse cælum, conuenimus namque omnes, Christum numquam discedere è cælo  
cum sit in symbolo Apostolico, Sedet ad dexteram Patris, & ps. 109. habetur, Dixit Domi  
nus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum,  
& Actorum c. 3. de Christo dicitur, Quem oportet cælum suscipere, vsque ad tempus resti  
tutionis omnium, & ad Hebræos c. 9. ait Apostolus de Christo, Secundo sine peccato appa  
rebit expectantibus se in salutem, Neque dici potest apparuisse Christum Paulo per adum  
bratum fictumque corpus. Nam 1. Corinth. c. 9. ait de se Paulus: Nonne Dominum no  
strum vidi? ] at videre figmentum, non est videre Dominum & cap. 15. enumerans, qui  
Christum viderant, postquam resurrexit, de se ait; Nouissimè tanquam abortiuo visus est  
mihi. Quod si effigiem fictam vidit, non visus esset ipsi ut aliis, qui proprius Christum ve  
rum, non adumbratum conspexere.

B Tertio loco Act. c. 22. Ananias inquit ad Paulum, Deus patrum nostrorum præor  
dinauit te, ut cognoscas voluntatem eius, & videres iustum, & vocem audires ex ore  
eius. Hæc ille. at qui si vox illa erupisset ex vmbatili forma Christi, falsa essent omnia,  
quæ asserit Ananias, visum à Paulo iustum, ex ore eius auditam vocem.

Quin quarto loco Christus ipse ad Paulum dixit, Ego sum Iesus, quem tu persequeris,  
cū dixisset antea Paulus ad ipsum, Quis es Domine? ] Numquid vero dicemus, vel Paulum  
locutum de re inani, spectroque, vel Christum de spectro dixisse, Ego sum? Quinto Act.  
c. 26. Christus ipse Paulo dixit, Ad hoc apparui tibi, ut constituam te ministrum, & testem  
eorum, quæ vidisti. ] Quod si res effectas vidit Paulus, haud satis fuisse electus bonus tes  
tis; præsertim resurrectionis Christi, sine qua, ut inquit ipse, inanis est fides nostra, neque

C testis est idoneus ad Christi resurrectionem testificandam, qui non ipsum, sed eius simu  
lacrum vidit. Neque similiter asseri potest, Christum fuisse super omnem ambitum cæli,  
ita ut è loco non se mouerit, cum vidit eum Paulus. Nam quoties id contingit, ait diuina  
scriptura cælos aperiri, ut in visione sancti Stephani, quod non habetur in visione Apoστο  
li. Secundo autem loco cum Paulus interrogauerit, Quis es tu Domine? ] apparet Chri  
stum corpore illi fuisse propinquum: alioquin si in cælo ipsum vidisset, haud dubitasset qui  
nam fuisset. Tertio lux, è qua vox audita est prodisse, erat in modum globi, qui Paulum  
circumfulgeret, ergo ibi Christus erat: alioquin haud diceret S. Lucas, Lux eum circumful  
sit, nam si lux illa è cælo in terras continuata esset, & ab aliis visa fuisset, nec proprie Pau  
lum circumdedisset. Quarto idem dicendum foret de voce, si è cælo, vsque ad aures Pau  
li peruenisset: ab aliis enim percepta fuisset, & tamè Act. c. 22. scribitur à sociis Pauli non  
D auditam vocem eius, qui loquebatur, quamuis secus c. 9. videatur dictum, nempe audi  
tam, quod intelligendum vel quantum ad verba non audita, sonum verò perceptum,  
vel quantum ad conspectum pronunciantis, sed siue hoc, siue illud dicamus, necessario se  
quitur, Christum Paulo propinquum fuisse, & quodammodo in aurem sic ei locutum, ut  
sonus quidem vocis perciperetur, non autem verba vocis.

Sexto narratur Act. 23. Paulo in carcerem coniecto, adstitisse Dominum nocte,  
& dixisse, Constans esto. Assistere autem non est è cælo videri in terris, sed in terras è cæ  
lo ratione aliqua delabi. Non delabatur Christus, ut illinc recedat: ergo pluribus in lo  
cis esse potest. Iam vero sicut Christus re vera in terris apparuit sancto Paulo, sic sæpius  
alias plurimis sanctis hominibus, ut referunt probatissimi scriptores, quibus nolle crede  
re prorsus est peruicacissima mentis. Vnum satis sit attulisse exemplum. Narrat Iosip  
pus Petro adstitisse Christum prope Romam, dixitque interroganti, quo iret, Romam, ut  
iterum crucifigat. Meminere illius rei, Origenes, Athanasius, Ambrosius. exstat adhuc  
Romæ euenti istius monumentum, & innuit hoc Christus, cum Petro dixit, Alius præcin  
get te, & ducet, quo tu non vis. ] & Petrus ipse in epistola vltima sua iis verbis, Secundum  
quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.

Tertium sit quo probatur idem corpus posse diuinitus esse in pluribus locis. Potest An  
gelus esse in pluribus locis, dummodo illorum nullum æquet totam ipsius vim, totam ipsius  
exhauriat potestatem. at potest hoc Angelus vi naturæ sibi à Deo datæ, ergo multo  
magis Christi corpus adiunctum diuinitati hoc poterit. Quod Angelo hoc haud ne  
getur, post alios late probat Dominicus Banes in Summam sancti Thomæ. Conueni  
re autem videtur inter discipulos sancti Thomæ, & Scoti, omnino posse Angelum plu  
ribus in locis esse, siue illa sint aqua ipsius virtuti naturaliter data, siue eam superent,  
De Sig. Tom. 2. H cum

Iosep. de exci.  
fero. lib. 3. c. 2.  
Orig. to. 2. in Io  
an. Act. apol. 4.  
Ambr. Auxent.

par. 1. q. 62. ar. 2

cum Deus dat ei nouam potestatem, à qua valeat pluribus in locis inter se omnino di-  
 functis operari. Quin Deus potest efficere, vt anima nostra sit in pluribus locis inter  
 se diffinitis, ita, vt exempli gratia, det vitam motumque brachio abscisso, vel a-  
 lij parti abscissa à reliquo corpore, quod videmus in animalibus, quæ vocantur in-  
 secta, lacertis verbi gratia, reptilibus multis, ac serpentibus, quamuis dicamus diuidi  
 in partibus diuisis animam. atque hoc est ad eò verum, vt innumera exstent experimen-  
 ta huiusce rei in corporibus humanis, quæ nos colligimus ac referimus signo de ad-  
 mirandis affectionibus cadauerum sanctorum. Ac ne dicamus id contingere in moru  
 dumtaxat ac vita, qui sunt effectus animæ, non etiam in intelligentia ac ratiocinatio-  
 ne; asserimus adhuc posse diuinitus animam vno in loco intelligere, & in pluribus inter  
 se abiunctis, aut corpori vitam dare in vno loco, & in alio ratiocinari, aut aliud quod-  
 uis agere. Hoc colligitur ex illo Pauli testimonio, cum dicit se raptum vsque ad ter-  
 tium cælum, & vidisse arcana, quæ non licet homini loqui, adicit autem se nescire an  
 in corpore id acciderit, vel extra corpus, ergo mens Pauli poterat audire in corpore,  
 & extra corpus adhuc viuens. Plurima sunt huius, quod hic dicimus, exempla in vi-  
 tis sanctorum. Quin Plinius refert animam Hermetimi cuiusdam Clazomenij errare  
 solitam extra corpus, quod interim semianime relinquebatur, & plurima è longin-  
 quo narrare, quamuis huic exemplo non omnino stemus. Quis itaque deneget hoc cor-  
 pori Christi, quod animæ humanæ datur? Spirituales est, inquiunt, anima, & nos  
 dicimus efficere Deum posse, vt quo ad esse in loco corpus sit quodammodo spirituale  
 quo ad hoc accidens.

Quartum sit, quod plurium sanctorum corporibus hoc videtur aliquo modo diuini-  
 tus interdum fuisse concessum, vt esse in pluribus locis potuerint, quod nos signo suo no-  
 tauimus in secundæ coniunctionis signis. Vnum refert sanctus Augustinus cap. 17. de  
 cura pro mortuis.

Quintum sunt plurima argumenta à philosophicis diffinitionibus deprompta, qui-  
 bus hæc assertio corroboratur, quæ si quis videre latius cupit, adeat Alexandrum Ha-  
 lensem, Riccardum, Scotum, discipulosque istorum, neque sanctus Thomas negat id  
 fieri diuinitus posse eo modo, quo fit in sacramento diuinissimæ Eucharistiæ. sic igitur  
 illi inter alia: Esse in vno loco, est posterius ipsa re, ergo ab illa diuelli potest. Præ-  
 tera vnum, quod aiunt, prædicamentum potest esse sine alio, ac corpus est alterius præ-  
 dicamenti, quam sit esse in loco. Deinde vt sit vna res, sit ab vna forma & materia,  
 non ab vno loco, non itaque sequetur quominus sit vna res ac pluribus sit in locis. Ac-  
 cedit huc, quod duo corpora possunt esse in vno loco, vt infra ostendetur, multo autem  
 magis idem corpus in pluribus, nam magis proprium corporis est locum reple-  
 re, ac prius replet locum, quam sit in loco. Adhuc esse in loco est solum quidam  
 respectus loci, ac locati: quid vero prohibet respectum ad alias res in vna re multipli-  
 cari?

Sextum sit, vt finem denique faciamus, quod antiqui, & maxime pij, doctique scri-  
 ptores id fieri posse tradiderunt, vt idem corpus sit in pluribus locis diuina virtute.  
 Inter hos post Tertullianum, & Origenem, SS. Magnes, Basilus, Ambrosius, Arno-  
 bardus, Primasius, Anselmus, Cyrillus, vt omittamus cum multis Græcis Theophy-  
 lactum, sed audiamus ex istis aliquem. Sic igitur Magnes, Palsurus, ait, paulo post etiam  
 impleturus œconomiam mortis, necessariò aiebat non semper discipulos habituros ma-  
 gistrum, sicut scriptum est, Me autem nō semper habebitis, postquam vero mortem vicit,  
 & immortalis factus est ex mortali, & vt semel dicam, humanitas diuina effecta, potesta-  
 tem suam nullis terminis diffinitam ait fore omni loco discipulis suis præsentem, & non  
 concludi vel circumscribi tempore, neque loco, neque corpore, neque quantitate, ne-  
 que qualitate, neque colore, neque umbra, neque præterito, neque futuro, neque præsen-  
 ti. Itaque post resurrectionem neque locus, neque tempus, neque magnitudo, neque qua-  
 litas, neque longitudo, neque latitudo, neque profunditas circumscribit, sed vbique, siue  
 in Occidente, siue in Oriente quis Christum inuocauerit, antequam inuocet illū, est inue-  
 nire Christū: inseparabile enim verbo Dei organū corporis. sic latronē in paradisu ducit,  
 & Apostolis vsque ad consumationē sæculi aderit. & Arnob. lib. 1. Vnus, ait, fuit è nobis  
 Christus, qui post mortē & resurrectionē innumeris se propterea luce detexit, qui iustissimis  
 viris

Tert. ad Mar.  
 Orig. in Col.  
 lib. 2. Mag. lib.  
 3. Ecc. Apo. Bas.  
 in Leu. Ambr.  
 c. 9. Cor. 1. Aug.  
 in illud, modi-  
 cū. Chryl. hom.  
 3. lib. 3. de faci-  
 lita. in polyu.  
 Ber. serm. 2. de  
 ega. Alg. lib. 1.  
 cap. 2. Primas.  
 Anf. in cap. 10.  
 Heb. Cyril. lib.  
 12. in Ioan. c. 32  
 Theoph. cap. 9.  
 Ioann.

A viris etiam impollutis, ac diligentibus sese, non per varia infomnia, sed per suæ simplici-  
 tatis speciem apparet, At Bernardus, Vnde hoc nobis, ait piissimè Iesu, vt nos vermiculi  
 reptantes super faciem terræ, nos inquam, qui & puluis & cinis sumus, te præsentem ha-  
 bere mereamur, præ manibus, præ oculis, qui totus & integer sedes ad dexteram Pa-  
 tris, qui etiam vnus horæ momento ab ortu Solis vsque ad occasum, ab Aquilone ad  
 Austrum præsto es omnibus, vnus in multis, idem in diuersis? Sic vero Algerus, Si tantæ  
 facilitatis futura sunt sanctorum corpora, vt adimplendam spiritus voluntatem nulla  
 sua tarditate impediatur, quid de corpore Christi capitis nostri credendum est? cui  
 non modo facilitas, qua non tardetur ad faciendum quod voluerit, sed etiam, vt ipse  
 ait, omnis potestas data est in cælo, & in terra, vt cum Deo in vnitæ personæ omnia  
 possit, si corpora nostra spiritualia futura sunt, quia spiritui corporaliter vnita quid cor-  
 pus Domini, nisi diuinum, quia Deo vnitum? Carnem igitur diuinam substantialiter qui-  
 dem eandem cum Deo non dicimus; sed cum Apostolus dicat, Omnia subiecta sunt ei,  
 præter eum, qui subiecit ei omnia, testetur & ipse Dei filius omnem potestatem sibi datam,  
 profecto sic in vnitæ Deo coniunctam credimus, vt quod habet Deus per naturam, hoc  
 habeat ipsa per gratiam. cum ergo nos habituri simus, Angeli etiam modo habeant, vt  
 quantacumque locorum interualla nullo fere temporis interuallo nimia sua celeritate  
 pertranseant, non hoc tamen habent vt vnde recedunt ibi permaneant, Quo priuilegio  
 sola Christi caro supra omnem creaturam à Deo exaltata, super ac præter omnem natu-  
 ram insignita, vt per omnipotentiam in cælo & in terra datā vbicumque quomodocumque  
 sibi placuerit non de loco ad locum transeundo, sed ibi vbi est remanendo, & alibi vbi-  
 cumque vellet, substantialiter tota esse possit, vel in quo differt ab Angelis, quibus  
 est superexaltata, si non aliter de loco ad locum, quam recedendo, posset esse & in terra  
 & in cælo? Natura humana in ictu oculi tot terrarum, maris, aëris spatia ab Occidente  
 ad Orientem videndo solem transuolans atomi momento æquare videtur; & cum Ange-  
 lorū celeritas sit velocior in quo his creaturis caro Christi superexaltabitur, si quod est  
 in cælo, & in terra non potestati, sed celeritati adscribitur. vt ergo in cælo, & in terra om-  
 nipotentiam se habere Christus ostenderet, deificum corpus suum cælo illaturus, & mun-  
 do daturus, quod quantum ad humanam formam nobis abstulit, non minus tamen sub-  
 stantialiter & vere in sacramento corporis & sanguinis sui nobis obtulit, vt hic, & ibi  
 præfens corporaliter, utpote homo vnus personæ cum illo, quicum est, qui nusquam  
 deest, & ibi reconciliationem cum Patre, & hic in altari redemptionem, remissionem-  
 que peccatorum nobis operatur, sicut semel fecit in cruce, dum ipsum corpus suum in  
 ora fidelium singulis diuiditur, & vnum totum vniuersis indiuiduum & integrum habe-  
 tur. Quomodo tamen Christi corpus & cælo & mundo præfens indiuisum diuidatur, ra-  
 tio stupet, fides miratur, sed ex adiunctæ diuinitatis potentia, quæ vbique tota præfens  
 in corpore suo spirituali, immo per omnipotentiam sibi collatam diuino iam facto id fieri  
 posse non diffidens veneratur. ] Hæc Diuus Algerus, multa simul argumenta ad hanc  
 rem probandam acutissimè in vnum concludens. E quibus constat fieri diuinitus posse,  
 vt idem corpus sit in pluribus locis. Neque vero quemquam moueant, quæ contra as-  
 feruntur. Ea namque omnia multo ante, quam proferrentur ab impiis istis, soluta fue-  
 rant, scriptisque mandata à doctoribus Catholicis: isti verò, vt afferre aliquid in me-  
 dium viderentur, quo fucum facerent veritati, ex scripserunt argumenta aduersus veri-  
 tatem, non tamen eorum confutationem, quam legerant, suis libris inferuerunt, vel con-  
 futare potuerunt. Audiamus tamen illos, vt cunctis satisfiat.

B præter eum, qui subiecit ei omnia, testetur & ipse Dei filius omnem potestatem sibi datam,  
 profecto sic in vnitæ Deo coniunctam credimus, vt quod habet Deus per naturam, hoc  
 habeat ipsa per gratiam. cum ergo nos habituri simus, Angeli etiam modo habeant, vt  
 quantacumque locorum interualla nullo fere temporis interuallo nimia sua celeritate  
 pertranseant, non hoc tamen habent vt vnde recedunt ibi permaneant, Quo priuilegio  
 sola Christi caro supra omnem creaturam à Deo exaltata, super ac præter omnem natu-  
 ram insignita, vt per omnipotentiam in cælo & in terra datā vbicumque quomodocumque  
 sibi placuerit non de loco ad locum transeundo, sed ibi vbi est remanendo, & alibi vbi-  
 cumque vellet, substantialiter tota esse possit, vel in quo differt ab Angelis, quibus  
 est superexaltata, si non aliter de loco ad locum, quam recedendo, posset esse & in terra  
 & in cælo? Natura humana in ictu oculi tot terrarum, maris, aëris spatia ab Occidente  
 ad Orientem videndo solem transuolans atomi momento æquare videtur; & cum Ange-  
 lorū celeritas sit velocior in quo his creaturis caro Christi superexaltabitur, si quod est  
 in cælo, & in terra non potestati, sed celeritati adscribitur. vt ergo in cælo, & in terra om-  
 nipotentiam se habere Christus ostenderet, deificum corpus suum cælo illaturus, & mun-  
 do daturus, quod quantum ad humanam formam nobis abstulit, non minus tamen sub-  
 stantialiter & vere in sacramento corporis & sanguinis sui nobis obtulit, vt hic, & ibi  
 præfens corporaliter, utpote homo vnus personæ cum illo, quicum est, qui nusquam  
 deest, & ibi reconciliationem cum Patre, & hic in altari redemptionem, remissionem-  
 que peccatorum nobis operatur, sicut semel fecit in cruce, dum ipsum corpus suum in  
 ora fidelium singulis diuiditur, & vnum totum vniuersis indiuiduum & integrum habe-  
 tur. Quomodo tamen Christi corpus & cælo & mundo præfens indiuisum diuidatur, ra-  
 tio stupet, fides miratur, sed ex adiunctæ diuinitatis potentia, quæ vbique tota præfens  
 in corpore suo spirituali, immo per omnipotentiam sibi collatam diuino iam facto id fieri  
 posse non diffidens veneratur. ] Hæc Diuus Algerus, multa simul argumenta ad hanc  
 rem probandam acutissimè in vnum concludens. E quibus constat fieri diuinitus posse,  
 vt idem corpus sit in pluribus locis. Neque vero quemquam moueant, quæ contra as-  
 feruntur. Ea namque omnia multo ante, quam proferrentur ab impiis istis, soluta fue-  
 rant, scriptisque mandata à doctoribus Catholicis: isti verò, vt afferre aliquid in me-  
 dium viderentur, quo fucum facerent veritati, ex scripserunt argumenta aduersus veri-  
 tatem, non tamen eorum confutationem, quam legerant, suis libris inferuerunt, vel con-  
 futare potuerunt. Audiamus tamen illos, vt cunctis satisfiat.

C Quod igitur primo loco multa excerpta è Catholicorum libris adducunt, quibus asseri-  
 tur idem corpus in pluribus locis esse non posse, dicimus id verum naturali potestate, ac  
 vi, non autem diuina, quæ facere potest, vt idem corpus aliquo modo possit esse in pluri-  
 bus locis, non vsurato hoc, & naturali.

D Quod autem subiiciunt secundo, solius esse Dei vbique esse; totum id confitemur, sed  
 aliud est esse vbique, aliud pluribus in locis.  
 Neque illud tertio quidquam facit ad rem, Nō potest aliquid in duobus esse tempori-  
 bus, ergo neque in locis. Negamus enim connexionis huius rationem, nam tempora flu-  
 unt, loca permanent, & quod præterit non est, duo vero loca eodem momento sunt.

E Quartum porro ineptum: Duo sunt, inquiunt, quæ duobus locis continentur. Nam re-  
 spondemus, vt res sit vna non à loco fit, sed ab vna forma, & materia.

Quintum vero omnino ridiculum: Non continentur duo loca; ergo duo sunt, quæ in  
 iis continentur. ut enim diximus, res idcirco vna, quia sit vnus materiæ, ac formæ, etiam  
 sit in pluribus locis, ut animæ exemplum supra attulimus, & Angeli, Nam Pauli ani-  
 ma rapta est extra corpus ad tertium cælum, neque tamen substantia animæ recessit à  
 corpore, aut repleuit intermedia loca inter proprium corpus posita, ac tertium cælum:  
 idemque dicendum de pluribus hominibus, quorum animæ sunt profectæ ad remotissi-  
 mas regiones, neque interim tamen corpus erat mortuum, ita ut anima redeunte ad vi-  
 tam rediret, sed in corpore, & extra corpus anima: atque ita quo pacto dicere possumus  
 animam in corpore esse tamquam in loco, dicimus quod duobus locis inter se distinctis vna  
 eademque res erat.

Sextum nihil habet ad rem momenti. Continget, inquiunt, ut insint eidem rei multa  
 repugnantia: aberit namque, & non aberit ab hoc loco, propè erit, ac longe, sed erit, ac  
 quiescet, calefiet, atque algebit, & mille huiusmodi, quæ fingi possunt, patietur.  
 Nam respondemus, quoties vnum corpus est in pluribus locis, tria possunt in eo conside-  
 rari, habitudo ad locum, actio, & passio. Quantum ad habitudinem siue respectum  
 ad locum, quot in locis erit idem corpus, tot illi multiplicabuntur respectus quo ad singu-  
 la loca; quamobrè si erit sursum, in altero poterit esse deorsum, in vno iacebit, in altero  
 stabit, non enim repugnantia sunt hæc, quia repugnantia sunt illa, quæ in idem cadunt  
 eodem tempore, loco, & modo, & singulis accidentibus eisdem. at idem corpus  
 non est in eodem loco, ut ponimus, & idcirco respectu vnus fedet, alterius stat, quæ  
 duo, stare, ac sedere, repugnarent inter se, si daremus idem corpus, eumdem locum, idem  
 tempus, at in proposita quæstione non est idem locus, sic anima nostra per accidens mo-  
 uetur in brachio, quiescit in pede, si fingamus illud moueri, hunc quiescere, & tamen est  
 eadem substantia animæ. idem iudicium videtur de actionibus in alia trãseuntibus: mul-  
 tiplicabuntur enim locis multiplicatis, & in diuersis erunt diuersæ, & contrariæ, ut exem-  
 plo eodem animæ explicari potest. Quamobrè poterit idem corpus in vno loco alicui  
 mederi, in alio vulnus infligere alteri eodem tempore, eadem manu, diuersis actionibus,  
 ut in Sole conspiciamus, qui momento eodem lutum exsiccat, & cæram liquefacit. Quan-  
 tum porro ad passiones spectat, si corpus in vno loco vulneretur, in alio similiter idem  
 vulnus accipiet. idem si occidatur, continget, ut de Hermitimo illo scribit Plinius, cuius  
 corpus dum fuisset occisum, separata ab eodem anima non inuenit ad illud amplius  
 adirum.

Ad summam, ut breuissime cuncta tollas, dicas repugnantiam nasci ex accidentibus,  
 nam substantia substantiæ haud repugnat, neque accidens substantiæ, sed accidens idem  
 non potest affirmari, ac negari de substantia eadem. addatque, spiritum diuinum, si quod  
 accidens esset, quod pareret repugnantiam, sustinere illius effectum, cohibere ne foras  
 prodeat ad illam repugnantiam creandam. atque hæc sint satis aduersus friuola argu-  
 menta hæreticorum philosophorum in huiusmodi quæstione.

*Ostenditur posse diuinitus fieri, ut corpus loco non adstringatur, neque  
 occupet illum. Cap. X.*



Hæc est Ecclesie Catholice diffinitio, Christi corpus esse in Eucharistia or-  
 natum sua magnitudine, cunctisq; accidentibus, quæ ad illius decorem di-  
 gnitatemq; exiguntur, ut ex omnibus, quæ adduximus, testimoniis appa-  
 ret. Quod ut planius intelligatur, dicimus magnitudini tria conuenire in  
 quolibet corpore: primum, ut eius partes inter se intime disponat, alteram  
 que ab altera distinguat, secundum, ut partes corporis loco illud circum-  
 danti æquet, & ut ita dicamus, commensuret, & coextendat, atque hoc veluti poste-  
 rius à priori separari potest, suprema namque sphaera nulli loco superiori coæquatur,  
 cum supra illa non sit vllū corpus naturale, locus autem sit superficies corporis ambien-  
 tis locatū. certissimum tamen est, vltimā sphaerā partes inter se distinctissimas habere. Ter-  
 tiū magnitudini cōuenit, ut è loco, quæ occupat, expellat alia corpora, neq; inibi, vbi est,  
 esse vllō modo patiat, atq; hoc etiam veluti posterius à superioribus separari per omni-  
 potentē Deū potest, qui cū substantias oēs intime peruadat, ac permeet, gubernet omnia,  
 &

& moderetur, valet omnium substantiarum accidentia, & accidentium effectus, & conse-  
 cutiones temperare, & cohibere, quomodo, & quatenus vult; idcirco potest efficere, ut  
 substantia corporea loco non alligetur, ac proinde quamuis distinctissimis sit inter se par-  
 tibus, nihilominus magnitudo ipsius, quantumque sit, non respondeat magnitudini  
 loci, neque illa coarctetur, ac similiter corpora penetret absque vlla illorum scissura, &  
 illis infideat totis tota; ut intelligentibus iam, concretionemque materiæ seperantibus  
 acie mentis incredibile nullo modo sit, si Christi corpus, in quo omnis plenitudo diui-  
 nitatis inhabitat, ut ait sanctus Paulus, sub tantillo fragmento Eucharistiæ non illi com-  
 mensuratum, & coextensum, & tamen omni suæ magnitudinis accidentiumque perfe-  
 ctione præditum, corpora nostra ingrediatur, & illis insit. Nimirum spiritus diuinus ita  
 corporis illius accidentia, à quibus sit, ut loco corpora naturalia plerumque respondeant  
 ex omni parte, & coæquantur, neque in suo loco corpus aliud patiantur, temperat, ac  
 moderatur, ut suam magnitudinem seruans paruulo tamen in loco sit mirabiliter, si-  
 cut efficere potest, ut sit in nullo, præterea vero dat idem spiritus eidem corpori, ut in  
 eodem sit cum aliis loco. Quod adhuc multis argumentis fieri posse clarissime expli-  
 catur.

Nam primo loco, totus orbis, & vniuersitas rerum corporatarum nullo loco, quod ipsi  
 philosophi consentunt, circumscribitur, & continetur, nullius corporis ambitu conclu-  
 ditur, nam supra vltimam sphaeram nullum corpus, nullus locus, qui est superficies corpo-  
 ris ambientis locatum, ergo multo magis Christi corpus, cui sunt omnia corpora subie-  
 cta, poterit hoc habere diuinitus, ut nullo loco circumcludatur, neque sit in loco, nisi per  
 accidens. Atque hoc innuit D. Algerius, ut eius verba, quæ supra attulimus, indicant.

Secundo, potest Deus supra vltimam sphaeram, & extra totius mundi ambitum creare  
 quantumuis magna corpora, quæ nullo loco commensurabuntur, nullius loci dimensio-  
 ne continebuntur, quamuis eius partes sint inter se distinctissimæ, quidni ergo, ac multo  
 magis valeat in Christi corpore id efficere, quod est adiunctum diuinitati, & cui tota vni-  
 uersitas corporearum & incorporearum rerum paret?

Tertio, non minus est proprium magnitudini loco coequari, locumque replere, quam  
 graui pondere suo grauari, & leui sua leuitate alleuari, at non est de essentia grauis gra-  
 uari suamet grauitate, aut leue subleuari sua leuitate: nam cum peruenerit vtrumque  
 ad suum locum, consistit, neque tendit vterius. ergo neque essentia magnitudinis om-  
 nino exigit, ut loco coextendatur, illumue repleat.

Quarto, occupare locum, locoque circumscribi, est posterius ipso corpore, nam cor-  
 pus antea necesse est sit corpus, dein repleat locum, locoque ambiatur, ergo diuidi po-  
 test alterum ab alterius essentia. essentia namque vniuscuiusque rei est huiusmodi, ut sim-  
 plex sit, & indiuisibilis; nam quæ diuidi possunt, illa possunt esse duo, alterumque ab  
 altero diuelli.

Quinto, possum mente concipere, ac verbis diffinire corpus absque eo, quod mente  
 concipiam diffiniamve verbis locum, locique infensionem, & ambitum, ergo multo mag-  
 is id efficere potest Deus, cuius potentia longe plura potest, quam uerbis explicare pos-  
 sumus, aut mente quouis modo adumbrare.

Sexto, effectus rei non est ipsa res, alioquin effectus & causa essent idem, atqui loci oc-  
 cupatio & circumplexio est effectus rei, accidens ipsi rei, ergo non ipsa res, siue esse hoc  
 non est esse hoc, & non illud, siue corpus potest esse absque loco.

Septimo, quælibet res ita sibi est vna, ut quo ad hoc nulli communicetur, at locus idem  
 potest innumeris corporibus communicari, & idem tamen erit, ergo non est idem cum re  
 locata, sed misa faciamus argumenta, quæ colligi possent innumera.

Veniamus ad exempla, quibus propositum corroboratur, ac primum sit illud. Ioannes  
 namque Euāgelista scribit Christum venisse ad discipulos cū fores essent clausæ, rursūq;  
 post dies octo ingressū ad illos ianuis clausis, ergo ab eius corpore solida corpora sunt pe-  
 netrata, eodemque momēto fuit eius corpus in alio, neque ex vllō eorum quidquā deper-  
 ditum, idemq; locus fuit duobus corporibus solidis, neq; fuit ille de alterius essentia. Ne-  
 que dicas alio ingressum corpus Iesu. Nam si id foret, primo quidē frustra bis S. Ioānes  
 repeteret intrasse Iesum ianuis clausis, quasi admirabile quoddam, & maxime memoran-  
 dum. Deinde sanctus Lucas ait Iesum Itetisse in medio discipulorum sic, ut illi puta-  
 rent eum spiritum, & ab hac hæsitacione vix liberari possent, quod ideo contigit, quia

Iust. q. 117. Ath. or. 4 in Aria. Amb. c. 27. Luc. lib. 10. Hier. ad Pam. Aug. lib. 2 de ciu. c. 8. ep. her. 20. libr. 1. ferm. 64. lib. 2. Chric. c. 21. Io. hom. 2. de simb. Cyrill. lib. 12. Io. cap. 53. 59. Theod. dial. 2. leo. ep. 10. Gregor. hom. 26. Ber. sec. 1. de re sur. Hil. lib. 3. de trinit.

corporibus non sunt peruia corpora, sed spiritui dumtaxat, alioquin non erat cur adeo dubitarent. Quamobrem consentiunt Catholici patres Christum solidos parietes peruassisse, SS. Iustinus, Athanasius, Nazianzenus, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Cyrillus, Augustinus, Epiphanius, Chrysostomus, Theodoretus, Leo, Gregorius, Bernardus, Euthymius, soli vero hæretici nostræ ætatis reliquis omnibus acutiores, quæ ipsorum est crassitudo, hoc penetrare non potuerunt, ac negat à Christi corpore solidum corpus esse transmissum. & adnotandum ex hoc loco collegisse Marcionitas, & Valentinianos olim, Christo verum corpus non fuisse, neque nostra corpora resurrectura vera, quia, dicebant ipsi, fieri non potest, vt Christi corpus traiciat solidum corpus, si quidem verum corpus illi fuisset. Quocirca potuissent nostri negare à Christi corpore penetratos parietes, tamen haud negarunt, quod in confesso id esset apud Catholicos, & hæreticos ipsos. Quin Hilarius tunc probat aduersus Arianos non esse impossibile Deum Filium ex Deo Patre generari sine vlla paternæ substantiæ diminutione, quando corpus Christi potuit ingredi per ianuas clausas, nec tamen illæ scissæ, aut corpus Christi. En quanto hæreticorum nostri temporis peruersitas peior hæreticis antiquis. Quod autem quidam dicunt ianuas in nihilum redactas, aut continuo cessisse, mox in idem rediisse, est somnia recitare, & ebriosorum, quales isti omnes hæretici, deliramenta. Vnde namque ista depromunt?

Secundum exemplum est ascensio Christi supra omnes orbis cælestes, vt habetur Ephef. 4. Numquid enim dicimus tum singulos disruptos? aut vna cum illis circumactum Christi corpus? Vtrumque absurdum, ac sine vlla ratione, & auctoritate dictum. Nā cæli (inquit Iob c. 37.) solidissimi, quasi ære sunt fusi, & in tāta scissura mirum nihil auditum fragoris. Neque vero quemquam moueat, quod sæpius in scripturis legamus apertos cælos. Id namque, vt ex aliis locis apertissimè constat, intelligitur quantum vel ad speciem, vel ad similitudinem & effectum aliquem diuinitus procuratum. Hinc S. Matthæi cap. 3. dicuntur aperti cæli, cum Spiritus sanctus supra Christum steterit sub imagine columbæ, non est autem dubium Spiritui sancto non esse opus vt aperiatur cælum, neque è cælo supremo delapsam columbam; sed ex aëre, & in aëre conformatam. Similiter ait Isaias, Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. ] & sanctus Ioannes ait apertos cælos, cum descenderent Angeli, quibus nullum corpus cum sit, haud est necesse aperiatur cæli. eodem modo sanctus Lucas ait, duobus discipulis apertos oculos, idemque est in Euangelio sancti Ioannis, cum Christum agnouerunt; non quod clausi forent antea, sed quod non esset ijs vis ad agnoscendum Dominum, sic in Actis Apostolicis, est à Domino apertum cor, & in Euangelio Lucae habetur, Aperuit illis sensum. ] & huiusmodi sexcenta.

Tertium sit exemplum, cum beati corpora sua resurgentes in die iudicii recipient, & supra omnem cæli ambitum euolabunt, & illinc etiam sæpius ad subiectos orbis comebunt. Quis enim dicat tum singulis scindi cælum, ac per fistulas quasdam corpora educi supra supremam sphaeram? hoc à nemine, nisi ab hæreticis nostri temporis vniquam dictum; & habet absurditatem foraminibus includi sanctos, aut dimidium cæli scindi. Quomodo namque fit ista discissio, partesque scissæ quonam concedunt? Numquid condensatur cæli reliquum contra suam naturam? solidissimum namque est. numquid supra attolletur? vel infra deprimetur? atqui infra non erit tam amplus locus, in quem recipiantur conscissæ partes, supra? ridiculum, quasi capsæ operimentum attolli, mox demitti. sed quanto id tempore fiet? orbium namque cælestium magnitudo est immensa, & omni motui necessarium omnino tempus. quid quod nullus est locus supra vltimam sphaeram, in quem naturale corpus se intrudat? nisi dicamus cælo id datum, quod corporibus sanctorum. adde oportere à cæli corpore sic ambiri corpora resurgentium, & ascendentium, ut arctissime illa circumplectatur, alioquin vacuum dabitur, & in hac vniuersitate rerum erunt illa corpora sine loco, atque ita à corpore non occupabitur locus in hoc ipso mundo, quem videmus. ineptum porro est corpora ascendentium in cælum sic astringi à cælo. Sic igitur cum nolunt hæretici Catholicis, & antiquis doctoribus præ ipsorum stoliditate assentiri, in multos se laqueos induunt, & absurda multa effutiant est necesse.

Quartum sit exemplum corporum beatorum, cum supra omnem cæli ambitum collocabuntur, & consistent, vt ibi sint semper cum Christo, quod ipse aiebat, & Paulus explicat.

At supra

A At supra supremam sphaeram nullus locus; locus namque definitur, superficies corporis ambientis locatum; ibi autem nulla corpora, nisi cælitum; non erit igitur alterius corporis superficies, qua circumscribantur: sic locum non occupabunt vllum, nullo loco terminabuntur, nulli commensurabuntur, & coextendentur, & tamen eorum membra inter se distinctissima erunt. Quid igitur prohibet aliquid simile contingere corpori Christi in Eucharistia? & quidem Caluinus hominum pessimus supra nouissimum cælum confessus est non esse locum: Beza dixit hoc non inquirendum: nonnulli Calvinistæ, vt se stolidissimos proderent, à magistro desciscentes asseruerunt esse ibi locum. sed si id concedatur, dabitur infinitum corpus, quod nemo non mediocriter peritus scit fieri non posse, & incredibilia absurda continere. Quamobrem rectè Tertullianus ex antiquis aiebat, explicans illa Christi verba, Erunt tãquam Angeli Dei, ] Igitur si Angeli facti tamquã homines in eadem substantia spiritus carnalem tractationem susceperunt, cur non & homines facti tamquam Angeli in eadem substantia carnis spiritualem subeant dispositionem, non magis solemnibus carnis obnoxij sub angelico indumento, quàm Angeli sunt solemnibus spiritus sub humano? nec ideo non permansuri in carne quia non & in solemnibus carnis: cum nec Angeli ideo non & in spiritu permanserunt, quia non & in solemnibus spiritus. Denique non dixit, erunt Angeli; ne homines negaret; sed, tamquam Angeli; vt homines conseruaret. ] Hæc Tertullianus decernens beatorum corpora solitæ corporum seruituti non alliganda, neque loco angustãda, quando neque Angeli; multo igitur minùs Christi corpus in Eucharistia contentum.

Quintum sit continens multa euenta, quibus Deus ostendit à corporibus sanctorum sæpè transmissa corpora absque vlla conscissione illorum. Nos illa collegimus; plurima namque sunt signo de dotibus corporum diuinis, ac cælestibus eorum proprietatibus. C Quin S. Augustinus lib. 2. cap. 8. de ciuit. Dei, scribit foeminam quamdam nobilissimã Petroniam accepisse à Iudæo anulum, in quo lapis erat medicus, qui inuolutus erat, & colligatus ita, vt absque fractione decidere nullo modo posset; cumque illa ad reliquias sancti Stephani religionis causa perrexisset, vt à morbo sanaretur, ne curatio attribueretur alligationi illius annuli, refert illum continuo decidisse ante pedes mulieris, absque vlla scissione maximo miraculo. idem refert epistola tertia ad Volusianum; ex quo colligit non esse incredibile iam si Christus ostiis clausis est ingressus ad discipulos, idemque natus est, nec claustra virginitatis maternæ reserauit.

Sextum sit igitur, cum Christus natus est, neque tamen integritatem carnis maternæ violauit: in simbolo nãque sic habetur, ac profitemur, Natus ex Maria Virgine. ] ac probatur ex Isaiæ oraculo, Ecce virgo concipiet, & pariet filium, ] en concipiet, & pariet virgo. & quidem istud datur à vate pro signo maximo; sic enim dicit ad Achaz, Pete tibi signum. ] & mox: Ecce Dominus dabit vobis signum. ] Hinc porta illa clausa apud Ezechielem, per quam solus Dominus intrat, præsignificatur virgo Maria, vt explicant inter alios SS. Ambrosius & Hieronymus: & Iouinianus ob id refertur inter hæreticos à SS. Ambrosio & Augustino, quòd Mariam virginem negaret, ac fracta vteri virginis claustra contenderet contra omnium veterum sanctorum constantem sententiam, vt testatur auctor tragœdiæ, cui titulus est, Christus patiens, Epiphanius, Hesichius, Crisippus homiliis de laudibus Virginis, Andreas Hierosolymitanus in angelicã salutationem, Gaudentius Episcopus Brixianus tractatu octauo & 13. Anastasius Nicænus quæst. 52. Origenes tract. 26. in Matthæum, Ambrosius de Inst. Virg. c. 7. & 8. Theodoretus dialog. secundo, Hieronymus in Apologia aduersus Iouinianum, Maximus hom. 2. de Natali Domini, Gregorius hom. 26. in Euangelia, Fulgentius ferm. de laudibus beatæ Virginis, Bernard. ferm. primo de resurrectione Domini. Quod adeo verum, vt ipsi Mahometani velint Mariam summo miraculo virginem peperisse, & post partum virginem permansisse. siue igitur miraculum sit in partu virginis inusitatum maximeque diuinum, vt Isaias prædixit, Catholici doctores testantur, Apostoli simbolo consignarunt, ipsi Mahometani profitentur, quòd in egressu Christi non sint, vt medici quidam volunt, & in his Fernelius; dilatata claustra virginalis vteri, siue quod nō sint fracta; certè hoc accidit, de quo quærimus, solidum Christi corpus penetrauit solidas vteri materni partes; neque illas vel dilatando aperuit, vel aperiendo scidit. Nam medici quidam volunt amitti hoc solo virginitatem corporis, quòd alui virginis partes quadam non franguntur, sed cum sint contiguæ laxantur. ex quibus cõcluditur, diuinitus fieri posse, vt corpus nō occupet locum.

Quod

Ias. c. 7.

Ezech. c. 44. Amb. de Inst. Virg. c. 7. ep. 80. 81. Aug. de haz. cap. 82.

Lib. de par. hu man. corp. c. 7.

Quod autem nonnulli obiiciunt ab Ambrosio & Origene scriptum, Christus aperuit matris suae vuluam, non efficit, ut aperuerit vel dilatando, vel scindendo, sed aperuit egrediendo, neque scindens, neque dilatans. Hinc Ambrosius idem, Quæ est hæc porta, nisi Maria, ideo clausa, quia virgo? Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu, & genitalia virginitatis claustra non soluit, mansit intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis durauere signacula. Hæc sanctus ille, quod verò Tertullianus videatur secus, quam cuncti Patres, arbitrari, nil curandum; contra vaticinia prisca, contra Apostolos, scriptores Catholicos antiquos, contra veritatem vel ab impiis haud negatam id ille scribit.

Septimum habemus hac in re exemplum, quod à corpore non occupetur locus, & duo corpora possint esse diuinitus in eodem loco, cum Christus resurgens prodiit è sepulchro ob signato, ut habetur in Euangelio Matthæi cap. 28. & Marci cap. 16. Respondent impij, lapidem monumento superpositum, vel fuisse amotum momento illo, quo Christus resurgens exiit, deinde restitutum, vel in nihilum redactum, mox mirabiliter reffectum. Sed ad hoc dicimus primò huius assertionis testimonium non haberi, nisi ex ipsorum deliramentis. Deinde à cunctis patribus asseri Christi corpus egressum è sepulchro occluso diuina virtute, ita SS. Chrysostomus hom. de sancto Ioanne Baptista, tomo 3. Hieronymus ad Hebidiam quæst. 6. Augustinus sermo 138. siue tertio de resurrectione, Iustinus q. 117. auctor tragœdiæ dictæ Christus patiens. Beda in homil. vigiliæ Paschæ, Euthymius in cap. 28. Matth. Bernardus serm. de resurrectione.

Octauum sit testimonium Christi ipsius. Nam Matthæi c. 19. Marci 10. Lucæ 18. sic ait: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. ] cumque Apostoli intulissent, Quis ergo poterit saluus fieri? ] respondit Christus: Hoc apud homines impossibile est, apud Deum omnia possibilia sunt. ] En igitur vt camelus possit intrare per foramen acus. Neque hic ego dispuro an camelus ibi sit nauticus funis, vel animal ipsum, vt cuncti patres interpretantur. Nam Græcè est καμηλος, id est Camelus animal non καμηλος. Camelus funis. Quocumque modo velis, fieri non posse vtrumque apparet, nisi concedamus diuinitus effici, vt corpus non occupet locum.

Nonum sit innumera continens exempla. Deus potest ita temperare, ac moderari cuncta accidentia substantiarum, & effectus eorum, vt vel nihil operentur, vel aliis quidem producant effectus suos, aliis non ita, aut aliqua tantum. Quod si ita est, pleni que sunt omnes libri sacri horum miraculorum; cur non potest idem Deus temperare accidentia corporis, vt locum non occupet? hoc enim nascitur ex accidenti affixo corporibus, non ex substantia, vt periti norunt. Sicut igitur Deus effecit, vt ignis non læderet tres pueros in fornace Babylonica, cohibuitque in flammis calorem, & in transitu maris rubri vt aperirentur profunda, & vndæ starent ex vtraque parte pro muro, sustinens ne dilaberentur; quod etiam contigit in transitu Iordanis; Petrus ambulauit super aquas; Christus ipse multis se inuisibilem præbuit, aliis verò conspiciendum sæpius: similiter tot ac tanta largitus est, ac largitur corporibus nostris; quæ nullo modo possumus negare, & distribuimus illa in sua signa, vbi agimus de coniunctione spiritus, in quibus apparet clarissimè, quod dicimus temperari ab ipso accidentia, & effectus accidentium: cur non idem possit in hoc effectum corporeæ substantiæ, ne occupet locum? sic argumentatur optimè SS. Hieronymus epistola de erroribus Ioannis Hierosolymitani, & de obitu Paulæ, Augustinus lib. de agone Christiano cap. 24. lib. 3. de ciuit. Dei cap. 18. lib. 22. cap. 4. & 11. Cyrilus lib. 12. in Ioannem cap. 53. Iustinus quæst. 117. ad orthodoxos.

Neque verò his, quæ dicta sunt, obest quod obiicitur ex Augustino sancto vel aliis Catholicis, Christi corpus non esse vbi que diffusum, ac destrui naturam humanam Christi, si non detur ei certum spatium, quo more aliarum rerum corporearum contineatur. Nam loquitur Sanctus extra rem nostram. Fatemur enim nos Christi corpus non esse vbi que diffusum, atque hac in re ipsius esse certum locum non extrinsecum necessariò, ita vt illi coextendatur, sed intrinsecum, quo partes ipsius inter se suo loco disponantur; quem locum si tollas, destruis humanam Christi naturam. sic etiam totus mundus non commensuratur vlli loco extrinsecò, quamuis ipse incorporatus sit, inter se tamen eius partes habent sua spatia, sua loca.

Quod autem secundò hæretici aiunt fieri non posse, vt substantia rei salua tollatur semper quod ab illa producit, atque illa posterius est. Posse namque ratiocinari nascitur

A scitur ab anima, quod tamen ab eo non potest auferri; alioquin rationalis non erit, atque idcirco potentia rationalis est homine posterior, quæ si eripis illi, iam non amplius est homo: & eodem modo si tollas à corpore ne occupet locum, non amplius erit corpus. Respondetur, aliud est loqui de potentia, aliud de actu. fieri sanè non potest, vt substantia non possit id, quod proximè est ipsius proprium; sed fieri potest vt substantia non agat id, quod potest agere veluti procedens ab ipsius substantiali potentia: atque idcirco puer ac stultus non habent actum ratiocinandi, quamuis sint, ac vocentur rationales, habent tamen potentiam, quia poterunt, aut possent aliquando ratiocinari. sic à corpore non potest amoueri potentia replendi locum, sed potest amoueri actus replendi locum, sicut ab homine actus ratiocinandi, non potentia. Quamuis igitur diuinitus aliquando corpus non repleat locum, tamen potest replere, remanet potentia, sustinetur actus. Hæc verò potentia non potest adimi, quia per illam res distinguuntur, essentiæque rerum sunt diuersæ, quod vna potest intrinsecus ex sua ipsius essentia, quod non potest alia: quod si hæc adimeretur, non esset illa essentia illa res, quæ dicimus, sed alia, seu potius nullo modo esset.

Quod tertio loco addunt, fieri non posse vt linea non extendatur in longum, superficies, in latum corpus in profundum, atque adeò fieri non potest, vt hæc sint indiuisibilia, sicut fieri non potest, vt quatuor sint vnum, refellit hoc, quod concluditur aduersus veritatem. Dicimus enim corpus Christi in Eucharistia suas omnes dimensiones habere, ac diuidi in se posse, si quidem Deus ita vellet; sed adiciamus non condiuidi, vt ita dicamus, loco ambiendi, ita vt sit eadem mensura loci circumstantis, & Christi corporis. Neque facit ad rem quod quatuor non possint esse vnum: fatemur, sed tamen fieri potest, vt eadè sit vis quatuor, & vnus, eadem qualitas; verbi gratia quatuor in vnum redigantur, vnus occupet locum quatuor. Priuolum porrò illud quartum, spiritus non potest esse instar corporis diuisibilis, ergo similiter neque corpus potest esse indiuisibile, vt est spiritus. Nam dicimus corpus Christi esse diuisibile quo ad se, non quo ad locum, ita vt eadem portio sit loci circumfusi, & Christi corporis in Eucharistia, ac si non esset in loco, quo circumdaretur, veluti & mundus, qui nullo loco continetur, & corpora beatorum posita supra supremam spheram.

Neque quintum facit ad rem, quod aiunt è nostra conclusione sequi, vt corpus quinque cubitorum contineatur sub frustulo Eucharistiæ vnus digiti, atque ita idem sibi ipsi sit maius, ac minus eodem tempore. Nam corpus Christi haud dicimus contineri sub Eucharistia, quasi sint æque vtriusque dimensiones, æqualis ambobus magnitudo, atque ita corpus Christi, cum sit quinque cubitorum, redigatur ad vnum digitum, & tamen idem sit eodem tempore quinque cubitorum; neque enim Christi corpus est in Eucharistia vt locatum in loco, illaque contentum quasi loco: Eucharistiæ quidem species sunt in loco, & loco commensurantur, non tamen Christi corpus. Plurima namque sunt in loco siue per se, siue per aliud, sed non illo commensurantur, vt anima, Angelus. Neque sequitur, commensurantur Eucharistiæ species loco, ergo & corpus Christi: vel, corpus Christi est in Eucharistia, ergo commensuratur dimensionibus eius, vt locatum loco, sicut animæ magnitudini nihil additur, aut detrahatur propter magnitudinem vel exiguitatem corporis Sic Angelus potest esse torus in mille locis longissimè inter se distans, cum vis eius est iis æqualis, & in singulis potest esse tota eius substantia per mille stadia, non quod illis coæquetur, sed quod in iis sit per substantiam & vim suam. est igitur Christi corpus in Eucharistia ineffabili quodam modo, & inexcogitabili, non vt commensuratum speciebus Eucharistiæ respectu loci circumfusi.

Quod sexto loco adiciunt, Distantia est aliqua inter pedes & caput; sed distantia non potest esse sine respectu loci, quocirca loco coextendetur, & commensurabitur. Respondemus, distantiam, quæ est inter caput & pedes, sumi ex interpositione aliorum membrorum, non è loco circumposito: sic enim corpora gloriosa supra cælum nullo loco commensurantur, & tamen in iis caput à pedibus distat. Septimum videtur esse aduersariorum argumentum: Quoniam pars corporis Christi est extra aliam partem, & coexistit certæ parti loci circumdantis, ergo eidem loco non coexistit alia pars extra quæ est, quam obrem pars est aliqua corporis Christi, quæ loco commensuratur: quod est contra propositum. Sed responderetur, quamlibet partem corporis Christi coexistere, cuiusque loco pars vna coexistere ponatur. licet enim coexistent singulæ partes vni loco, non tamen coexistunt inter se ita, vt pars non sit extra partem: vt enim diximus, partes distinguuntur inter se, &

se, & tamen non est earum coæquatio ad locum circumfusum, quod dicebamus esse secundum quantitatis officium, & effectus. Hæc autem sint satis in hac quaestione, in qua quidem velle infinitam Dei potentiam nostri ingenij finibus concludere, est hominis insipientissimi, qui neque potest, ut ait S. Basilius, formicæ exilitatem consequi, & attingere præ ipsius tenuitate.

*Septimum & vltimum caput obiectionum aduersus transubstantiationem. Cap. XI.*



Entum denique ad postremum caput obiectionum, quas impij confingunt aduersus Eucharistiæ transubstantiationem. Nullo modo namque volunt panis vini que substantiam mutari in substantiam corporis Christi; nos contra & hoc sanctissimum decretum ex antiquissimo tempore ante ortum Christi prænunciatum plurimis confirmamus. Aduersus illud multa garriunt impij more suo; que singillatim recensere, ac refellere, nihil aliud esset, quam chartas ineptiis aspergere: nobis hæc videntur minus friuola. In primis enim coaceruant innumera loca, quibus dicitur Eucharistiæ panis, similitudo corporis Christi, aut spirituale aliquid esse: quæ nos supra abundè explicauimus. Idcirco nõ est opus, huc iterum transferre illa.

Secundo loco contendunt fieri non posse ut accidentia panis ac vini, nimirum color, sapor, odor, figura, magnitudo, & alia huiusmodi sint absque subiecto: est namque accidentiũ inhærere substantiæ: atqui asserimus substantiam panis ac vini transisse in substantiam corporis ac sanguinis Christi. subsistunt itaque accidentia panis ac vini absque istorum substantia: quod est contra essentiam accidentium, quæ est inesse subiecto.

Sed respondetur, non esse essentiam accidentis inesse subiecto, sed accidentium singulorum sunt essentia propria in nouem genera distincta, & alia quãtitati essentia, alia relationi, & similiter aliis aliis; quæ sicuti sunt inter se disincta essentialiter, sic eodem modo differunt à substantia. Igitur inesse subiecto nõ potest esse essentia accidentis. Essentia namque cuiuslibet generis non communicatur alteri generi, ob id non eadem essentia quantitatis, relationis, situs, actionis, passionis, & aliorum. Inesse verò accidentibus singulis commune.

Secundò dicimus in accidente esse tria, respectũ ad substantiam, habilitatem ad inhærendum illi, & ipsam inhætionem. ut igitur concedamus accidentis esse essentialia quiddã respicere substantiam, & habile esse ad inhærendum illi; inhætionem tamen haud dicimus esse essentialia omnino. & quod iactari solet, accidentis esse subiecto inesse, aut inhærere, verum de ipso esse, & inhærere respectiuo, & aptitudinali, ut ita dicamus, non de ipso esse prorsus inhæsiuo. Hinc definimus quantitatem lineæ, & superficiæ sine vlla substantia, quamuis non sine respectu.

Tertiò non modò in hac quaestione sancti doctissimi que viri voluerunt fieri diuinitus posse, ut accidens sit sine subiecto, sed in aliis etiam. Nam SS. Basil. hom. 6. in Genesim, & Nazianzenus in oratione de nouo die Dominico, ac Theodoretus quæst. 14. & 16. in Genesim volunt à Deo creatam lucem, quæ per se subsisteret; sequitur eos Ioannes Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa cap. 7. Quarto plurimi philosophi voluerunt fieri posse, ut accidentia essent sine subiecto, quos numerat Thomas Valdensis tomo 2. cap. 26. neque videtur Aristoteles dissentire, quamuis sentiat id naturaliter haud fieri posse, cum libro tertio de anima textu 9. inquit, Aliud est magnitudo, aliud magnitudinis esse. & libro quarto Physicorum textu 58. quærit an esset vacuum, vbi solus esset color, aut sonus, non autem corpus, & substantia huiusmodi: ponit igitur fieri posse, ut sit sonus, & color ab aliis rebus corporatis abiuncti. Neque tamen dicimus subsistere accidentia per se absque subiecto siue substantia; sed dicimus in Eucharistia subsistere per aliud, nempe omnipotentem specialem que Dei modum.

Tertio loco argumentantur: Ex accidentibus illis Eucharistiæ omnia nascuntur, quæ nasci videmus ex ipsa substantia panis ac vini, ergo ibi substantia panis ac vini. Quin ea nascuntur, quæ sine huiusmodi substantia produci omnino non possunt. Nam non modò calefaciunt, refrigerant, & calefiunt, ac refrigerantur, sed etiam vermes, & alia possunt ex iis oriri: quamobrem necesse est ad sit materia, quæ est pars substantiæ, sine qua vermes, cinis,

A cinis, & reliqua huiusmodi esse non possunt. Sed respondemus quantum ad effectus accidentium non esse necessarium, ut ad sit substantia. sicut enim Deus potest absque substantia vlla producere in aliqua re effectus illos, sic & potest producere eosdem per accidentia sine interuentu substantiæ. sed quod pertinet ad alias substantias, quæ generari possunt ex iis accidentibus; concedimus non esse vermes, & cinerem, vel aliud huiusmodi sine materia, ac sua substantia: sed dicimus illo ipso momento, quo accidentia sunt disposita, ut fiat vermis, aut cinis, desinere esse ibi corpus Christi, subiicitur que à Deo simul materia, & inducitur forma vermis, aut cineris; idem que est momentũ subiectæ materiæ, formæ inductæ, rei que genitæ ac desitionis in Eucharistia corporis Christi, sicut eodem momento inducitur ab ipso Deo rationalis anima in foetum conceptum dispositum que, ac fit homo, desinit que vnã foetus esse, qui erat, & incipit esse homo, qui est alia substantia ab illa, quæ erat antea foetus. prius namque erat animal dumtaxat sensitium, mox eodem instanti desinit esse animal dumtaxat sensitiuũ, & incipit esse rationale per animæ creationem, quæ sunt substantiæ inter se distinctæ. sic eodem instanti desinit esse corpus Christi, & incipit esse alia substantia per materiæ creationem dispositis accidentibus ad nouam formam inducendã, atque ita semper quod substantiæ videbatur ablatum è rebus mutabilibus ac materiatis per transubstantiationem factam in Christi corpus, reponitur vbi accidentia Eucharistiæ disposita fuerint ad nouam formam inducendam in materiam, quod Deus substantiæ faciendæ supponit. Neque id nouum, ut animæ exemplo videmus.

Quarto argumentantur: Quæcumque in Eucharistia sensibus apprehenduntur, illa indicant esse ibi panem, ac vinum; ergo ibi panis, ac vinum. Nam sensus non falluntur in propriis obiectis diiudicandis. Respondemus primò non falli sensus in propriis obiectis, ut vocant, ad æquatis, sed falli in particularibus. verbi gratia, auris semper iudicat sonum esse sonum, oculus colorem numquam statuit esse aliud, quàm colorem; sed in particulari qui dicit sensus non falli, is prorsus expertus est omnis sensus: quotidie namque experimur nos rebus obiectis falli, aliud que pro alio sumere. si quis adeat Vaticanum Romæ, & admittatur ad inspiciendas arcas, quas ingeniosè & elegantissimè cunctorum fossilium copia repleuit vir naturalium rerum peritissimus Michaël Mercatus, is videbit in vna plurimas herbas, frutices, & animantia, quæ in lapides obriguerunt; ac nisi manu exploret, omnino dicit non esse lapides, sed ipsas res, quarum referunt effigiem. Nota historia Parrhasij, & Zeuxidis summorum pictorum: è quibus hic pinxit vvas huiusmodi, ut ad illas aues ipsæ adularint; ille verò mappam sic affinxit mensæ, ut Zeuxis existimarit verã mappam, & accesserit ad mensam detegendam, in qua dixerat Parrhasius esse appositam suæ picturæ tabellam. Annon igitur falluntur sensus? Libet igitur exclamare vnã cum sancto Augustino, Ecce qualibus argumentis omnipotentia Dei humana contradicit infirmitas, quam possidet vanitas. Stet igitur, panis ac vini substantiã per omnipotentia diuinam mutari in substantiam corporis Christi. quod probatur apertissimè iis omnibus, quæ supra sunt à nobis explicata, speciatim verò, ut aliquid repetamus, primo loco testimoniis antiquorum Rabinorum qui fuere ante ortum Christi, & transubstantiationem docuerunt disertissimis verbis; secundo verbis ipsius Christi dicentis, Hoc est corpus meũ. tertio testificatione omnium sacerdotum, quotquot hucusque exstiterunt ab ipso Ecclesie incunabulis ad nostram ætatem, qui in liturgiis Latinis, Græcis, Syriacis, Aethiopicis, Hebraicis, quæ ab Apostolis sunt nobis traditæ, profitebantur vnã cum populo, è pane & vino confici corpus & sanguinem Christi. quarto testimoniis conciliorũ. quinto miraculis, & cuiusuis generis, & ad memoriam veritatis sempiternã relictis. sexto scriptis omnium doctorum Catholicorum sanctitate & doctrina præstantium. Iustinus namque in Apologia ad Antoninum scribit, eum cibum, ex quo carnes nostræ aluntur, esse carnem Domini. Irenæus lib. 4. cap. 34. eum panem, in quo gratiæ sunt actæ, esse corpus Domini. Quòd si panis est ille, non est proculdubio corpus Domini. Tertullianus autem lib. 4. in Marcionè tradit, Acceptum panem corpus suum facit, dicendo, Hoc est corpus Domini. Cyprianus ferm. de cœna Domini, Panis, ait, quem Dominus discipulis porrigebat, nõ effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro. Cyrillus catechesi quarta, Aquam, ait, aliquãdo mutauit in vinum; & nõ erit dignus, cui credamus quòd vinum in sanguinem transmutarit? & mox: Sub specie panis datur tibi corpus, & sub specie vini datur tibi sanguis. & rursus: Hoc sciens, & pro certissimo habes panem hunc, qui videtur à no-

Plin. lib. 25. c. 10

Lib. 22. de ciui.  
Dei cap. 11.

à nobis, non esse panem, etiam si gustus panem esse sentiat.] Magnes autem, Do, inquit, (Christus) panem, & vinum, iubens esse corpus meum, & sanguinem.] Habent eadem ac multo etiam clariora, Ambrosius, Caesareus, Nyssenus, Gaudentius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Augustinus, auctor sermonis de corpore Domini, qui attribuitur Emiseno, Maxentius, Rhemigius, Paschasius, Damascenus, plurimique, quorum dicta supra attulimus, neque est opus hic referre; ita ut nihil clarioribus testimoniis sit consignatum; mendaciumque impudentissimum, & ignorantiae plenissimum Lutheri appareat dicentis hoc esse inuentum recens, ac Papisticum, cum Rabini ante ortum Christi scriptis id mandarint.

RATIONES,  
EX QUIBUS  
DEVS VULT  
PANIS AC VINI  
SUBSTANTIAM  
MUTARI IN SUB-  
STANTIAM  
CORPORIS AC  
SANGVINIS  
CHRISTI.

- I. Videamus autem, cur Deus voluerit in Eucharistia non remanere panis ac vini substantiam vnà cum corpore suo, sed mutari in substantiam corporis ac sanguinis sui, accidentibus tantummodo saluis. Est igitur prima ratio deducta ab ipso sine Eucharistia, qui est ut coniungamur arctissime nostro corpore & animo cum corpore & animo Christi, id est nostra substantia tota cum substantia tota illius. hoc enim est amatum ardentissime: quod argumentum sumus latissime supra profecuti classe de rationibus. Illa verò arctissima substantiarum duarum coniunctio, quae fit nulla alia se intermiscente substantia. ob id Christus, ut suum corpus nostro maxime adglutinaret per Eucharistiae sacramentum, noluit interuenire inter nostri suique corporis substantiam, panis, ac vini substantiam: sic enim penitus intimeque se nobis insinuat, & in nostra membra illabitur. Ob id S. Dionysius Areopagita vocauit hanc coniunctionem, quae fit per Eucharistiam cum Christo, perfectam, quod scilicet praeter alia ad perfectionem necessaria, & hoc adfit ut fiat absque interpositione alterius substantiae.
- II. Secunda, quae ab hac pendet, est illa, quam similiter supra fufus explicauimus. Hae namque coniunctio debet esse illi similis, quantum fieri diuinitus est concessum, qua coniunguntur inter se Pater, ac Filius: sic enim rogauit Patrem Christus, Rogo Pater, ut hi vnus sint, sicut ego & tu vnus sumus.] quocirca veluti Pater ac Filius sunt vnus non interiectu alterius substantiae, sic nos cum Christo debemus esse vni, nulla intercedente dissimili substantia: atque ob id in Eucharistia non debet esse substantia panis, ac vini, sed sola corporis Christi substantia, ut nos illi adnectamur, & per illam simul connectamur, nulla dissimili substantia se intermiscente, ad similitudinem quamdam sanctissimae Trinitatis.
- III. Tertia ratio est huiusmodi: Si in Eucharistia remaneret substantia panis ac vini, accidentia illa primo designarent substantiam panis ac vini, veluti ab illa naturaliter pendente, deinde secundo loco notarent Christi corpus; atque ita verius diceretur, haec signant panem, vel, hoc est panis, quam, haec signant Christi corpus, vel, hoc est corpus. quod est contra Christum dicentem, Hoc est corpus meum,] volentemque ut primo demonstrarent suum corpus, & mens nostra primario feratur in eius corpus, non in aliam substantiam & naturam.
- IV. Quarta est: Deus pro sua bonitate voluit euehere res terrenas ad maximam dignitatem, ita ut re ipsa ex ipsis conficeretur verum Christi corpus: quod non esset, si panis ac vini substantia permaneret. Nunc autem verè fit ex ipsa substantia tota panis ac vini verum Christi corpus, neque materia, neque forma panis persistente, sed transmutata omnino in Christi corpus ac sanguinem. Atque hac ratione sunt vsi Patres antiqui disputantes aduersus haereticos, qui volebant hasce creaturas esse malas. Neque tamen est aliud Christi corpus in Eucharistia ab eo, quod virgo concepit, ac peperit; nam dicimus substantiam panis ac vini transferri omnino in illud idem corpus, quod virgo sanctissima peperit. non autem generationis more fit haec transmutatio. In generatione namque materia permanet, inducitur noua forma; in hac verò transmutatione neque materia, neque forma persistat, non abiens quidem in nihilum, sed in ipsum Christi corpus. Atque ita dicimus è pane ac vino confici corpus Christi, ut locuti sunt SS. Ambrosius lib. 4. de sacramentis cap. 4. Gaudentius tract. 2. in Exodum, Magnes lib. 3. Apologia, & alij multi.
- V. Quinta est: Maximè conuenit ut existant aliquo tempore in hac vniuersitate rerum modi, quibus diuina potentia potest res efficere. Existabant nonnulli.

In iis primus est creationis, cum Deus è nihilo creauit hunc mundum, & adhuc animas creat. Secundus est generationis, cum Deus non è nihilo, sed aliqua ex re res gignit remanente materia, ut è feminibus, alijsve, quae loco sunt feminum, tot res producuntur.

Tertius

A Tertius est alterationis dictus, cum persistente materia, & forma, existunt accidentia noua, uti cum fit ex albo niger, è paruo magnus, & tamè idè sum quo ad formam & materiam. Quartus itaque reliquus videbatur, què Christus induxit, transubstantiationis, id est, ne de verbis puerorum more & infantium garriamus, cum è materia & forma fit aliquid accidentibus saluis, quod contingit, vbi materia tota ac forma substantialis panis ac vini transit in substantiam corporis Christi. decebat verò ut hic modus exstaret in proposita re, ut sciremus per illud corpus mirabilissime cuncta restauranda.

Ac tum quintus inducetur per Christum modus, quo, salua rerum forma, ac materia substantiali, innouabuntur in aeternum statum, sublatis omnibus immutandarum rerum modis, cunctae res, quoad omnia ferè accidentia pristinis amotis.


B Sexta ratio est: ut Deus humanum genus attolleret ad maximam potestatem, qua sacerdos, Christi personam sustinentes, possent substantias totas innouare. atque id proculdubio maximum: verum quod superet omnem admirationem, dedit Deus, ut totas substantias corporum, panis scilicet, ac vini, innouarent in excellentissimum ac diuinissimum Christi corpus. vtrumque admirabilissimum, & quod tota substantia commutetur, & quod in substantiam corporis Christi transferatur. Possunt homines vi naturali ad hoc pertingere, ut hominem, qui est omnium spectabilium praestantissima natura, producant: ex homine namque fit homo: hoc autem fit per generationem, qua forma inducitur in subiectam materiam. Ad maiora Christus per gratiam vires voluit humanum genus euehere, ut per mutationem totius substantiae corpus ipsius omnium rerum diuinissimum conficeret: quod non contingeret, nisi substantia conuerteretur tota in substantiam corporis Christi; sed illud solummodo accideret, ut adesset ibi corpus Christi, veluti adfuit Iudaeis per tot annos quibus in terra vitam traduxit; sed longè minus: ab iis enim videbatur, à nobis non ita.

C Admirantur hanc sacerdotum potestatem incredibilem sancti doctores, in his Chrysostomus libro de sacerdotio, Ephraem proprio sermone, & multis in locis Augustinus: ut verè dixerit Ignatius epistola ad Philadelphenses, Sacerdotium est omnium bonorum, quae sunt inter homines, apex.] ac Caesareus Arelatensis, Inuisibilis sacerdos, ait, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbi sui secreta potestate, conuertit.] & mox: Quanta igitur celebranda beneficia vis diuinæ benedictionis operetur, quomodo sibi nouum & impossibile esse non debeat, quod in Christi substantiam terrena & mortalia commutantur; te ipsum, qui iam regeneratus es, interroga.] Hae ille. Sicut itaque Deus dedit homini, ut hominem per generationem, qua substantia ex parte mutatur, gigneret; sic congruum videtur, ut eidem per gratiam det longè diuinius aliquid Christus, ut corpus, quod cuncta sunt instauranda, ore proprio (ut loquitur S. Hieronymus epistola ad Heliodorum, & ad Euagrium) conficiat per mutationem substantiae totius in substantiam totam. Multa in hanc rem pulchra congerit ex antiquis Rabinis Petrus Galatinus locis supra citatis in classe Rabinorum.


D Postrema sit, latè supra probauimus Christum secundum Adamum: veluti igitur è costata Adami sine admixtione alterius substantiae fuit Eua formata, sic oportet nos è carne Christi reformari ac renasci sine adiunctione alterius substantiae. Quocirca necesse est in Eucharistia non sit alia substantia, quam corporis Christi, non adfit panis, ac vini; quemadmodum non adfuit in Euae mulieris fabricatione vlla substantia, quam desumpta è corpore Adami. Hoc argumentum tractauimus, & ornauius multis diuinæ scripturae locis, & doctorum testimoniis in classe rationum, & similitudinum: quibus accedant ea, quae adduximus similiter supra, ostendentes multo diuinius, efficacius, & amplius nos è Christo renasci, quam è parentibus simus producti, aut ex Adamo fuerit Eua constructa. Atque haec nobis videntur satis ad explicandam corporis Ecclesiae cum corpore Christi coniunctionem intimam, maximamque sine interuentu substantiae alienae ad quamdam similitudinem inexcogitabilis coniunctionis, quae est inter Patrem, Filium, & Spiritum sanctum.

FINIS LIBRI DECIMI QVARTI.

Homilia 5. de Pasch.



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER DECIMVS QVINTVS.



RECENSENTVR SEPTEM ARGVMENTA, E QVIBVS  
colligi potest clarissimè, quenam sint malorum demonum praestigia,  
& Spectra. Cap. I.



**D**OSSVNT naturaliter daemones, nisi Deus obsistat, aliquas elementorum partes, & corpora ex eis composita mouere, & breuissimo temporis spatio vires eorū colligere, miro artificio coniungere, spectraque fabricari, quibus oculos hominū mentesque fallere possint. quod haec valeant, apparet ex eo, quod è superis locis ignè deduxere, quo pecora Iob absumerentur, vètos cōmouerunt, quibus aedes eius prosternerentur; ipsum denique Iesum in mōtè excelsum, atque in summum templi verticem abripuerunt; Iob vlcere pessimo percussere, perturbatis eius humoribus, & vt voluerunt contaminatis. Notissima sunt quae contingunt obsessis à dæmone, quomodo distorqueantur eorū membra, seruiantque nutibus insidentiū dæmonum. quod simulacra, & prodigia, quae voluerint effingant, liquet ex iis, quae Magi in cōspectu Pharaonis cū Moysè certates effecerūt. De his verò omnibus agit Syluester Prieras libro docto de strigimago, in quo plurima scitu digna & periucunda narrat: agit Ioannes Franciscus Picus Mirandulae Comes libro de lamiis, Ioannes Bodinus de dæmonomagia, Hieronymus Magnus de arte exorcistica. & quamuis aliqua nō possint, tamē falsis & adumbratis simulacris ita veri speciei subiiciēt oculis inuentium, vt nisi quis veritate subnixus, diuini que cultus ope cōfirmatus fuerit, facillimè in fraudē ruat. Exēpli gratia. Dæmones haud possunt mortuos ad vitā reuocare; quia forma corporis humani est anima rationalis, quā creare nō potest nisi Deus, neque illa educitur è materia, neque inhære potest alicui corpori animādo illud, nisi suo, à quo cū fuerit expedita mortis interuentu, nō potest amplius naturaliter animare. sed tamē poterunt illud ita mouere, vt viuētis speciei quamdā praeferat, quamuis verè nō sit animatū. Similiter dæmones haud possunt efficere, vt idem corpus sit in duobus locis vllo modo: praestabunt tamē, vt quā simillima effigies eius existat, & aspicientibus illudat. Et quando solidū corpus à corpore solido peruadi nō datur, nisi alterū distrūpatur, & aditū det, hoc itē dæmonibus negatum: sed cōmēticia imagine videbuntur idē machinari. Innumeraque sunt huiusmodi, è quibus labefactari videtur fides miraculorū spectantiū ad corpora. idcirco cū sequētia signa, quae existunt è coniunctione corporis Ecclesiae cū corpore Christi, pertineāt ad corpus, infirma vi debūt, atque huiusmodi, vt iis omnino ac certò inniti nō possimus. Nihilominus affirmamus haec esse, quae subiiciemus, euidentissima argumēta veræ religionis: simulque asserimus spectra dæmonū vel omnino euanescere, vel etiā si persistāt, apparere nō esse diuina, sed dæmonum, ex his, quae modò proponemus. Nā primo loco, vbi venit in certamē causā religionis, vel partibus hinc inde certatibus, vel altera cōtēdente suā doctrinā commendare huiusmodi spectris, Deus haud finit hominibus imponi, & fraudē detegit. Idcirco Christus, cū nonnulli indignarētur, quod dixisset paralytico, Remittūt tibi peccata tua, ]subiecit, Vt sciatis quā filius hominis habet in terris potestatem dimitte di peccata (ait paralytico) surge & ambula. ] & ille continuò est sanatus. Igitur non permitteret Deus effici miracula, cū per ea cōfirmaretur mēdaciū: alioquin ineptè cōclusisset Christus quae dixit. Cōprobātur ea, quae asserimus

**A** serimus, ex his, quae gesta sūt inter Moysē & magos Pharaonis; quorū ludicra cuiusmodi forēt, apparuit ex iis, quae Moyses egit. & haud dissimile fuit certamē inter Petrū & Simonē Magum, Paulūque, & Elymā. Quocirca necesse est ea, quae acciderunt corporibus sanctorū, siue viuis, siue mortuis, aut rebus ad ea spectatibus, quae sequētibz capitibus persequimur, fuisse diuina. Nam plerique omnes hoc in primis agebāt tota vita, vt nostra doctrina vel disseminaretur, vel disseminata moribus cōseruaretur; vt ex eorū gestis liquet, quae non recensemus, ne simus longiores; sed cuilibet ea volenti legere sunt in promptu. Secūdo, quocūque in loco Eucharistia asseruatur, si quod spectrū dæmon in illo conetur effingere, cōtinuò dæmonis esse apparet, & euanescit: sicut enim legimus, in cōspectu arce diuinæ, quae à Philistæis capta, positaque in tēplo Dagō fuerat, statua Dagonis cōcidit, & in frustra dissiliit; sic vbi Eucharistia asseruaretur. Idque experimētis recētissimis cōpertū est in omnibus Indiae locis; in quibus cū tēpla excitabātur, & Eucharistia ponebatur, dæmonum responsa detegebantur, vel cessabant, eorumque vires omnino tollerantur, vt scribit, qui diu fuit in illis regionibus, Gonzalus Ferdinandus. Tertio, vbi adsunt homines sancti, protinus se dæmon prodit apertè, victū se palā fatetur, & aufugit. Multa sūt in Euāgelio huius rei exēpla, cū scribūtur dæmones exclamasse ad Christi aduētū, cōquerētes se eiici. Idē cōtingit Paulo, & Silā, cū Philippis moraretur. cōtrariū verò contingit hæreticis, & recte doctrinæ inimicis, vt Luthero accidit, quod suo loco narrabimus; & de filiis Scæuæ Iudæi habetur in actis Apostolorū. Quamobrem scriptū reliquit Theodoretus, cū fuisset in exiliū pulsi duo Macarij, Isidorus, plurimique remittit à Lucio Arianorū præfule in Alexandria, iūque venisset in insulā quādā, dæmonas, quos obsidebāt puellā, voce altissima vt audirēt ab omnibus, vociferatos, se à sanctis viris expelli, eos veri Dei seruos, & his similia. Innumera verò sūt, quae in vitis sanctorum referūtur huiusmodi. Idē cōtingit nobis in Indiis ambabus. Atque hæc Plutarchus ignorauit, quod proprio libello inquit, cur oracula suo tēpore cessassēt. Nimirū iā Christiani omnibz in locis erāt. Quarto, nō modò vbi adsunt sancti, dæmonum vis omnis in struendis figmentis infringitur, sed vbi adsunt aliquae sanctorum reliquiae. ideoque illas maximè exofas habet dæmon, & totis viribus conatur perdere, vt ostēdimus, cū de mirabili Dei puidētia in iis tuēdis agimus. Quod verò à reliquiis sanctorū fugiat dæmon, & procul eius potestas arceatur, innumeris exēplis, quae passim referemus, aperietur. Nūc satis sit aliqua ad hūc locū speciatim pertinētia retulisse. Antiochia celeberrimū erat Apollinis tēplū, quod Daphnes vocabatur, in quo cūctis accedētibz dabātur respōsa. Accidit deinde vt prope illud reponerentur ossa Babylæ martyris obmutuit dæmon. Iulianus Imperator conatus est oraculū restituere, & ossa Babylæ iussit asportari, templūque Apollinis denuò frequentari. sed quoniā locus ille cōtactu sacrarū reliquiarū fuerat cōsecratus, fulmen cælitus est demissū, quo totū edificium tēpli cōflagrauit, vt Ioānes Chrysostomus late describit, & Theodoretus in historia sua. atque hæc infra clariora fient, vbi agemus de reliquiis, & tota res plurimis exēplis, & nobilissimis euentis illustrabitur. Quocirca cū necessariò in cūctis Catholicorū locis repositæ sint reliquiae; vbi nāque sunt altaria, sūt & illae; necesse est dæmonū fallacia vel ad nihilū redigātur, vel cuiusmodi sint designētur. Hæc verò signa, de quibus verba faciemus, nullo modo à dæmonibus esse cōstat, quādo pleraque illorū in locis Catholicorū contigerunt: quod si essent, aliquādo id saltē propter reliquias apparuisset. Quinto, vbi sunt Christiani, qui constanti fide Deo innitātur, praestigia dæmonum cessant. Hinc cū Marcellus Apameæ ciuitatis Episcopus templum magnificentissimum Iouis incendi iussisset; & qui destruendum cōduxerat, tres columnas suffodisset, lignisque suppositis ignem immisisset, vt corruentes illæ totius molis ruinā traherent, dæmonis operam nunquam potuere subiecta ligna flammam concipere. Idcirco Marcellus se precibus dedit; & facto crucis signo super aquae vasculum, mandauit aspergi ligna; & protinus incendium est excitatum, deiectæ columnæ, templum prostratum. Notissima est historia Iustinæ, & Cypriani, qui ad artes magicas confugerat, vt illa potiretur: & dæmones respōderunt, se nihil aduersus eam posse, quod fide Christi munita esset. Caietanus scribit hoc sibi accidisse: Nonnulli adhibebant ad vsus superstitionis verba quaedam, & reuera assequebātur quod per illa volebant, manifesto se periculo obiectentes: à quo vt eximeret illos Caietanus, ne dæmoni admiscerentur, protestatus est se nullo modo superstitioni illi fidem dare, quamuis ea videretur vsurus, hoc tantum velle ostendere iis dæmonis esse praestigias. Verba illis praesentibus dixit, & nihil est inde secutū. Multa ad hæc pertinētia

Cap. 10.

AA. 16.

AA. 19.

Hist. Eccles. lib. 7. cap. 39.

Lib. 6. c. 31.

Eccles. hist. lib. 9. cap. 34.

Caiet. in summa ver. superit.



cōtigere in Indiis, præsertim Orientalibus: è quibus aliqua recitat Franciscus Cabrales A miranda, quæ euenere sub annum M D LXXIV. Quamobrem Deus, vt ostenderet hæc de quibus acturi sumus, signa esse diuina, permisit multos illis aduersari, quibus obrigerunt; & qui malo animo id egerunt, cælitus sunt puniti; qui secus, compererunt illa esse à Deo, ac respuerunt, diuinitatemque sunt venerati, vt è subiectis apparebit. huc faciunt, quæ recitauimus libro tertio, de miraculis confirmationis.

Sextò: dæmones exhorrescunt ad eò crucis signum, vt vel fugiant, vel se prodant, vbi illud vel leui fide fuerit aduersus eos factum. Iulianus Imperator magicis rebus operã dabat. dæmones aduocati aduenere. timore correptus ille quamuis à nobis alienus crucis signo se munit, & continuò dæmones aufugerunt. Refert in dialogo Gregorius quendam Iudæum, dum Fundos peteret, de via noctu diuertisse ad quoddam idolorum templum, & ibi quicuisse; sed cum somnum capere vellet, vidisse plurimos dæmonas conuenire, eorumque principem sella posita in sublimi ab omnibus actorum cœpisse exposcere rationem. Quo viso perterrefactus Iudæus ad crucis signum confugit, quando aliud remedium non occurrebat, & illud audiuerat esse efficax in eos præsidium. At dæmonum princeps, homine conspecto, accersitum dæmona mittit, qui videat, quinam sit ille. Iussa facit dæmon, ac refert esse vas vacuum quidem, sed cruce signatum. Quo intellecto cuncti protinus euauerunt. Id vbi vidit Iudæus, mox Christo se deuouit. Cum Sarraceni Hierosolymã cœpissent, & excitare in ea arcem vellent, fundamenta exorsis sunt, murumque. sed vix à terra paries excitabatur, cum manè redeuntes viderunt omnia corruisse. operi rursus insistent, vespere domum redeunt, manè reuertuntur, cuncta humi prostrata videt. cum sæpius id euenisset, resque iã passim diuulgata esset, & causa inquireretur, Iudæi dixere, ideo sic accidere, quòd in aduerso colle crux esset collocata, quam si demolerentur, futurum vt mœnia amplius non conciderent, sed starent. paruere consilio, opus repètere, & stetit. Quocirca necesse est subiecta signa esse diuina, quando ij, quibus obrigere in locis Christianorum degentes obuia vt plurimum habebant crucis vexilla vel in templis, vel vt fit, in editioribus locis.

Septimò, quod instar sit omnium: quibus obrigerunt hæc signa, ij fuere vita integerrima, castimonia insigni, florere temperantia, fortitudine, omniumque humanarum rerum despicientia, toti in amore & contemplatione cælestium diuinarumque rerum positi, plurimisque exemplo suo ad idem viuendi genus adduxerunt. Idcirco necesse est illa sint à Deo, non à dæmonibus vllò modo.

Ob id videmus antiquos omnes ipsa veritate cogente haud negasse, illos, quibus plerumque diuinitatem tribuebant, ac miracula quædam diuina, fuisse flagitiosos, improbata libidine infames, aut alioquin maleficiis deditos. An nõ adulteria, incestus, dissidia, furta diis suis, quos cælestibus ac terrenis præficiant, antiqui tribuebant? Talia de Ioue Deorum summo, Saturno ipsius fabuloso patre, ac ceteris illi iactabant, vt alios omitamus. Idem Deos quosdam suos ad infera detrudebant. credo Apollonius Tyanæus producet, quem nonnulli impudentissimè sunt ausi olim Christo cõparare, & quæ Alexander Mammeæ statua decoratum inter suos Deos, à quibus tamen haud eximebat Christum, collocauit. Atqui Lucianus Tyanæo æqualis, nefandorum criminum, quæ probè ipse norat, reũ facit Apollonium: & quamuis idẽ Christianos irrideat, quippe qui ab eis descuisset, tamẽ homo impius talia Christianis crimina nullo modo audet imponere, quin plurima dicit, quæ maximæ sint ipsis laudi. Atque hæc de priscis. Scimus ab Indis tam Occidentalibus, quàm Orientalibus, diuinos honores dæmonibus tribui solitos ætate nostra. Sinæ, Japoniique, quamuis ingenio ceteris, quos nostrorum nauigatio detexit, præstare videantur, tamen etiã nunc dæmoni diuinos ac summos honores tribuere solent; illumque deformi & horrenda enigie depingunt, flammis circũseptum, fumoque nigricanti: ab illo responsa expetunt, ab illo cunctis in rebus deliberandis & agendis pendunt. Destitère nonnulli id agere, ex quo nostri ad illas oras accessere. Nã cum metu percussis hæc patrent, vbi viderunt à nostris dæmonas nõ modò despici, ac nihili fieri, sed etiã coërceri, & exagitari, expelli que è corporibus & locis, admirati tantam potestatem, sententia, ac moribus immutatis ad nostra transferunt. Quamobrem miracula nostrorum nonnisi à Deo proficiscuntur, dæmonibus aduersantur, magicas & improbatas artes execratur. flammis comburendos tradimus, quicumque istiusmodi sceleribus operam dare vllò modo deprehendantur; habentur enim loco eorum, qui diuinam maiestatem læserint, & cum perduellibus,

A bus, dæmonibus scilicet, inierint tacitam societatem. Nunc itaque, his expositis, argumentum, quod præ manibus habemus, aggrediamur, & explicemus.

## SIGNVM QVINQVAGESIMVM OCTAVVM.

Miri effectus Eucharistiæ sumptæ.

Ex effectibus admirandis Eucharistiæ, quæ in Catholicorum corporibus existunt, apparet nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. II.



Eridebit aliquis nostrorum mysterium maiestatem, si ratione humana dumtaxat vsus, sensibusque corporis habens fidem, nihil inquirens præterea, metiri illa velit. Quid enim magni, & admirabilis, ne dicam diuini, Eucharistiæ species videtur præferre? Nihil profectò. Rursus quid tantilla (dicit impius) res efficere in nobis potest? Audiamus euentum miranda, quantum pertinet ad coniunctionem nostri corporis cum Christi corpore, quæ fit per Eucharistiã; in qua, vt constantissimè credimus, est Christi corpus. Cetera porò miracula (sunt namque innumera, quæ non pertinent ad hæc coniunctionem) missa faciemus, quòd non sint propositi instituti. Memoriam prodidit post Euagrium Nicephorus Calixtus rem prorsus admirabilem, ac scitu dignam. adscribamus verba ipsius. Anthimo, inquit ille, è sede Episcopi deiecto in vrbe Imperatoria, & Mena loco ipsius ab Agathone Papa electo, ac consecrato, miraculum quoddam Constantinopoli dignum quod memoretur accidit. Consuetudo è multo tempore Imperatoriæ vrbi fuit, vt cum plusculum de partibus immaculati diuinique corporis Christi reliquum foret, sacerdotes pueros incorruptos ex eis, qui ad præceptores eunt in ludum litterarum, accerferent, qui ieiuni reliquias illas ederent. quod quidem mihi quoque sæpenumero, quum puer admodum essem, & maximè prima ætate in sacris ædibus versari studio haberem, contigit. Tale quiddam Mena quoque Patriarcha accidit. Cum pueris ad hoc delectis puer quoque viri religione Iudæi vitro conficiendo vitam tuētis, adiunctus est. Puer is, vbi diutius ultra horam solitam moratus domum venit, & causam tardioris reditus parētibus diligentius ipsum inquirentibus, quod scilicet cū pueris aliis diuinas partes edisset renunciauit. Pater, audita re noua, furore percitus, fornacem, vbi vitrum conformabat, succendit, & arreptum puerum in illam prunis flamma suffocata candentem coniecit ob huiusmodi factum iratus; quamuis filius sciens nihil admisisset. Porò mater, vbi puerum diutius non comparentem quæssisset, neque inuenisset, urbem omnem circumiit perquam acerbè plorans, ac lugens; & die tertio ad officinam mariti consistens ingenti planctu, seipsam Ianians, proluxiusque ingemiscēs, filium vocauit. Materna ille voce agnita responsum dedit è camino. Tum mater, ostio furni fracto, cum miraculo maximo in mediis prunis puerum stantem vidit ita prorsus incolumem, vt ne capillum quidem flamma læserit; & vbi causam incolumitatis quæssuit, mulierem quamdam illustrem, purpurea amictam stola, frequentius ad ipsum venisse, aquam sibi infudisse, flammamque appropinquantem extinxisse; cibum etiã, cum esuriret, præbuisse, dixit. Hæc postquam Iustinianus cognouit, puerum cum matre diuino regenerationis lauacro adhibuit, Deoque dicauit. Hæc Euagrius, qui sub hæc tempora fuit, ac post eum Nicephorus Calixtus: è quibus dignosci potest, quanta sit Eucharistiæ vis non modò in iis, qui iã per baptismum Christo sunt adiuncti, sed & in iis, qui se fide aliqua, vt possunt, Christo addicunt, vel aliquo saltè fidei effectus; quod fecit ille puer, qui mox perfectè est Christum secutus. Georgius scribit in vita Theodori Archimandritæ, qui imperante Phoca vixit, Georgium Cappadocem, virum nobilissimum, ductum fuisse cathenis vndique circumligatum iussu Imperatoris. cumque Theodorus petisset, vt ab iis solueretur, donec illi daret Eucharistiã, militesque id sancto pernegassent diu multisque hoc petenti, accidit, vt eo sumente Eucharistiã subito mirabiliter vincula soluta spontè conciderent ad terram. Veniamus ad recentiora. Iacobus è Vitriaco Cardinalis scribit virginem quamdam viginti & vno diebus extra sensus positã perstitisse immobilè, totaque in cælestibus cõtèpladis defixã, sumpta Eucharistiã; qualdã deficere solitas, nisi illa resciretur. Maria Ogniacensis triginta quinque dies ieiuna permãsit, cibo huiusmodi diuino nutrita. Virgo quædam Felix nomine ex oppido Barbarani Romæ ætate nostra vixit: hæc quinque totas quadragesimas sola Eucharistiã trã-

Hist. erip. lib. 6. cap. 1.

Zon. tom. 3. in vita Constantis Hæraclij nepotis.

Eusgr. li. 4. c. 24. Lib. 17. cap. 23.

Sur. tom. 2.

egit. eius vitam sanctissimã scripsit Bonignorius Cacciaguerra. Catharina Genuësis nõ A  
 nullas item quadagesimas nihil comedens, Eucharistiã solam sumens traduxit, quam  
 cum percipiebat, miris modis afficiebatur. Idem contigit Luchinæ Soncinati. Ludouicus  
 Pius Imperator in supremo morbo, quo obiit, totos quadraginta dies ieiunus transegit,  
 Eucharistiã solam quotidie sumens, vt qui adfuit ei rei scriptor testatur. In territorio  
 Tullensî puella quædam post Eucharistiã sumptam primò per decem menses absti-  
 nuît pane, deinde triennium totum omni cibo, & potu, vt libro quarto narrat Annonius,  
 ac Sigibertus: id contigit imperante Ludouico Pio. Atque hæc è multis pauca sint sa-  
 tis, quò ad ea quæ tangunt ipsos sumentes. Nunc illa percurramus, quæ spectant ad illos,  
 pro quibus sumitur, & offertur Eucharistiã. Nam cum sit vnum Catholicorum corpus  
 eo quo diximus modo propter vnum, cui nos adglutinamur, Christi corpus; meritò fit il-  
 lius interuentu, vt quod vni contingit, ad alios diuinitus permanere possit, veluti affectio-  
 nem membri vnus continuò videmus communicari cunctis vnus corporis membris. Re-  
 fert Gregorius in Dialogo, captum fuisse ab hostibus quẽdam: coniuæ credidit mortuũ;  
 curauit quotidie pro illo sacra fieri: qua hora sacrificium offerebatur, vincula dissoluebã-  
 rur. mirabiliter stupentibus cunctis, & ignorantibus quæ de causa id fieret. idem ferè tra-  
 dit Beda in historia Anglicana. Gregorius idem memoria prodidit nauam quemdam  
 in medio mari tempestatibus variis agitatam, ac ferè, cum solus esset, oppressum, viribus  
 iam deficientem, quòd cibus illi nullus esset, hora qua pro ipso sacrum fiebat, ab ignoto  
 quodam pane allato refectum, vt fluctibus resistere vires resumens, atque euadere ex il-  
 la procella posset. Afferamus & illud à sancto Gregorio scriptum in vita sancti Benedi-  
 cti. Quædam foemina, vt aiunt, moniales, nimis efrani lingua religiosum quemdam  
 virum sæpius vellicabant. Quocirca Benedictus, hæc de illis audiens, eis protinus mada-  
 uit dicens, Corrigite linguam vestram, alioquin excommunico vos. illæ nihilo meliores  
 factæ intra paucos dies defunctæ sunt, atque in ædibus sacris sepultæ. cumque in iisdem  
 missarum solennia, inquit idem, celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, Si quis  
 non communicat, det locum; nutrix earum, quæ pro eis oblationem offerre consueuerat,  
 eas de sepulchris suis progredi, & exire videbat: quod dum sæpius cerneret, quia ad vo-  
 cem diaconi clamantis exhibat foras, atque intra ecclesiam permanere non poterant, ad  
 memoriam reduxit, quæ vir Dei illis adhuc viuentibus mandauit. eas quippe se commu-  
 nione priuare dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui  
 mærore indicatum est; qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens, Ite, & hanc obla-  
 tionem pro eis offerri Domino facite; & vterius excommunicatæ non erunt. quæ dũ im-  
 molatio fuisset pro eis immolata, & à diacono iuxta morem clamatum est, vt non com-  
 municantes ab ecclesia exirent, illæ exire ab ecclesia vterius visæ non sunt. ] Nullo mo-  
 do omittam, quod Petrus Cluniacensis litteris mandauit, adscribam verba ipsius. Est in  
 Gratianopolitano Episcopatu locus in venis subterraneis plurimum ferri habens, quod  
 multo incolarum & rusticorum sudore assidue eruitur; ac fornacibus coctum, & expurga-  
 tum per circumiacentes terras fabris ferrariis, vel quibuslibet pro lucro venditur. Inde &  
 villa, quam iisdem homines iuxta incolunt, Ferraria nuncupatur. Solent autem huiusmo-  
 di homines, dum terræ abdita fodiendo perscrutantur, spe maiores lucri longius proce-  
 dere, & per subterraneos specus pertinaciter maiorem ferri materiam perscrutari. Huic  
 operi dum quodam tempore quidam rusticus indefessus instaret, & intima terræ fodiendo  
 acriter rimaretur, repente maxima moles terræ delapsa aditum, per quem ingressus fue-  
 rat, obturauit. quia tamen fodiendo longius procefferat, ac multum post se spatij exha-  
 usta terra inane reliquerat, mortem euasit: & velut in domo clausa, ac validis munitio-  
 nibus vndique circumseptus, egredi quidem non potuit, incolumis tamen permansit: sed  
 tenebris tam tenebrosi carceris circumseptus, spe omni euadendi sublata, ac velut in am-  
 plo sepulchro sepultus, mortem ipsam adhuc viuens iam se cernere existimabat. quem  
 iam per aliquot dies non apparentem vxor sua mortuum credens ad animam eius spi-  
 ritualibus beneficiis adiuuandam conuersa est: vnde per annum integrum omni  
 hebdomada vnã ei missam celebrari à sacerdotibus faciens, & pro eo panem & can-  
 delam offerens, salutari sacramento, vt mos est Ecclesiæ, animæ defuncti mariti sub-  
 uenire satagebat. Vna tamen in anno hebdomada extitit, qua mulier aliis intenta ne-  
 gotiis, missam, vt proposuerat, marito prouidere neglexit. Et ecce totius anni penè  
 emenso spatio, rursus fossores metalli officio afluati, irrequieti instantes ad locum,  
 in

A in quo iam dictus rusticus adhuc viuens latebat, paulatim fodiendo perueniunt. quorũ  
 dũ voces, & malleorũ sonitus iã appropinquantiu rusticus inclusus audisset, quantis po-  
 ruit nisibus vociferari cepit. cuius illi vocẽ audiẽtes, & (vt pote artis illius periti) hominis  
 subterranei esse cognoscentes, sese inuicem cohortati sunt, & ad eum tandem post mul-  
 tum fossionis laborem peruenerunt. quem accensis luminibus curiosè circumspicientes,  
 illum esse, quem anno iam præterito ibidem obrutum esse sciebant, agnouerunt. Admi-  
 rati, & vt par erat, tantæ rei nouitate stupefacti, quomodo illic viuere potuisset, instantis-  
 simè inquirebant. at ille respondit, isto, quem modo remouistis, terræ obice foramini, per  
 quod intraueram, obiecto, cum hoc carcere, quem videtis, retentus fuissẽ, atque aliquan-  
 tis diebus sine cibo & lumine permansissem, subito mihi iam pene deficienti cum pane  
 simul & lumine quidam adstitit, qui me confortatus, & ad cibum capiendum admonens,  
 tetras tenebras illa candela, quam ferebat, clarissimè illustrabat. eo pane per spatium se-  
 ptem aut octo dierum (vt mihi videbatur) refectus, totidem diebus illa candela illu-  
 stratus, & famis periculum euadebam, & huius fossæ tenebras euitabam. post septem ve-  
 ro vel octo dies rursus ille qui prius cum recenti pane & renouato lumine adueniebat,  
 eaque mihi dimittens recedebat. Hoc per vnus (vt mihi videbatur) anni excursus  
 æquo pene temporis intervallo numquam facere desistit, excepto vnus hebdomadæ spa-  
 tio, quo mihi præsentiam suam, munusque solitum, nescio qua de causa subtraxit. Hoc  
 illi ab eo audientes, & quod pro illo vxor eius per totum illum annum fecerat, ad men-  
 tem reuocantes, cuncta ei protinus exposuerunt: deinde hominem de cauernis illis sub-  
 terraneis educentes, vxori propriæ, vicinis omnibus, & populo ad tantum spectaculum  
 concurrenti, mirum dictu, post annuam sepulturã, incolumem reddiderunt, qui simul con-  
 gregati, & quod pro eo mulier fecerat, & quod ille de sese narrabat examinãtes; eisdem  
 diebus panem, quo reficiebatur, candelam, qua illustrabatur, & in illo specu oblata fuis-  
 se inuenerunt, quibus mulier pro eius reque & missam celebrari faciebat, & sacerdoti  
 Missam celebranti panem simul & candelam offerebat. ] Hucusq; Petrus Cluniacensis.  
 Dictum est Eucharistiã professe mirabiliter iis pro quibus sumitur, & offertur ea de  
 causa, quod Catholici sint veluti vnus corporis inter se connexa membra. Ostendamus  
 etiam professe, quamuis, neque sumatur, neque offeratur, sed in honore habeatur, & ali-  
 quod illi signum reuerentiæ exhibeatur. Audiamus Gregorium loquentem: Cum qui-  
 dam, inquit, Benedicti puerulus monachus parentes suos vltra quàm debuerat diligens,  
 atque ad eorum habitaculum tendens sine benedictione de monasterio exisset, eodem  
 die, mox vt ad eos peruenit, defunctus est, cumque esset sepultus, die altero proiectum  
 foras corpus eius inuentum est. quod rursus tradere sepulturæ curauerunt, sed sequenti  
 die iterum proiectum exterius, atque inhumatum sicut prius inuenerunt. tunc concite ad  
 Benedicti Patris vestigia currentes cum magno fletu petierunt, vt ei suam gratiam largi-  
 ri dignaretur. quibus vir Dei manu sua protinus communionem Dominici corporis de-  
 dit, dicens; Ite, atque hoc Dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia  
 ponite, & sic sepulturæ eum tradite. quod dum factum fuisset, susceptum corpus eius ter-  
 ra tenuit, nec vltra proiecit. ] Hæc Gregorius. Possemus huiusmodi innumera proferre.  
 Nos vnum dumtaxat maximè recens, quod in primis ad rem facit, adduxisse cõtenti eri-  
 mus, quod quidem refert Ioannes Franciscus Mirandulæ Comes eleganti illo libro de  
 strigibus. Fuit, inquit ille, in Alpibus Rhetiis sacerdos quidam probus ante annos duo-  
 decim, cui cum foret opus ad ægrotum quẽdam graui oppressum morbo Eucharistiã  
 deferre, cum longius ille abesset, videretque se non ita, vt oportebat, celeriter ad eum pe-  
 dibus posse peruenire, ascendit equum, colloque sanctissimum Christi corpus pixide in-  
 clusum satis honorifice alligauit, iter suum quanto ocyus accelerans. cum nonnihil pro-  
 cessisset, obuium habuit quemdam, qui vt equo descendens secum pergeret ad spectacu-  
 lum quoddam mirabilissimum inuitauit. Imprudens homo, & cupiditate rei tam stupen-  
 dæ ductus paruit, vix equo se demiserat, cum sensit se per aëra vna cum comite deferri, &  
 breui tempore in altissimo montis cacumine statui, ibi amplissima & amoenissima plani-  
 cies erat arboribus vndique excelsissimis obseptas, rupibusque horrendis circumcinctas.  
 In medio choros innumeros, ac varios ludos cuiusuis generis, mensas lautis ac diuersis  
 ferculis instructas erat videre. Audiebantur etiam concentus quilibet omni suauitate  
 affluentes. Denique aderant quæcumque animos hominum iucundissimis delinimen-  
 tis tenere possent, & dulcedine perfusos intima demulcere solent. Obstupefactus im-  
 pro-

prouisa re simplex bonusque sacerdos, neque eloqui præ admiratione, aut hiscere audēs penè extra se positus, attonitusque hærebat. Tum socius, qui illum adduxerat, petijt ab eo, velletne Reginam, quæ ibi aderat, supplex venerari, & munus illi aliquod offerre. In alto quodam folio Regina adfidebat effigie formosissima, regio cultu, & ornamentis mirificis ornata. Accedebant ad eam prosternentes se humi cuncti, qui aderant, bini, quaternive ordine pulcherrimo, & humi se prosternentes eam colebant, varia munera offerentes. Ad mentionem Reginæ homo, cum videret eam sic fulgentem, & ministris plurimis cinctam putauit esse matrem Christi, cælique & terræ Reginam. neque enim suspicabatur vllas præstigijs, dæmonumque spectra, alioquin eo non appropinquasset. Reputans igitur secum, quid illi dono daret, existimauit nihil ei gratius aut iucundius futurum munus, quam filij corpus, accessit, & ad pedes accidens in modum supplicis, arculam, in qua erat augustissimum sacramentum, è collo detractam in gremio mulieris illius posuit. Miras res. omnia continuè euauere. Percussus huiusmodi nouitate homo rudis, & præstigijs irretitum se videns, & in horroribus densissimis, & lustris destitutum conspiciens, opem diuinam tremens implorare, vt è tantis ipsium anfractibus expediret. cumque diu per loca inuia syluasque vastissimas errasset, vix tandem pastorem reperit, à quo in viam ductus didicit se millia centum à loco abesse, quo Eucharistiam deferre cupiebat. ad suas tandem sedes reuersus totam rem detulit ad magistratum. contigit hoc imperante Maximiliano Primo. Hæc Ioannes Franciscus, è quibus colligimus admirandos Eucharistiæ effectus siue sumptæ, siue honorifice à quouis habitæ; vt sciamus, quorum sit corpus vnum cum Christi corpore, & per ipsum sacramentum, & per eam, quæ ex illo emanare solet, gratiam diuinam, fructusque illius præ cunctis rebus suspiciendos ad omnia mala & spectra fuganda, ad singulas dæmonum machinationes & artificia dissoluenda, quæ hæreticis in bonum nullo vmquam tempore contigerunt, quippe qui à fructuosa & gratiosa hac cum Christi corpore coniunctione longissimè arceantur, ac dissent.

## SIGNVM QVINQVAGESIMVM NONVM.

Stigmata diuina corporum sanctorum.

*Stigmata impressa corporibus aliquot nostrorum. palam faciunt inter nos esse Ecclesiam Dei. Cap. III.*



Olebant olim domini, ac solent etiam nostris temporibus multi, faciem seruorum notis inustis incisive compungere, è quibus omnino cunctis appareat quorum sint illi, & ad quos spectent. Nam quocumque se vertent, insculptum gestant, cuius sint familia. Paulus quidem gloriabatur, corpori suo ob cultum Christi insicta fuisse vulnera, & impressas cicatrices, è quibus liqueret se Christi seruum, è Christi Ecclesia & ceterum se esse. De cetero, ait, nemo mihi sit molestus. Ego enim stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. ] At fieri potest, vt aliquis se Christi militem iactet, sed transfuga sit, ac perduellis, auersa facie, non aduersa fuerit vulneratus, dum se fugæ mandat, dum suos deserit, & ad castra inimicorum transit. quod si cui Christus hæc signa inuiscrit, cum nullus error Christum capere possit, næ ille è Christi erit grege, ex illius Ecclesia proculdubio est dicendus. Alicui ne hæc contigerunt? Ita profecto. Vulgatissimum est corpori S. Francisci diuinitus fuisse impressa quinque Christi vulnera, & è carne ipsius mirabiliter clauos ad manus ac pedes conformatos, ita vt merito in illum cecinerit Franciscus Bencius è Societate Iesu, vir vatibus antiquis æquiparandus.

*Sancte Patrum, spirans Christi exspirantis imago,*

*Tempore quam nullo delectat vlla dies.*

*Quas etenim seors ipse manus, seors ipse pedesque,*

*Has tulit ille manus, hos tulit ille pedes.*

*Nec minus teli transfixum cuspide pectus,*

*Quale tibi patulo pectore vulnus hiat.*

*Cuncta estis similes, illum qui forte verentur*

*Reddere, te saltem cur imitentur habent.*

Idem

A Idè cõtiget & S. Cathar. Senèsi virgini eximie, Helenæ virgini Hūgaricæ, quæ fuerunt ex ordine S. Dominici, Gertrudi ab Oesten Lucie virg. Narniensi tpe Alexandri VI. qui an id esset verum diligētissimè inquiri mādauit, & vt erat sic est cõpertum, & adhuc eius corpus est Ferrariæ, vidiq; ego illinc ad me transmiffa publica instrumenta, quæ tãtã rem legitime testificabatur. Vidi præterea hisce oculis corpus Clare virginis è Mõtefalso, & cor eius in quo insculptus est Christus cruci affixus, ex eadè carne flagra quibus est cæsus, cõlumna cui alligatus, omnia denique simulacra, quibus eius perpeffiones referuntur, quãuis antiquitate temporis, edacique vetustate paulatim fiat, vt caro contrahatur, & exsiccata deprimatur, amittatque expressas & extantes effigies illarum rerum: quod stigmatibus etiam Lucie virginis ex parte contigisse aiunt, vt depresso carnis obscurentur stigmatum vestigia. Inspexi præterea tres globulos carnosos ex eadem eductos singulos eiusdem ponderis: quod vero magis admirandum, si alterum ex eis in altera lance, alterumque in altera collocaueris, neuter neutri præponderat: quod si ex vna parte duos ex eis ponas, vnumque ex altera, nihil ad pondus adicitur momenti. tanti namque sunt duo, quanti ex iis tribus quilibet, & singuli tamen æquales. Id est diuinissimæ Trinitatis insigne illustrissimum. Est oppidum Montefalcum, in quo hæc asseruntur, satis celebre in edito colle situm è regione Spoleti. Quiuis potest eo accedere, & quæ plurimi conspexere, & ego conspexi, propius contemplari. Margarita Tiphernas fuit è familia sancti Dominici, huic defunctæ apertum corpus, visceraque educta. in corde reperti tres pretiosissimi lapides, quibus depictæ erant imagines quædam sacræ, vt Raphaël Razius narrat: quamuis illas nunc edax tempus obscurasse videatur. Ex his omnibus euidentissimè fit, Ecclesiam nostram proculdubio esse Ecclesiam Dei, quando nostros suis ipse signis tam mirabiliter signauit, quorum constat ex aliis etiam vitam prorsus esse diuinam. Hæc verò numquam contigere vlli è factionibus hæreticis, à quibus Deus cunctis in rebus longissimè semper abest. Ex hac porro coniunctione fit, vt corporibus Catholicorum vis diuina imprimatur ad efficienda miracula. & quidem putidum mihi videtur, si vllum laborem suscipiam, vt recenseam miracula innumera, quæ sancti viuentes ediderunt ita vt solo contactu morbos expulerint, quid dicam contactu? aspectu dumtaxat, vmbra tenui, vmbra ipsius accessu, vt Petro contigisse in actis Apostolorum legimus. Amplius etiam satis est ægroti ad ipsos sanctos, quamuis defunctos, animi deuotione confugerint, satis est, si pro mortuis ipsis alij viuentes preces ad sanctos iam vita functos fuderint: & ægrotis sanitas, & mortuis vita protinus restituta. sed quod mortui mortuos à morte vindicant, id suo loco dicemus. Nunc de viuentibus agimus, per quorum corpora vis diuinitatis illustrissimis signis, ac prorsus cælestibus ad aliorum curationem deriuatur. Recitemus hic duo exempla nobilissima, quæ in theatro totius mundi cunctis adhuc suspicienda iamdiu Deus proposuit. Clodoueus primus Francorum Rex hanc ad posteros Reges diuinitus concessam potestatem transmisit, vt quibusdam sollempnibus cæremonijs adhibitis tactu manuum suarum strumas sanent. In promptu est cuius intueri, an id sit verum, sed est omnium sermone peruulgatissimum, & ego cum eis sum locutus, qui id viderunt. Parum ne est hoc? Audi aliud. Eadem potestatem transmisit ad suos successores Angliæ Rex Eduardus vir sanctissimus, quibus & illud amplius est datum, vt annuli quidam certis ritibus consecrati mirificè valeant aduersus morbum comitalem. Vigessimum quartum annum Rex Eduardus fere regnarat, cum ei allatus fuit annulus à quibusdam Hierosolymã venientibus, quem ipse diu antea pauperi clam dederat, qui pro amore, quem erga sanctum Ioannem Euangelistam habebat, eleemosynam petierat. Ille annulus in templo Vuest monasterij multa veneratione est seruatus: & Angliæ Reges diè Paralceus cõsueuerunt multa cæremonia sacrare tactu illius annulos, quos qui induit neque stupore membrorum, neque comitali morbo tenentur, quæ Polydorus Virgilius Angliæ historia lib. 8. refert. Atque hæc sit satis attulisse ad præfens caput toti orbi notissima. Nam cuncta si quis vellet enumerare, & scribere sanctorum viuentium miracula ab ipso corpore profecta, neque orationis, neque scriptionis vllus esset finis. Ex his conficitur Ecclesiam nostram proculdubio esse Ecclesiam Dei, quando nulli alij cõtuit datum, vt diuinitus hæc possit. Nam cui Regum successioni hæc tributa vmquam, nisi Catholicorum? quod si cunctis rebus aliquid Deus est largitus, & hominibus interdū dedit vt possent aliquid supra vires naturæ, profecto diuiniorebus diuiniore communitabit. atqui tanta posse, nulli Regum aut hominum stirpi concessum. ergo hi præ cunctis

ctis ex Ecclesia Dei, quos longe maximis diuinitatis effectis Deus ipse nobilitauit ante alios omnes. Demus enim concessisse Deum, quæ ipsius est benignitas, aliis alia, nullus prætigij sit locus: tanta nulli certè quidem, vt Ecclesiæ nostræ. ac merito nunc idem Deus hæreticis Angliæ Regibus hæc abstulit, quando à Catholica fide se alienauerunt, vt cunctis appareat quænam sit proculdubio Ecclesia Dei, & quæ impiorum fæx, ac turba.

## SIGNVM SEXAGESIMVM.

Corporum præsentia multiplicata, aut inuisibilis.

*Corporum sanctorum præsentia, aut pluribus locis eodem tempore communicata, aut huiusmodi, vt oculos humanos effugeret, ostendit illos, nosque doctrinæ illorum adherentes esse ex Ecclesia Dei. Cap. IV.*



Vm Dei præsentia sit in locis; ac rebus omnibus, corpora sanctorum, qui Deo sunt adiuncti, etsi non in omnibus erunt, saltem in pluribus non virtute naturali, sed diuina aliquo modo poterunt esse. & quamuis dici soleat illa corpora esse vna, quæ loci vnus terminis circumscribuntur, plura verò, quæ pluribus, tamen vt sint vna, id non oritur primo à terminis vnus loci, sed ab vna essentia, quæ quidem loco non circumscribitur, neque sensibus subiicitur, quibus perua sunt accidentia dumtaxat. Quod si essentia verè est aliquo in loco, tamen illo non adstringitur, sed ibi diffinitur esse, quod ibi operetur. Hinc à Theologis dictum, substantiam loco diffiniri, non circumscribi, diffiniri scilicet eo loco, in quo operatur, ita vt ibi sit tantum, vbi efficit aliquid, non alibi. & naturaliter essentia rerum non solent operari, nisi vno in loco continuo, ac diuinitus possunt in pluribus operari, atque esse. operatio namque sequitur essentiam. & quando ab essentia profiunt omnia accidentia, necessario fiet, vt si essentia aliqua in pluribus erit locis, & eius accidentia similiter in pluribus sint locis; neque tamen aut essentia, aut accidentia sint plura propter plura loca, sed vna propter vnam essentiam, quæ diuinitus esse in pluribus locis potest. ac tunc vni essentia, atque vnus accidentibus ab ea pendentibus tot loca multiplicabuntur, in quot Deus esse dederit, & multiplicabuntur etiam solummodo illa accidentia, quæ à locis illis multiplicatis oriuntur dumtaxat: atque ita reliqua accidentia extrinseca erunt illi multa. Neque moueat quemquam, quod substantia hominis ex materia constet, ac forma, materia vero in se dicant Philosophi necessario interminatam quantitatem, dimensionem scilicet aliquam, modo hanc, modo illam pro varietate formarum; ex qua intima dimensione pendet loci dimensio extrinseca. asserimus enim non esse vnam materiam primo propter illas dimensiones, sed propter vnam formam, à qua materia habet, vt illis dimensionibus terminetur. rursus asserimus materiam per se distingui ab illis dimensionibus, quamuis naturaliter sint ambo semper coniuncta. Igitur diuinitus fieri potest, vt vnum corpus sit in pluribus locis propter vnam formam, vnamque materiam formæ vni omnino subiectam. Neque verò hic statuimus an id contingat circumscriptiue, vt aiunt, vel diffinitiue, vel alia ratione: quocumque modo eueniat haud curamus. certum est diuinitus hoc effici posse. Quocirca inerit vis diuinitatis illis corporibus, quæ pluribus in locis erunt, & erit efficax argumētū, homines ipsos, quibus talia obuenient, esse ex Ecclesia Dei. De sancto Ambrosio scriptum reliquerunt, cum sacra faceret ad altare, quasi somno quodam correptum diu substituisse, deinde ad se cum rediisset palam dixisse, se interfuisse funeri publico sancti Martini Episcopi Turonensis iam defuncti, interfuisse autem cunctis eum Turonis videntibus, & agnoscentibus. Quamuis sint qui velint contra contigisse, Martinum scilicet adfuisse funeri sancti Ambrosii. Sanctus Paulus quidem refert se raptum vsque ad tertium cælum; & quod adicit se nescire an in corpore, vel extra corpus fuerit raptus, id nonnulli interpretantur sic accidisse vt eius corpus in terris remanserit, idemque in cælum fuerit euectum. Sanctum Antoniū Vliisypontensem ferunt aliquando fuisse eodem tempore Patauij, & Vliisypone, vt patrem magno vitæ periculo innocentem liberaret. Laurentius Iustinianus Venetiarum

Patriar-

A Patriarcha vixit Eugenio Quarto sedente. referam quod illi contigit, & apponam verba scriptoris ex eadē gente Iustiniana prognati, ac patritij Veneti: Sacra, inquit, virgo quædam erat magnæ sanctitatis. Hæc per multos annos abstinentia, vigiliis, orationibus steterat ante Dominum. Accidit autem, vt sollempnitate Corporis Christi, neque sorores alia, neque ipsa communicare diuinis mysteriis possent, & quum ægreferrent, & illa in primis sanctissima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia prope esset monasterium, vt si gratiam communicandi eo die habere non possent, ipse saltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis suis orare. promittit Laurentius, quum autē celebraret ad populum, post eleuatum sacramentum factus est extra se ipsum, derulitque eum spiritus ad illam mulierem in cella clausam, & contemplationi vacantem; quæ forte tunc miro desiderio communicandi teneretur, & sacra illi mysteria communicauit siue in corpore, siue extra corpus, Deus scit, ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad se ipsum reuersus ab illo pietatis officio, reliquum Missæ peregit. ] Hucusque scriptor ille: vt sciamus diuinitus interdum dari corporibus sanctorum viuentium, propter societatem corporis Christi, vt pluribus esse in locis aliquo modo possint, quod est argumentum vehemens illos esse ex Ecclesia Dei & Christi, cuius omnipotenti virtute fit, vt hæc eis cōtingant, quæ hæreticis omnibus omnino negantur, quibus nulla coniunctio cum Christi corpore, quæ Deo grata sit, intercedit. Eadem verò contigisse ætate nostra Aloysio Bertrando, signo de miraculis in fidei propagatione factis, & Ioanni è S. Francisco, & Nicolao factori, signo de sanctitate Ecclesiæ nunc militatis aperimus. corporibus præterea humanis, quod solida sint, ac densa, hoc accidit, vt videantur; imaginemque suam depingant in oculis intuentium, nisi aëris nimia crassitudo obsistat, aliudve corpus intermedium, similiter densum, vel oculi sint male affecti. si quod autem corpus humanum nulla huiusmodi re intercedente, cum subiectum sit, ac præsens, oculis adstantium non videatur, id necesse est diuinitus contingat. Sæpius verò accidit hoc corporibus sanctorum. & vt omittamus dicere de Christo, qui ascendens in cælum sui aspectus copiam fecit suis discipulis, sed non aliis similiter cum vellent eum sui ciues è cliuo montis præcipitem dare, protinus oculos eorum latuit, cum tamen esset in ipsorum medio, Philippus, qui baptizauit eunuchum Regiæ Candacis, abreptus est ex oculis eius continuo, neque amplius eum vidit eunuchus qui tamen omnia circumposita longissimè aspiciebat, & in his aërem, per quem ferebatur Philippi corpus videntibus cunctis occultatum. Dionysius Areopagita, & Episcopus Hierosolymorum Iuuenalis, qui vixit imperante Theodosio iuniore, scribunt Apostolos è remotissimis oris, in quas Euangelii disseminandi causa abscesserant, Hierosolymas conuenisse ad obitum, funusque Dei genitricis in sublime diuino spiritu elatos, videntibus certè nullis. Theodosio seniore, Theotimum gubernasse Ecclesiam Tomitanam inter Scythas trans Istrum scribunt: contigitque aliquando, vt vna cum multis iter faceret, occurrerentque ei plurimi è barbaris. Quocirca, qui eum comitabantur, timore trepidare ceperunt, quasi continuo interficiendi. Ipse autem descendens ex equo precibus se dedit. At barbari neque eum, neque qui eum sequebantur, neque equos, è quibus descendissent, villo modo videntes, abierunt. ob hæc, & alia multa scribit Sozomenus, qui sub hæc tempora fuit, eum vocatum à barbaris Deum Romanorum. Quod referam scribit Gregorius Magnus in Dialogo. Audierant Franci quidam multas pecunias asseruari in monasterio Libertini. irruperunt itaque in illud, duce Bucellino. Libertinus id conspicatus precibus se dedit in oratorio, vt vocant, quodam. Franci diu quæsierunt ipsum in eodemmet loco, in quo supplex ille humique prostratus iacebat; quin sæpe in ipsum impegerunt, neque tamen vnumquam diu conquistum, & ante oculos positum viderunt. Petrus Archiepiscopus Tarantasi decessit anno millesimo centesimo septuagesimo primo. is inuocatus à tribus, qui in vinculis erant, mirabiliter adstitit, & quamuis adessent custodes, compedes tamen fregit, vincula comminuit, portas aperuit, neque totam hanc rem ex adstantibus vllus potuit videre, vt in eius vita scribit Gaufridus Abbas Altæ tubæ. At proculdubio fieri hæc haud possunt absque Dei potestate. & hi sanctissimi omnes viri fuere, & ex Ecclesia nostra. Quocirca hæc Ecclesia Dei, non eorum, qui nobis Deoque aduersantur.

Sozo. lib. 7. c. 24

SIGNVM

SIGNVM SEXAGESIMVM PRIMVM.

Dotes diuinæ corporum Sanctorum.

*Cum plurimis nostrorum corporibus communicatę fuerint aliquando diuinitus dotes ille quę corporibus resurgentium gloriosis semper conuenient, id fidem facit nostros constituere Ecclesiam Dei. Cap. V.*



**V**m resurgemus, corpora nostra Solem fulgore superabunt, & cum modo feminentur, vt Paulus scripsit in ignobilitate, surgent in gloria, & quod vaticinatus est Dauid, erunt veluti astra. id proficietur a diuinitate corpora permeante, quę vt se prodat, & aliquod indicium future glorię mortalibus ostendat, elucescit interdum luce quadam mirabili, & conspicua e corporibus sanctis. Accidit hoc in Moyse, qui mentis deuotione Christi venturi corpori se adiunxerat, cum lege diuinitus accepta, colloquio cęlesti diu potitus, tantique confortij participatione illustratus, e monte descendit, & in conspectum se populi dedit. facies namque eius vndique radios emittebat, & Iudęorum nemo poterat aut oculos figere, aut intendere in eum, necesseque ipse habuit velo faciem obducere; atque ita alloqui Hebręos. Christus similiter, cum duxit in montem Thabor Petrum, Ioannem, Iacobumque, diuinitatis inclusum splendorem subito emisit, ita vt facies eius esset instar lucidissimi Solis, ac perterrefacti discipuli humi se abiecerint. Eugenia virgo Romana, Valeriano & Gallieno imperantibus, ob cultum Christi supplicio est vltimo affecta, sed ante detrusa in tenebricosum carcerem decem dies in eo permansit: quo temporis spatio locus ille alioquin obscurissimus perpetua luce semper diu noctuque coruscavit, quod in eius vita refert Metaphrastes. Agnes item virgo Romana cum fuisset in carcerem coniecta; filiusque prefecti, malo animo, vt eam stupraret, eo furens esset ingressus, vidit illam clarissimo lumine circumfusam, cumque in insania perseveraret, protinus concidit mortuus, quod narrat in eius vita S. Ambrosius. Martina virgo imperante Alexandro cum torqueretur, precibus se dedit; ac cęlesti protinus luce tortores adstātes circumdāns percussit. Narrat sanctus Basilius, quadraginta milites a Rege Licinio, & Agricolo prefecto apud Sebasten Armenię urbem in stagnum gelidissimum vinculis constrictos fuisse demissos. ceteris autem custodibus somno deditis solus vigilabat ianitor; qui stupore correptus vidit illos orantes Deum maximo splendore circumfulgere, cęlitusque delapsos angelos distribuere coronas. quo viso ille Christi numen agnouit. Blasio Episcopo Sebasteno resplenduit aliquando facies instar Solis. Cũ sacris operaretur Euthymius monachus, lux cęlitus in modum columnę effulgēs eum circumdedit, vt post alios Nicephorus Calixtus tradit. Gregorius Episcopus Agrigentinus in precibus immensā luce sapius est visus resplendere. Sallustius Episcopus Hierosolymorum voluit ingredi cum multis domunculam, qua inclusus erat Barsanuphius. cumque eā perfodi iussisset, ignis inde maximus erumpens perterritos cunctos in fugam coniecit. id non Sallustio; sed Eustachio narrat accidisse Euagrius lib. 4. c. 31. Scribit Gregorius Magnus Romulā virginem sanctissimā multos annos in lecto ægrotam iacuisse, nocte vero quadam cęlitus demissum maximum splendorem totam domum replese: quare cunctis, qui aderāt territis, membra obriguerunt, neque oculos quifquam poterat attollere præ nimia luce, qua locus ille illustrabatur. Popponem iter facientem lux ab eo diuinitus emissa circumdedit; ac nocte in mediis tenebris est comitata. Anselmus est visus aliquando in precibus ingenti flammę splendentis globō circuminctus. Ante hos Symeone Salo preces faciente visi sunt ignei globi ex ipso in cęlum ascendentes, & circa eum apparuit veluti ardens in orbem clibanus, cuius alia multo mirabiliora, & ad hoc argumentum spectantia refert Euagrius lib. 1. c. 13. & 14. Herebertus Episcopus Coloniensis illustrissimū emisit ex se, dum totus erat in precibus, fulgorem. Bononius Abbas cum se recepisset aliquando ex itinere in diuerforium, maxima vndique luce est circumdatus in ipsa nocte. quocirca vicini existimātes locum cōflagrare incendio, adcurrere, vt illud extinguerent: acce-

Sur. tom. 6. Decem. 25.

Sur. tom. 1. Ian. 21.

Sur. tom. 1. Ianua. 25.

Sur. tom. 7. Augusti. 30.

**A**ccedentesque viderunt vt res erat. Trudo presbyter, dum supplicationibus diuinis operā daret, immenso sepius est visus fulgore emicare. Idē cōtigit teste Cromerio de rebus Polonorum lib. 8. Hedvigi Polonię principi, Colerę, & Liduinę virginibus. Scribunt sanctū Franciscum, quamuis abesset a loco, in quo discipuli ipsius erant, adstitisse tamen aliquādo illis, licet oclusi essent aditus omnes, igneo curru inuectum, ac ter illud domiciliū circumdasse, ac supra caput eius nubem quamdā in modum Solis conglobatam splendentemque fuisse. eodē modo visus est aliquando in solis locis ingenti vndique luce circumfulgens verba facere cum Iesu, Maria, & Ioanne Euangelista, innumeris Angelis præsentibus. Rursus cū loqueretur de rebus cęlestibus ad mensam, in qua aderant, abstracti sunt omnes a sensibus, visa omnia circum circa ardere, & ingens vndique incendiū excitari. adcurrunt vndique Affiliates; ignē nullum vident, cunctos in obtutu diuinorum defixos.

**B** Aegidio Franciscanorum contigit, vt nocte quadā Perusię de rebus cęlestibus verba faceret; & continuō quinque præsentibus ex eadem familia a sensibus est abstractus; & facies eius instar lucentissimi syderis ita eluxit, vt Luna tum plena obscurior sit visa. Venturino e familia Prædicatorum sapius hoc accidit, vt in re diuina faciendā, & sacris cōcionibus habēdis facies eius radios emitteret. Regina Aragonię cum multis alijs est testata a se visum Vincentium Fereriu illustrissima luce circumfulgentē. idē cōtigit Iacobo Alamanno. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, dum Deū precaretur; cęlesti quodā lumine visus est totū cubiculū perfundere. Helena Hungarā in sacello quodā die sacro Catharinę martyri diuina cōtemplabatur, & tantus continuō splendor vndique emicuit, vt vrbs tota Vespinię id contueretur. neque verō id semel contigit. Tectum domus, in qua morabatur Ioanna virgo Vrbeuetana, de nocte videbatur sapē maximū lumen emittere, dum precibus operā daret. Cęcilia virgo, quę vixit in monasterio S. Catharinę martyris Ferrarię, interdum cōspecta est maximū ex se lumen emittere; quę Raphaël Rāzius in earum vitis scribit. Supra domum & caput Catharinę e Raconisio oriundę sapius apparuit insignis splendor. restatur id qui vitā virginis huius latē scripsit a tate nostra Ioannes Franciscus Mirandulę Comes; in domo namque ipsius illa degebat. Fuerē oēs hęc virgines ex ordine S. Domnicę. Refert Hieronymus Rubeus Margaritā Rauennatē sapē vitam radios lucentes e facie emittere. vixit hęc Iulio II. sedente. Ignatius Loiola visus est aliquando in precibus intempesta nocte, nonnullis ipsum de industria obseruantibus, tota facie mirum in modum radiare; quod refert in eius vita Petrus Maffei. Atque hęc e multis pauca retulisse sit satis, vt sciamus corporibus sanctorum viuētib; quandoque communicari illum splendorem, quo fulgebunt in aternitates sæculorum, cū resurgemus vniuersi, ex quo fit illos pertinere ad Ecclesiam Dei, & esse aliquem coniunctionis respectum inter corpus Christi, & illorum. Quę cum nullo modo, nisi adsint præstigia, quas vita obscena detegit & aperit, hæreticis contingant, apparet illos ad dæmonum malorum multitudinem pertinere. Ita porrō Deus olim fabricatus erat Adami corpus, vt nulli morbo maloque, si non peccasset, esset obnoxii; sed vbi peccauit, ipse cū omni sua posteritate in omnia mala incurrit. futurū est munere diuino, vt corpora nostra recipiamus in die iudicij supremi ab omni perpeffione secura, cū claudetur aditus ad illa cunctis morbis ac malis, nullum frigus eis, nullus cęstus, humor nimius nihil, ariditasve poterit nocere, nō ignis, aër, aqua, terrave illis erunt infesta; non grauiā depriment, neque leuia subuehent, vt officere valeant: nunc autē, cū degimus hic in terris, sapē fit, vt corpora sanctorum potiantur ex parte donis hisce, ne quid a noxiis percipiant dāni. Quid ita? quod illis sit vnū cum Christo corpus, vel animi ppenfione, inflāmatoque desiderio, vel etiā re ipsa. Audiamus exēpla. Notissima est historia triū puerorū, qui cōiecti in ignē ad eō aduerti nō sunt, vt aura suauī demulcerentur, ac rore placido pfinderentur: nimirū cū illis erat is, cui deuotione se adglutinarant, filius Dei. Ioannes Apostolus, vt post Tertullianū scribit Hieronymus, in feruentis olei dolium missus, purior ac vegetior exiuit. Polycarpū flāmę rogi ardentis in fornice sese attollentes, non modo non læsere, sed protexerunt, & Eusebius Cæsariensis tradit. Thecla in mediis flāmis, in quas est cōiecta nihil mali omnino sensit; quod S. Cyprianus in oratione pro martyribus, & in die passionis, ac S. Gregorius Nazianzenus in exhortatione ad virgines, & in carmine de præceptis ad virgines tradunt. Rhuffi adiunxerunt se Christo vnā cum Rege, adducti miraculo Bonifacij monachi Camaldulensis, quem Pontifex Romanus Archiepiscopū consecrarat tempore Romualdi. Inter mediās namque flāmas ad hoc excitatas, Rege & populo inspectante, illæsus trāsiiit: De Sig. Tom. 2. K quod

Sur. tom. 5. Oct. 15. Tom. 2. Mar. 6. April. 13.

Euseb. li. 4. hist. Eccle. c. 39.

Sur. tom. 3.  
Lun. 19.

quod in vita Romualdi, Petrus Damiani restatur. Anno M.D. XXXII. Andreas Spoletinus ex ordine Frācilcanorū Rege Felsæ in Mauritania, & principibus multis præsentibus, vt palam faceret esse verā Christi doctrinā, q̄ prædicabat, vndiq; flāmis est circūdatus, & illæsus in ijs diu permāsit. quocirca Mahometani lapidibus in eū cōiectis furentissimè illi mortē attulerūt, populo, qui eō cōfluxerat ex omni parte, rem spectāte. Atq; hæc olim frequentissima sanè martyribus cōtingebāt, vt ex actis eorū docemur. Quæ cū viderēt nostræ religionis inimici, magicis id artibus attribuebāt. & sanè id fieri in aliis aliqua ex parte poterat: sed tot ac tanta quæ q̄so? Neq; id passus esset Deus, vbi causa religionis in apertū discrimen vocatur, & ex hac quidē parte veritas stat, ex illa verò mendaciū. numquid em̄, vbi res in disceptationē venit, falsitati diuinitas tot ac tantis miraculis op̄ feret? edet dæmon aliqua in specie mirabilia, sed illa euanescent, & quæ sint apparebunt, vbi veritas ex aduerso sese iis opponet: vt accidit in Magis Pharaonis, qui succubuerūt, vbi cū Moyse certarunt; sicut & Simonille Magus, vbi cum Petro contendit. Hirpias olim familias, de quibus Aruns apud Virgiliū, legimus in Faliscis fuisse, quæ ad mōrem Soracæ, annuo sacrificio, quod Apollini fiebat, super ambustā lignorum struem saltare solebant, neque adurebantur. Sed Varro id à medicamēto quodam, quo plantas illi tingebant, profectū narrat. Ac vidimus nos circulatores, qui plumbo liquefacto medicatas manus abuebāt, sed certissimum est, eos, quorum supra adduximus exempla, nullo se medicamēto munisse aduersus tantā vim tormentorū, neque præterea aliquid esse posse, quod illis obstitit villo modo. Sed recitemus adhuc aliqua, & quidem pulcherrima. Disputabant Episcopi duo, Arianus alter, alter Catholicus: hic verbis nihil agi videns, iussit accendi ingentem pyram, & vtrum veller Arianus insilire in illam ad propriæ doctrinæ stabilimentū propo- fuit; quo renuente ipse in mediā se coniecit, & inde veritatē corpore illæso est cōtestatus.

Lib. 15. c. 23.

Hoc Nicephorus scriptum reliquit, qui & de Iudæo tradit, quod agnita nostræ religionis veritate in mediis flammis, in quas fuerat coniectus, Deum Sergij martyris sæpe implorauit, & ab iis nihil accepit detrimenti. Hæc ille. euentū mirum Petri Ignei Cardinalis narrauimus Signo xxxv. Franciscus Afsisias, cū mulier eū quædā Sarracenicæ superstitionis in Syria vellet ad illicita perpetranda pellicere, maximā vim candentium prunarum, quæ aderant, per pauimentū longè latèq; dispersit, deinde super eas accubuit, cū nihil dāni pateretur: mulieremq; vt idē faceret, inuitauit; illa re mirabili obstupescens, sanctimoniamq; viri suspiciens, Christo nomen dedit. Idē fecit vir sanctus iterū, cū de cōsilio Friederici II. quædā meretrix idē tētasset in Apulia. Stephana virgo Soncinas ignē prunasq; arduentes illæsis manibus tractabat. Hæc patrū nostrorū memoria vixit. Frācisus Paulensis, vt exploratori à summo Pontifice misso, & rursus alio tempore cuidā ex ordine Minorum ostenderet, quāta Deus posset, magnā vim prunarum manibus apertis excepit, & diu tenuit illæsis. idē fornacem ingressus flammam euomentem nihil damni sensit. Nō præteribimus silentio quod Euagrius, qui eo tempore fuit, ac post cum Nicephorus tradidit de Golauduch fœmina Persica. Apponam verba Nicephori: Hæc, inquit, magiæ dedita tandē aliquando diuini numinis munere extra sensus posita ab Angelo ad Christi cultū perducta est: quocirca à Magis dirisimè excruciatam nullum nō tormentorū genus superauit, ab Angelo eodē semper curata, edens innumera miracula, prædicens multa vêtura. tandem per multos annos variè cōflictata capite obruncatur, cū produxisset Angelus idē iuuenem, qui nudato ense id peregit. sanguinē excepit vestis, quæ plurima edidit miracula. nihilominus superstes diu vixit, & Hierosolymas puenit, vulneribus pristinis adhuc manētibus, quæ magnos adurentia dolores circūferēbat, a quis tantū natiuis thermarū ad eorum curationē adhibitis, Angeli semper ductum secuta, & mirandum sui spectaculū cunctis exhibens. Accita ab Imperatore, vt Cōstantinopolim pergeret, noluit parere. Stephanus Episcopus Hierapolis vitā illius scripsit. ] Hucusq; Nicephorus de fœmina Persica. Quid illa, quæ Iacobus Vitriacus Cardinalis vir magni iudicij, integritatis, ac doctrinæ de Christina virgine à se bene cognita monumentis consignauit? Hæc sæpe in arduentes fornaces, clibanosq; ignem vomentes ingrediebatur, diuq; in illis illæsa, sed acutissimis cōflictata cruciatibus persistebat. Eadē se in rotas, quibus molendina vertuntur, coniciebat, à quibus in gyrum circumacta acerbissimis doloribus affligebatur. Denique nullum tormenti genus inueniri poterat, quod non vltro illa obiret, non aliam ob causam, nisi quod profitebatur se velle in suum corpus pœnas illas suscipere, quæ peccatoribus vel viuētib; vel defunctis, qui sua crimina adhuc non expiansent, deberēt.

Euag. lib. 6. c. 29

Sur. to. 3. Lun. 23

Consultat

A Consultat qui volet auctorem, quem dixi. nam liber ab illo conscriptus periucundam & admirabilem habet lectionem. Hæc itaque admiranda non adsunt verè illis, qui se Christianos dici volunt, ex quo ab Ecclesia nostra discessere; adsunt Ecclesiæ: atque ita fit, vt in ea sit Deus, diuinitasque eorum corporibus, qui in ea numero sunt, & meritò sit præstò mirabili sua potestate propter adiunctionem illorum cum corpore Chisti; vt quæ in resurgentibus perpetuò elucescent, in viuētib; interdum se prodant. Iam verò fieri naturaliter haud potest, vt corpus ab vilo corpore penetretur, & tamen integrum permaneat, atq; illæsum; quin ea parte, qua vel minima corporis particula insidebit, necesse est abscedant alia corpora procul. Diuinitas tamen est corporibus resurgentium concessum, vt peruadant quæuis solidissima licet corpora, neque tamen quidquā detrimenti patiantur. Quæ ratione id fiat, multi acutissimè conantur peruestigare: plurimis modis à Deo fieri posse credimus, & proculdubio infinitis. Immensa namque Dei potestas à nobis, vt est, sic prædicatur. Aliqua via fieri posse non modò credimus, sed etiam mente percipimus. An verò hac, quam nos assequimur, an alia, quæ perspecta nullo modo sit nobis, id contingat, neque exploratum, neque diffinitum. Quantum porrò pertinet ad præsens argumentū, corporibus sanctorum sæpe diuinitas est concessum, vt alia corpora peruadant mirabili quodam modo, neque tamen aliquid patiantur nocuenti. Idque non aliam ob causam, nisi q̄ Christi corpori sunt aliqua ex parte adiuncta. Illi namq; nihil nō est diuino munere peruium: idcirco legimus è sepulchro marmoreo, quod erat obsignatum, cū rediisset ad vitā, exisse, & clausis vndiq; aditibus ad discipulos ingressum. Quod accidit Christo, accidit & Alexandro Papæ Primo, qui è carcere educus in ædes Quirini clausus est ad Hermetem perductus. Similiter Petrus Exorcista è carcere vndiq; obserato mirabiliter euasit, vinculis, quibus erat alligatus, solutis. S. Dominicus Prædicatorum pater, cū iter faceret vnā cum quodam ex ordine Cisterciensī, ac de via fessus peruenisset ad ædem quamdam vndique occlusam, precibus se dedit, & protinus nullo aditu patefacto mirabiliter ipse & comes eius intus se collocatos viderunt, quod in eius vita Ioannes Antonius Flaminius refert. Aberat aliquando sanctus Franciscus à loco in quo discipuli ipsius erant; adstitit tamen illis, licet obstructi essent aditus vniuersi, igneo curro inuectus, ac ter illud domicilium circumdedit. Mauritius Pannonius, & comes eius ex ordine sancti Dominici domo, in qua hospitabatur clausa egressus templum simili modo obseratum peruasit: id accidit in Vachis oppido ad ripam Danubij posito. Columba virgo Reatina diuinitus educta è cubiculo, in quo morabatur, vndique obstructo, Perusiam peruenit. Catharina è Raconisio sæpe diuinitus è domo sua educebatur, & longissimè in remotas oras asportabatur in aliorum domus vndique occlusas, vt Ioannes Franciscus Mirandulæ Comes refert in eius vita. Idē contingebat Lyduinæ virgini, quæ obiit anno M. cccc. lxx. Nam Catharina è Raconisio fuit atate nostra. Sed illud, quod antiquitus accidisse scribit Simeon Metaphrastes, omnè superat admirationis modum. Morabantur Edeffæ præsidij causa nonnulli milites Gotthi. ex his quidā amore captus, puellæ formosæ cœpit eam miserimè deperire. cū nulla daretur via, qua posset eam potiri, in coniugio sibi illam dari efflagitauit. Virginis mater ac propinqui reclamare vniuersi: homini ignoto, è remotissimis locis oriundo, barbaro militi nequaquam decere puellā tradere abducendam in terras longinquas. victi tamen omnes precibus assensum dedere. Mater, à cuius gremio ægerrimè abstraheretur, non prius illam barbaro dedit, quàm duxisset in templum Samonæ, Curia, & Abibi martyrum: ibique datis sanctis illis fidei iussoribus eam bene habendā Gottho tum demū dedit. At efferus ille voti compos, vbi libidinē exfatiauit, abreptam in patrum solum procul à suis puellā pessimo atque atrocissimo consilio viam sepulchro inclussit; quippe qui domi aliam coniugem haberet. Ibi Edeffena fœmina post innumera lamenta, plurimosque eiulatus, ad opem sanctorū confugere, illos obtestari, fidei iussionem præstitam vociferationibus miserandis vsurpare. Adstitere illi in lucētissima veste, ac bono animo esse iusserunt, & somno placido correptā, dictū mirū, breuissimo tēporis spatio è remotissima regione obserato sepulchro eductā reduxerunt in patriā suam. Quò rerū tantarum ignarus Gotthus postea rursus venit, agnitusque, & nequidquam multa cōminiscens supplicio est vltimo affectus. Atque hæc satis, vt appareat hac etiā parte Catholicorū corpora Christi corpori in terris sic cōiungi, vt inde vis diuinitatis in ipsa deriuetur, qua cuncta puadere mirabiliter aliquando possint; ac manifestū fiat, quænam sit Ecclesia Dei summi, quæ factio turbulenta impiorum.

E

Sur. tom. 6. Ne-  
uemb. 15.

Ad hæc porrò accedit quòd grauiā suapte nutu semper ima petunt; interdum tamen pedibus ascendere solemus. id corpori nostro laboriosum. volare, ac breuissimo temporis spatio ex alijs in alia loca transferri, super aquas profundas nulla vi natationis, vel alia sustentente ambulare, hoc nulli concessum. & nihilominus corpora beatorum rediuiua dicto citius, quocumque animus feret, ibi continuò se sistunt. Arque hoc diuinissimum munus à Christi corpore deriuabitur in aliorū corpora, qui superum sedibus adscripti æterna beatitudine fruuntur. Interim verò, vt aliquod tantæ rei pignus habeatur, id viuentiū sanctorum corporibus communicare Deus interdum solet. Quirinus martyr, vt scribit Prudentius, & Eusebius in chronicis anno trecentesimo decimo quarto, alligatus ad saxum, demersusque in flumen, enatauit, & placidè super aquas ambulauit, sustentibus saxum, ferentibusque vndis. Eadem de innumeris sanctis legimus in eorum gestis; ad quæ, ne simus nimij, reijcimus lectorem. Sed ante hos omnes scimus Philippum, cum in via, quæ ab Hierosolymis Gazà ducit, Regina Candacis eunuchum baptizasset, à Spiritu diuino raptum fuisse vsque ad Azotum, ita vt subito auolarit ab oculis eunuchi. Tradunt similiter Apostolos, per diuersa orbis loca dispersos, eodem tempore in sublimè abreptos Hierosolymis conuenisse ad obitū sanctissimæ Virginis. Theodosius Cœnobiarcha Ponticus sapiens, cum longissimè distaret, reuera, inquit Simeon Metaphrastes, apparuit petentibus opem suam. Maria Aegyptiaca, dum precibus operam daret, sæpè in aëra tollebat. eadem super aquas aliquando ambulauit. Ioannicius Abbas flumen transmisit super vndas incedens; eiusdem corpus in precibus est in aëra sublaturum. Illud mirandum, quod Theodosio iunior imperante contigit. Maximus terremotus multas regiones concussit, ac vastauit; dumque cuncti ad preces confugissent in publicis supplicationibus, Constantinopoli puer in aëra palam, videntibus vniuersis, & obstupescens ita sublatus est, vt oculos effugeret humanos: mox ad terram demissus retulit se choris Angelorum canentium interfuisse, atque audisse illos illud carmen in cantu repetentes semper, Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis miserere nostri. Quocirca Proclus Patriarcha Constantinopolitanus idè carmen concini à populo iussit, & continuò terræ motus quieuit; Imperatorque lege sanxit, vt hymnus ille palam diceretur. Eodem Theodosio imperante Nicephorus scribit in Palæstina nonnullos monachos fuisse, qui vbi voluissent fugere alicuius aspectum, in pedes se dabant, ac per aëra sublimes volabant. Narrat post Palladium Sozomenus Ammonem monachum, vnà cum Theodoro discipulo iter aliquando fecisse. cumque transirent ambo nescio quod flumen satis profundum, nudare sua corpora erubescerent, ne alterius oculis paterent. Rogauit Ammon Theodorum, vt paulisper abscederet, & oculos auerteret. Id cum egisset ille, pudebat tamen Ammonem semetipsum intueri nudum: quod cum secum cogitaret, diuina virtute in vltiorem ripam continuò est translatus. Cum fortè Placidus sancti Benedicti monachus è lacu hauriret aquam, lapsus est, & in medias vndas abreptus mergi incipiebat. erat in precibus Benedictus; & quamuis absens, hoc vidit, exclamauitque, & Mauro imperauit, vt accurreret, & opem ferret: ille dicto audiens tanto diuini Spiritus impetu est raptus, vt super vndas aduolans ex ijs medijs protinus eriperit Placidum, & incolumem ad ripas adduxerit, neque prius aspexerit se super aquas ambulasse, quam steterit in terra. Scribit hoc Gregorius Magnus. S. Franciscus Assisias cum totus esset aliquando in diuinarum rerum contemplatione, visus est ignem spirare, accitumque socium Maffæum complexus sublimem secum rapuit in aëra vi diuini afflatus: quin aliquando in solis locis adeò in altum ferebatur, vt obtutus humanus assequi eum non posset. Idem sæpè accidebat S. Francisco Paulano, Agneti Assisiat, quæ sanctæ Claræ soror fuit; S. Dominico, Venturinoque; ex eius familia. Cōradinus quidem cum fuisset in vincula coniectus à Bononiensibus, quòd eos in Pontificem contumaces sapiens obiurgaret, ac totum se precibus dedisset in carcere, raptus est in sublime. quod à cunctis custodibus obseruatum, & à plurimis conspectum, fuit in causa, vt è carcere educeretur. S. Antonius Vlysioponensis Patavio Vlysioponè diuinitus nocte vna est delatus. S. Antoninus Archiepiscopus Florétinus bis est visus inter alia in altum à spiritu sustollī. Ioannæ Vrbeuetanæ, Agneti è Montepolitiano, Margaritæ Tiferiatis, S. Catharinæ Senensis, Raconisæ, & Luchinæ Soncinati, omnibus ex ordine S. Dominici, idem scribit Raphael Razius accidisse; sicuti etiam Petro è Guarda, sanctoque Didaco Hispano, Petrus Porti Episcopus in annalibus suis tradit. Ignatius item Loiola, qui Iesu Societate instituit, visus est aliquando in contemplatione cælestium defixus, teste Pe-

tro

Niceph. lib. 14.  
c. 46.

Lib. 74. c. 50.

Sozo. lib. 1. c. 14

atro Maffæio in ipsius vita, quatuor circiter cubitis à terra sublimis, spiritu sarcinā corporis eleuante. Idè de multis alijs narrauimus nos signo de sanctitate Ecclesie nunc militatis. Atque hæc sanè omnia ostendunt maximā corporum nostrorū cum Christi corpore adhesionē, à quo in nos vis diuinitatis deriuata tot mirabiliter operatur; vt appareat à nobis esse Deum, longissimè ab alijs abesse. nobis autem sic aliquando idem datur, quod resurgentium corporibus beatis erit perpetuum, vt sint agilia, lucida, subtilia, & aduersus omne perpeffionis noxiæ genus secura.

## SIGNVM SEXAGESIMVM SECVNDVM.

## Dei prouidentia in tuendis reliquijs.

*Deus incredibilem quamdam curam prouidentiamque sapiens ostendit in reliquijs Sanctorum conseruandis: quod sanè efficit à nostris Ecclesiam Dei constitui. Cap. VI.*

**R**efecuti fumus hucusque signa pertinentia ad corpora sanctorum viuorū; videamus quæ spectant ad cadauera eorundem iam defunctorum. Non est autem putandum temere illud à Christo dictum ad omnes sui sectatores: Capillus de capite vestro non peribit, & omnes capilli capitis vestri numerati sunt, nolite timere. ] & rursus alibi à vate: Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. ] quæ quamuis omnino perducentur ad exitum diuinitus, cum resurgemus vniuersi, tamen ad hæc etiam tempora pertinere quantum ad sanctos, & euentus rerum multarum declarat, vt apparebit, & ipsa verborum significatio generalis: alioquin tam boni, quam mali resurgunt, & singulis nihil peribit. Mirū namque, ac non nisi diuinum, nonnullorum vatium, qui ante annorum tria millia migrarunt è vita, ad nos corpora peruenisse; & tot Apostolorū, Martyrumque, & sanctorum, quorum memoriam conati sunt cunctis viribus abolere Imperatores, Reges impij, vniuersaque gentes, tanto cum honore reliquias conseruatas fuisse. Atque hoc quidem plurimis com mune; speciatim verò cælitus eluxit in aliquibus tuendis cura patris æterni. Exempli gratia: Sebennō Eletheropoleos Episcopo Micheas & Habacuc propheta in somnis apparuerunt, & qui nam forent, & vbi corpora ipsorum iacerent, mandantes illa proferri, manifestò prodiderunt, vt Sozomenus tradit: à quo habemus & illud, Zachariam propheta Calomero cuidam vigilanti luce clara apparuisse, & horto quodam demonstrato; Age quæso, inquit, hinc fodito; ab hac sæpe in hortum mensura ducta ad cubitos duos iuxta viam, quæ ducit in ciuitatem Bethrerebim, reperies arcam duplicem, ligneam interiorem, exteriorem plumbeam, & prope hanc vitreum vas aquarum plenum, & duos etiā serpentes amplitudine mediocres, mites, & innoxios. Peregit quod iussus fuerat. Calomerus, & vatis corpus integrum protulit in lucem. Caput Ioannis Baptistæ altissimè ad ignominiam ab impijs Herodiadis ministris fuerat defossum. post multa verò annorum curricula idem sanctus duobus monachis in somno apparuit; quo loco esset, ostendit. rursus cum delitesceret, Valentiniano & Marciano imperatibus sanctus Marcello monacho mirabili quodam modo indicauit, quo loco esset. Cumque è Cilicia Constantinopolim transferretur, vbi ventum ad Pantichium, qui locus est Chalcedonis, muli, qui uehebant, substitere, nequidquam cædentibus eos aurigis. depositumque est in pago Cosilai. Denique imperante Theodosio iunior Constantinopolim est adductum. & quoniā Macedonianus sacerdos illud habebat in custodia, pollicitus est se hæresi renunciaturum, si caput ab Imperatore asportari posset, quod ita contigit, vt Sozomenus scribit. Sebasteni imperante Iuliano reliquias S. Ioannis Baptistæ conerematas, ac pulueri admixtas per agros (inquit Rufinus, qui paulo post vixit) & rura disperferunt: nihilominus agnitas nonnulli detulere ad Philippū, & ab eo per Iulianū, qui postea Palæstina Episcopus fuit, ad Athanasium Alexadrinū missæ fuerunt: ille clam paucis cōficijs parieti cauato inclusit. Latebant olim reliquie Stephani martyris, Gamalielis, & Nicodemi, donec imperatibus Honorio & Theodosio Gamaliel in somnis apparuit Luciano presbytero, & quo loco esset

Lib. 7. c. vlt.

Lib. 7. c. 21.

Lib. 2. c. 28.

De Sig. Tom. 2.

K 3 osten.

Lib. 3. c. 30.

ostendens iussit eas in apertum productas loco decenti constitui : vbi miraculis illustres A summo sunt habitæ in honore . Habentur acta Luciani . & hac de re meminit inter alios Augustinus . Audiamus nunc Gregorium , quid de corporibus Apostolorum Petri & Pauli ad Constantiã Augustam scribat . Dum beatæ recordationis , inquit , decessor meus , quia argentum quod supra sacratissimum corpus beati Petri Apostoli erat , longè tamen ab eodem corpore ferè quindecim pedum spatio , mutare voluit , signum ei non parui terro- ris apparuit . Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimū corpus S. Pauli Apostoli melio- rare volui ; & quia necesse erat , vt iuxta sepulchrū huiusmodi effodi altiùs debuisset , præ- positus loci ipsius ossa aliqua nõ quidè eidè sepulchro coniuncta reperit ; quæ quoniam leuare præsumpsit , atque in alium locum transponere , apparentibus quibusdam tristibus signis , subita morte defunctus est . Præter hæc autem sanctæ memoriæ decessor meus iti- dem ad corpus sancti Laurentij Martyris quædam meliorare desiderans , dum nescitur , B vbi venerabile corpus ipsius esset collocatū , & effoditur exquirendo , subito sepulchrum ipsius ignoranter apertum est . & ij , qui præsentés erant , atque laborabant monachi , & mansionarij , qui corpus eiusdem Martyris viderunt , quod quidem minimè tangere præ- sumperunt , omnes intra decem dies defuncti sunt , ita vt nullus vitæ superesse potuisset qui sanctum & iustum corpus illius viderat . ] & mox : De corporibus verò sanctorū Apo- stolorum , quid ego dicturus sum ? dum constat , quia eo tempore , quo passi sunt , ex Orien- te fideles venerunt , qui eorum corpora , sicut ciuium suorum , repeterent : quæ ducta vsque ad secundum vrbis milliariū in loco , qui dicitur ad Catacumbas , collocata sunt : sed dum ea leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur , ita eos vis tonitruī atque fulguris nimio metu terruit , atque disperfit , vt talia denuò nullatenus attentare præsum- perint . tunc autem exeuntes Romani eorum corpora , qui hoc ex Patris pietate merue- runt , leuarunt , & in locis , quibus nūc sunt condita , posuerunt . ] Hucusque Gregorius C gnus sed alia prosequamur . Corpus sancti Luciani cum fuisset in mare proiectum , del- phines illud excepere , vt memoriæ prodidit Metaphrastes , & ad littus aduexere illasū ; quod acceptum Christiani honorificè condiderunt . cadauera similiter sanctorum Her- mili & Stratonici in fluuium proiecta integra ad ripam Christiani inuenerunt . corpus san- cti Vincentij martyris cum feris , vt deuoraretur , esset obiectum , coruus defendit ; in ma- re mox demersum . quamuis ingenti lapide ad collum ligato prægrauaretur , enatauit ad littus , ac foemina pia in somnis admonita conquisitum sepeliuit honesto loco . memine- runt tantæ rei Prudentius Hispanus hymno 5 . Gregorius Turonensis Gallus de gloria martyrum cap. 89 . & 90 . Augustinus Africanus serm. 8 . 9 . 12 . 13 . S. Leo Papa Italus proprio sermone , denique Græci , vt habet Metaphrastes . Audiamus Prudentium ca- D nentem .

*Sic frendit , & corpus sacrum  
Profanus ( ab dirum nefas )  
Nudum negato tegmine  
Exponit inter carices :  
Sed nulla dirarum fames  
Aut bestiarum , aut alitum  
Audet trophæum gloriæ  
Fœdare tactu squallido .  
Quin si qua clangens improbe  
Circumuolaret eminus  
Trucis volucris impetu  
Depulsa vertebat fugam .  
Nam coruus Eliæ datus  
Olim , ciborum portitor  
Hoc munus implet sedulo ,  
Et irremotus excubat .  
Hic ex frutetis proximis  
Insensus alarum sono  
Oculosque pennis verberans  
Exegit immanem lupum .  
Quis perfidorum credere*

*Ausit rapacem belluam  
Tauris paratam congregi  
Cessisse plumis mollibus ?  
Ibat malignum murmurans  
Leui volatu exterritus ,  
Prædamque visam fuger at  
Custodis imbellis minis .  
Rursus idem de corpore enatante supra  
vndas  
Saxum molaris ponderis  
Vt spuma candens innat at ,  
Tantiq̄e custos pignoris  
Fiscella fertur fluctibus .  
Cernunt stupentes nauita  
Vectum remenso marmore  
Labi retrorsum leniter  
Aestu secundo , & flamine .  
Certant & ipsi concito  
Pontum phaselo scindere  
Longè , sed artus præuolant  
Tellurit ad mollem sinum .*

Sancti

A Sancti Anastasij martyris carnes canibus datæ sunt in cibum : at illi aliorum cadauera absumentes , eas custodierunt . è Persis quidam cum sæpè supra eius corpus stellam vidisset , narrauit id cuidam , qui canes , quod reliquias illas tuerentur , admiratus erat . Audie- runt hæc narrantem quidam è Christianis captiui , qui in somnis à sancto & ipsi admoni- ti corpus eius acceperunt ; & honesto loco , rem diulgantes , reposuerunt . Martianus presbyter imperante Martino vixit : is accepto in somnis responso condidit Constan- tinopoli Isidoro martyri templum , in quo posuit eius reliquias , quas impij inhumatas re- liquerant , & Christiani clam quondam sustulerat . Corpus sanctæ Agathæ iacebat in sepulchro quodam , cui tabulam marmoream iuuenis ignotus imposuit . Is ingressus Cata- nam cum centum pueris pulcherrimis auolauit . erat inscriptum tabulæ : Mens sancta , ho- nor in Deum volūtarius , patriæ redemptio . meminit huius rei Fazelus in historia sua . Flo- riani corpus cum proiectum fuisset in fluuium , delatum ad ripam protexit aquila , donec ille per visum apparuit cuidam matronæ religiosæ , iussitque vt illud curaret . Victoris Mauri corpus feris est datum deuorandum , sed duæ bestiæ , altera ad pedes , ad caput altera , intactum corpus sunt tutatæ ; donec Marinus Episcopus illud sepeliuit . refert id qui rei interfuit notarius Maximianus . Apostoli Barnabæ corpus olim vbi certò requiesce- ret erat ignotū . sed is ter Anthemio Salaminæ Episcopo per visum in somnis adfuit , vbi- nam iaceret ostendit , simulque docuit , qua ratione Petri Cnaphei dolos à se repelle- ret . Dulæ martyris corpus cum fuisset in vallem proiectum , duo pastorum canes custodire illud cœperunt , & alter quidem constitit ad eius caput abigens bestias accedentes , alter pallium dentibus captum detulit ad illud , quo posset inuolui ; quod Simeon Metaphrastes in eius vita refert . Impij cum Geruasium , Protasium , Nazarium , Celsumque interfecif- sent , eorum reliquias , vt in gloria essent , occuluerunt . sed ipsi sancti in somnis astitērunt cuidā indicantes vbi iacerent , qui repertas nobili loco reponi curauit . Ambrosius deinde imperante Theodosio illas in lucem maxima eorum cum gloria reuocauit . Id qui factum fuerit , narrat ipse epistola octuagesima quinta ad sororem . Corpora sanctorum quadraginta martyrum combusserunt impij , deinde in rapidum flumen reliquias proie- cerunt , ne qui honor iis haberetur . sed illæ ad ripam delatæ , stellarum instar fulgebant : collegitque Petrus Episcopus admonitus in somnis , & honorificè sepeliuit , vt Simeon Metaphrastes narrat in eorum vita . Cum reliquæ Euphemie martyris translatae Con- stantinopoli fuissent , & innumera ederent miracula ; Leo Isauricus , clam sublatis illis , earum loco ossa arida imposuit , ipsas cum loculo in vndas maris proiecit , palamque præ- dicare cœpit detectas ab se fraudes à Catholicis in earum cultu factas : inspexisse ossa arida & færentia in arca contineri . Accedunt homines , ac rem vident . Accidit interim , vt nauæ quidam factum ignorantes in nauim suam loculum susceperint , putantes aliquid opulenti in illo haberi . aperiunt , ac mirifico odore , qui inde exhalauit , perfusi cognoue- runt esse sacras reliquias . ignari quamnam forent , eadem nocte viderunt lumina , & careos , virosque candidissimos Deum laudates . Cumque appulissent Lemnum , & somno se dedissent , viderunt in quiete Glyceriam martyrem occurrere Euphemie virgini , amplecti illam , exposculari , aduentūque gratulari . ex eo cognouerunt , cuius essent illæ reliquie . ter inde soluētes , ter ventis restatibus eodē reiecti sunt . Deniq ; Euphemia adstitit illis in somno ; & quæ foret , edocuit ; ac se ibi velle subsistere edixit , ex quo fuerat ab impio Leone in mare proiecta , latenter itaque repositæ fuerunt ob Imperatoris metum reliquie in insula Lemno , donec mirabili quodam modo Constantinopolim reductæ fuerunt imperantibus Irene & Constantino . Hæc illius temporis æqualis Episcopus Constantinus , qui se adfuisse his rebus testatur remque , vti narrauimus , scriptis mandauit . Corpora septem martyrum Africanorum , regnate Hunerico , vt testatur in historia Victor , in aquas maris demersa , continuò sunt littori restituta . Antonomi cadauer cum similiter ignobili loco iaceret , sanctus bis apparens cuidam militi Zenonis Imperatoris excubitori mada- uit adè vt conderet eodem in loco . Cornelius Centurio Syluano Troadis Episcopo in- dicauit , vbi delitesceret absque vlllo honore ipsius cadauer , mandauitque ibi templum condi . Sossij martyris corpus qua ratione mirabiliter inuentum fuerit , explicat latè Ioan- nes diaconus proprio libello . Calistrati & sociorum corpora membratim consciderunt impij , ne colligi possent à Christianis : nihilominus collecta ingenti sunt habita in honore , & miraculis diuinitus illustrata . Quomodo mirabiliter nobilitata fuerint corpora san- cti Venceslai Bohemice Regis , vsique , & Victoris dicetur à nobis , vbi agetur de redinte- gratio-

Sur. to. 3. l. un. 15

Sur. tom. 2. Mart. 9.



gratione cadauerum dissectorum, & viuis eorum functionibus. Charitines martyris corpus inuolutum sacco in profundum maris est demersum, tres dies mansit occultatum, donec ad extremum littori restitutum, Claudius, qui virginem nutriuerat, excepit. S. Georeonis ac fociorum cadauera in altissimum puteum deiecta, similiter & Victoris in loca plaustris fuerunt abstrusa; sed Deus illa miraculis in lucem protulit. Quintini martyris defoderunt impij, & occulerunt alueo fluminis, in quo iacuit annos LV. in tenebris. Accidit deinde ut imperatibus Cōstātini filiis Eusebia quēdā cæca Romæ sæpius Deū precaretur, ut ipsi lumen oculorum restitueret. tandem per visum apparuit illi Angelus edicens, ut Augustam Veram aduorum pergeret: fore enim ut in Sonna fluuio corpus Quintini inueniret, inde acciperet sanitatem. abijt illa; inuento loco, precibus se dat, & mirabiliter cadauer ipsum se in altum extollens enatat ad ripā. caput similiter aliunde eodem se contulit. tradit post alios hæc Sigebertus in chronico suo. Narrat Gregorius Turonensis, qui ante annos mille scripsit Latinè, & Metaphrastes, qui ante annos septingentos quinquaginta, quibus Nicephorus aliique consentiunt, Clementis Papæ in Tauricam Cherfoneffum relegati corpus fuisse in medias vndas maris anchora ad collum ligata demersum, sed mox ad preces Christianorum mare tribus milliariis recessisse à littore, marmoreumque templum fuisse detectum, ad quod illi pergentes sancti corpus ibi cōditū decēter inuenerūt. Quin anniuersaria die martyri sacra mare septē totos dies per tria milliaria abscedebat à terra iter tutum præbens proficiscentibus ad illud inuisendum & colendū. Nicephorus, qui ante annos tercentum fuit, videtur significare ætate adhuc sua durasse hoc miraculum; narratque puerum aliquando in templo relictum fluctibus in se reuerfis, & ædes cooperientibus, illæsum tamen viuumque permanisse vsque ad anni frequentis celebritatem. Sozomenus, qui hac ætate vixit, scribit Pulcheriæ Augustæ Theodosij Imperatoris sorori Tyrsum martyrem ter apparuisse, simulque quadraginta martyres militaribus indutos vestimentis, & indicasse locum, in quo altè defossæ erant eorum reliquiæ, quæ multo labore & industria mirabiliter inuentæ fuerunt. Cū Daras vrbem Anastasius Imperator, qui postea impietati manus dedit, munisset, & amplificasset, Bartholomæi Apostoli reliquijs diuinitus inuentas eo in loco reposuit. illi nāque apparuit Apostolus dicens sibi à Deo vrbis tutelam commissam. Iuliano imperante Gazei Eusebium, Nestorium, & Zenonem Christianos interfecerunt, corpora eorum combussere; quæcumque ossa propter soliditatem flamma non combussit, camelorum, atque asinorum, quæ dissecta ibi erant, ossibus miscuerunt. sed noctu Deus foemina piæ, quænam forent martyrum reliquiæ, significauit, quas illa collectas, vrceoque inclusas apud martyrum nepotem Zenonem ipsi ignotum deposuit, numinis indicio ad eius domicilium, nam latebat ob impiorum inquisitionem, deducta. Id Sozomenus refert. Placet hic adscribere quæ de Olympiade narrat Nicephorus Callixtus. Postquam Nicomediæ sancta Olympias obiit diem suum, priusquam sepulturæ mandaretur, temporis eius Nicomediensi Episcopo in somnis præcepit, ut venerandas reliquijs arculæ impositas alto mari committeret. & quocumque locorum illa cursum teneret, ibi corpus eius sepeliretur. Id ab Episcopo factum; & arca ad maritimum locum delata est, vbi Apostoli Thomæ delubrū positum est: ab incolis locus is Bothri dictus. vbi cælesti visu admoniti, qui regionem eam incolunt, & sacras eius reliquijs ad sanctiorem sacrificij aram reposuerunt, quas innumerabilium morborum cura, dæmonumque expulsiōe, & alijs prodigijs, quæ supra hominū opinionē ibi sunt exhibita, Deus dignatus est. Memoria quoque proditū est postea incursione hostili templum hoc Apostoli incensum fuisse, & arcā quidē flammis consumptam, ipsas verò reliquijs in fluctus maris proiectas, & eo loco vndam cruentam constitisse. Hæc Nicephorus. Saxones olim nondum Christo additi inflammaverunt ædem sancti Leuini, triduo quæsiuerūt eius sepulchrū, neque inuenire potuerunt. in animo nāque habebant illud in nihilum redigere. sed post multa annorum curricula idem Leuinus apparuit in somnis Lugdero, & quo loco esset ipsius sepulchrum indicauit. Cū caput Eadmundi Regis Anglorum esset ab impijs in loco sentibus horrenti occultatum, sua se voce prodidit. Simon puer Tridentinus haud ante multos annos à Iudæis miserimè est trucidatus. corpus eius in vndas est demersum; at miracula effecerunt, ut apertè liqueret quid illi contigisset. Corpus sancti Stanislai variè discerptum, datumque feris, ut deuoreretur, aquilæ quatuor circumsteterunt, ac tutatè sunt à bestiis, donec eius frusta nonnulli colligentes, & ad locum quemdam delata reponentes, mox integrum mirabiliter illæsumque

Greg. de glor. Mart. c. 35. 36.

Niceph. lib. 3. cap. 18.

Hist. trip. lib. 6. cap. 11.

Lib. 5. cap. 2.

sumque cadauer inuenerunt. hæc post alios tradit Cromerus libro de rebus Polonorum quarto. Sed veniamus ea quæ sunt nostræ ætatis. Franciscus Xauerius cū nauigaret in amplissimas Sinarum regiones, vltra sinum Gangeticum & auream Cherfoneffum decessit in nauis vectores eius corpus in fouea calcis condiderunt eo consilio, ut ardore calcis absumeretur caro, atque vbi redirent, ossa possent asportari. Post multos menses eò reuersi, viderunt integrum cadauer nulla parte, quod maximè illis fuit admirationi exesum. & quia nonnulli, qui sancto viro, dum vixit, parum fuerant æqui, cū conderetur, malleo contuderant superaggestam carnem, quo cōfringerentur ossa, & artus, inspexere in aliquibus membrorum locis carnem leuiter contusam, & è cicatricibus extremis sanguinem recentem profuxisse, in reliquis corpus intactum. Quocirca nauis impositum Goam longissima nauigatione post menses plurimos nulla labe corruptum, nullo fetore detulerunt; vbi miraculis innumeris illustre, quasi omnium Indiarum Apostoli celeberrimi ab indigenis in honore maximo habetur, ut post alios latè tradit Petrus Maffei in historiis Indicarum rerum elegantissimis. Tot igitur ac tanta cū Deus nullum miraculorum genus omittēs ostenderit in reliquijs Catholicorum tuēdis aduersus omnes omnium iniurias; qui fieri potest, ut ij non sint ex Ecclesia Dei? quomodo non pertinebit ad illos quod Christus dixit, Capillus capitis vestri non peribit? Quod si hæc iis, qui à nobis sunt alieni, ex quo descruere, non euenerunt; nonne illi sunt è dæmonum, & impiorum, qui longissimè disinguntur à Christi corpore, pestilentissima multitudine, ac turbulentissima factione?

## SIGNVM SEXAGESIMVM TERTIVM.

Cælestes proprietates cadaueribus sanctis quadoque communicatæ velocitas, impassibilitas, splendor, incorruptio.

*Cum Deus cadaueribus nostrorum multis sæpè mirabiliter communicarit diuinas dotes, quæ gloriosis resurgentium corporibus semper inerunt; hinc fit à nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. VII.*



Vatuor sunt præter alia, quæ cælestibus corporibus, quibus astra circumferri videmus quotidie, conuenire dicuntur, & quod velocissima sunt citatissimo cursu circumuecta, & quod nihil ab vlla re pati possunt, replendent, & incorrupta sunt. omnia verò excellentiori quodam modo dantur corporibus eorum, qui resurgent, quorum pedibus orbis superi sideribus ornati subiciuntur: eademque videmus interdum diuinitus cōcessa cadaueribus ipsis sanctorum, ut sciamus illos esse ex Ecclesia eorum qui in cælum transferentur vnà cum corporibus ipsis, & cælestibus locis infidebūt. Et mirandum sanè, si viuientium hominum corpora aliquando in sublime ferantur à spiritu diuino; at multo magis mirum, si vel cadauera, vel eorum membra. viuientium namque corpora quodam saltem spiritu reguntur, ac subleuantur, qui intimè illis inhæret, at inanima nullo modo. Quocirca, ut Deus palàm faceret quanto habenda essent in honore cadauera sancta, voluit interdum mirabili quodam modo in altum illa sustolli cum maxima adstantium admiratione: neque id temerè, sed vbi tempus ac locus diuini honoris amplificandi tulisset. scribit Metaphrastes, arcam, in qua cadauer Cornelij Centurionis erat conditū, loco se, plurimis aspicientibus, mouisse, ac nemine eam vel impellente, vel sustentante, per longū loci tractum progressam per aëra in templi quadam parte, quò transferenda erat, constitisse. Corpus sancti Quintini in alueo fluminis occultatum iacuit annos quinquaginta quinque: postea cū mulier quædam Romana diuino monitu illud exspicaretur, accidit ut post multas eius preces mirabili modo corpus ex imis fluctibus in altum sese attollens enatarit ad ripā, caputque similiter aliunde eò se contulerit. Cū corpus sancti Rhemigij esset transferendū è pristino in alium locū, numquā potuit moueri, sed noctu mirabiliter inscientibus cunctis eò concessit ut Hincmarus tradit. In oppido Harlebacēsi asseruabantur ossa Berthulphi Abbatis, igne iniecto accidit, ut totum conflagraret vnà cum ipsius sancti æde; quam cū flammæ absumerent, ossa è medio in altum sese attollentia profu-  
luerunt

Sur. to. 5. Oa. 31

Euagr. lib. 4. cap. 34. luerunt in obiectum vestimentum sacerdotis, quod è cõspectu incendij humi expansum iacebat. Euagrius, qui sub ea tempora fuit, ac post eum Nicephorus, tradunt, Thomam quemdam monachum fuisse in Cœlesyria sanctissimæ vitæ. eius cadauer incolæ loci, in quo decessit, in communi monumento reposuerunt, aliis atque aliis plurimis super illud congestis. sed corpus sancti semper supra alia sese fèrens, obiecta cadauera infra se ponens longè amouebat. Corpora duorum Edualdorum, qui à Saxonibus fuerant occisi, in amnem demersa, aduerso flumine delata sunt per quadraginta passuum millia, atque iis lumen quoddam cæleste tota nocte affulgebat. Landradæ virginis corpus mirabiliter aliò nullis humanis viribus est delatum. Cùm sepulchrū Magni illius Alberti Episcopi Ratisponensis fuisset apertum post multum temporis ab obitu ipsius, repertum est cadauer eius non supinum, sic enim fuerat collocatum, sed genibus innixum in modum supplicis, & preces ad Deum facientis. Dictum de agilitate: videamus de impassibilitate, quod est alterum cõueniens cælestibus corporibus. Cùm Persæ, vt scribit Nicephorus, Chalcedonem cepissent, conati sunt reliquias Euphemie martyris cõburere, ac paleis vndique in altissimam struem congestis ignem immisere. & paleæ quidem flammam conceperunt, sed incendium nihil ex arca tetigit. Cùm templum, in quo repositæ erant reliquie sancti Modoaldi, ignis absumpsisset totum, ab ossibus tamen eius abstinuit. Idem contigit arcæ, in qua cadauer erat sancti Hilarij. Meinardi cadauer cùm stramentis impositum fuisset, iis accensis cùm flamma ad corpus sancti peruenit, substitit, neque illi nocuit quidquam. Cùm conflagrasset omnia, quæ circa capsam ligneam beati Stephani Metensis Episcopi erant, nihil tamen illi incendium potuit nocere. Reliquie Berardi Acurfij, Adiuti, & Otthonis, qui fuere ex ordine Franciscanorum, à Sarracenis in ignem sæpius coniectæ, nihil damni sensere. Igitur, vt apparet, sanctorum corpora contraxerunt peculiarem quandam cum Christi corpore affinitatem non modò propter sacramenta, vnde à Christo defluens diuinitas in nos deriuatur; sed & propter mentis, quæ corporibus illis inhæsit, arctissimam cum Christo coniunctionem; & propter officia à corpore, quod mentis ductum sequebatur, Christo præstita. Idcirco sicut Christi corpus ab omni læsione tutum profusum est, sic interdum cadauera sanctorum, quæ Christo seruierunt, eiusque corpori fuerunt quantum ad integritatem puritatemque quam similia, ab omni diuinitus iniuria proteguntur, vbi diuinus honor, ad quem cuncta referuntur, ita exigere videtur. Atque hæc quantum ad cælestes proprietates cadaueribus sanctis communicatas, vt sciamus illa in cælum transferenda, cælestibusque ornamentis nobilitanda, atque eos quorum sunt illa corpora esse ob id ex Ecclesia Dei. Tertium sit, quod cælestibus similiter corporibus propter astra contingere videmus. Sunt illa namque splendentia, & splendentia eodem modo erunt corpora beatorum rediuiua: quod interdum communicatur ante supremi iudicij diem cadaueribus sanctis, vt ea cælum sciamus esse. Narrat Euagrius, se in templo, vbi iacebat sepultus Simeon Stylites, vidisse vnà cum multis inusitata magnitudinis ætelam. Corpus Epiphaniij Ticinensis triduo maximum emisisse splendorē scribit Euodius successor. Margarita Belæ Hūgariæ Regis filia post mortē mirabiliter è facie refulsit teste Garino. Vverneri pueri à Iudæis interfecti corpus insigni lumine, quod ex illo prodibat, est detectum. Reliquie quadraginta martyrum, qui in Cappadocia interfecti fuerunt, proiectæ sunt de industria in flumen; sed Petro vrbis Episcopo sunt in somnis ostensæ. eaque se prodiderunt mirabili splendore coruscantes suis in locis. E cadauere Eduardi Regis ac martyris Angli maximam interdum exstitisse lucem similiter historiæ testatur. Macrinam defunctam splendere visam scribit eius frater Gregorios Nyssenus. Supra corpus defuncti Regis Osualdi visa columna insigni lumine, incertumque an cælitus ad illud pertingeret, an ex illo ad astra perueniret. Hunegundis virginis cadauer scribunt multos dies resplenduisse. Supra Abbatem Gallum iam defunctum lux cælitus diffusa constitit, & inde in omne templum dimanauit, similiter è capite obruncato Iustini pueri septennis maximus in omnes partes fulgor emicuit. Eligius Episcopus Nouiomenfis, cùm sancti Quintini corpus esset inuentum, splendore incredibili, qui ex illo est profectus, vnà cum multis adstantibus est percussus. Corpus Ermelendis virginis iacebat ignoto loco: acciditque vt quidam eò faciens iter longius progredi haud posset. subsistens itaque, & media nocte expectatus vidit immensum inde lumen prodire. vbi illuxit, perrexit ad id cõficiendum cuius causa viæ se dederat, deinde ad obseruandū redit; & à Domino de corpore beatæ virginis est certior factus. Quidam Slaui occiderunt Ioannem & Benedictū

A monachos Camaldulenses in solitudine positos, ad eorum cadauera maximum semper lumen affulsit: quod fuit in causa, vt id plurimi videntes nomen Christo darent. Horum meminit Cromerius post Petrum Damiani, hic in vita Romualdi, ille in historiis suis. Crom. lib. 3. Cælestes igitur hæc qualitates sanctorum cadaueribus diuinitus aliquando ad gloriam Dei communicatæ fidem faciunt, homines illos, quorum corpora illa erant, fuisse ex Ecclesia Dei, cælitibusque adscriptos, atque ob id Ecclesiam nostram, in qua illi fuerunt, necessariò esse Ecclesiam Dei. Reliquū est vt agamus quarto loco de incorruptione cadauerum sanctorum. Operæpretium sanè ac periucundum mihi fuit legisse apud Herodotū varios modos, quibus Aegyptij conabatur cadauera defunctorum suorum tueri ab omni labe corruptionis. & tamen vbinam quæso vllum ex innumeris eorum cadaueribus ad hominum memoriam vel ætatem nostram peruenit? Quid porrò dicemus de tot potētissimorum Regum nationumque celeberrimarum monumentis & ædificiis ad omnem posteritatis immortalitatem mirabiliter excitatis? Exstant Pyramidum Aegyptiacarum reliquie nonnullæ, sepulchra, vt volunt, antiquorum Regum: exstant moles vetustissimæ priscorum: sed pleraque omnia ab edaci tempore corrofa, ab iniuriis illius labefactata. Vix auctorum nomina supersunt, & non omnium quidem. Nam de corporibus, & cineribus, quæ studio incredibili asseruari curarunt, non est quod agamus. Quo fit vt magis admirari libeat, ac suspicere prouidentiam diuinam, quæ tot cadauera sanctorum abiecta inhumata per multos annos, omnibus temporum, aëris, aquarum, bestiarumque iniuriis obnoxia seruarit tamen prorsus incorrupta, nullaque ex parte læsa. vt ad eos etiã pertinere aliquo modo illud videatur, non dabis sanctum tuum videre corruptionem, quod Christi esse Petrus in actis Apostolorum dixit: & quod capiti conuenit, ad membra etiã deriuetur. Audi exempla. Zacharias Propheta, vt nonnulli volunt, occisus est sub annum ab orbe condito mmm. ccc. xxx. integrum verò est inuentum eius cadauer Theodosio Iuniore, qui imperare cœpit anno mmm. ccccc. l viii. post annos m. c. lxxviii. ab ortu Christi cccc. xv. Rodolphus Abbas sancti Trudonis scriptum reliquit se anno m. c. xxxii. adfuisse cùm corpus sancti Gereonis vnà cum multis aliis post annos octingentos integrum incorruptumque est repertum. Testatur Alanus Copus ætate sua perstitisse cadauer Cuthberti Lindisfarnensis nihil omnino mutilatum, vel labefactum post annos octingentos ab obitu illius. quid quòd Albani martyris Britanni cadauer post annos mille permansit integrum prorsus & ab omni temporis iniuria intactū? Quadringentesimus ac trigesimus annus agitur, ex quo vita migravit Favianus Coloniensis. eius cadauer ego vidi nullis mancum membris, nulla parte truncū, plurimis illustre miraculis in oppido Gallefij prope Romam. Sumus supra annum tercentesimum & quinquagesimum secundum, ex quo Vbaldus Episcopus Eugubinus vita migravit. & tamen ego bis aspexi viuida immaculataque eius membra, ac propriis intuitus sum sacerdotū manibus atrectari, & in omnes partes versari, perinde ac si caro nunc viua esset, nō morti obnoxia. nisi modò extrema sunt illi ambesa. Autonomi Episcopi & martyris corpus post annos à morte ducentos incorruptum à se visum scribit, qui ipsius vitam memoria prodidit. Rainaldus Archiepiscopus Rauennas obiit anno millesimo trecentesimo decimo septimo: eius corpus ab omni labe purum est repertum anno millesimo quingentesimo sexagesimo, Sigiberti verò Francorum Regis post annos quadringentos à morte, iterumque post quingentos & octo. Barnabæ corpus Anastasio imperate est inuentū expers ab omni corruptione post annos ferè quingentos ab obitu ipsius. Denique idem contigit in multis aliis cadaueribus, quæ non modò Deus integra & illæsa propter eorum puritatem custodiuit, sed vbi in lucem venere mirificos odores afflarunt. Huiusmodi fuere corpora Gregorij Ligonensis, Eduardi Regis, Seuerini Noricorum Episcopi, Laurentij Iustiniani, Rhemigij, Furfei monachi, Volstani, Amadi, Ansberti, Thomæ Aquinatis, Nicephori Patriarchæ, Francisci Paulensis, Guthlaci, Stasnielai Cracouiensis, Elphegi, Petri martyris, Nothberti, Romualdi, Edildridæ Reginæ, Galli Aruernorum Episcopi, Disibodi, Eudocymi, Vvilelmi, Ferreoli martyris, Corbiniani Frisingensis, Lamberti, Sosis martyris, Gerardi Episcopi Hungarici, Venceslai Bohemi, Hilarionis Abbatis, Quintini martyris, cuius cadauer annos quinquaginta quinque sub aquis delituit, Huberti Leodiensis, Eadmundi Regis, Bernardini Senensis, Hüberti Idoci, Claræ è Monte Falco, & aliorum, quos esset longum recensere. Ac satis sit retulisse quod scriptis mandauit Gregorius presbyter Cæsariensis, commune fuisse cunctis Episcopis Catholicis, qui synodo Nicæ-

Nicēnæ interfuerunt, vt eorum corpora per multa annorum curricula perfliterint illa-  
 fa Quis igitur neget à nobis esse Deum, cui sic est curę cadauera eorum, qui sanctimonia  
 maximè illustri inter nos fuerunt, sarta tecta tueri, vt nullis humanæ artis inuentis, sed so-  
 la ipsius voluntate per tot annos incorrupta persistant? Nullis hoc hæreticorum factio-  
 nibus contingit. Afferant aliquid huiusmodi quicūque se à nobis ab alienarunt. Neque  
 fortuito hæc euenisse dici potest. Omnia nāq; diuino consilio regūtur. Et quid esse in cau-  
 sa dicemus, vt cadauera sanctorum inhumata, despecta, nullo modo medicata ab omni  
 corruptionis labe perfliterint illa-fa; & quæ ceteri procurarunt ab omni iniuria, vel ho-  
 minum, vel temporum tueri, ea sint in cineres, in nihilum redacta? Nimirum necesse est  
 oracula diuina suum sortiantur euentum. & cum scriptum sit, Corpora sanctorum in pace  
 sepulta sunt;] quamuis Imperatores, nationes vniuersæ, temporaq; ipsa visa sint aduersus  
 ea conspirasse, bella mouisse, irrita tamē omnia fuere, prælia pro pace, iniurię pro tuitio-  
 ne illis fuerunt, vt quod immortalis & æterno Deo seruiuit viuens, immortalitati & æter-  
 nitati mortuum consecraretur.

SIGNVM SEXAGESIMVM QVARTVM.

Redintegratio cadauerum dissectorum.

*Deus sæpè nostrorum corpora discepta integritati suæ mirabiliter restituit eo modo,  
 quo restituentur, cum subuehantur in calum: hinc apparet à nobis con-  
 stitui in terris Ecclesiam Dei. Cap. VIII.*



Ed qui fieri potest, vt tot hominum corpora in cineres redacta, restaurari  
 ex eisdem longissimè distitis, aut in alia corpora confictis, vniquam cōtin-  
 gat? Sanctorum multis non est hoc datum, vt eorum cadauera permanse-  
 rint inuiolata: boni præterea maliq; in supremo iudicij vniuersalis die  
 corpora sua recipient. Non igitur omnia sanctorum corpora præcipui  
 aliquid habebunt: sed proculdubio quamplurima illorū, licet nō omnia,  
 plures, vel aliquas ex his dotibus habent, si quæ singula proponemus singillatim confide-  
 rentur; neque diuina sunt ingenij nostri finibus concludenda. Cumq; ex Ecclesia Dei  
 præcipuè sint illi, qui propius ad Christum Christi que corpus accedunt, id vt elucescat,  
 voluit ad suorum gloriam Deus non modò mirabiliter aliquot sanctorum corpora tue-  
 ri, incorruptione largiri vel omni vel aliqua ex parte, sed etiam discepta redintegrare,  
 vt de ipsis præsertim dicere possimus, ad Christū Christi que corpus propius accessisse, at-  
 que ideo præcipua fuisse mēbra inter alia quæ sunt in Ecclesia Dei, cuius nos sectatores  
 sumus. Basileo Amasæ Episcopo caput est obruncatum, proiectusq; in mare truncus,  
 haud multo pōst integrum est repertum cadauer. adnatauit ad truncum caput, mirabili-  
 ter illi est adglutinatum. Illud adhuc diuinius, quod historia Polonorum de Stasnislo  
 Episcopo Cracouiensi narrant, Cromeriusq; post alios scribit, corpus eius interfecti est  
 atrocissimè disceptum, datumq; feris vt deuoraretur. aquilæ illud quatuor circumste-  
 terunt, atque à bestiis sunt tutatæ; donec eius frustra nonnulli colligentes, & ad locum  
 quemdam delata reponentes, mox integrum mirabiliter illa-fumq; cadauer inuenerūt.  
 Accidit hoc Gregorio Septimo sedente, qui ob id impium Regem communionem piorum  
 summouit: illius namque hortatu tantum facinus fuerat patratum. Venceslaus Bohemiæ  
 Rex ab iniquissimo fratre est interfectus. sed cum cadauer eius plurimis miraculis diuini-  
 tus illustraretur, Boleslaus cognomento Sæuus frater aliò noctu transferri iussit, vt illius  
 nomen obscuraret. Verum nullus fuit conatus. equi namque substiterunt, vbi ventum ad  
 locum quemdam, neque vltra progredi potuerūt. corpus autem mirabiliter est curatum:  
 discissaq; auricula rursus illi adhæsit. id Dubrauius Boemicarum rerum diligentissimus  
 scriptor post alios narrant. Herculano Episcopo Perusino, vt in Dialogis Gregorius tra-  
 dit, caput à Gotthū fuit amputatum, pellisq; medij tergoris in longum vsque ad ipsum  
 caput excoriata; deinde proiectum cadauer ad ignominiam in vilissimum locum; quod  
 postea inuentum fuit integrum, adglutinatumq; est corpori suo caput mirabili modo  
 vnà

Sur. tom. 2.  
 April. 26.

Cromer. lib. 4.

Dubra. lib. 4.

A vnà cum pelle prius detracta: tantum remansit signum capitis obruncati, quod tenuis-  
 simam lineam præseferbat ea parte, qua vulnus terminabatur. Idem prorsus accidisse  
 in Eadmundi Anglorū Regis corpore scribit Abbo Floriacensis. Nam cū fuisset illi præ-  
 cisum caput, truncusq; longè à capite proiectus, & occultatus; post multos tamen an-  
 nos est repertum corpus capiti suo adiunctum: ad collum dumtaxat linea vulneris in-  
 ficti index roseo colore remansit. En igitur, vt paulatim Deus nos attollat in multis  
 euentis ad ipsius immensam potentiam suspiciendam & laudandam, vt inde agnoscere  
 etiam possimus, quorum sit recta doctrina tantis consignata miraculis. Afferre si po-  
 testis hæretici, numquid simile aliquando vobis euenit, aut vestris magistris: nos  
 quidem tales ciemus patres, quorum non modò mens, sed neque corpus, vbi opus  
 esse Deus iudicabit, ab hominibus lædi possit, ita vt vbi illi effuderint in eorum mem-  
 bra totius crudelitatis suæ atrocissimum virus, neque aliquid amplius posse nostrorum  
 corpora videantur, plus tamen efficiant illa, & præstent, quam vis vlla vel artis vel hu-  
 mani ingenij valeat. Omittimus hic recensere, quoties martyrum corpora, dum cru-  
 ciarentur, diuinitus tamen curata apparuerunt. Nam si huc singula huiusmodi conii-  
 cere vellemus, nullus esset finis; & cuius sunt in promptu: illustrissima quædam nobis,  
 quamuis pauca, sufficiat attulisse. Neque hic est eorum proprius locus. Agimus  
 enim de corporibus illis, quibus est erepta vita, neque vis est vlla iis vitalis, qua se  
 adiuuare aut tueri valeant vllō modo. Atque ita ex euentu illud apparet verum, Cu-  
 stodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. ] quod quamuis aliò  
 referri possit, tamen huc etiam spectat saltem ex parte: neque verbi diuini amplitudo,  
 nisi ex necessitate, coarctanda. Nam si qua nunc ossa sanctorum Deus haud custodit,  
 vt iis integritatem protinus non reddat; sat est, si aliquando cum summo honore sit  
 redditurus. Ex his etiam liquet, quorumnam corpora ad Christi corpus propius acce-  
 dant, & ideo quinam sint ex Ecclesia Dei, qui nos elegit conformes fieri imaginis fi-  
 lij sui. Iam verò ne quid ad summam felicitatem corporibus sanctorum resurgentium  
 desit, atque vt ad eorum sensus iucundissima quæque deferantur, Deus illud con-  
 stituit, vt ex iis & aliis corporibus ea circumstantibus odor suauissimus emittatur.  
 Cuius rei vt pignus aliquod in terris habeamus, mirabiliter accidit interdum à cada-  
 ueribus ipsis sanctorum mirificos odores, nullamq; cum cæteris habentes affinitatem  
 afflari. & tamen scimus vsu venire, vt à mortuis corporibus foetor intolerabilis existat.  
 Quod verò odor, & quidem maximus ex aliquibus erumpit, id est insigne diuinitatis in-  
 sitæ argumentum. Hinc Sibyllæ oracula suis carminibus explicans Virgilius, & hanc  
 rem quam dicimus (intelligeret ne id, ac crederet, haud curamus) respiciens cecinit:

*Asyrium vulgo nascetur amomum.*

notum namque est omnibus amomum esse herbam odoratissimam. Quocirca si cada-  
 uera aliquorum spirabant odores, & illos haud similes terrenis, atque humanis; neque  
 id vlla fuerit arte procuratum, ceteraq; adfuerint, quibus deprehendatur id à dæmo-  
 ne esse non posse; proculdubio hoc erit euidentis signum, inter eos esse Ecclesiam Dei,  
 quando hoc non nisi à Deo fieri queat, & ad summam illius potestatem pertineat, futu-  
 ræque resurrectionis, & gloriæ sanctorum testificationem; & insigne sit argumentum ma-  
 ximæ cum Christi corpore affinitatis, & coniunctionis, qua nos ad illum magis appro-  
 pinquemus, quàm ceteri, ideoque sumus ex Ecclesia Dei. Cùm Dei genitrix obiisset, &  
 ipsius corpus inclusum sepulchro fuisset; aduenit post tertiū diem S. Thomas Apostolus,  
 qui ceteris ad funus è longinquo vi diuina delatis, solus abfuisse scribitur. quocirca ma-  
 gnopere efflagitauit sepulchrum resignari, ostendiq; sibi sanctissimæ Virginis corpus.  
 Annuerunt omnes eius postulatis; sed ablato sigillo, monumētoque aperto, corpus nullo  
 modo inuentum, tantum fasciæ, quibus illud inuolutum fuerat, repertæ, è quibus ignota  
 maximi odoris suauitas prodiit, & cunctos adstantes mirificè perfudit. scriptum reliquit  
 hoc post alios Iuuenalis Hierosolymorum Patriarcha in epistola ad Pulcheriam Au-  
 gustam. Nicephorus Callixus testatur è sacratio, in quo conditum fuerat sanctæ Euphe-  
 miæ corpus, martyris ac virginis celeberrimæ, afflatos odores immensos, qui vim natu-  
 ræ, atque artis humanæ longè superarent. Cùm sancti Dyfibodi cadauer dies triginta  
 insepultum iacuisset, nihil circa illud elaborassent vlli homines, miris tamen odoribus  
 fragrauit. Leontius Episcopus interfuit concilio Nicæno, post annos plurimos integrum  
 ipsius corpus est repertum, ac suauissimè olens: quod omnibus admirationi fuit; non enim

Sur. tom. 6.  
 Nouemb. 28.

Niceph. lib. 15.  
 cap. 14.

vel aromatibus conditum, vel ita compositum fuerat industria humana, ut iucundè spirare posset, ac non foetere, ut omnium mortuorum corporibus accidere solet. Cùm sanctorum Humberti, ac Magdalucei corpora diuersis temporibus ac locis post annorum multa curricula in lucem fuissent prolata, mirificos odores dederunt. Sancti Bernardini Senensis corpus cùm multos dies insepultum iacisset, semper iucundissimè fragrauit. Anno octingentesimo octuagesimo sexto innumerabilium martyrum reliquias dedit in lucem Stephanus Papa diuino monitu certior de iis factus, ex iis innumeri odores in loca proxima latè diffundebantur. Cùm sanctus Burchardus cadauera sanctorum Chilianii & sociorum effodisset, mirificus ex illis odor adstantes perfudit. Similiter anno millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, è corpore Hiduigis Polonicæ suauitas odororum mirabilis erupit, cùm transferretur. id verò maximè ex ore accidebat. E cadauere sancti Othmari mirificus & ignotus odor propè accedentes iucundissimo sensu perfundeat, ut Abbas Vualafrius scribit. Idem contigit cadaueri Asberti Episcopi Rhotomagensis, Landoaldi, Maximi Rhegiensis, Eduardi Anglorum Regis, aliorumque plurimorum. è quibus constat quorumnam corpora Christi corpori sint magis affinia, atque adeò quoniam sint ex Ecclesia Dei. Anno millesimo quingentesimo quadagesimo quinto obiit Lutherus Protestantium antesignanus: eius cadauer loculo stanneo est inclusum, hyems erat summa, cælum, regioque frigidissima; & tamen ex illo fetor intolerabilis existebat. Sciunt omnes Marcum Ephesinum Concilij Florentini decretis semper obstitisse, ac fuisse in causa, ne à Græcis illa reciperentur. Is extremo morbo sic est absumptus, ut stercora ex ore euomeret, neque vllus illi adsidere idcirco posset. Nostri igitur mirum sunt ij, de quibus dici iure potest, quod est in diuinis libris, Sancti tui Domine floreant sicut lilium, & sicut odor balsami erunt antè te. ] quæ verba cùm verè ad nostros pertineant; præcipuos inter alios Ecclesiæ filios esse dicemus, qui hoc sanctitatis signo cognouimus fuisse dotatos.

Sur. tom. 6.

## SIGNVM SEXAGESIMVM QVINTVM.

## Cadauerum quasi viuentium fūctiōnes.

*Deus dedit sepè sanctorum cadaueribus, ut operarentur quæ à vniuersis dumtaxat effici possunt, quod est argumento nos pertinere ad Ecclesiam Dei viuentis. Cap. IX.*



Admiranda sunt, quæ hucusque retulimus, & ordine suo digessimus: sed quæ supersunt, & quæ nunc habemus præ manibus, nullo modo minora videbuntur. Ea verò sunt, quæ cadauera fecere, quasi vitali spiritu regeantur. Nam cùm Christus dixerit, Qui manducat meam carnem, habet vitam: & caro mea est verè cibus pro mundi vita: ] id non modò spectat ad illud tempus, quo sancti resurgent, & rursus induri corpora sua euolabunt ad cælum sidera splendore vincentes; sed ad hoc etiam, quòd futurum sit scilicet, ut vel mortua corpora viuentium muneribus interdum fungantur. Ut non ab re sancti, quamuis ex hac luce migrarint, dormire ramen, & quiescere dicantur, ut simul ac Deus aduerit, quatenus opus est, ac datur, exsurgant, & ad opera vitæ peragenda procedant. Hinc de Dionysio Areopagita est memoriæ proditum, abscissum suum caput in manibus sustulisse, & progressum ad duo millia passuum gestasse. Necessè est tantæ rei adfuerit diuinitatis summa potestas vim corpori vitali inspirantis. Neque id singulare in Dionysio Areopagita. Nam cùm caput obruncatum fuisset Vrso, ac Victori, cum sociis sexaginta sex, qui erant è legione Thebeorum, Diocletiano & Maximiano imperantibus, & è ponte vnà cum capitibus in præceptis dati fuissent in flumen; illi mirabiliter sumptis in manus capitibus ex aluo emergentes processerunt ad locum quemdam, in quo genua flectentes, quasi horæ spatium peccati sunt Deū, mox ad terrā se submittentibus requieuerunt. id verò gentes tunc magicis artibus attribuebāt, inania spectra existimabant. Hoc quod modò recitauimus miraculū post alios ex antiquis veracibusq; monumētis tradit dil-

A diligentissimè historiam Thæbeorum martyrum describens Gulielmus Baldefanus è Carnagnola. De Spiridione narrant Sozomenus & alij quod subiiciam. Apud filiam eius virginem Irenem quidam notus eius nescio quid deposuerat, quæ depositum sumens sub terra recondidit, vbi cautè credidit custodiri. contigit interea mori puellam nihil confessam patri. venit homo depositum repetens, ignoratè Spiridione, quid loqueretur; cumque in tota domo requisisset, neque inueniret, flebat, capillosque vellebat, ita ut morti vicinus esse crederetur præ dolore. Hæc Spiridion fieri videns, & properè veniens ad sepulchrum, nomine puellam vocauit. qua respondente, de causa depositi interrogauit, & dum ab ea didicisset, reuersus, & inueniens vbi puella significauerat, reddidit homini quod petebat. Cùm caput Eadmundo Regi amputatum, & ab impiis in loco sentibus horrenti occultatum fuisset, neque diu conquisitum reperiretur, edidit illud vocem, significans inquirentibus, quonam loco esset. Stasnislo Episcopo Cracouiensi idem ferè contigit, quod Spiridioni. Nam cùm Rege impio impellente criminis alicuius insimularetur, quod faciliè ab illo posset auertere suo testimonio quidam defunctus, abiit sanctus ad eius sepulchrum, & ad vitam reuocatum iussit testimonium dicere veritati. excitatus ille dixit, sanctumque falso crimine liberavit. hoc Cromerius post alios tradit in historiis suis. Sed quæ attulimus exempla Spiridionis & Stasnislai non videntur propriè facere ad hunc locum, in quo agimus de cadaueribus illis, quibus perse Deus, quod sanctorum fuissent domicilia, inspirauit vim, qua munia viuorum perficere possent: at defunctis illis, quos allocuti sunt Spiridion & Stasnislaus, per alios Deus, ipsos scilicet Spiridionem, & Stasnislaum, infudit potestatem, qua peragere id possent. Illud propius accedit ad rem nostram, quod Ioannes Climax scriptum reliquit. Fuit Abacirus quidam obedientiæ nomine maximè illustris. hic post obitum de more est humatus. sed ut palàm fieret cunctis, quanti esset ille apud Deum propter insignem obedientiam suo præposito præstitam, contigit ut ex composito quidam sepulchrum illius petierint, & nomine appellantes defunctum percunctati fuerint, an viueret. at ille protinus clarissima voce respondit, Qui fieri potest, ut qui sic obtemperauerit iussis maiorum suorum, non viuat? Veniamus ad ea, quæ nostris temporibus sunt maximè vicina. Mirandum verò mihi prorsus illud videretur, quod de corpore sancti Francisci memoriæ est proditum, stare illud nullis humanæ industriæ fulcris subnixum, sola diuini spiritus vi sustentatum, facie tota, oculis, & manibus iunctis in cælum semper intentus supplicantis in modum, nulla vetustatis vi debilitatum, nulla temporis iniuria parte aliqua incuruum. Id profectò tanti est, ut cùm sit viuentium stare, defunctorum subito humi procumbere, nemo tamen vel viuens inueniri adhuc potuerit, qui per annum perstitit in precibus immobilis. De Simeone quidem Stylica admiranda scribunt, de Machario, Isaac Syro, & ea virgine, quæ viginti & vno diebus abstracta à sensibus perstitit in precibus immobilis, ut scribit Iacobus è Vitriaco Cardinalis. at miraculum huiusmodi nihil habet æquale, vel simile vlla ratione cum sancto Francisco. Huc pertinere videntur illi, qui abscissis linguis sunt locuti. nam perinde est, ac si ea parte vita carerent: & multo etiam maius est miraculum. nam quibus truncatæ sunt linguæ, ij nulli sunt ea parte; sed quibus est vita cassum cadauer, is est ipsum saltem cadauer; tantum superest, ut anima Dei permisso & dono possit illud excitare, & mouere ad aliquid agendum: quod fieri non potest, vbi membra ad munus suum peragendum necessaria defunt. Anastasio imperante Cabades Persarum Rex Christianis plurimis lignam radicitus auulsit; & tamen illi expeditissimè sunt locuti, ut scriptum reliquit Nicephorus Callixtus. Hunoricus similiter Vandalorum in Africa Rex Catholicis multis linguas extirpauit, neque tamen eis vsum loquelæ adimere potuit. testatur id eorum temporum scriptor Procopius, & lege lata se vidisse scribit Iustinus Imperator. Romano martyri idem contigit, & Heimeranno Episcopo Ratisponensi. E quibus omnibus manifestissima fit corporum sanctorum affinitas maxima cum Christi corpore, ut appareat etiam nos in primis pertinere ad Ecclesiam Dei, longissimè verò hæreticos abesse. Sed adhuc in mentem mihi venit interdum admirari, quid sit in causa, quòd per sanctos Deus tot efficiat, & effici velit omnino cælestia, & naturæ totius potestatem superantia; & nihilominus permittat eos aduersis concuti, ærumnis affligi, calamitatibus præmi, morbis demergi: erunt ægroti, qui per eos sanentur; cæci, qui per eos lumen recipiant; mortui, qui ad vitam reuocentur; & ipsi dil-

Sozo. lib. 5. c. 11.

Cromer. lib. 4.

fracta erunt valetudine, doloribus cruciabuntur, oculorum lumen amittent, & mortem vel ignominiarum plenam subibunt, in quo ætatis limine vitam ponent. Nimirum Deus est, qui vocat ea, quæ sunt, tamquam non sint, ponit tenebras lumen, mortificat, vt ait Dauid, & viuificat, deducit ad inferos, ac reducit. Hoc autem quid maius excogitari potest, per eorum cadauera exanima mortuæque mortem depellere à mortuis, in exanimatos animam inspirare? Quo magis diuina premis, eo fortiora exsurgunt; quo magis obscurare contendis, eo magis illustras. est hoc igitur argumentum penitus adfidentis diuinitatis. Elisei cadauer fortè contactum fuit à cadauere cuiusdam quem Iatrunculi Syri occiderant. Remansit, vt erat, Elisei corpus vitali spiritu castum; sed homini mortuo reddidit vitam. Narrat Augustinus ad ossa beati Stephani puerum, qui à bobus vehiculum trahentibus rota obtritus, & necatus fuerat, ad lucem reuocatum. Afferemus infra suo loco Augustini verba. Francisci Assisiatis cadauer mortuis septem restituit vitam, Antonij Vlyssiponenfis sex; Christophori, qui fuit ex ordine sancti Francisci, tribus; Iacobi Alamanni, vni; Vulfstani Vigornienfis, tribus; Richardi Cisterciensis item tribus, Zoerardi duobus, Vvigelmi Ebroicensis similiter duobus, Leopoldi Austria Ducis octo: quæ nos signo de perpetua sanctorum successione narrauimus. Sed si quis velit omnia huiusmodi recensere, nullus esset finis; qui volet animi gratia sumat in manus historias, quæ de sanctorum gestis agunt, & innumera reperiet. Nam cetera etiã miracula persequi, quæ à cadaueribus sanctorum sunt profecta, inepti esset, & inanis omnino laboris. Auorum nostrorum memoria Bernardini Senensis defuncti corpus excitauit plurimos ad vitam mortuos. Francisci similiter Paulani: vt sciamus planè, ab his, & qui cum iis eadem de rebus diuinis sentiunt, esse proculdubio Deum. & sic à nobis esse Ecclesiam Dei, non ab his qui Catholicæ fidei aduersantur.

SIGNVM SEXAGESIMVM SEXTVM.

Affectiones miræ cadauerum sanctorum.

*Affectiones admirandæ, ac prorsus diuinæ cadauerum sanctorum manifestum faciunt internos esse Ecclesiam Dei.*  
Cap. X.



ne quis videretur sibi sapiens, & quæ diximus, negaret, quasi conficta, & in vulgus ab imperitis & credulis sparsa, voluit exstare quædam Deus è cadaueribus sanctis admiranda, quæ, vellent, nolent, impios cogere ad veritatis confessionem & testificationem: quocirca non satis habuit ille paucis signis ostendere mortalibus, quanti faceret corpora sanctorum, quamuis vitali spiritu destituta; sed quemadmodum solent amantes, sic plurimis illa amplificauit ornamentis, quæ maximam cunctis incuterent admirationem, simulque singularia beneficia præstarent: vt huc illud Isaia iure videatur pertinere: Videbitis (inquit Deus alloquens suos) & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. ] Nam reuera quodammodo visa sunt cadauera sanctorum singulari Dei munere germinare cælestia dona, quibus adhuc orbi toti maximæ sint admirationi. has verò vocabimus affectiones (nulla nãq; vox aptior occurrit) cum cadauera sacrosancta Christiana sic affecta sunt, vt idem miraculum certis aut incertis temporibus, perinde ac si viuant, edunt, aut aliquid corporeum emittunt. E reliquiis Modoaldi Episcopi Treuirënsis furtim sublatis copiosus humor olim fluxit, sicuti etiam è cadauere Sampsonis hospitis, & Eligij Episcopi Nouiomensis, quibus plurimi passim morbi curabantur. Egubij ego vidi corpus integrum atque incorruptum Ianuariæ virginis, quæ ante annos trecentos euolauit in cælum. est illud in monasterio S. Spiritus, indutūque est ad carnē linea veste, quæ passim sanguineis quibusdā maculis est adspersa. hanc abluunt virgines, quibus id est curæ; & aqua huiusmodi mirificè valet aduersus omne morborū genus. est & aliud insigne illius cadaueris, quod experimentis multis est notum. Habetur in arca lignea sub altari decentissimè

Isa. c. 66.

mè ornato. atque vbi imminet aliquod funestum, & lugubre vel monasterio, vel vrbi, auditur è capsa strepitus quasi pulsantis, nuperque monasteriū propè totum miserrimo incendio conflagrauit. & paulò ante magnus strepitus fuerat auditus; inuentūque cadauer, quòd prius supinum iacebat, in faciem deorsum se conuoluisse. quòd diligentissime inquisitum per litteras mihi petenti significauit Petrus Bozius frater meus probatissimæ fidei vir, & I. C. excellens. res tori est Eugubio nota. mihiq; plurimi narrarunt. E cadauere Margaritæ Rauennatis, vt Hieronymus Rubeus scribit, sudor quidam suauissimus effluxit. hæc nostra ætate vixit. Placet hic adscribere quæ de sanctissimo Euphemie corpore post Euagrium prodidit memoriæ Nicephorus Callixtus: In tumuli, inquit ille, latere fenestella quædam admiranda est, operculo quammaximè obfirmata, per quod ferramentum longiusculum, cui in extrema parte spongia alligata est, immittebant, spongiamque ipsam in sacrosanctis martyris reliquiis obuolutam, & guttis cruore illius delibutis refertam extrahebant. Hanc vbi plebs conspexisset, homines statim inclinati vociferatione maxima Deum honorabant, miraculoque illo obstupefacti manus sustollebant. Tantus autem inde profluxit abundè humor, vt non solum Imperator, & Episcopus, populūque, qui ibi congregari solitus fuit, satis eo perfruerentur, verum etiam quocumque quiuisset locorum de eo aliquid secum deferret. Neque guttæ tempore vllò defecerunt, neque diuinus ille sanguis aliqua ea parte mutatus est: sed is semper colorem suum maximè rubrum conseruauit. facta hæc non certo aliquo temporis curriculo, sed pro eo atque Episcopi ipsius vitæ morumque sanctitas ferret. sic enim fertur; quum is, qui Ecclesiam gubernaret, præclare viueret, & virtute exornatus esset, frequentius miraculum hoc exhibitum esse; cum verò Antistes sacrorum talis non esset, rariùs eam rem tam admirandam, nec tam facilè à martyre processisse. Hoc sic factum esse noui. sed enim, quod neque dies, neque vllum tempus intercipit, sed perpetuò omnibus credentibus simul & non credentibus adfluit, & accidit, id nunc dicam. Si quis in sacrarium id, vbi tumulus, & sanctæ martyris reliquiæ, perinde atque thesaurus, nunc repositæ sunt, veniat, odor immensus, & vim naturæ, odoresque omnes, quos ars humana conficit, superans, ad eum perfertur. ] Hæc ille, qui post multa, quid acciderit Imperatori Mauricio hac in re, describit. Ex quo, ait, Euphemia in martyrum stadio decurrit, & corpus eius in monumento conditum est, ipso passionis eius die, in conspectu omnium loci Episcopus spongiis quibusdam è defunctæ corpore sanguinis liquorem haurit: sanguinem sanè veluti à corpore recens cæso vulturum tabò mixtum, & vnguentis quibusdam sponte natis temperatum cernas, quem exiguis vitreis vasculis exceptum, atque diuisum turbæ aduenienti donat. Hoc igitur auditum, sicuti dixi, animi quadam vecordia in dubium vocans Mauricius, cum tempus adueniret, argentum ornatum è sepulchro detrahit, & Imperatoris signo monumentum martyris obfignat. Sic enim hoc incredulitatis volebat audacia. Postquam verò tempus ipsum, quod debebat, adfuit, curiosè mysterium indagat, accuratiūque experimento sollicito miraculum explorat. Ecce tibi verò rursus, sicuti antea sanguis vnguento conditus, instar riuuli è monumento promanat, & spongiæ sanguine suaueolenti pinguescunt: & martyr ipsatum, vt prolixius sanguinis fons profineret, fecit. ] Hucusque Nicephorus, à quo habemus etiam è cadauere Glyceriæ martyris simile vnguentum manasse, quod pelui subiecta excipiebatur. Cumque Episcopus Perinthi inscienter argenteum vas emisisset, quod ad magicas artes fuerat adhibitum, & sancto corpori supposuisset, continuo stetit vnguentum. Renoua percussus Antistes ad preces confugit, diuinoque impulsus spiritu nouum vas amouit, & antiquum reposuit, ac protinus vnguentum sicuti prius scaturire cœpit. Quocirca rem diligentius inquirens, comperit vas illud nefandis rebus feruisse; quod simulatque ad Imperatoris aures peruenit, habita quæstione, tanti criminis reum, vti par erat, supplicio affici suo iussit. ] Hæc Nicephorus. Iam verò copiosum sanguinem, qui valeret aduersus omne morborum genus, fluxisse constat è cadauere Thomæ Herfordiensis, Olympiadisque, vt est auctor Nicephorus idem. Ottho Bambergensis Episcopus, cum sigillum loculi, quo sacræ quædam reliquiæ includebantur malleo resignare conaretur, plurimum ex iis sanguinem elicuit. E corpore Euthymij Abbat, & Elisabetæ Hungaricæ oleum fluere olim solebat, quo multi ægroti sanati fuerunt. E cadauere Hedwigis Polonicæ iamdiu defunctæ liquor purus & clarus instar olei suauissimo mirabilique odore profluxit; similiter è cadauere Solomæ, quæ Re-

Euagr. lib. 2. cap. 2. Niceph. lib. 15. cap. 3.

Lib. 18. cap. 34.

Lib. 18. cap. 34.

Lib. 9.  
Citat. n. de 2 dif.  
106.

gis Botelai foror fuit, & sub annum millesimum ducentefimum sexagesimum tertium A migravit à vita, & post obitum Calomanni viri vixit in castitate, vt Cromerius scribit. Procopius refert Iustinianum morbo quodam incurabili tentatum, cum desperaret omne medicorum consilium, petiisse ad se afferi quasdam reliquias tunc fortè inuentas, genuque, vbi maximus dolor erat, imponi: quod cum factum fuisset, non modò dolor abscessit; sed ex iis oleum subito manauit, quo & arcula reliquiarum, & pedes, vestisque Imperatoris purpurea tota sunt perfusa. Hæc Procopius. Placet hic adscribere epigramma incisum sepulchro vetustissimo Nouariæ, in quo condita sunt corpora martyrum multorum, in his Laurentij presbyteri ab Arianis occisi, è quo quidem sepulchro mirabiliter olim liquor manare solitus erat: id est huiusmodi.

*Aspicis hoc marmor tumuli de more cauatum*

*Id solidum est intus, vima nec vlla patet;*

*Vnde queat tellus occultas mittere lymphas.*

*Manat ab ingestis ofsis iste liquor.*

*Si dubitas, medio sudantes tolle sepulchro*

*Reliquias: dices, vnda salubris vbi est?*

Sed veniamus ad aliqua nostræ ætatis, quorum innumeri possunt esse testes, & omnem superant admirationem. Vidi ego in Monte Falco, & quiuis hoc videre potest, ampullam sanguinis plenam, qui è corpore sanctæ Claræ effluxit. Is est concretus, non in puluerem redactus post tot annorum curricula; & quoties aliquid calamitatis imminet Reipublicæ Christianæ, continuo is incipit colliquefieri, subsilire, & effervesce; & quo maior futurus est casus, eo concitior ac diuturnior est agitatio. Antequam Cyprus à Turcis occuparetur, nec dum rumor vllus exstitisset eius oppugnan-  
dæ, eodem tamen anno ineunte, Romæ occurrit mihi Alexander Tempestius optimus vir, ac prudens; narrat magni aliquid mali impendere, sibi que per litteras significatum sanguinem Claræ virginis sic ebullisse, vt nonnullæ ex eo guttæ effunderentur. Nec multis post hæc mensibus cœpit increbescere à Turca classem parari aduersus Venetos, Cyprum peti: quæ denique ab eius ducibus est expugnata.

Magnum sanè hoc miraculum in sanguine isto, qui præsentiat impendentes Reipublicæ ærumnas, neque continere se possit, quin aliqua futuri mali signa det. Tanta scilicet infixæ erat intimis visceribus virginis caritas in Rempublicam Christianam, vt vel eius defunctæ sanguis præfagiat, quid sit futurum. Nunc aliqua toti orbi notissima, & quæ in celeberrima totius Italiæ vrbe & regione contingunt, innumeris spectantibus, & quiuis accedens ea nunc etiam videre potest, in medium producamus. Dum Vandali in Africa aduersus Catholicos sæuirent, Gaudiosus Episcopus illinc profugiens Neapolim peruenit, ampullam sanguinis sancti Stephani secum detulit, eò fuerat asportata ab Orosio Hispano; quod etiam colligitur è litteris Luciani presbyteri Hierosolymitani. adseruatur adhuc illa in æde sancti Gaudiosi; & quoties super altare ponitur, dum Missa dicitur, sanguis ille concretus nullo modo in puluerem redactus post tanta temporis spatia, liquefcit cunctis aspicientibus, atque agitatur, mox confidet peracta Missa, & concrefcit quasi in lapidem quemdam. huius rei nulla potest alia causa afferri, nisi quòd is, dum sacra mysteria illius, quem tantopere amauit, Christi peraguntur, & memoria renouatur actionis illius, qua vitam posuit pro Christo, quodammodo reuiuiscit, & ad illius præsentiam commouetur. Vbi sunt igitur qui negant audiri preces nostras à sanctis? quando & sanguis ipse exanimis quodammodo videtur audire? Hæc notissima & vulgatissima cunctis Neapolitanis, & innumeris aliis, qui propriis hæc oculis conspexerunt: neque nos sumus ad eò vecordes, qui hæc affirmare audeamus, cum facillimè mendacij apertissimi à tot hominibus coargui possemus. sed audiamus adhuc aliud, quod in eadem vrbe cunctis est vulgatissimum. In æde sancti Gregorij custoditur ampulla, in qua est sanguis sancti Ioannis Baptistæ, qui lapidis instar durissimi est concretus; sed in die, quo festum Præcursoris celebratur, poni solet huiusmodi ampulla super altare, & dum sacra officia celebrantur, illa ipsa hora, qua caput est amputatum Ioanni Baptistæ, sanguis ille colliquefcit antea durissimus, agitur, effervescit, cunctis qui eò confluunt inspicientibus, & rem tantam demirantibus. Quid modo dicemus de sanguine sancti Ianuarij Cui tutela celeberrimæ vrbis est commissa? Ecquis illarum regionum ignorat, deferri illum maximo apparatus,

- A paratu, & totius vrbs celebritate in ampulla, & cum prope caput eiusdem sancti collocatus fuerit, cum rigeret antea, protinus colliquefieri, commoueri, & ebullire. Meminit huiusce rei Baptista Fulgosus libro collectaneorum, capite de miraculis. An non igitur nobis fatendum inesse quodammodo spiritum vitalem diuinumque tantis reliquiis, quo manifestum fiat inter alia, quæ fuerit huiusmodi sanctorum coniunctio cum Christi corpore, cuius potestati cuncta subiecit Deus? Atque hæc quidè clarissima Neapoli, si quis perucax haud credit, eò proficiscatur, & proprijs rem sensibus, si placeat, vsurpet. Amalfis est regni Neapolitani vrbs valde illustris: in eius territorio est oppidum Rauellum, ibi conseruatur ampulla sanguinis sancti Pantaleonis, cui prorsus idem cõtingit in die festo sancti illius, quod aliis, vt supra narrauimus. Vidisse id testatur, vt aliquos testes scriptores adducamus, Martinus Freza libro primo de subfeudis, meminit eius etiã Paulus Fuscus libro primo de visitatione ecclesiarum. In eadem ciuitate Amalfitana est ampulla sanguinis sanctæ Ursulæ, qui afficitur eodem modo die dicata illi virgini, quo iam diximus affici sanguinem superiorum. Sed Neapolim redeamus, vbi habetur etiam in vase vitreo è sanguine sancti Nicolai Tolentinatis, cui dicunt idem contingere, quod sanguini sanctæ Claræ. Neque illud silendū, anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, cum iam Gregorius Decimus tertius annum decem diebus adiectis reformasset, dubitarentque omnes ob id, ne diebus solitis hæc miracula se proderent; sed post decem dies acciderent: nihilominus quando adiectio diuini erat consilij, diebus illa festis euenerunt. Corpus sancti Nicolai Mirrensis Barij nunc habetur: ex illo scatere liquorè, qui aduersus innumeros morbos proficit, tum sciunt innumeri, tum testatur idem Emanuel Imperator nouella de feriis, vbi & meminit similiter aquæ illius, quæ defluit è corpore sancti Andreæ, quod Amalfi adseruatur. quamuis hoc miraculum dicatur aliquando in corpore sancti Andreæ interrumpi. Similiter è corpore sancti Matthæi, quod est Salerni, humor huiusmodi manare solet; quod testatur Marcus Antonius Marsilius Columna, qui non ita pridem vita decessit, libro de vita & gestis beati Matthæi. Idem scribunt contingere è corpore sancti Felicis Nolani, quod narrat Ambrosius Leo libro secundo de situ Nolæ. Hæc verò pertinentia miracula ad regni Neapolitani vrbes, quamuis sint peruulgatissima, & multos ego allocutus fuerim, qui illa viderunt; curauit tamen Neapoli ad me transmitti certissima testimonia illorum ab Antonio Talpa nostræ Congregationis presbytero, qui munere Rectoris fungebatur in illa vrbe, & nostris ibi sodalibus præerat, viro & solidæ probitatis, & acerrimi iudicij in rebus diiudicandis, & qui multis nos modis adiuuit in hoc opere perficiendo; atque ob id nos illi, cum omnibus quicumque hæc nostra aliquo loco ducunt, meritò plurimum debemus.


C. de prouin. &  
cluit. Regni.  
Cap. 8. nu. 10.

Cap. II.

## SIGNVM SEXAGESIMVM SEPTIMVM.

Signa rerum, quæ sancti tetigerunt.

*Miracula diuina rerum, quæ vel tetigerunt, vel respiciunt aliquo modo speciatim corpora sanctorum, concludunt à nobis confici Ecclesiam Dei. Cap. XI.*

- E  ximus de signis corporum viuientium & mortuorum: reliquum est vt videamus de ijs, quæ ducuntur à rebus, quæ vel illa tetigerunt, vel speciatim respiciunt. Adeò namque diuinitas infedit corporibus sanctorum, vt non illa modò suis miraculis illustrarit, sed etiam quæcumque sunt ab illis aliquando solo tactu, vt ita loquamur, consecrata, vel ad illa referuntur. Et quidem si persequi velimus omnia, & antiquiora in memoriam redigere, scimus ab Eliseo scissa Iordanis fluuenta, vt tutum per ea foret iter illi; non alia verò re sunt scissa, quam pallio Eliæ. Virga Moysis mare Erythreum in duas partes diuisit, aquas è saxo extudit. Veniamus ad nostra. cum Paulus Ephesi moraretur, tanta dignitate simul ac potestate est à Deo honestatus, vt sudaria, ac femicinctia, quæ gestasset, depellerent morbos. notissimum est illam Syrophœnissam fimbriæ tactu curatam. Placet hic adscribere, quæ Sozomenus scripta reliquit, Est, inquit ille, ciuitas Palæstinæ Nicopolis nomine; hæc

ne; hanc, cum adhuc vicus esset, Emmaus sacer Euangeliorum liber appellat, quam Romanus post vastationem Hierosolymorum, Iudaicamque victoriam, Nicopolim ex euentu vti que victoriæ vocauerunt. Ante hanc urbem in triuio, vbi Christus cum Cleopha post resurrectionem noluit ambulare, tamquam ad alium vicum iturus, fons quidam salutaris est, in quo morbi hominum abluuntur, & alia pariter animalia diuersis detenta languoribus curantur. quod vt ita contingat, traditur ex itinere quondam visum esse Christum apud fontem cum discipulis suis lauisse pedes. ex quo aqua facta est diuersorum curatrix morborum.] Hæc Sozomenus. Scimus ab Helena Augusta inuentam crucem, cui Christus est affixus: sed cum tres eodem in loco inuentæ fuissent cruces, neque inter nosci posset quænam Christi esset, singulæ cuidam foeminae grauitate decumbenti sunt admotæ; & cum reliquæ nihil profuissent, tertia protinus eam sanauit. Sozomenus addit defunctum ad vitam reuocatam. Vestis Mariæ Virginis cum relicta esset apud Hebræam mulierem, Iaruit vsque ad tempora Imperatoris Leonis. cum verò Candidus & Galbius viri patricij Hierosolymam pergentes fortè hospitio excepti fuissent ab ea, viderunt penetrantia ædis illius maximo splendore coruscantia, multosque in ijs ægrotos ad sidere. quid rei foret illud percunctati, post multa intellexerunt vestem sanctissimæ Virginis ibi esse, quæ multis ægrotis impartiretur sanitatem. Id vbi illi perceperunt, astu quodam, de quo longior nobis esset sermo, eam suffurati Constantinopolim pertulerunt, ibi edita miracula multa, Leoque illi magnificum fabricatus est templum. Narrat hoc post Simeonem Metaphrastem Nicephorus Calixtus. Ammianus Marcellinus temporibus Constantij ac successorum floruit, & scriptor est Christiano nomini infensus; quid referat ille à nostris etiam memoriæ traditum, Rufino, Sozomeno, aliisque suis verbis audiamus loquentem. Iulianus, inquit, ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa & internecina certamina obsidente Vespasiano, posteaque Tito ægrè est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum Alypio dederat Antiocheni, qui olim Britannias curauerat pro præfectis. Quum itaque rei idem fortiter instaret Alypius, iuaretque prouinciæ rector, metuendi globi flammam prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum. hocque modo elemento destinatius repellente cessauit inceptum.] Hæc ille, qui tacet cruces vestibus appictas cælitus eorum, qui huic rei dabant operam. Iam verò infiniti esset laboris miracula recensere, quæ crux, cui Christus fuit affixus, edidit, vel ea, quæ vel Christi corpus alioquin, aut eius matris tetigerunt. Illud vnum sit pro omnibus. Aedem Lauretanam quibus inuisere potest; ibi est exigua illa domuncula, in qua Virgo & Christus habitauerunt. Ad eam quanta sint diuinitus effecta miracula, cuiuslibet est in promptu videre. Quocirca ad alia veniamus, & apponamus hæc, quæ S. Augustinus memoriæ prodidit de reliquiis sancti Stephani, & diuinis operibus earum rerum, quæ reliquias illas contigerunt; se namque iis adfuisse testatur. Ad aquas, inquit ille, Tilibitanas Episcopo afferenti Proiecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnæ multitudinis concursus & occursum. Ibi cæca mulier, vt ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur, orauit, flores, quos ferebat, dedit, recepit, oculis admouit, protinus vidit. stupentibus qui aderant, præibat exultans, viam carpens, & viam ducem vterius non requirens. memorati memoriam martyris, quæ posita est in castello Synicensi, quod Hipponensi coloniam vicinum est, eiusdem loci Lucillus Episcopus, populo præcedente, atque sequente portabat. fistula cuius molestia iam diu laborauerat, & familiarissimi sui medici, qui eam secaret, iam operiebatur manus, illius piæ farcinæ vegetatione repente sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore non inuenit, Eucharis presbyter ex Hispania Calamæ habitans, veteri morbo calculi laborabat; per memoriam supradicti martyris, quam Possidius illò aduexit Episcopus, saluus factus est. Idem ipse postea morbo alio præualecente sic iacebat, vt ei iam pollices ligarentur: opitulatione memorati martyris, cum de memoria eius reportata fuisset, vt supra iacentis corpus missa ipse presbyteri tunica, suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo primarius, nomine Martialis, æuo iam grauis, & multum à religione abhorrens Christiana: habebat sanè fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum; qui cum ægrotantem multis & magnis precibus & lacrymis rogarent, vt Christianus fieret, prorsus abnuuit, eosque à se turbida indignatione submouit. Visum est genero eius vt iret ad memoriam sancti Stephani, & illic pro eo, quantum posset, oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum.

Sozo. lib. 1. c. 7.

Lib. 13. c. 24.  
Ammian. lib. 23.Lib. 22. de ciuit.  
Dei. c. 8.

A Christum. fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & sinceriter ardente pietatis affectu: deinde abscedens aliquid de altari forum, quod occurrit, tulit; ei que, cum iam nox esset, ad caput posuit. tunc dormitum est. & ecce ante diluculum clamat, vt ad Episcopum curreretur, qui mecum fortè tunc erat apud Hipponem. cum ergo audisset absentem venire, presbyteros postulauit; venerunt, & statim se credere dixit: admirantibus, & gaudentibus omnibus baptizatus est. Hic quamdiu vixit, in ore habebat, Christe accipe spiritum meum: cum hæc verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est à Iudæis, vltima fuisse nesciret. quæ huic quoque vltima fuerunt. Nam non multo post etiam ipse defunctus est. Sanati sunt etiam illic per eundem martyrem podagrici duo, vnus ciuis, peregrinus vnus: sed ciuis omnimodo: peregrinus autem per reuelationem, quid adhiberet, quando doleret, audiuit; & cum hoc fecit, dolor continuè quieuit. Audunus nomen est fundi, vbi Ecclesia est, & in ea memoria Stephani martyris. puerum quemdam paruulum, cum in area luderet, exorbitantes boues, qui vehiculum trahebant, rotæ obtruerunt, & confestim palpauit expirans: hunc mater arreptum ad eandem memoriam posuit, & non solum reuixit, verum etiam illæsus apparuit. Sanctimonialis quædam in vicina possessione, quæ Casphaliana dicitur, cum ægritudine laboraret, ac desperaretur, ad eandem memoriam tunica eius allata est; quæ antequam reuocaretur, illa defuncta est. hac tamen tunica operuerunt cadauer eius parietes, & spiritu recepto salua facta est. Apud Hipponem Bassus quidam Syrus apud memoriam eiusdem martyris orabat pro ægrotante & periclitante filia, eo que secum vestem eius detulerat, cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. qui cum domum rediisset iam suorum eiulatibus personantem; & vestem filia, quam ferebat super eam proiecisset, reddita est vitæ. Rursus ibidem apud nos Irenei cuiusdam collectare filius ægritudine extinctus est. cumque corpus iaceret exanime, atque à gemetibus, & plangentibus exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium verba suggestit vt eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. factum est, & reuixit. Itemque apud nos vir Tribunitius Eleusinus super memoriam martyris, quæ in suburbano eius est, ægritudine exanimatum posuit infantulum filium suum; & post orationem, quam cum multis lacrymis ibi fudit, leuauit viuentem.] Hæc Augustinus, qui multa deinde alia recitat ad hanc rem pertinentia. Nunc audiamus, quæ Gregorius Magnus ad Constantiniam Augustam scribat, quæ petierat ab eo, vt Roma Constantinopolim mitteret aliquid de corporibus sanctorum ad ipsam. At Gregorius id efflagitati Imperatrici omnino pernegauit, nefas esse dicens, ac satis esse, si quid mitteretur, quod contactu illorum corporum quasi consecratum foret; & euenta in hanc rem pulcherrima & admiranda producit. Cognoscat autem, inquit, tranquillissima Domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, vt quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur; quod leuatum in Ecclesia, quæ est dedicanda, debita cum veneratione reconditur. & tanta per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora referantur. vnde contigit, vt beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus, sicut à maioribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis forcibus incidit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit.] Et post: Sed quia serenissimæ Domine tam religiosum desiderium vacuè esse non debet; de cathenis, quas ipse sanctus Paulus Apostolus in collo & in manibus gestauit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem aliquam in populo transmittere curabo; si tamen hanc tollere limando præualuero; quia dum frequenter ex cathenis eiusdem multi venientes benedictionem petunt, vt purum quid est limatura accipiant, adstitit sacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concitè aliquid de cathenis ipsis excutitur, vt mora nulla sit; quibusdam verò petentibus, diu per cathenas ipsas ducitur lima; & tamen vt aliquid exinde exeat, non obtinetur.] Hæc Gregorius. Illustre est hoc in genere, quod accidit cathenis, quibus est alligatus Petrus. Nam cum partem earum dono habuisset Hierosolymas profecta Eudoxia Theodosij Imperatoris vxor, illæque delatae essent Romam ad Pontificem Maximum, & collatae cum altera earum parte, quæ Romæ adseruabatur, contigit, vt sese mutuo tangentes mirabiliter coirent. Ex ijs multa miracula prodierunt; in quibus illud est aliquando celebratum. Post annum nongentesimum Romam venit Ottho Germaniæ Rex, eius comes erat quidam furis exagitatus, qui proprias carnes dentibus dilaniabat: de consilio Ioannis Papæ adductus ad has cathenas,

Han. Vir. lib. 2.  
c. 2.


thenas, iisque constrictus, continuo est liberatus. Cæca quædam mulier cum veste sancti Hannonis Archiepiscopi Colonienfis oculos sibi perfricasset, continuo lumen recepit. Idem contigisse scribitur vestimento Mauritij Episcopi Andegauenfis. Romæ adhuc adferuatur tenuis quædam tunica Brigide Sueticæ, cuius contactu illud in primis diuinitus contingit, vt mulieres grauidæ, quæ pariendi difficultatem patiuntur, à mortis periculo eximantur. vidiq; hoc ego in foemina, de cuius vita iam propè omnes desperarant, cum tres totos dies ac noctes summis doloribus excruciatâ, neque somnum, neque cibum, potumve vllum capere potuisset; quæ tamen simulatq; induit illud vestimentum, protinus est incolumi vita partuq; enixa. Sub annum millesimum trecentefimū septuagesimum Lithuani, excursionem in Poloniam factâ, maximas prædas egere, & monasterium Montis Calui diripuerunt: inter alia portionem crucis Christi auro inclusam asportabant; sed cum peruenissent ad Poloniæ fines, plastrum, quo illa vehebatur, nulla vi, neque iumentorum, neque hominum moueri potuit; quin subito concidebant exanimati homines, equi, boues, & quicumque illud attigissent. Cumq; Lithuanorum duces perterriti à Russo quopiam cladis causam cognouissent, crucem cum nobili captiuo ad suum locum remisere, & iter propositum mox cuncti incolumes tenuerunt. Hæc Cromerius diligens scriptor. Quid verò dicemus de velo sanctæ Agathæ, quod Catanenses educere solent aduersus incendia montis Aetnæ latè profuentia, quibus cum fuerit illud obiectū, protinus consistunt, ac retro mirabiliter feruntur, neque quod olim sæpè contingebat, in subiectos campos villasq; procedunt. recenset multa tempora singillatim Fazelus, quibus tantum miraculū contigit: & res est Siculis omnibus id expertis notissima. Sed harum rerum passim legentibus innumera occurrunt exempla. Nobis autem satis sit hæc attulisse in medium, vt constet quanta sit diuinitatis virtus, quæ sanctis cælitus concessa peruenit ad ipsas etiam res, quas eorum corpora contigerunt, vt sciamus illos præcipua membra fuisse Ecclesiæ Dei, in qua nos etiam doctrinam illorum secuti, permanemus; & à qua quicumque excluduntur, à Dei societate necessariò remouentur.

Cromer. lib. 13.

## SIGNVM SEXAGESIMVM OCTAVVM.

## Imaginum sacrarum effectus.

*Imaginum sacrarum diuini effectus indicant nos esse ex Ecclesia Dei nequam verò alienos à nobis. Cap. XII.*



Anta verò diuinitatis affluentia sanctos vndique repleuit, vt non modò redundarit in corpora eorum, & quæcumque illorum contactu potiri poterunt, sed & in ea, quæ corpora sanctorum referre aliquo modo videntur. Illustrissimum est exemplum in Actis Apostolorū, cum legimus innumeros ægrotos confluere solitos in plateas & vias, per quas iter facturus erat Petrus: ac satis erat, si Petri umbra in umbraisset non vniuersos ægrotos, sed ex illis aliquem; & continuo vniuersi, quamuis ad eos umbra non peruenisset, vt Chrysostronus etiam colligit, mirabiliter curabantur. Vin' plura? Vin' maiora? Nihil est, quod minus corpore referat, atque umbra, nullis scilicet coloribus, & lineamentis induta; & tamen tanta est eius potestas, vt non modò quos contingit, sed etiam qui sunt aliquo modo propinqui, liberet à morbis. Narrat Eusebius Cæsariensis, & à se visam testatur Cæsareæ Philippi, quam Paneada vocabant, æneam statuam fuisse, quæ Christum referebat. ad eius pedes erat altera mulieris specie se inclinantis, & fimbrias vestimenti, quo Christi statua erat cooperta, manu tangentis. Has verò fundi curauit, & in eo loco publicè collocari, mulier illa Syrophœnisa, quæ sanguinis fluxu laborans, vbi fimbrias vestimenti, quod Christus gestabat, tetigit, est curata. Ad imam statuam nascebatur herba nulli cognita medico, neque alibi vquam visa; quæ simulatq; fimbrias attingebat Christi, aduersus omne morborū genus mirificè proficiebat. Id cum sciret Imperator Iulianus confringi eam iussit, suamq; collocari. Sed paulo post fulmen immisum cælitus illam disiecit, caputq; cum ceruice terræ affixit, vt refert Sozomenus. Scribit Eusebius idem, fuisse à Christo missam ad Abgarum. Edeffensorum Regem sui ipsius imaginem, quæ magno

Euseb. li. 7. c. 14.

Sozo. lib. 5. c. 20.

**A** magno ab Edeffensis in honore habebatur. Placet referre illius imaginis vnum dumtaxat, sed scitu iucundissimum miraculum, quod Procopius, qui vixit illa ætate, scribit. Cum Chosroë Persarum Rex oppugnaret Edeffam, altissimosq; aggeres excitasset aduersus illos, conati sunt Edeffensi frustra illos inflammare: nihil inausum reliquere. omnia tamen irrita ceciderunt. Res erat adducta in supremum discrimen. Itaque venit illis in mentem producere imaginem Saluatoris ad Abgarum missam: proferunt, & opponunt aggeribus; & continuo ignis exortus omnia in cineres redegit. Eusebius narrat à se visas Apostolorum Petri & Pauli imagines, quæ viuentibus ipsis fuerant depictæ, & habitæ in honore. Lucas suis ipse manibus depinxit imaginem Virginis Mariæ, ea viuente adhuc in terris. Illi Antiochia Constantinopolim delatæ magnificentissimum exstruxit templum Pulcheria Augusta Theodosij Imperatoris soror. Ad has plurima edita miracula, pulcherrimum est illud quod Euagrius refert. Anatolius quidam cum magnam sibi auctoritatem Theopoli comparasset, reus est inuentus, quod diis sacrificasset: in carcere ductus inops consilij ad Dei genitricis imaginem in carceris loco quodam è funiculo pendentem versis in tergum manibus accurrit supplicantis more. At illa impurum execrandumq; hominem detestata totam se ab illo auertit. id captiuo omnes conspicati mox euulgarunt. hucusq; Euagrius. Monetæ adhuc aliquot existant, quæ in honorem Helenæ Augustæ, & inuentæ crucis, cum huiusmodi imaginibus excusæ antiquitus fuerunt. illis est præfens remedium aduersus morbum comitalem: & qui hodie viuunt Turcarum Rex Amurathes, quamuis à nobis alienus, vim sanctam illarum expertus solet eas gestare; è morbo namque huiusmodi interdum laborat. nummi quoque sancti Ludouici Francorum Regis mirificè valent aduersus nonnullos morbos. Vt autem plurimis ommissis, atque innumeris, quæ quotidie ad sacras imagines miracula fieri cognoscuntur, & tamen aliqua nostris temporibus proxima tangamus, narrat Calchocondylas Græcus scriptor, ad statuas sancti Bernardini Senensis edita multa miracula fuisse. Liber hic adscribere, quæ vir doctissimus & integerrimus Vuilhelmus Lindanus litteris commendauit libro de fugiendis idolis: Busciduni accidit, inquit ille, quosdam sancti Antonij imaginem gladiis, alcia, & bipennibus in frustra concidere, vt incendio via publica aboleretur. verum quid accidit? non sanè impunè tulere impij: euestigio namque illa peste, quam sancti Antonij appellamus Christiani (quod illi depellendæ sint eius apud Deum pij experti sæpè patrociniū) corripuntur; totoq; vtriusque corpore instar granorum piperis pestilens ille ignis ebullit; domum sese recipiunt infelices: quorum plaga focij deterriti rogam deferunt trepidi. Tam atroci atque voraci consumebantur miseri totum per corpus incendio, vt postridie impiam efflarint animam, & functa reliquerint cadauera variorū colorum stigmatibus, cæruleis, prasinis, atris insignita. Istud tam est tota vicinia notum, vt plurimos huius rei non solum audierimus concorditer historiam ad viuum depingentes; additis etiam tam sacrilegorum, quàm familiarium nominibus; sed publici etiam viderimus notarij fide non indigni neque obscuri testimonium. Sed horribilius est, quod anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto in Galliis vsu venisse scribunt, cuius talem historiam Parisiis impressam vidimus, quæ hic ruditer est transfusa. Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, vigesima prima Iunij, dum Dux Alanfonius frater Regis Franciæ esset in vrbe Castillon; & excubiæ pedestrium copiarum in villa quæ dicitur Soulei à dicta ciuitate vno plus minus milliario distante agerentur, tres milites malè feriat deprehenderunt præ foribus templi imaginem B. Antonij in petra erectam, ac post multa scandala, ludibria, & diçteria in eam congesta, caput quidem imaginis galea, manus verò armarunt hallebarda, talia cum execrandis blasphemiiis euomentes: Tu si quid vales, si qua tibi potestas, in præsentiarum nunc eam demonstra cõtra nos, ac te defende: quo dicto suis armis imaginem impetunt multis ictibus; quibus non contenti, vnus eorum bis aut ter displosa bombardâ imaginem illam oppugnare aggreditur, ac eius faciem inter mentum, & inferius labrum iaculatus globulo tormentario lacerat sacrilegus, at non impune. Nam eodem momento ille impius magno eiulatu exclamans, horridumq; eiulans, Totus, inquit, ardeo, totus comburo: statimq; prolabitur mortuus in terram. In cuius facie eodem loco, vbi imaginem globo violarat, vice redita ignis scelerum vindex, qui totum inde os replebat, veluti via facta erumpens, perluxit eum deuorans, etiam cum iam miseram exhalasset animam. Secundus autem non minus sentiens Dei omnipotentis manum exclamat quoque ignis vim se ferre non posse: volens-

Niceph. lib. 17.  
cap. 16.

Euseb. lib. 7. c. 13.



volensque intestina tormenta per aquam effugere, in torrentem proximum præcepit insiliit, nec Dei tamen præsentiam effugit. nam itatim aquis submersus, & suffocatus interiit. Porro tertius cernens suorum miserabilem exitum, sui inops, ac totus exanimis humi affligitur, ac deportatus in proximam domum totus feruentissimis febribus æstuabat, adeoque violentis, ut miserum de se spectaculum omnibus exhiberet. cuius miseria permoti cognati, amici maximè, & commilitones Catholici, ad templum, velut ad asylum confugere, Deo patri, sacerdote perquisito, sacrificium mediatoris solemniter coram imagine beati Antonij immolare, atque vnanimiter cateruatim prouentes tam milites, quam dicti loci incolæ Deum summa animi deuotione, pro miseri fratris salute precari. post sacrificium, & multas preces afflictum inuisere, præmissisque multis aliis orationibus aquam ei benedictam sacerdos aspergebat. E vestigio ille miser sibi redditus crimen agnoscit, Dei misericordiã inclamat, ac manus tendens in cælum humilibus, ac magnis precibus suum errorem professus accusans, omnium deprecationes supplicat, ut pro ipso Deum clementissimè interpellent: nec defuit diuina misericordia; nam statim præstinã valetudini, ac menti restituitur, eaque etiam nunc hodie fruitur. Hæc veraciter sub oculis plusquam trium millium hominum palam gesta docent quam reuerentiam venerandis sanctorum imaginibus debeamus. Refert ibidem Lindanus aliud factum. Cum Hermannus, inquit, Modet, seditiosorum fax apud Hasselam Hasbanicæ Leodiensis nocte quadam bis ter in templum venisset, ut sanctorum imagines confringeret, fuit lucernarum lumen bister extinctum: denique cum rogi immanem excitasset, ut iniectas in eum sanctorum imagines exureret, fuit ille rogi iniectis venerandis sanctorum imaginibus haud aliter subitus extinctus, quam si copiosissimo fuisset imbre perfulsus. ] Hucusque Lindanus, ut appareat apertissimè quanta diuinitatis vis cælitus fuerit communicata hominibus, qui in Ecclesia nostra fuerunt, quæ pertingat non modò ad corpora, & quæ ab ijs tacta sunt, sed etiam ad imagines ipsorum corporum: tanta scilicet est eorum vis, ac potestas.

## SIGNVM SEXAGESIMVM NONVM.

Signa rerum respicientium sanctos.

*Miracula rerum speciatim respicientium sanctos nostros, ostendunt nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. XIII.*



On modò diuinitatem præferunt ac spirant cadauera ipsa sancta, & quæcumque contactu ipsorum quodammodo consecrata sunt, amplius adhuc ea omnia, à quibus ipsa corpora veluti à simulacris aliquibus referuntur; sed etiam solent diuinã quamdam cõmunionem cælitus concessam ostendere, quæcumque ad ipsa corpora referuntur, etiam si neque ipsa contigerint, neque adumbrent vllis lineamentis. Id verò prorsus mirum & insigne argumentum, ex quo sciamus vnum corpus Ecclesiæ cum Christo, qui Deus est. Quamobrem diuinitas corporibus sanctorum communicata interdum longissimè deriuatur & ad ea quæ contacta sunt à corporibus sanctorum, & à quibus ipsa corpora representantur per imaginem, & a quibus habetur aliquis ad ea proprius respectus. Apparet hæc diuinitas ex innumeris miraculis, quæ nemo, nisi Deus, efficere potest. sententia est Gregorij Nazianzeni viri grauissimi oratione secunda in Iulianum, & in carminibus de humilitate, castitate, & temperantia, martyrum monumenta vel tenuia præstare idem aduersus dæmonas, ac morbos quoslibet, quod corpora ipsorum, atque animæ etiam in cælo existentes. quòd si nos velimus à Christo exordiri, imago crucis, non ipsa crux, quæ Christi corpus contigit, & cui fuit ille affixus, sed eius simulacrum quanta quæso miracula efficit? hæc neque Christi corpus tetigit vnuquam, neque illud vllis lineamentis effingit, sed ad ipsum speciatim referri potest, quòd cruci alicui Christi corpus fuerit confixum. Narrat Eusebius Cæsariensis, sibi Constantinum narrasse, ab ipso visam crucis in aëre effigiem, dum pergeret aduersus Maxentium tyrannum, auditamque vocem cælitus demissam, In hoc signo vince: ] quocirca iussit in acie educi vexillum crucis, atque ita victoriam ex hostibus reportasse,

Euseb. de vit.  
Const. lib. 1. c. 6.  
& c. 22. & seq.

laba;

A labarumque in crucis modum conformasse, & in cunctis quæ commisit præliis extulisse, ac semper hostes ab eo profligatos: accidisseque interdum, ut acies aliqua exercitus impressione hostili inclinaret; iussisseque, ut eò labarus deferretur; & continuo Romanos, quasi viribus redintegratis victores fuisse, inimicosque ab eis in fugam versos. Sozomenus scribit apud Aegypti urbem Hermopolim arborẽ fuisse Perseidem, cuius fructus, aut folia, aut etiam particula corticis aliqua morbos omnes mirabiliter abigebat. Idque ex quo illac Christus transijt in Aegyptum cum matre & Iosepho profugiens. quo tempore arbor illa Christi ingrediẽtis ac subeuntis capiti imminens sese inclinavit, quasi honoris gratia; & adhuc Sozomeno viuentem ita perdurabat, qui sua ætate, quod subiiciã, cõtigisse refert. Probianus quidam vir notæ nobilitatis, cum Christi doctrinam tandem cõplexus esset, nihilominus crucem nolebat adorare: videbatur id illi nullo modo rationi conuenire: accidit ut in acerbissimos podagræ dolores incideret, in quibus cum somno correptus iaceret, videt in somnis sibi signum crucis ostendi, quod in altari ædis Constantinopolitanæ S. Michaëli dicatæ fuerat collocatum, quasi salus eius inde penderet; euigilat, sententiam mutat, sanitati restituitur. Theodoretus scribit lib. 4. c. 11. & sequenti, Iulianum Imperatoris Iuliani auunculum, Felicemque regij thesauri quæstorem vasa sacra Ecclesiæ Constantinopolitanæ, de iussu impij Augusti, abstulisse; erant enim pretiosissima; & Iulianum quidem protinus visceribus putredine exesis interiisse, stercoraque ex ore euomuisse. Felicemque similiter continuo cõpisse ex ore sanguinem copiosissimū effundere, atque ita repente è vita migrasse. eadẽ refert ostenti maximi loco Ammianus Marcellinus Christianis infensus scriptor libro 23, in principio: sed causas has subtrahet homo versutus, qui temporibus his vixit. Notissimum est cunctis Christianis, atque aliis etiam, Francorum Reges hoc diuinitus consecutos priuilegium ab ætate Clodouei, precibus, ut aiunt, Marculphi Episcopi, illudque ad posteros Reges semper est transmissum, ut manuum suarum tantum certis adhibitis cæremoniis strumas sanent. idem etiam Regibus Angliæ concessum meritis Eduardi Regis; quorum est & illud, ut annuli quidam certis cæremoniis effecti valeant aduersus torporem. At isti Reges neque impressam gerunt imaginem, quæ speciatim referat Reges Clodoueam, Marculphumve, aut Eduardum, neque eorum corpora tetigerunt; tantum referuntur ad illos, quòd antiquis Regibus in regia potestate eodem in regno successerunt. Illud adhuc mirum magis videbitur. In templo Dionysij martyris Lutetiæ adseruabatur olim, nescio an hodie, vexillum quoddam martyri illi consecratum. id vocatur aurea flammula, quòd aurei sit flammulis insignitum. Neque Reges vnuquam, nisi in extremis periculis, soliti sunt illud educere, vbi prælium sint commissuri cum hostibus, & experturi summam, ut aiunt, fortunam. Sed quoties illud in aciem protulerunt, sæpè verò id contigit, semper ex inimicis victoriam reportarunt. Imperante Mauritio Turcæ nonnulli Constantinopolim venerunt: habebant illi cruces liquato atramento frontibus impressas stigmaticis notis. Interrogati cur id esset, responderunt, ante plures annos in Perside ac patria sua pestem grauissimam cohortam, quæ innumeros absumeret: cum nullum remedium reperiretur, neque finis esset vllus mortalitati, de consilio quorundam Christianorum cruces illas sic frontibus inuisisse, atque ita luem cessasse. Hoc auctor Miscellæ, Zonaras, & Nicephorus scribunt. Huc pertinent tot ac tanta miracula, quibus aliquando sancti suas patrias ab innumeris cladibus liberarunt, aut illas etiam terras, quæ sunt in eorum tutela, quòd eis præfederint viuẽtes. Ut cum superioribus annis Solimanus exercitu innumerabili obsideret in Hungaria Sabariam, iamque Turcæ ingressi essent oppidum mœnibus disruptis, visus est Martinus in aëre hostibus militans gladio nudato, & à patriis eos sedibus fugans, ut Iouius scriptum reliquit. Sic olim cum Chosroë exercitum maximum è castris educens pergeret ad excindendam Sergiopolim defensoribus omnino vacuam, viderunt cuncti innumerabiles propugnatores in mœnibus consistere, & ad eam defendendam se accingere. Quamobrem perterritus Chosroë visu diuino abscessit. Sergiopolis namque patria Sergij est martyr. Cyprianus martyr multis apparuit in somnis prædicans fore, ut ipse de Vandalis, qui vastarant eius templum, caperet vltionem, eosque Africa exterminaret. Id Procopius refert libro de bello Vandalico. Hispani sæpè in præliis auxiliū præsentissimū S. Iacobi sunt experti. Idẽ contigit Lusitanis tum alibi, tum in Indiis Orientalibus, ut latè retulimus, vbi à nobis est actum de auxilio sanctorum in bellis. Hæc verò omnia accidere non alia de causa, nisi quòd Hispani omnes habent pro patrono Iacobum, cuius ossa in ipsorum regione conuiescunt, atque

De Sig. Tom. 2.

M ita mi.

ita miracula hæc patrata diuinitus non ob ipsamet corpora, aut contactum eorum, sed A  
quod terra ista corpora quodammodo respicere speciatim videantur. Theodosio impe-  
rante floruit Donatus Euorix Epyri Episcopus. eo tempore draco quidam circa fontem  
in via publica iacens, oues, capras, boues, equos, atque homines abripiens deuorabat. Ad  
eam bestiam veniens Donatus, cum caput illa sustulisset, virum deuoratura, crucem ad-  
uersam digitis in aere contra signauit, & in os expuit, & protinus draco exspirauit. Tantæ  
verò vastitatis erat, vt octo paria bouum (quod se audisse Sozomenus æqualis horum tē-  
porum scribit) necesse fuerit trahere in vicinum campum. Solebant olim Romani Pon-  
tifices loco magni muneris mittere ad Reges ac Principes magnos auream clauem, qua  
potestas Petro data à Christo ijs verbis, Tibi dabo clauēs regni cælorum, ] referebatur.  
illi includebant aliquid è cathenis sancti Petri leuiter abrasum. Huius autē clauis qua  
fuerint olim miracula, sæpius in suis litteris Gregorius Magnus ostendit ad Anasta-  
sium Patriarcham Antiochenum, Ioannem exconfulē patricium & quæstorem, Co-  
lumbum Episcopum Numidix, Leontium exconfulē, Recharedum Hispaniarum Re-  
gem, Asclepiodotum patriciū Gallorum. Huc spectant imagines illæ cæreæ, quas Pon-  
tiffex Romanus confici iubet, & consecrat ipse quinto quoque anno. ijs admiscetur ali-  
quid è cæreo paschali, sanctum chrisma aspergitur, agni que Christum referentis effigies  
imprimitur. compertissimum que est, ac plurimis experimentis certissimo comprobatum  
sæpè in ardentissima incendia coniectas flammis obstitisse, finem que vrendi illæfas ipsas  
imposuisse; similiter in mare iactatas, tempestatibus turbulentissimis sedatis, adduxisse  
continud tranquillitatem ac serenitatem. Exstat de origine illarum, mirabilibusq. euen-  
tis proprius liber, quem scripsit ante multos annos vir integerrimus ac doctissimus Vin-  
centius Bonardus, nunc Sacri Palatij Magister. Narrat Venantius Honorius antiquissi-  
mus poëta Christianus sibi hoc contigisse. Acerrimo oculorum dolore tenebatur, ita vt  
iam propè cæcus esset. Accessit ad beati Martini sacellum, & oleo è lampade, que arde-  
bat ad eius imaginem, sumpto inungens oculos omnes, protinus dolorem morbum que  
sensit fugari: ob id Turonos petiit, vt eius inuideret sepulchrum, vitam que sancti versibus  
descripsit. Audiamus eum canentem.

*Et pete Martini loculum, quo iure sacelli  
Iam desperatum lumen mihi reddidit auctor  
Munera qui tribuit, saltem rogo verba repende.  
Est vbi basilica culmen Pauli, atque Ioannis  
Hic paries retinet sancti sub imagine formam  
Amplectenda ipso dulci pictura colore  
Sub pedibus iusti paries habet arte fenestram:  
Lychnus adest, cuius vitrea natat ignis in vna.  
Huc ego dum propero, valido torquente dolore  
Diffugiente gemens oculorum luce fenestris,  
Quo procul vt tetigi benedictolumen oliuo,  
Igneus ille vapor marcenti fronte recessit,  
Et presens medicus blando fugat vnguine morbos.*

Ex his omnibus necessariò fit maximam esse Ecclesiæ nostræ cum corpore Christi con-  
iunctionem, quando tam mirabiles effectus producantur ob illum solummodò respe-  
ctum, qui habetur ad corpora ipsorum, quamuis nullus intercedat tactus; atque ideo  
hinc fieri Ecclesiam nostram Dei esse, à quo fieri dumtaxat hæc possunt. Quod enim ta-  
ctu manuum suarum Francorum Reges strumas sanent, id que habeant ab antiquissimo  
tempore, idem que contingat Catholicis Anglorum Regibus, ob Eduardi iam pridem  
defuncti sanctitatem; proculdubio palàm facit diuinitatē sanctorum virorum in Ecclesia  
nostra longissimè pertinere, ipsos que & nos eorum sectatores esse ex Ecclesia Dei, illos  
que qui & his & nobis eadem in religione sentientibus aduersantur aduersari Ecclesiæ  
sanctissimæ Dei.

Sozo. lib. 7. c. 5.

Lib. 1. c. 25. c. 30  
lib. 2. c. 86. lib. 7.  
c. 34. 126. lib. 12  
c. 17.

B

C

D

E

SIGNVM SEPTVAGESIMVM.

Splendor rerum sanctarum.

*Splendor à Deo communicatus rebus sacris, que ad nostros referuntur; indi-  
cat nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. XIV.*

**R**

Enouabitur indie resurrectionis mundus, Deus que nouum cælum, & no-  
uam terram creabit: & terra quidem ab omni fæce fordibus que expur-  
gata pulcherrimas suo fulgore gemmas vincet: excipiens enim Solis, at-  
que astrorum iam non circumcurfantium, sed æterna stabilitate fixorum  
lucidissimos radios, reddet illos vsquequaque multiplicatos. Aqua dein  
de terram, quemadmodum destinauerit Deus, complexa instar adaman-  
tis, aut pellucidi cristalli lumen multo magis amplificabit. neque tamen omnia terræ  
loca pari fulgore illustrabuntur, aut eiusdē pulchritudinis erunt, atque ornamenta. Nam  
proculdubio pars illa cæli magis erit illustris, vbi Sol consistet: alia que est, ait Paulus, cla-  
ritas Solis, alia Lunæ. igitur ea pars terræ similiter apparebit splendidior, quæ Soli, aut al-  
teri stellæ magis lucenti subiicietur. Neque temerè Sol, verbi gratia, certò affigetur loco,  
sed vbi magis faciet id gloriam diuinam. Neque ille mihi videbitur malè locuturus, qui  
assereret forsan loca quædam terræ futura lucentiora ob respectum, quem sunt habitura  
ad corpora beatorum, quæ septuplo Solem, vt est in diuinis libris, superabunt. ac sicut  
cælum debetur sanctis viris, infera loca impiis ac scelestis, sic ista intermedia illis, si nõ-  
nullos sequi vellemus, qui nondum mentis vltim consecuti, neque vllò sacramento ini-  
tiati decesserunt: vt pro varietate meritorum cunctis sua loca distribuatur. Ex his meritò  
fit, vt splendor quidam diuinitus interdum communicetur non modò, vt vidimus, corpori-  
bus ipsis, & quidem vita cassis sanctorum, sed aliis etiã rebus ipsorum. Nicephorus tradit  
imperante Theodosio iuniore accidisse, vt quidam sub antiqua cupressu, ignotum qua  
de causa, occultauerit imaginem sanctissimæ Dei genitricis. post multum tempus arbor  
facis instar visa est ardere lumine immenso coruscans: deinde maxima miraculorum vis  
ad illam coepit edi, donec quidam curiosus inuestigans, qua de causa id accideret, aspe-  
xit imaginem sacram. quod cum diulgatum fuisset, magnificum condidit ibi Cyrus  
Episcopus templum. Procopius narrat Apameæ fuisset particulam sanctæ crucis, quam si-  
bi ostendi populus voluit, cum ciuitas diu à Persis obsessa iam iam capienda videretur,  
vt nimirum cruce Domini visa lætius obirent; cum que ter Episcopus illam sustulisset in  
altum, conspiciendam que. proposuisset, ter ex ea maximus ignis latissimè effulgens in om-  
nes partes, haud tamen coburens, eluxit; quo viso hostes perterriti obsidionem soluerunt.  
Stagni Episcopus Bonifacius Stephanus superioribus annis Christi sepulchrum vetusta-  
te deformatum restaurauit, inuenit que in eo instaurando partem quãdã crucis, cui Chri-  
stus fuit affixus; eã sibi reseruauit, secum que iter aliò facturus detulit. cum que per igno-  
ta loca noctu fortè aberrasset à via, & quonam tenderet, ignoraret, inops consilij protulit  
illud crucis lignum eo animo, vt inde opem speraret; & ita sanè contigit. Nam maximus  
ex eo splendor elucefcens omnes procul tenebras fugauit, tutum que iter erranti indica-  
uit. Cum percepissent Armeni Antiochiam à Chosroë dirutam fuisset; Episcopum Tho-  
mam rogarunt, vt in publicum crucem proferret, quam cuncti adorarent in aperto,  
opem que in afflictis rebus implorarent. Ille die dicta, sole mni ritu prodiens, crucem  
que manibus in sublime prolatam gestans circuit ædem sacram, populo sequente, ac vi-  
dente ignis vim magnam subsequi è cruce Episcopum antecedentem. In India orien-  
tali citra Gangem vrbs est illustrissima, quam vocant indigenæ Malipurum, nostri vr-  
bem sancti Thomæ, quod in ea sit Thomæ Apostoli corpus ex parte, vt creditur. sin-  
gulis annis die sole mni festum illi celebratur, confluentibus eò non modò Chri-  
stianis, sed cuiuslibet religionis hominibus innumeris. Accidit itaque, vt conuenien-  
tibus vndique populis stata die sacerdos Mifsam diceret. Aderat in altari medio  
crux vetustissima. Ecce autem, cunctis videntibus, coepit ea crux guttas quasdam pri-  
mò nigrescentes, deinde sanguineas copiosè emittere, mox paulatim splendescere, ma-  
gis que

Vide Richar. in  
4. dist. 33.

Lib. 14. c. 46.

Procop. lib. 2. de  
bel. por.

gisque ac magis fulgorem per omnes templi partes emittere. Ibi sacerdos, ceterique vni-  
 uersi pauore tremefacti exclamare coeperunt, & cum fletu multo diuinam misericordiam im-  
 plorare, donec res refedit, & sacerdos linteis sacris crucem extersit. Crux erat lapidi in-  
 cisa, in cuius fastigio columbae imago infidebat. basis vero erat in specie quadam herba-  
 rum, quae diffundi latissime videbatur, collocata: & tam fastigium, quam basis, & brachia  
 in librorum formam desinebant. Arcus eam ex eodem lapide factus vndique circunda-  
 bat; in arcu litterae erant nulli cognitae: multi, qui illarum periti credebantur, accersiti &  
 adducti, se illas ignorare sunt professi: donec senior quidam Brachmanes eo rogatus ac-  
 cessit; cumque illi diceretur ut altare ascenderet, ac proprius litteras intueretur, auertat  
 hoc, inquit, Deus, ut ego locum pedibus calcem, in quo sacra illi fiunt. oculis admotis lit-  
 teras legit, quarum sensus hic erat; Thomam diuinum virum fuisse à Dei filio, cuius erat  
 discipulus, in eas oras Sagami Regis tempore missum, ut Dei summi notitia gentes illas  
 erudiret, ibique templum exstruxisset, & res admirabiles effecisset, atque tandem cum  
 genibus flexis affixus ad illam crucem orationem funderet ad Deum, à quodam Brachma-  
 ne fuisse hasta transfixum, crucem vero eiusdem viri sanctissimi cruore tinctam ad me-  
 moriam virtutis illius sempiternam relictam fuisse. Ita litteras est interpretatus ille, ac  
 mox alius itidem accersitus. Id in publica monumenta relatum, & ad Reges Portugalliae  
 transmissum. Ea se vidisse Hieronymus Oforius testatur in historiis suis. Haec accidere  
 anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Inuenta autem crux ante annos qua-  
 tuordecim in colle, in quo templum est exstructum. Tantum porro miraculum singulis  
 annis euenire tradunt Oforius, Petrus Maffei in historiis suis, Ignatiusque ex ordine  
 diui Francisci in itineralio. ex quo apparet antiquissimus imaginum vsus, cultus, & vis  
 prorsus admiranda, quam Deus est dignatus efferre ad suam gloriam, ex quo nostri in  
 eas oras venerunt, ut hac via populi illi ad doctrinam, quam nostri disseminant, facillime  
 adducerentur, cunctique cognoscerent & ex hoc, & è superioribus, nostros esse ex Eccle-  
 sia Dei, cuius diuinitas pertingit ad loca, ac res nostrorum mirabiliter illustrandas ac  
 nobilitandas.

Lib. 3. ad finem

## SIGNVM SEPTVAGESIMVM PRIMVM.

Mirae affectiones rerum sacrarum.

*Diuinae affectiones rerum sacrarum, quae pertinent ad sanctos Ecclesiae nostrae,  
 signant nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. XV.*



Vod modò narrauimus de cruce illa diui Thomae in Indiis Orientalibus  
 longissime positae, & eius splendore, facit ut ad extremum subiiciamus  
 memorabiles quasdam rerum affectiones, quae ad corpora sanctorum re-  
 feruntur. Admirabile namque in illa cruce quotannis eodem die cum  
 legitur Euangelium in Missae celebratione idem miraculum euenire splen-  
 doris, rorisque sanguinei, ex quo nostri ad illas partes appulere, & in ijs  
 locis confidentes latissime nostram doctrinam propagare coeperunt. Non modò nam-  
 que miraculum est in eo, quòd aliquando acciderit, accidatque; sed etiam, quòd singu-  
 lis annis eadem die, celebritatisque eiusdem veneratione. Affectio prorsus admiranda,  
 & Ecclesiae nostrae diuinitatem maximè ostendens. Quid illud, quod Paulinus vir san-  
 ctissimus de cruce, cui Christus fuit affixus, narrat? illam nimirum nequaquam diminui,  
 quamuis ex ea quotidie à plurimis frustra plurima decerpantur. Scribit Hieronymus,  
 Paulinus, ac Sulpitius Severus, loco illi, è quo Christus ascendit in caelum, pedum ipsius  
 impressa vestigia sic perdurasse, ut numquam potuerint aboleri vlla ratione. Quinimo  
 neque cum templum fuerit ibi postea constructum, vniquam potuit templi fornix ita concludi, ut ve-  
 stigis illis aspectu caeli auferret: & quoties per diem tectum inducebatur, nocte illud rubeat,  
 quòd Deus vellet omnino aditum illud è terra in caelum peritum remanere. Meminit eiusdem  
 miraculi Beda. Burchardus ait, suo tempore templum fuisse à Sarracenis occupatum, lapidè  
 verò in obstrukione ostij Orientalis ita positum fuisse, ut videri quidem vestigia, haud  
 possent, tangi tamen daretur. Bonifacius Stephanus Stagni Episcopus, qui diu fuit in ijs  
 locis,

Hieron. de lo-  
 cis iten. A. & A.  
 post. Pauli. epist.  
 11 ad Heu. Se-  
 ner. sacr. hist.  
 lib. 1.De l. cis sanctis  
 6.6.

A locis, eaque descripta reliquit, nostra aetate ait facellum non esse in potestate Mahometana-  
 norum; partemque lapidis illius, in quo est alterum è vestigijs, seruari in eadem adicula ad  
 venerationem Christianorum eo aduentatium, partem verò à Sarracenis asportatam in templum,  
 quod ipsi detinent Salomonis, ibique ab illis coli. Martino, ut scribunt, Turonensi petenti  
 negatum fuit aliquid habere è reliquijs Agaunensium martyrum: quocirca perrexit ille ad lo-  
 cum, in quo fuerant necati, & herbas cultro secuit, ut eas saltè secum asportaret, & protinus  
 ex eis copiosus sanguis effluxit. atque herbae illae haud tetigerant corpora sanctorum. è  
 loco, in quo illi infederant, enatae erant. Terra, in qua Heimerannus Episcopus Ratispo-  
 nensis occisus est, virebat semper ab imbribus ac niuibus illaesa, donec ab indigenis est ibi  
 exstructum templum. Narrat Hieronymus, Simeon Metaphrastes, & Oecumenius è sepul-  
 chro S. Ioannis Euangelistae minutissimum puluerem scaterere, mannae instar; quod adhuc ho-  
 die contingit, & aliquid apud me est ex eo, valetque mirifice aduersus omne morbi genus.  
 Refert Eustathius in vita Eutychiej Patriarchae, Sozopoli ex imagine Virginis, & è cruce  
 oleum manare praesens remedium omni aegrotationi. Ictibus serpentium medetur terra  
 Melitenis, ex quo Paulus in insula descendit tempestate iactatus, & à vipera percussus  
 nihil mali sensit. Placet adscribere, quod Athalaricus Italiae Rex, natione Ostrogotthus,  
 superstitione Arianus de fonte Lucaniae testatur apud Cassiodorum epistola ad Seuerum:  
 Longa sunt, inquit, illius fontis memoranda describere. Veniamus ad illud singulare mu-  
 nus, sanctumque miraculum. Nam cum die sacrae noctis precem baptismatis coeperit sa-  
 cerdos effundere, & de ore sancto sermonum fontes emanare, mox in altum vnda profu-  
 liens aquas suas non per meatus solitos dirigit, sed in altitudinem cumulosque transmittit,  
 erigitur brutum elementum sponte sua, & quadam deuotione solemnè praeparat se mira-  
 culis, ut sanctificatio maiestatis possit ostendi. Nam cum fons ipse quinque gradus tegat,  
 eosque tantum sub tranquillitate possideat, alijs duobus cernitur crescere, quos numquam  
 praeter illud tempus cognoscitur occupare. magnum stupendumque miraculum, fluentia la-  
 bentia sic ad humanos sermones vel stare, vel crescere, ut eis credas audiendi studium mi-  
 nimè defuisse. Fiat admirabilis omnium sermone fons iste caelestis. Habet & Lucania Ior-  
 danem suum: ille exemplum baptismatis praestitit, hic sacrum ministerium annua deuotio-  
 ne custodit. Hucusque Rex Athalaricus. In oppido Montoni prope Eugubium conseruatur  
 vna è spinis, quibus Christi caput est transfixum, quam detulit è Fortebrachius ille ce-  
 leberrimus militum dux. ea quotannis stato passionis Dominicæ die cunctis videntibus &  
 admirantibus floret: allocutusque ego sum viros fide dignissimos, qui id contempserunt, quin  
 Paulus Marius Episcopus Calliensis spectatissimae diligentiae fideique ad me misit procuratorem  
 te Ioa. Sfortia Monaldo optimo viro instrumentum à Bartholomeo Moscardino notario  
 rite consecutum anno M. CCCC. LXXII. in quo habentur nouem testes rite examinati, iurantesque  
 conceptis verbis, se vidisse ex illa spina flosculos pullulare, emitti sudorem quemdam, & te-  
 nues quosdam capillos ab hora sexta usque ad nonam, qua transacta nihil amplius vide-  
 batur. sed illud magna obseruatione dignum, quoties populorum magna facta est accessio  
 ad Christi cultum, plerumque id euenit excitante Deo crucis alicuius publicam mirabilemque  
 affectionem. Duobus maximè temporibus incrementum maximum cepit Ecclesia Dei, Cò-  
 stantino imperante, cum crux illi apparuit, dictumque. In hoc signo vince: ac tum labarus  
 in cruce conformatus, illustrissimas ei victorias est largitus; plurimique populi, ut supra do-  
 cuimus, tum tanti Imperatoris auctoritate & felicitate, tum labari illius diuinis effectis nomine  
 Christo dederunt. Scdm tempus est nostrum, quo ad Indias Orientales & Occidentales amplif-  
 simus est aditus apertus, innumeræque gentes ad Christi ductum se contulere, & crucis affectio-  
 nes omnino caelestes Deus aperuit. In Indiis Occidentalibus, supra diximus, à Christophoro  
 Colombo in insula S. Dñici cruce defixa, quae populi illi nulla vniquam vi conuellerent potuerunt:  
 quocirca cunctis metu percussis cepit ea sic esse venerationi, ut ad Christum se conferrerent,  
 & illa innumeris miraculis coruscant. In regione similiter Peruana aliud in Crucifixi  
 imagine mirandum apparuit, quod supra retulimus. Narrauimus itè quomodo in Africa  
 Alphonsus Manicongi Rex vexillo crucis nobilissimam diuino munere victoriam reportarit.  
 Nunc memorauimus quo ad Occidentales Indias, quid in Malipure acciderit, & supra itè  
 quod in amplissimis regnis Cochinchinae, & Iaponis, ut crucis admiranda effecta fuerint in  
 causa ut Christi doctrina & religio in latissimis illis regionibus maximum caperet incre-  
 mentum, è quibus colligitur fieri haud posse, quin nos simus ex Ecclesia Dei, cum in ea tot ac  
 tanta contingant, quae solus ipse Deus efficere potest: simulque apparet quanta sit Ecclesiae

Lib. 3. epist. vlt.

Lib. 6. ca.

coniunctio cum corpore Christi; quando quæ in illo diuinitatis plenitudo corporaliter inhabitat, vt ait Paulus, tam longè pertingit, & tot efficit etiamnum mirabilia non modò in corporibus sanctorum viuus, sed & in mortuis, postremò etiam in rebus omnibus, quæ speciatim referri possunt ad illa, ita vt perpetuis ac diuinis prorsus affectionibus in maximam totius orbis admirationem, suamque, suorum, & Ecclesiæ totius Catholicæ gloriam Deus consignarit sanctorum, dum viuere, corpora, cadauera, & res ad ea quomodolibet certis de causis spectantes.

*Imagines sacre sunt adorandæ, siue honorandæ: corpora similiter, & reliquie sanctorum. Cap. XVI.*



**H**is apparet meritò à nobis imagines sacras adorari, aut quidquid speciatim refertur ad sanctos viros: adorari inquam, siue honorari; non quia Deus, aut superi ipsi illæ sint, sed quia referant eos, aut ad eos referantur, quod quoniam more suo hæretici superstitiosum clamant, idcirco quàm sit diuinis iussionibus monitisque conueniens videamus. Et quidem si honore afficiuntur Principes iniqui, vt ab ipsa Iudit Olofernes, quamdiu principatum gerunt; aut cuius maiori reuerentia adhibetur, vt Esau natu maiori à minore Iacob; cur non idem præstetur quibusuis rebus, quæ sanctos referant, aut ad sanctos referantur? Nonne in more positum videmus apud nonnullas gentes, vt delatas ad se Regū suorum litteras supra caput ponant, se in genua flectant, aut alia huiusmodi fiant, veluti Angli vacuas Regum suorum sellas in aula positas prono capite ac demisso vultu venerantur? & sanctorum res inhonoratas volumus? ciuilitate, inquit quidam, sunt illa, at si cinilia ciuilitate, cur non sancta sanctè colantur? ostendimus supra voluntatis esse diuinæ, vt terra, in qua Moyse & Iosue consistebant, honoraretur: quidni igitur imagines sanctè? At quàm demissè volebat Deus arcæ coli à cunctis? si quis illā pollutus tetigisset, vt Oza, moriebatur; si qs à vero Dei cultu alienus aspexisset, morte diuinitus puniebatur, vt Berthamitæ. de illa clamat ad cunctos diuinus vates: Adorate scabellū pedum eius, quoniam sanctū est. In ea namque duo Cherubin stabant propitiatorum tenentes, cui Deus insidere, quasi pedibus in arca summa conuiescens, dicebatur. Hieronymus quidē ad Marcellam scribens ait arcam fuisse à Iudæis ob id honoratam, quòd in illa imagines essent Cherubin. Quin & serpens, quē Moyse erexit, ab iisdē colebatur rectè, vt ait Augustinus libro de Trinitate, & doctrina Christiana: quæ tamen postea Ezechias meritò est demolitus, quòd Hebræi iam venerantur ipsum veluti ipsummet Deū, existimantes eū verè Deum. Iam verò quis neget ipsum nomen Iesu sanctè à nobis coli, & ad eius prolationē, memoriā, scriptioemve genua flecti à cunctis? & tamen non minus in magis Christi Christū refert, immo magis, quàm nomen. Iesus ipse honoris causa, cum diuinis libros in manus accepisset, surrexit, ac stetit: & Deus exclamat apud Hieremiā aduersus eos, qui sciderant Hieremię quædā scripta, in quibus erant nonnullæ prædicationes, quasi illi infandum facinus patrassent, at multo significantius imagines euenta sacra, prædicationes, ac præcepta nostris oculis subiicere possunt, quàm codices vlli. si his ergo adhibendus honos, & illis. An non hoc antiquissimum institutū? Prisci illi primiq. Christiani asserunt, & magno in honore, vt Eusebius testatur, habuerunt illam cathedrā, in qua sedit primus Iacobus Apostolus Episcopus Hierosolymorū. testatur idem, Christi Petri, & Pauli imagines ab antiquis expressas, & cõseruatas, vt hoc honore eos ipsi afficerent. De imagine Abgari supra idem nos retulimus, imagine similiter sanctissimæ Virginis. Nonne præterea narrauimus, & certissimis documētis ostēdimus Thomā fuisse occisum ab Indo Brachmane, dum flexis crucē genibus adoraret, precesq. ad Deū faceret? exstat canon Synodi antiquissimæ Antiochenæ, quo iubentur depingi imagines Christi, seruorumque eius, vt illas, non gentilitas adorent. Tertullianus in Apologetico tradit Christianos olim vocatos, quòd crucē venerarentur, quòd crucem colamus, & coli à nobis haud inficiatur, sed nō vt Deū. Hinc Basilus in Iulianū, Historias, inquit, imaginū illorū sanctorū honoro, & palàm adoro. hoc enim nobis traditū à sanctis Apostolis nō est prohibendū. & Lactātius, Flecte genu, lignūq. crucis venerabile adora. Et Ambrosius in oratione de obitu Theodosij, Sapiētē Helena agit, q. crucē Christi in capite Regū leuauit & locauit,

vt crux

**A** vt crux Christi in Regibus adoretur. & alibi: Cū in Christo imaginē Dei, crucēq. veneramur, diuidimus eū? Chrysostomus in Liturgia, Sacerdos, inquit, ad imaginē Christi caput inclinat. Augustinus autē loquēs de quibuslibet sacris signis & imaginibus libro de Trinitate, ait: Sed quia hæc hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorem tamquā religiosa possunt habere, stuporem tamquam mira non possunt. Idem repetit libro de doctrina Christiana, & in cõfessionibus suis, & Sedulius cecinit, neue quis ignoret speciem crucis esse colendam. Gregorius Magnus ad Ianuariū Episcopum Caralitannū scribit, vt imaginem beatæ Mariæ, & crucem, quæ posita fuerant in Synagoga Iudæorum, inde veluti ex impuro loco auferat, cum ea, inquit, qua dignum est, veneratione. & ad Secundinum, Nos, inquit, non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur. Porro plurima in hanc rem Concilia habentur, in quibus venerandas esse imagines innumeri Episcopi statuerunt. Anno namque septingentesimo trigésimo tertio, Gregorio Tertio sedente, nongenti ac tres Episcopi, vt Sigebertus adnotauit, id Romæ sanxerūt: & septingentesimo sexagesimo sexto, vel sexagesimo septimo, alia coacta est synodus in pago Gentiliacēsi: quæ Sigebertus, A do, & Aemilius testantur, & septingentesimo sexagesimo octauo, sedēte Stephano Tertio Romæ ab alia idem statutum. Denique anno septingentesimo octuagesimo septimo Nicææ septima vniuersalis synodus est habita, præsentibus, atque in idē consensibus tercentū quinquaginta Episcopis toto orbe Catholico. Videamus autem quàm sint friuola quæ hæretici aduersus hæc adducunt. Aiunt enim reprobari in sacris libris passim cultum imaginum, cum vocantur simulacra, idola, aut aliis quibusuis nominibus. Neque est, inquit, quod aliquis respondeat id prohiberi quocies putantur illa ipsa simulacra esse dii; secus si credantur deos Deumve referre. Nam gentes; aiunt hæretici, haud putabant ipsa simulacra esse ipsos cælites, tantum credebant ab illis cælites referri, & tamen vsus eorum tam gentibus, quàm Iudæis interdicitur. Verum quantum ad gētes, certissimò cõstat, eas existimasse ipsa idola esse superos. idque apparet ex Isaia, Dauide, Habacuc, Hieremiā, qui contendunt ostendere illa simulacra gentium non esse deos, quia non vident, non audiunt. Quòd si gentes plerumque haud credidissent esse deos, ridendi essent vates illi, qui contra vociferantur, & rationes illas afferunt, idcirco non esse deos, quia non audiunt, aut alia huiusmodi. Tertullianus certè, Eusebius, & Augustinus apertissimè testantur à gentibus ipsa idola reputata fuisse ipsos deos. Cicero in Verrem exagitat quòd ex insula deos abriperit ablati simulacris. Horatius cum simulacrum inducit loquens, ait:

*Olim truncus eram, ficulnus inutile lignum,  
Cum faber incertus scamnum, faceretne Priapum,  
Maluit esse Deum.*

**D** Arnobius quidem de se ait: Venerabar, ò cæcitas, nuper simulacra, modò ex fornacibus prompta in incudibus deos, & ex malleis fabricatos. & mox: Tamquam inesset vis præsens, adulabar, affabar, & beneficia poscebam, denique deos esse credebam ligna, lapides, ossa, aut in huiusmodi rerum habitare materia. Sed quia fieri poterat vt è sapientioribus vnus, credo, aliquis tam stolidus haud certò crederet, asserimus imagines haud fuisse permixtas omnino antiquis, aut vsitatas, tres ob causas. Primo quidem loco, quòd omnes ad id credēdum procliuēs erant, illa esse ipsummet Deum, vt vidimus. Secundo, quòd nōdum Deus humanam naturam adsumpsisset, ita vt passim posset humana effigies Deo superiue bene attribui. Tertio, quòd nōdū hominibus cæli aditus erat apertus, ita vt humana species posset superis omnino conuenienter affigi. Postremò adde eò ventum stultitiæ à gentibus, vt pro diis ducerēt malos dæmones, flagitiosos homines, res etiam putidas, ac pudendas, & iis effigies illas dedicabant. ob hæc igitur non omnino permixtus, vel vsitatus vsus, & cultus imaginum: non omnino, inquam: nam quadam ex parte laudatus, & imperatus, vt arcæ, Cherubin, serpentis aenei Christum referentis. quarum rerum imagines iussu Dei propositæ Iudæis, vt eas venerarentur. Nam quod aiunt quidam, secundo præcepto vetitum cultum imaginum, haud satis necessariò concludunt: veritum namque ibi ne quis adoret alienos deos, aut iis simulacra fabricetur, aut aliquod idolum reive alicuius similitudinem pro Deo reputet, quocirca R. Iaphet cum veteribus Rabinis, & Aben Ezra in cap. 3. Osee testantur Decalogo sacrarum imaginum vsus non fuisse prohibitum, sed profanarum, & idololatricarū solummodo cultum; quod adnotauit Genebrardus pulchro libello nota-

rum

Aug. de Trinitate, lib. 3. cap. 10. de doctr. Chr. li. 3. c. 9. & li. 2. c. 27. cõf. li. 10. c. 34.

Isa. 46. David p̄sa. 113. 134. Hab. 2. Hierem. apud Bar. 6. Tertull. in apol. cap. 12. Aug. lib. 3. de doctr. Chr. c. 7. Eucl. 5. de præpar. Euāg. cap. 54.

Iudi. cap. 10. Gen. cap. 33.

Aug. lib. 3. de tri. & lib. 3. c. 9. de doctr. Christiana.

Lib. 7. c. 14. hist.

Concil. Nicæ. 3. act. 2. Iur. c. 25. pro can. apostolicis. Tert. c. 16. Hadr. Papa ep. ad Imp. act. 2. Syn. 7.

Amb. lib. de Dominice incar. facta. c. 7.

rum chronicarum. Ad summam cum Christiani haud reputent imagines sacras esse ipsum Deum, aut superos ipsos, neque ad id credendum sint villo modo propensi; cumque Christus Deus humanam naturam, atque ad eod effigiem adsumpserit, hominibusque cæli sint fores apertæ, rectè nunc imaginum sacrarum cultus in vniuersum sancitus, & imperatus est. At inquit hæretici rursum: Concilia duo Constantinopolitana dānarunt huiusmodi cultum, similiter & Francofordiense. Sed quantum ad Constantinopolitana dicimus illa hæreticorum fuisse conuenticula. alterum namque habitum cōpellente Leone Imperatore, alterum Copronymo, ambobus scelestissimis & hæresum luc contaminatis. Et Leo quidem Studitas vnā cum præfecto viros doctissimos & toto orbe ab antiquis temporibus celeberrimos, quod sibi assentiri hac in re nollent, vnā cum bibliotheca ipsorum laudatissima combussit. Copronymus autem nihil non flagitij viuens admisit, vt alibi retulimus. ad ea verò concilia nulli Patriarchæ accessit, nulli ijs, nisi quos in hæresim suam metu adegissent Imperatores, adfuere, vt è Zonara, Cedreno, & Paulo Diacono constat. At hæc concilia nullo modo dici possunt, sed seditionum factiones: alioquin cunctæ hæreses sua concilia producerent: cum tamen concilia vniuersalia sine Pontificis Romani sententia celebrari aut sanciri non possint, ut ex antiquis decretis tradit Socrates auctor Græcus, alijq; vt signo de Petri cathedra & cōcilij retulimus. Quod verò pertinet ad Fræcofordiense, illud nō existat, sed ex libris, qui Caroli Magni nomine falso fuerunt editi in lucem superioribus annis ab hæreticis, constat in ipso principio, & oratione, quæ narratur ibi habita à Constantino Episcopo Constantiæ damnatam quamdā synodum siue Constantinopolitanam, siue Nicenam (neque enim cōuenit inter scriptores) in qua asseritur decretum, vt qui imaginibus Sanctorum, ita ut Deificæ Trinitati seruitium, aut adorationem non impenderent, anathema iudicarentur. Quod cum ita sit, bene Episcopi illi Francofordienses conuentus statuerunt. nam qui imaginibus sanctorum dicerent eundem cultum tribuendum, qui Trinitati, is proculdubio veluti hæreticus esset exterminandus. Idcirco, quod Aimoyus ait (quamquam toto, vt historiarum periti aduertere possunt, errat cælo in hac re tradenda) in quadam synodo Græca, Hadriano viuente, secus esse sancitum in adoratione imaginum, quam patres orthodoxi tradiderunt: id si verum est, refertur ad adorationem, de qua Carolini libri principium legitur, & Constantini sermo, quæ soli Deo debetur, quæ latria appellatur, & qua Deum nos colere profitemur vt cunctorum creatorem, & moderatorem summum, quod nulli neque imagini, neque rei attribui potest, eadem sententia necesse est sit Rheginonis Aimoini, & Vpergensis, aliorumve dicentium in Francofordiensi conuentu damnatam synodum Græcam de adoratione imaginum. Vt enim diximus patere è libris Carolo attributis, ponebatur in ea synodo Græca sancitum, vt idem tribueretur honor imaginibus sanctorum, atque ipsi Deo, qui neq; ipsemet sanctis habetur villo modo. sed nos putamus falsè persuasum id Episcopis Francofordiensi concilij, cum nusquam reperitur id in aliqua synodo Græca statutum. Neque mirum. Hæretici enim nostræ ætatis scribere audent, nos colere imagines diuinis honoribus, planè vt deos, cum libri innumerati Catholicorum, & ipsum concilium Tridenti habitum in finibus Germaniæ apertissimè contrarium clamēt. An non igitur idem fingi poterat de synodo Græca in Oriente remotissimo celebrata, quam paucissimi legissent, aut legere possent ac scirēt? Quocirca & concilium quoddam, quod haud ita pridem prodijt in lucem, Eliberinum Episcoporum nouem nullo modo audiendum. Nā Fernandus Diaconus, Dionysius Exiguus, & Cresconius, qui diligentissimè canones omnes collegerunt, eius nihil omninò meminere; quid quod neque Vigilantius, qui omnia, quæ aduersus sanctorum reliquias faciunt, in vnum cōfert cum sit Hispanus? Hispanici tamen istius concilij nullam mentionem facit; neque Claudius similiter Iconomachus Hispanus. adde in illo esse Nouatianorum decretum, cum negat communionem quibusdam, nulla igitur illius fides. Rursus clamant hæretici ab Irenæo reprehēdi Carpocratem, quod coleret imaginē Christi; & Epiphanius Colliridianos, quod imaginē Virginis. sed profectò Irenæus idē reprehendit Carpocratem, quod imaginem coleret sacrificijs, vt Epiphanius alibi clarissimè explicat vnā cū Augustino, qui addunt ab illo habitas Christi Paulique imagines eodem loco, quo Pythagoræ, Homeri, & Platonis; Collyridianos verò ob eam causam, quod Virginem Deum ipsum putarent, illique sacrificia offerrent. Quod autem producunt Hieronymum, qui ait statuas non esse adorandas, & Augustinum, qui reprehendit novos picturarum adoratores; dicimus sanctos

Epip. hæc. 17. Aug. hæc. 7.

Hiero. in cap. 3. Daniel.

atos istos de imaginibus & statuis quibuslibet loqui, non de imaginibus & statuis sanctorum. Neque contrarium similiter Gregorius sentit, cum Sereno episcopo Massiliensi scribit picturas & imagines non adorandas. loquitur enim tū de picturis quibuslibet, in quibus tam sancti, quam flagitiosi, prophanique homines visuntur, vt accidit in historiis Martyrum depingendis, quibus adfunt Imperatores impii & eorum satellites: tum loquitur de cultu illo, quo ipsæ imagines pro diis ipsis reputantur: honorandas namq; esse imagines sanctorum alibi idem scribit: nunquid igitur sibi dissidebit? Postremò clamant extare libros quosdam Caroli Magni, qui imaginum cultum reprehendat, qui annis superioribus dati sunt in lucem sine nomine impressoris, loci, in quo fuerint impressi, temporis, inuentoris; quæ manifestam fraudem contineant. eos porò non esse Caroli Magni nos latè ostendimus lib. 5. cap. 9. Stet igitur honorandas imagines sacras; quia rationi conueniat, testamentum vetus, inuauit, Christus proposuerit, Ecclesiæ consuetudo demonstrarit, sancti senserint, Concilia sanctorum suis firmarint, Deus miraculis tot ac tantis corroborarit. Quòd si quis ex antiquis secus siue per imprudentiam, siue probè sciens reliquerit scriptum, nullo modo illius sententia recipienda. Iam verò non imagines modò adorandæ, sed etiam corpora, & reliquæ quælibet sanctorum: adorare autem, vt diximus, in diuinis libris est idem quod honorare. sic Abraham vir iustissimus dicitur adorasse filios Heth, precaturque filio suo Iacob vt adorent eum tribus terræ. Ipse autem Iacob pronus in terram septies adorauit Esau fratrem suum, quem Deus odio habuit. Iudith adorauit Holofernem, prosternens se super terram. Sed quamuis adorare sit idem, quod honorare, in diuinis libris, quin & apud alios scriptores, vt Lactantium, cum inquit, Flecte genua, lignumq; crucis reuenter adora: tamē nonnulli idem putant esse adorare quod colere. at honor cum sit nescio quid diuinum, Deo in primis debetur, ceteris autem magis minusve, quo magis aut minus accedunt ad Deum potestate, sapientia, & bonitate, quæ tria in primis attribui Deo solent. Sic Principes, patres, ac maiores veneramur, quòd aliqua ex parte hi Deum referre videantur, quamuis interdum mali sint, hac enim re Deo sunt dissimiles. Quocirca & res inanimas, cum Deo dicatur quouis modo sunt, venerari debemus. sic Deus ad Moysen dixit, Solue calceamenta pedū tuorum: terra enim, in qua stas, sancta est. Idemque præcepit Angelus ipsi Iosue. Hinc Balthasar Rex acerrimè punitus, quòd vasa diuina ad sacrilegos vsus cōtulisset: & qui in Samariam translati fuerant populi, à leonibus occidebantur, quòd terras illas incolerent superstitionibus additi, quas olim Dei populus inhabitasset. Quæ cum ita sint, corpora & reliquæ sanctorum meritò nobis honoranda. Quanto distant igitur cælestia & diuina à terrenis & humanis, tanto nostra ab antiquis, quamdiu non fuit aditus illis ad cælum referatus. quòd si vetusta tanto honore dignabatur Deus, quanto maiore nostra amplificabit? Haud igitur etiam mirum, si maiori nobis curæ & honori sunt habenda corpora sanctorum ex quo cæli fores sunt apertæ, quam prisca illis. & tamen Moyses ex Aegypto discessurus honorificè secum asportauit ossa Iosephi; Moyses verò corpus Deus ipse sepeliuit, vt aduersus Vigilantium Hieronymus argumentatur, & in Exodo habetur. Recte igitur Pius Papa sanctissimus & antiquissimus martyr sic ad Iustum Episcopum Viennensem, Cura autem sanctorum martyrum corpora, sicut membra Dei, quemadmodum curauerunt Apostoli Stephanū. Sed quāti Deus corpora sanctorum fieri velit, tot tantisque miraculis diuinitus editis suprā est abundè demonstratum. semper itaque ab Ecclesia Dei id obseruatum, vt illa magnæ uenerationi essent: quòd tota antiquitas testatur, neque nostri solū, sed & inimici nostrorum: ob id in altaribus ipsis ea recondebantur: quòd Ioannes Apostolus in Apocalypsi testatur, cum scribit, sub altari Dei animas interfectorum clamasse, Vindica sanguinem nostrum Deus noster, quod notauit Augustinus in hanc rem scribens. Apostolus itaque Ioannes in primis, quanti corpora sanctorum fierent à prisca illis, ostendit. Hinc passim legas ad cœmeteria martyrum solitum sacrificari antiquitus: & ex Eusebio discimus, ab Imperatoribus veterum Christianis, ne ad cœmeteria (in quibus scilicet martyrum festa celebrabantur) conuenirent, ac refert à Gallieno Imperatore concessam facultatem adeundi illa. Quòd autem martyrum reliquæ sub altaribus ipsis ponerentur, ad quæ Christiani, inquit Tertullianus, adgeniculabantur, scribunt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Sozomenus, Cōcilium Carthaginense; vt hic videas, quo loco illæ apud maiores nostros, & quo in honore essent. præterea verò quòd illæ colerentur, testantur Athanasius in vita

Gen. 23. 27. 33.

Exod. 13.

Exod. vltimo.

Apoc. 6. Aug. ser. 11. de sanct.

Euslib. 6. ca. 12.

Tert. li. de penit. Amb. in exhort. ad Virg. Hier. cont. Vig. Sozo. lib. 3. c. 8. Cone. Carth. 5. cap. 14.

Anto-

Antonij, Basilius in psalmum 115. & oratione in quadraginta martyres, Ambrosius sermone 93. de sanctis Nazario & Celso, Gaudentius Episcopus Brixianus tractatu de basilicæ dedicatione, Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum, Nyssenus in Theodorum, Chrysostomus sermone de sanctis Iuuentio & Maximo, & homilia 66. ad populum Antiochenum, & vltima in epistolâ ad Romanos, Hieronymus latè aduersus Vigilantium, & in epistola ad Marcellam nomine Paulæ & Eustochij scriptam, Rufinus in historia sua, Augustinus epistola ad Quintianum. quæ est 103. & alij scriptores rerum sacrarum innumeri, quos omittimus, vt prolixitatem vitemus. quòd si concilia velis, hanc consuetudinem testantur concilium Gangrense, Nicænum secundum, Carthaginense quintum, Bracharense iij. & alia multa. Denique Eunapius Philosophus inimicissimus Christianorum, qui temporibus Constantini & aliquot successorū vixit, tradit Alexandriam, in qua vrbe templum Serapidis euersum cõqueritur, adseruari solita à Christianis condita martyrum capita, quos vt sanctos colerent, iisdẽ genua flecterent, ad illorum sepulchra se prosternerent, & eos se precum habere apud Deum legatos profiterentur. Iam verò quis non indignetur ad scelera hæreticorum, ingeniumque pertinax eorum, & friuola obiecta? Dominus, inquit, exclamat aduersus Phariseos, quòd edificaret sepulchra prophetarum, quos ipsorum maiores occidissent. At Christus non eos arguit, quòd ædificarent prophetarum monumenta, sed quòd cum testificarentur hac ædificatione prophetas iustos, illorumque homicidas flagitiosos, hos tamẽ, nõ illos imitarentur, atque ita suo se ipsos testimonio iugularent, vt rectè interpretantur illum locum Hilarius, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus. Quòd porro aiunt hæretici improbari à Hieronymo eos, qui careos accedunt ad martyrum sepulchra, & ait, Cõsiteor, zelum Dei habent, sed non secūdum scientiam, loquitur de illis, qui accedebant existimantes inde martyres illustrari, Vigilantius nãque, aduersus quem scribit, irridebat hunc morem, & aiebat, Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant de vilissimis careolis illustrari. Hæc sunt Vigilantij verba. Quocirca Hieronymus fateatur accendi cæreos ex Dei zelo, sed non fieri secūdum scientiam ab iis, si qui tamen erant, vt Vigilantius dormitans assererat, qui credunt ineptè inde martyribus lumen afferri. At exclamant hæretici; Magnum periculum est ne quandoque corpora impiorum pro sanctis habeantur, & adorentur. Nequaquam stolidi est magnum istud periculum. Nam maxima cautio adhibetur ne corpora impiorū pro sanctis adorentur: hoc est enim quod Nazianzenus alibi ait, non omnes reliquias mortuorum venerãdas. Deinde Deus haud finit Ecclesiam, populumque suum decipi, sed cælestibus visis & miraculis veritatem prodit. Esto autem vt incidant aliqui interdum in fraudem. Atqui hoc tantillum mali tanti non est, quanti bona innumera, quæ ex honore martyribus dato consequuntur: alioquin tollite ignem è mundo, quo fit vt aliquando vrbes integræ inflammentur; tollite vinum, quo vos hæretici sæpius ad ebrietatem replemini; tollite pleraque ferè omnia, quibus humanum genus sæpè ad malum abuti solet. Nobis neque vestra, neque aliorum stoliditas tanti est, vt à cultu sanctarum reliquiarum; & primæ Ecclesiæ consuetudine desiscere vngem latum velimus. Vociferamini adhuc multis in locis eadem corpora sanctorum adseruari, quod fieri haud potest. Id fit, quòd corporum multæ partes multis sæpè in locis adseruentur, & ideo illorum corpora ibi feruntur haberi, vt de quadraginta martyribus Basilius aiebat, & de aliis Theodoretus, & de Petri corpore Chrysostomus. Hoc verò est argumentum certatim contendisse antiquos, vt aliquid è martyrum corporibus, quæ venerari studiosius possent, in religionibus suis haberent. Quis vos ferat, dum dicitis, neque Angelum voluisse sibi exhiberi honorem à Ioãne, qui acciderat ad pedes eius, vt ipsum adoraret; atque illi bis dixisse, Ne feceris; cõseruus enim tuus sũ: Deũ adora. atque ideo multo minus sanctorum reliquias adorandas? Quid enim? mihi non honorandus vlllo modo Pontifex, aut Imperator, si quis eorum præ modestia memor humanitatis nolit aliquando sibi honorem nimium dari, ex quo iam datus est, vt accidit Ioãni, moxiubeat ne præterea in eo diutius persistam, sed vbi satisfactum est officio meo, exurgam, & ad alia animum aduertam? peccasset itaque Ioannes; qui semel admonitus iterum ad pedes Angeli accidit, vt ipsum adoraret. Nam si vera sunt, quæ vos asseritis, necesse est ita dicamus. sed vos scilicet, neque temporum, neque officiorum discrimen vllum rationemve, quod ingenium est vestrum maximum, habere vnuquam soletis. obseruandum verò in codice Græco duplicem loci illius lectionem. alibi namque est *ὁρᾶ μὴ ἰδὲ*

Ruff. li. 11. c. 28.

Gang. c. vltimo.  
Nic. act. 3.  
Carth. cap. 14.  
Brac. 3. cap. 5.  
Eunap. in hist.  
philosoph.Theod. li. 8. hist.  
Chryst. lib. quòd  
Christi sit Deus  
& hom. 32. in e-  
pist. ad Rom.

A est, vide, ne scilicet feceris: alibi autè *ὁρᾶ μὴ ἰδὲ*, id est, Hora non; nimirum honoris istius exhibendi. Quocirca haud vetuit Angelus omnino reuerentiam sibi adhiberi, sed eo tempore prohibuit, quòd scilicet in conspectu Dei ambo essent, illique omne officium præstandum foret ab ambobus, neque ad alia intendendus animus. Sed nugas hæreticorum venenatas omittamus, summamque illorum impietatem detestati, reliqua prosequamur.

## SIGNVM SEPTVAGESIMVM SECVNDVM.

Cessatio cladum.

B *Cessatio maximarum cladum post Christi legem receptam, nos indicant esse ex Ecclesia Dei. Cap. XVII.*



VM dixerimus de admirandis quibusdam, quæ corporibus Catholicorū diuinitus contingunt per eam, quam cum Christi corpore habent coniunctionem, nunc operæpretium est explicare admirabilia quædam, quæ toti huic vniuersitati aspectabilium rerum corporearū euenerunt, ex quo Christus ipse corpus adsumpsit, Ecclesiæque ipsius culta est: vt ex hoc ipso appareat, quænam sit Ecclesia Dei, & quanta in orbem terrarum beneficia per Christi corpus, Ecclesiæque ipsius cultum fuerint adducta, & adducantur. Volui verò illa in duas signorum partes distribuere, vt distinctissimè quiuis agnoscat & nostram esse Ecclesiam Dei, & ab illa res vniuersas pendere. ac bene apparebit ab illo vate dictum, quod Sibyllæ cecinerunt de Christo nato:

*Aggredere ò magnos, adert iam tempus, honores  
Cara Deum soboles, magnum Iouis incrementum:  
Aspice nutantem conuexo pondere mundum,  
Terrasque, tractusque maris, calumque profundum:  
Aspice venturo latentur vt omnia sæclo.*

Eclog. 4.

Hæc ille, futurum canens, vt aduentu Christi, cuius ipse personam cuidam suo volebat imponere, cuncta lætentur, neque amplius vt antea nutent. eodem modo David aduertum Christi respiciens ait, Benedices coronæ annū benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertat: pinguefcet speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. ] & rursus, Lætetur cæli, & exulter terra, commoueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt capi, & omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terras. ] Erit autem generis huius primum signum cessatio maximarum cladum, quæ scilicet orbem vastabant ante ortum cultumque Christum: nunc autem non ita, nisi ex aliqua parte, cum summi terrarum principes aduersus eum de Christum conueniunt, eiusque Vicarium Põtificem Romanum, quod vltimo signo totius operis aperietur, donec Antichristus ille veniat, propter cuius scelera fiet, vt omnia conquassentur, Christus autem in longè pulcherrimam sempiternamque formam diuinissimè restauret. Afferamus verò in medium, quæ maximæ clades terras propè euerterint ante natum Christum, enumeremusque illas in sua capita redactas, quo clariùs veritatem colligamus, ac teneamus. Igitur anno quinquagesimo primo à diuisione linguarum, si Genebrardus bene colligit, temporibus Abrahæ, post vniuersale diluuium anno trecentesimo nonagesimo secundo, cælitus immisso igne pulcherrimam sæculi illius regionem vastatam scimus, Pentapolim scilicet. Strabo hac clade demersa tradit oppida tredecim, quatuor constat è Genesi, nisi dicamus vicis aliquot adnumerari. In hac clade, qualis postea nulla similis exstitit, illud singulare ad vastitatem, quòd ipsa tellus hiatu conciderit & emerferit lacus foetoris, inficiensque vicina omnia. Neque verò putemus angustos istius regionis absorptæ terminos fuisse. Plinius enim tradit lacum patere in longitudo centum millia passuum, in latitudinem maximam viginti quinque, minimam sex. Amoenissima fuisse illa loca, & foecundissima, liquet ex eo, quòd diuina scriptura ait fuisse instar paradisi Domini. Potentissimos verò illorum Reges fuisse hinc colligitur, quod potentissimi Reges Orientis, ac Septentrionis aduersus eos bella mouerunt. Huic cladi

Psal. 64.

Psal. 95.

r. Clades.

Plin. li. 5. ca. 16.

II. di succedit illud memorabile Ogygis diluuium, quod tantum fuit, ut prisci illi eo putauerint tellurem totam propè demersam. sed Achaïam certè, Græciamque totam vastauit anno post diluuium primum quadringentesimo octuagesimo, ut è Diodoro Siculo, Varrone apud sanctum Augustinum, SS. Iustino martyre, Clèmente Alexandrino, Iulio Africano, Eusebio, Orofioque constar. Inde post annos circiter tercentū extitit Deu calionis diluuium, quo Græcis est visum totum genus humanum perisse propter ipsius magnitudinem. Huius item meminit Orofius idem, diuersumque constituit à diluuiio Ogygis, sicuti & Eusebius adducens testimonia antiquorum libro de preparatione Euāgelica. Consentit his Pausanias in Atticis: meminit etiam illius Iustinus libro secundo.

III. Haud multo post plurimis in locis conflagrauit orbis terrarum, præcipuè verò in Aethiopia, ac tribus Italiae locis sub Phaëtonte, ut quidam scribunt, Molossorum Rege primo. Tantum verò fuit hoc incendium, ut prisci dixerint, tunc à Sole regè dum traditum fuisse currum suū Phaëtoni filio, qui fuerit in Pado demersus, vel, ut Plinius vult, in Aethiopia. Meminit huius incendij Plato in Timæo, Eusebius in Chronico suo. Hoc incendio vastatum totum ferè orbem terrarum volunt Aegyptii apud Platonem in Timæo. Post hæc tempora fuit terræ motus ille maximus, quo Plato idem scribit absorptā Atlātidem insulam Hispaniæ coniunctam, quam facit Europa atque Asia maiorem; suoque adhuc tempore ait maria illa non esse nauigationibus idonea, quòd limo, vadisque repleta essent, necdum bene tellus absorpta subsedisset; quod factū postea cognoscimus, & experimur. His succedit diluuium Pharonicum, quod Aegyptum vastauit, insulam verò Pharon sic multos annos absorpsit, ut Homerus ætate sua testetur illam distasse ab ora, in quo condita deinde est Alexandria, vnus diei noctisque velificatione, Plinij verò ætate, ac multo antè ponte iniungebatur. atque ita necesse est demersa plurimos annos fuisse hoc diluuium centum propè milliaria telluris, horribilemque vastitatem Aegypti illatam, meminit illius inter alios Diodorus Siculus. Ex his porro omnibus inundationibus & terræ motibus, vel aliis etiam, quæ temporibus aliis, quorum certa memoria non exstat contigerunt, factum scimus, ut plurimæ regiones vndis adhuc obrutæ iaceāt. Multas enumerat Strabo libro Geographiæ primo. Ab illis diuerso tempore Acarnia Ambracio sinu, Achaia Corinthiaco, Europæ atque Asiæ loca latissima Ponto ac Propōride diuisa, locaque interiecta vndis sepulta. Sic etiam mare diuisit Leucada, Antirrhium, Hellepontum, Bosphoros duos, intermediam tellurem fluctibus operiens vsquè ad tempora nostra, similiter auulsit mare ab Italia Sicilia, & multo ampliore irruptione à Syria Cyprum, à Boheria Euboëam, ab Euboëa Aralantem, & Macrim, à Bythinia Bisbycum, ab Africa Hispaniam, quæ latè Plinius describit. Quòd si contento nauigationis cursu Menelaus ab Aegypto ad Aethiopas & Erembos appulit, ut Homerus opinione Græcorū, & Strabonis ipsius Geographiæ peritissimus scribit; necesse est fluctibus operta vastissima terrarum spatia, per quæ mare intercurreret, & peruium foret iter nauibus ab Aegypto ad Aethiopas & Erembos: quæ sanè vera esse, videtur asserere Herodotus ex iis, quæ ipse vidit ad ea loca peregrinatus, & idem velle videtur Strabo libro primo. Sed hæc mittamus, & aliud vastitatum genus horribile persequamur. Nā quantum spectat ad inundationes, supra egimus satis abundè tractatu de baptismo, vbi ostendimus à palude Pontina obrutas olim viginti tres ciuitates, Romamque vno anno duodecies inundatam; tales verò fuisse interdum inundationes, ut omnia Romæ in planis posita ædificia solo coæquarent. Quòd si aliarum regionum euenta scriptis comprehensa habermus quid esset dicendum? ex Aristobulo namque refert Strabo libro decimo quinto in India ab Aristobulo visam regionem plus mille vrbium desertam ob aluci mutationè ab Indo factam. His igitur, & aliis huiusmodi præteritis, quis credat ab ipsis fulminibus maximas vrbes incensas omnino, ut nihil in eis reliquū factū sit? Vulsini oppidū, inquit Plinius, Thuscōrū opulentissimū totum cōcrematum est fulmine; magicis cantionibus illud euocatū tradit idem scriptor à Porfena Rege, eiusdem verò agros vrbis adicit depopulatos à mōstro quodam, quod Voltam dixere; & ab antiquis solita impetrari magicis artibus fulmina ad perdendos hostes, ac res eorum, factitatumque id sæpius à Numa, tentatumque à Tullo Hostilio parum feliciter processisse, eo namque illum necatum, & sanè à dæmonibus illa fabricari posse, ni Deus obsistat, nemo est qui dubitare possit. Quocirca prisci illi à nulla magis re timebant, quàm à fulminibus. Notumque illud, infelicissimi augurij loco habitum, si quid ab iis factum fuisset. Hinc vates:

De

A De celo tactus memini prædicere quercus.  
Et alius: *Dextera sacras iaculatus arces*  
*Terruit vrbem.*

Sed hac de re, quātū pertinet ad Italiā, Romāque, mox infra, illud exhorrescendū magis, aliquando incendia ipsa è celo cecidisse, ut cum in Græciā mouit arma Rex Macedoniæ Philippus, quod inter alios Plinius scripsit. sic aliàs totus Thrasymenus lacus arsit, & bello sociali Lipara insula vnā cum mari multos dies arsisse visa. Tradit in Meteoris Aristoteles lōgè ante sua tempora ad Hieram insulam è nube quadā ventum procellarum plenū erupisse, telluremque cum sonitu montis instar intumuisse, qua paulatim dehiscente flāmas euomuisse, ac cinere iniecto nō modò Liparā, sed vrbes Italiæ finitimas sedasse, & fusca (quod mirum maximè, & insolitum) nigredine obduxisse. Et quidè cōstat è scriptoribus Hieram insulā nullā fuisse olim, sed enatam Spurio Posthumio Albino, & Q. Fabio Labeone anno ab vrbe cōdita, ut quidā colligūt, p. l. quod Plinius, Orofius, & Eutropius tradidère. ex eo tempore flāmas euomere cœpit vnā cū aliis insulis adiacentibus, quas ob id Vulcano & Aeolo antiquitas assignauit, quòd illinc procelle, turbines, ignes, ac fulmina procedere videretur, & magnas sæpè vicinis clades importare. Hodie verò maxima illarū Lipara, quæ ob fumi eripētis nigredinē Melingunis à Græcis est dicta, iam diu desit ardere; & pro vastitatibus illis, quas afferebat antiquis, nunc soli natura (sicut olim ex parte erat) ferax est, ac fructuum domesticorum suauitate celebris: balneas habet ad valeudinem laudatissimas, mare cuiusuis generis piscibus abundat. Desit similiter Dydimā ardere. Aetneus ignes nemo est qui ignoret. Antiquitus hi tanti erant in Sicilia, ut Occidentale littus solummodo habitaretur. Illud horrendum Plinius refert, Aetnam ahi quando flagrantem ad centū quinquaginta milliaria arenarū moles effudisse, Nā quòd cineres lōgè sint emissi, quæ remotissimas oras asperferint, ac fœdarint, cōtigit sæpè: quòd autè moles cinerum tā lōgè Aetna effuderit, numquā legitur euenisse, postquā Christi cultus est receptus ab obitu. Cōstātini ad ætate nostrā. Similiter Thucydides refert ter Aetnam irruptionibus suis solitas subiectis populis clades attulisse intra annos circiter tercetum: neque pauciores numeratur sequentibus sæculis vsque ad Cōstātinū, cum tamè à Cōstātino vsque ad tēpora nostra quinque dumtaxat colligatur intra annos propè m. ccc. ita ut Aetna & rariis multo ac mitius nūc sæuiat. Illud notissimū, velo S. Agathæ incēdiis ob Aetna emisissis obiecto, sinè, modūque poni, ut Fazelus narrat, & multa huiusmodi euenta singillatim recēset. E magna itaque parte cessarunt illatæ clades ab Aoliis insulis, & Aetna mōte post Christi leges à Siculis receptas; ut ex illarū cessatione in iis locis, similia in aliis euenisse conicere possimus. Sic ablata Italiæ quædam, quibus maxima detrimenta patiebatur, quod deinde explicabimus. Nūc quædam referamus, quæ talia sunt, ut credibilia non videantur. Tāta nāque beneficia in terras attulit Christus, ut mente nostra capi non possint, neque credere quodammodo possimus, & tamen certò scimus extitisse nōnulla aliqua, quæ veterū monumentis certissimis sunt cōsignata. Multi negabūt fieri potuisse, ut ab animalibus quibusdā ante cultū Christū ciuitates magnæ ac celebres sint delatæ; & tamè id verissimū. Amiclas in Italia: serpētes ipsi exterminarūt. quid igitur aliis regionibus nō ita excultis, atque ad omnia cōmoda tēperatis euenisse dicemus, quando in Italia id legimus euenisse? M. Varro est auctor à cuniculis suffossum in Hispania oppidum, à talpis in Thessalia, ab ranis in Gallia ciuitatem pulsam, à locustis in Africa, è Gyaro Cycladum insula à muribus incolas fugatos. Sed quid hic miremur vrbes ab huiusmodi animalibus vastatas, quādo nationes integræ ac celebres tantis cladibus aliquādo fuerint obnoxie? Aelianus ait, in Africa fuisse gētē pastorale, quæ improuisis leonū incursionibus prorsus exstincta fuerit. sed quid opus est leonibus? Idè refert, Italiæ quosdā populos ab incursionibus agrestiu murū, de quibus postea dicemus, è patriis sedibus eiectos, & in fugā cōpulsos: nā segetes ac fruges omnes adeò vastabant, ut neque radices superessent, & hac via fame enecarent incolas illorum locorū. Idem contigit cuidā Medorū regioni. Authoriatæ Indi, plurimis ranis inchoatis & imperfectis de celo lapsis, in aliū locū migrare coacti sunt. Citra Cynamolgos Aethiopas latè deserta regio est à scorpionibus & solpugis gente sublata, inquit Plinius. Plinio subscribit Diodorus multa huiusmodi narrans, in itinere secūdi diei, cum à Persicis Sufis itur in Mediā, est scorpionum innumera multitudo, neque transitus vllis esse poterat olim, nisi Rex propositis præmiis misisset, qui illos occiderent. Rhytiū Stephano est vrbs Cretæ: auctor est Theophrastus

De Sig. Tom. 2. N stus

Aug. lib. 78. de ciuit. esp. 8.  
Iul. ad gentes.  
Clem. Stro. 1.  
Euf. de prepar. lib. 10. cap. 3.  
Orof. li. 1. ca. 7.

Diodorus li. 2.

Plin. lib. 2. c. 28.

Ody. lib. 4.

Herod. lib. 2.

Lib. 2. c. 52. 53.

Lib. 2. cap. 27.

Plin. lib. 2. c. 90.  
Orof. li. 4. c. 19.  
Eutro. lib. 4.

Thuc. lib. 2.

IX.

Plin. lib. 3. ca. 5.

Lib. 17. cap. 17.  
& 47. hist. Var.

Plin. lib. 8. c. 29.  
Diod. lib. 3.

Aelia. lib. 15. c. 26. Vari. hist. Plin. lib. 8. c. 29.

flus Rhytienses à scolopendris pullos esse, cum infinita earum vis in regione ingruisset. sic A Aelianus scribit. hos Plinius Trerientes fuisse ait: nisi ambobus idem contigisse dicamus ex eodem auctore, aut ambos unum populum fuisse. Auctor est Strabo Geographiae lib. 3. tantum in Hispania suis temporibus copiam murium fuisse, ut saepius pestilentiam gignerent, propositaque ob id fuisse premia illis, qui eos venati necarent. Aristoteles scribit aetate sua in Thessalia serpentum fuisse innumeram multitudinem, Thessalique idcirco ciconias sacras fuisse, quod illos occideret, alioquin sedes habere in his regionibus Thessali haud potuissent. Sed quis quaso unquam corrigisse aliquid huiusmodi audivit, aut legit, post receptam Christi religionem? Sed quoniam non sunt aliarum regionum sic euenta nota, ut Italiae, propter innumeros disertorum scriptores, qui cuncta ad illam pertinentia diligentissime sunt persecuti, quaedam post Christi cultum ab eius populis receptum atrociter sublata referemus, ut ex his consequi cerera possimus, cognoscamusque post adventum Christi maximas illas antiquorum clades diuinitus sublatas. Plinius de maximis serpentibus ita scribit: Faciunt his fidem in Italia appellatae boae in tantam amplitudinem exeuntes, ut Diuo Claudio Principe occisa in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. A lun- tur primo bubuli lactis succo, unde nomen traxere. Hanc Plinius nunc omnes Italos interrogo, ecquando audierint unquam legerintue post Christi cultum in Italia fundatum similes serpentes, tam vastos existisse? Nam sua aetate Plinius haec fuisse scribit, falsa certe haud scripturus de rebus ante oculos positis, qui innumeros habuisset mendaciorum reprehenses. Quid vero haec ipse scriptis mandaret de Italia, cuius laudes extollit, & accuratissime recenset, nisi verissima fuissent? Sed audi Solinum eadem cum Plinio dicentem, qui sic capite septimo: Calabria Chelydris frequentissima est, & Boam gignit, quem anguem ad immensam molem ferunt coalescere: captat primo greges bubulos, & quae plurimo lacte rigua bos est, eius se vberibus innectit, succuque continuo saginata longo saeculo ita funebri satietate ultimo extuberatur, ut obistere magnitudini eius nulla vis queat; postremo depopulatis animantibus, regiones, quas obfedit, ad vastitatem cogit. Denique D. Claudio Principe in loco, ubi Vaticanus ager est, in aluo occisa. Boae spectatus est solidus infans. Hanc ille: addit idem Plinius creberrima fuisse in Italia, & Romae in primis fulmina; ut iam mirum non sit, si Vulfinij, quod supra dicebamus, his fuerint communi. Et sane ita fuisse ante Christi cultum receptum liquet: signo de horrendis prodigiis, ubi creberrima Romae excitata incendia & iacta fulmina imperantibus impiis ex ipsis a Christo alienis scriptoribus clarissime docemus; atque inde apparet etiam, quae cumque vastitates Romae & Italiae contigerunt post leges Christi receptas; tunc euenisse, cum qui Christum se colere Imperatores profitebantur, impiis conatibus in Pontifices Romanos bella commouebant: ut mirari iam desinamus, quod in Indiis Occidentalibus euenisse scribunt, in quibus cum saevissimae tempestates horrendique terrae motus existerent, ubi coeperunt edificare templa, & in illis asseruare Eucharistiam, non amplius illa existerent horribilia, cessatum a terrae motibus ac tempestatibus: quod memoriae prodiderunt Gonzalus Ouetensis, & Lopezius: ut scilicet clarissimum fiat, terrae ipsi melius esse, ex quo Christus est terra corpus sumpsit, & in illa degunt, qui corpori eidem sunt coniuncti, neque ab aliis in eadem degentibus impugnantur. Quocirca ex his conficitur Ecclesiam Christi esse simul Ecclesiam Dei, quod scilicet adventu Christi factum sit, ut maximae omnium clades caelitus inuectae ad terras, diluuiorum, incendiorum, terrae motuum, bestiarum immanium cessarint. Sed quando clades haec renouantur est magna parte, quamuis non omni; cum summi Reges siue haeretici, siue alioquin impij Pontifices summos, Ecclesiamque vexant, ac persequuntur, ut signo de horrendis prodigiis apparet; hinc euidentissime constat in Ecclesia nostra Deum Christumque esse, ac nos illi coniungi. Quamobrem cum veniet Antichristus, extremam ruinam conatu omni Ecclesiae Christi machinaturus, Eucharistiaeque iuge sacrificium tollere conabitur, tunc quidem cuncta vastabuntur cladibus huiusmodi, sed Christus est maximis propter impiorum scelera vastitatibus illatis omnia renouabit in pulcherrimam sempiternamque formam.

X. Plin. lib. 9. c. 58.

Gonz. cap. 10. & hist. generalis. lib. 3. cap. 6.

SIGNVM SEPTVAGESIMVM TERTIVM.

Terrae habitabiles effectae.

Plage terrarum magis habitabiles, ac meliores effectae post ortum cultumque Christum, nos ostendunt esse ex Ecclesia Dei. Cap. XVIII.



Erba sunt haec Dei alloquentis, consolatiisque Ecclesiam suam: Ne meritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, & nunc orientur, utique cognoscetis ea. ponam in deserto viam, & in inuio flumina. glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, ut darem porum populo meo. populum istum formaui mihi; laudem meam narrabit. Hanc Deus aperte praedicet fore, ut iam tum noua quaedam maxima moliretur, & efficeret: nempe poneret in deserto viam, & in inuio flumina, glorificareturque a bestiis agri, draconibus, ac strutionibus. Rursus Isaias ait aduenient Christo, Latabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo & florebit quasi liliū germinans germinabit, & exultabit latibunda, & laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron. ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Hucusque. Isaias. est quibus concluditur fore ut per Ecclesiam Dei fieret aditus ad inuia & deserta loca, in quibus Dei cultus amplificetur: ita vero fiat aditus, ut quae prius erant loca deserta, solaque, neque apta comodis habitationibus, sed immanium solummodo bestiarum, fiant ea commoda satis, & exulta: quia scissae sunt, inquit alibi Isaias, in deserto aquae, & torrentes in solitudine; & quae erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orientur viror calami, & iunci, & erit ibi semita, & via, & via sancta vocabitur. Hanc sanctus propheta. Cecinisse videntur eadem Sibyllae, est quibus habentur apud Lactantium libro septimo illa carmina.

Kai tote dh parān megalēn theos andrasī dōsei. Kai gar gh, kai d'end'ra, kai d'speta thremmata galis. Dōsasin karpon ton alithinon anthropon. Ohs, & melitos glykēon, leonēte galaktos. Kai sitē, & vberēti brotois kallison adantōn.

id est: Et tunc sanē gaudium magnum Deus hominibus dabit: Etenim tellus, & arbores, & innumera pecora terrae Dabunt fructum verum hominibus Vini, & mellis, & candidi lactis, Et frumenti, quod est hominibus optimum omnium.

Hinc illud admirandum, post ortum cultumque Christum zonas illas, quas antiqui cognouerunt exploratissime praenimio frigore & calore non esse villo penē modo commodas & aptas habitationi, non modo apertas esse, sed habitabiles factas, & in meliorem statum quodammodo renouatas. Quod ut clarissimum fiat, ostēdamus apertissime zonas illas reuera fuisse inhabitabiles, idque perspectissimum fuisse antiquis; falsoque afferi a quibusdam, sic opinatos antiquos, sed non habuisse exploratas oras illas, ac perspectas. Demōstrabo namque praecis eas regiones fuisse omnino cognitissimas, & a celeberrimis nationibus, maximis Regibus, Rebusque hominibusque indagandae veritatis studiosissimis incredibiles labores adsumptos, diligentiaque omnē collata, ut id cognoscerent, remque, uti antiqui prodiderunt, certissimō cognouisse, inhabitabiles scilicet fuisse plagas illas.

Primo igitur loco, antequam Iacob in Aegyptum se conferret, anno centesimo plus minus Osyris Aegypti Rex omnem propē orbem peragravit, venitque ad Indorum desertos fines, usque ad Istri fontes, & Oceanum, qui circumfluit omnia zonae torridae loca, ut docuimus libro 12. cap. 17. innumeras verō copias secum duxit, & loca ista cognouit esse inhabitabilia, ut ostendemus, prodideruntque Aegyptij sacerdotes, qui cuncta se cognoscere olim iactabant, & ad quos nobilissimi quique antiquorum philosophi rerū percipiendarum causa peregrinabantur, ut est in Timaeo Platonis. Praeterea verō Osyris hic in Aethiopia supra Aegyptum Meridiem versus multas vrbes condidit, quae propinquiores erant omnibus torridae zonae: quod Diodorus lib. 1. tradit.

Secundo. Ammianus Marcellinus libro decimo septimo refert, in obelisco, qui deditur De Sig. Tom. 2. N 2 catus



catus Regi Ramesthi fuit, fuisse hæc verba, Dominus orbis terrarū Ramesthes longæuus. **A** Cornelius Tacitus addit ex inscriptionibus illius haberi, thūc dominatum Lybiæ, Aethiopiæ, Medis, Persis, Bactris, Scythis, Syris, Armenis, Cappadocibus, Bythinis, Liciis: idem se Thybis ipsis vidisse ait Strabo libro decimo septimo. fuit hic Rames, iuxta Eusebium, quo tempore Aod Iudex erat, quadringentis octuaginta tribus annis, vt quidam colligunt, ante Salomonem, quingentis viginti octo annis iuxta nonnullos postquam Iacob in Aegyptum descendit. Cū verò hic Thebis regnaret, quæ distant à principio zonæ torridæ gradibus tantū duobus, Aethiopiāque sub imperio suo miserit; & Aethiopia sit Australior Thebis; qui fieri potest vt iste cum suis ignorarit an zonæ torridæ regiones habitari possent? & tamen habitari non potuisse traditum per istos fuit, & per eorum sacerdotes, penes quos rerum notitia confedisse olim prædicabatur.

**B** Tertio. Salomon classē misit, quæ traiecit ostia maris rubri, mediā inter Tropicū Cæcri, & æquinoctialem circulum, calidissima loca omnium, quæ sint in zona torrida. Nam quæ regiones subiiciuntur æquinoctiali, nō ita feruent, quōd dies habeant semper æquales noctibus. secus autem, quæ ob æquinoctiali recedunt, atque ob id nocturnis humectationibus minus recreantur: quod obseruarunt Auicenna, Albertus Magnus, & Conciliator. Qui fieri potest igitur, vt Salomonica classis vectores cū circumlustrarent oras istas, haud cognorint, an habitari possent?

Quarto. Tyrj maximè omnium longissimas instituerunt navigationes: nam & classis Salomonica præfuerunt; in omnibus etiam locis Africæ, quæ possent habitari, colonias instituerūt, quod Herodotus in Euterpe tradit: quin Africā circumnauigarunt, vt idē lib. 4. scribit, & in Persico sinu colonias duxerūt prope tropicū Cæcri, vt narrat Strabo li. 16. floruerunt autē Tyrj, suisque navigationibus cunctos superarūt, ex hoc, vt apparet, tempore, quo classis illorum suæ Salomō præfecit, vsque ad Alexātri Magni tempora per annos prope sexcentos cuncta maria circumnauigantes non modò hæc nostra, sed etiam quæ ex Erythreo & Persico sinu influunt in Oceanum sub tropicū Cancrī intra torridam zonam. An non igitur moueat risum, qui dicat ab istis haud cognita zonæ torridæ loca posita ante oculos ipsorum? & tamen inhabitabilia prodidere.

Quinto. Sesostris, qui quinto anno Roboam filij Salomonis venit Hierusalem cū mille ducentis curribus, sexaginta millibus equitum, & innumero peditatu, in quo erant Aethiopes, ac Trogloditæ, vt habemus è diuina scriptura, quæ nominat illum Sefac, adduxit in potestatem non modò Aethiopas, sed & Trogloditas, qui sunt sub ipso circulo Aequinoctiali; quod docent nos non modo sacri libri, sed & Strabo lib. 16. addit hic eundem Diræ ostia sibi subiecisse: ea sunt inter ipsum Cæcri tropicū & Aequinoctialem plagam. Non igitur hic perspexit cum copiis tantæ multitudinis, quas secum circumducebat, an zonæ torridæ loca incolī possent, in quibus cum iis fuit? an verò cæci omnes erāt, cū dixerint incolī haud posse? Rē dicet admirabilem, qui cæcos omnes istos faciet.

Sexto. Rex Aegypti Nechao, siue Necho, vt vocat Herodotus lib. 4. is est qui per suos occidit Iosiam Regem Iudææ temporibus Hieremiæ prophetæ, misit cum nauibus Phœnicas, qui Africæ littora omnia zonæ torridæ annumerata lustrarent: ij soluentes è mari rubro, & Africam totam circūlegentes post biennium peruenire ad Herculis columnas: inde anni spatio reuersi sunt in Aegyptum; frumentaque secum derulere, quæ ferebant, messēq. expectabant, ne perirent inedia, quōd cibi nihil inuenirent, sed omnia deserta essent, non vt nunc vrbibus, & arcibus, quas Lusitani tenent, frequētia & habitata. ex hoc itinere, & eius narratione confirmatur opinio quædam, quæ nobis aliquando non displicuit, dicentium classē Salomonis, quæ soluebat è mari rubro, & nauigabat in Tharsis triēniū consumens, solitam circumnauigare Africæ littora, & Hispaniam petere, Tartesumque eius vrbem, quam Tharsis nominari volunt à scriptura, quæ sanè vrbs olim fuit auro supra omnes abundantissima, & opulentissima, vt è Strabonis libro tertio constat.

Septimo. Olim Reges Aegypti Thebis habitabant, in iis regia cunctōrum sedes Diospolis, siue ciuitas Iouis illa vocabatur. Hæc Strabo lib. 17. & Herodotus secundo narrat, indicat idē Homerus Iliados primo, & Odiseæ quarto. Distāt illæ ab initio zonæ torridæ gradibus duobus, id est centū quadraginta milliariis plus minus, ab Alexādria gradibus sex, triplo plus, quā à tropicū Cæcri. Qui fieri potuit igitur, vt nō modò quos recēsuimus supra Reges ignorarint, quā omniū curiosissimi erant, vt apparet, harū rerū, sed oēs an zona torrida sedibus figendis apta esset & tamen ab iis habitū sēper est, nihil minus fuisse?

Osta-

**A** Octauo. Nemo ignorat ab Homero decantari Memnona venisse aduersus Græcos ad expeditionem Troianam. Hinc vates Latinus dixit.

*Eosque acies, & nigri Memnonis arma*

Et: *Nunc quibus Auroræ venisset filius armis.*

Atqui è Strabone, qui fuit in ipsa Memnonis ciuitate, libro decimo septimo, & Herodoto similiter, qui loca illa peragrauit, libro secundo, & quinto, scimus vrbē Memnonis fuisse intra zonam torridam. Sic igitur nullo modo fieri potest, vt antiqui oras istas perspectissimas & cognitissimas non haberent, cū quædam tradant cultas, vt Memnonis regiam sedem, in vniuersum verò desertas, neque humanis habitationibus vllō modo aptas, sicut ipsi constanti asseueratione tradiderunt, vt aperiretur, & ex parte est dictum.

**B** Nono. Hucusque Aegyptios, Tyros, Hebræos terras istas explorasse ostendimus, & vsu comperisse, certissimaque scientia, domus hominum non posse haberi in illis. Post hos Perlarum Reges, cum nihili facere, & stultorum loco habere Aegyptios viderentur, voluerunt & ipsimet videre an plagæ istæ possent incolī. Cambyfes igitur Persarum Rex euerio Aegyptiorum vetustissimo regno maximis copiis instructus, annonæque apparatus abundantissimo confusus intima zonæ torridæ peruasit ipse, plurimorumque dierum itinere emenso, tantum sterilitatis, solitudinisque vbique inuenit, vt innumeros fuorum amiserit, quin eorum multos coactus fuerit occidere, vt eorum carnibus vesceretur, quando nihil aliud supererat ad vitam tuendam. Amisit etiam in ea expeditione Meroem forem, quæ suo sepulcro nomen insulæ Meroë dedit. Hæc à Nilo circumdata intercipitur mediā ab Aequinoctiali, & tropico Cancrī. Meminere harum rerum **C** Herodotus libro secundo, & tertio, Strabo libro decimo septimo, & Lucanus, cuius carmina mox adducemus.

Decimo. Post Cambysem Xerxes videns mediteranea zonæ torridæ loca non posse humanis habitationibus seruire, voluit explorare an maritima sic essent & ipsa, an secus. misit itaque Saraspem quædam, qui à freto Herculeo Austrū versus Africam circumnavigaret: sed is cuncta deserta, ac feris solitudinibus horrentia perspiciens, neque ferri posse inclementiam locorum rediit retro, vt Herodotus libro quarto narrat.

Vndecimo. Cū Carthaginenses nauticis artibus plurimum valerent, voluerunt & ipsi experientia comprobare, an vera essent quæ tradiderant superiores, & an fortè locorum natura immutata appareret. Hanno igitur Carthaginensis classe instructa conatus est Africam circumlustrare de Carthaginensium iussu. Circumlustrauit, & adhuc eius commentarij leguntur. inuenitque zonæ torridæ regiones nimio calore exustas, qui consistere in iis homines haud sineret. meminit huiusmodi navigationis Plinius lib. 5. cap. 1. Pomponius Mela in Africæ descriptione: existant illius scripta, ac legi à quouis possunt.

Duodecimo. Herodotus, quem Cicero libro de legibus primo historiae parentē vocat, vixit sub ipsa tempora Aggei Prophetæ, annis centum plus minus antequam regnaret Alexander, ac fuit in Aegypto, in ipsis Thebis, cupidusque cognoscendi reuera, an regiones zonæ torridæ domus humanas habere possent, nihil non auribus percipere, & oculis perspicere ad eam rem pertinens est conatus: comperitque, atque ita scripsit, omnia inculta, sola, & deserta, Referque libro secundo Hammoniorum Regis Ethearchi narrationem de quibusdam, qui Africā singula quæque perscrutati fuerant. Eius autē sunt hæc verba: *Oram maritimam Africæ Aquiloni obnoxiam (hæc est quæ nos respicit) Pœnos & Pœnorum per multas gentes ab Aegypto incipientes omnem obtinere vsque ad promontorium Soloentē, quod Africam terminat, præter id demum, quod aut Græci obtineant, aut Phœnices. supra maritimam oram, & eos, qui ad mare incolunt; feris vltiora habitari, vltiora feris arenosa esse, vehementerque arida, & prorsus vasta.* Hæc ille ex Ethearchi sermone. Rursus idem: *De Nili uerò fontibus nemo habet, quod referat: & meritò, utpote Africa, per quam fluit, deserta.*

**E** Decimo tertio. Alexander Magnus cū suæ potestati Aegyptum subiecisset, vt erat homo dominationis appetentissimus, & qui ægrè ferret, cū plures esse mundos audisset, eos ab se omnes vinci non posse, voluit & ipse explorare an in zona torrida tractibus vlli degerent mortalium cætus, & conuentus, quos imperio suo adiungeret; inuenitque nullum habitationi locum dari posse, aut esse: quod post alios Lucanus refert. Quocirca Aristoteles, qui nihil temerè, ac non nisi perspectissimum solet affirmare, Alexandri

De Sig. Tom. 2.

N 3 Magni

Magni præceptor, qui que Alexandro superstes fuit, & omnia illius gesta cognouit, multis in locis asseuerat, duabus temperatis exceptis, reliquas zonas habitari non posse.

Decimo quarto. Post Alexandrum Ptolomæi Reges Aegyptum, finitimasque regiones tenuerunt, quæ seruire humanis vsibus possent: ij verò omnes id maximè curarunt, vt scirent, an Africæ regiones vltra Cancri tropicum vel habitarentur, vel habitari possent, mittebantque cõtinenter classẽ viginti nauium, quæ cinnamomum deferret, quod scimus in zonæ torridæ locis nasci. Inter hos autem Ptolomæus Philadelphus omnium curiosissimus fuit, qui cuncta huiusmodi diligentissimè inuestigauit, vt Strabo libro decimo septimo narrat, & hi tamen loca hæc deserta præ nimio calore tradiderunt.

Decimo quinto. Post Ptolomæos Romani sunt Aegyptum potiti, è quibus Cæsar, cū fontes Aegypti noscere desideraret, vt homo fuit acutissimi ingenij, ac solertissimè cuncta percunctaretur, tale responsum tulit à sacerdotibus Aegyptiis, qui cuncta se nosse semper sunt professi, vt in Timæo Platonis habemus.

*Quæ tibi noscendi Nilum Romane cupido est,  
Hæc Phariis, Persis que fuit, Macedumque Tyrannis.  
Nullaque non ætas voluit conferre futuris  
Notitiam, sed vincit adhuc natura latendi.  
Summus Alexander Regum, quem Memphis adorat,  
Inuidit Nilo, misitque per vltima terræ  
Aethiopum lectos, illos rubicunda perusti  
Zona poli tenuit, Nilum videre calentem.  
Venit ad Occasum, mundi que extrema Sesostris,  
Et Pharios currus Regum cervicibus egit:  
Ante tamen vestros amnes, Rhodanumque, Padumque  
Quam Nilum de fonte bibit, Vesanus in ortus  
Cambyfes longi populos peruenit ad æui,  
Defectusque epulis, et pastus cæde suorum  
Ignote te Nile redit.*

Hæc Lucanus libro decimo è dictis Aegyptiacorū sacerdotum, asserens singulis ætatibus existisse aliquos, qui tētarint penetrare torridā zonā ad inuestigandos Nili fontes, idque conatos Reges Aegyptios, Persas, & Græcos, sed obtitisse omnibus zonam rubicundam poli perusti; qua factum est, vt Cambyfes cunctis deficiētibus humana carne suorum vesci fuerit coactus. Atqui nunc scimus omnia loca, quæ Nilus alluit, esse habitationibus & oppidis frequentia; quod è Francisci Aluarefij, qui diu fuit in iis locis, & omnia circumspexit, Damiani Goës, Iacobi Nauarchi scriptis apparet.

Decimo sexto. Strabo vixit imperantibus Octauiano & Claudio, ac studio fuit Peripateticus, omnium verò diligentissimè de Geographia scripsit, & in Aegypto fuit vnā cū Aelio Gallo, qui Aegyptum, locaque illi finitima gubernauit, desiderioque dignoscendę veritatis incensus Thæbas inuisit, singulaque perspexit, & scrutatus est, è quibus certò teneret an zonæ torridæ loca possent incoli, cõperitque, ac scriptis consignauit, inhabitata illa tum fuisse, vt libro decimo septimo apparet. atque vt videas eius diligentiam, libro secundo scribit dimidium zonę torridæ, quod nos respicit, ex aliqua parte habitari. Cùm scripsit autem Strabo, iam tum Christus aduenerat. Neque verò absque magna causa dimidium zonæ torridæ declinantis in Septentrionem videretur habitationi commodius, quòd alterum scilicet dimidium sit longè calentius, quia Sol sit multo propinquior terræ subiectæ tropico Capricorni, vt optimè adnotauit rerum mathematicarum peritissimus Franciscus Barocius libro secundo Cosmographiæ cap. 2.

Decimo septimo. Ex quo Octauianus imperio adiecit Aegyptum, maximæ classes cõtinenter transmissis ostiis maris rubri nauigabant in Indiam, locaque extrema Aethiopiæ pertransibant, vt pretiosas merces adueherent in Aegyptum, è quibus aucta sunt immensum in modum Romanorum vestigalia; quod idem Strabo libro decimo septimo narrat. Quis fieri potest igitur, vt isti ignorarent an zonæ torridæ loca forent apta sedibus humanis figendis, cùm per illa ipsi toties iter facerent, & in maximis (sic enim Strabo ait) classibus omnes luminibus priuati essent, neque viderent vlli eorum propriis oculis subiecta?

Decimo octauo. Syene ciuitas est in oris torridæ zonæ sita: in ea Romani posuerunt aliquot

aliquot militum cohortes, quæ præsidio forent aduersus Aethiopum incursionationes. In ea fuit & idem Strabo, qui hæc refert lib. 17. Quomodo poterant itaque Romani ignorare, quæ zonæ torridæ tum conditio foret; & tamen omnes eorum scriptores consentiunt, desertas regiones fuisse. Sic namque Horatius, qui temporibus Augusti vixit, quibus Cornelius Gallus poëta celebris, ipsiusque, & Virgilij amicus, cum Romanis militibus intima Aethiopiæ peruasit, quod idem Strabo scribit, & Ammianus Marcellinus lib. 17.

*Pone me pigris vbi nulla campis  
Arbor æstiva recreatur aura,  
Quod latus mundi nebula, malusque  
Iuppiter vrget.*

*Pone sub currum nimium propinqui  
Solis in terra domibus negata.*

Eadem Virgilius lib. Georgicorum 1. Tibullus lib. 4. ad Melsallam, & paulo ante hos Cicero lib. 1. Tusculanarum, & lib. 6. de Rep. & Lucretius lib. 5.

Decimo nono. eodem Augusto imperante P. Petronius vir equestris ordinis, præfectus Aegyptiis, omnia Aethiopum, quæcumque tunc extabant, oppida expugnauit. octo enumerat Plinius. Ille igitur longissimè progressus est à Syene octingentis septuaginta miliaris, quæ conficiunt gradus duodecim, vt doctiores multi volunt. transgressus est igitur Aequinoctialem circulum; & prodidit tamen cum suis omnia deserta exusta ob intolerandī caloris æstum, vt constat è Plinio lib. 6. cap. 29.

Vigesimo. Nero Imperator voluit & ipse dignoscere rei propositæ veritatem, misitque prætorianos milites cum tribuno, qui cuncta diligenter explorarent, & intimas Aethiopiæ regiones peruaderent, quid illi renunciarint, ita Plinius lib. 6. cap. 29. Cùm retulisset oppida à Syene secundo Nilo pergentibus occurrentia vsque ad insulam Meroem. Hæc sunt prodita vsque Meroem, ex quibus hoc tempore nullum propè vtroque latere extat. Cetera solitudines nuper renunciauere principi Neroni missi ab eo milites prætoriani cum tribuno ad explorandum inter reliqua bella & Aethiopicum cogitanti. ] & mox cap. 30. In ora autem vbi desijmus (nimirum Meroem) continui montes ardentibus similes rubent. ] idemque de locis, per quæ Nilus transit, lib. 5. cap. 9. Nilus, inquit, incertis ortus fontibus it per deserta, & ardentia: & immenso longitudinis spatio ambulans, fama que rantum inermi quæsitu cognitus sine bellis, quæ ceteras omnes terras inuenere, originem, vt Iuba Rex potuit exquirere, in monte inferioris Mauritaniæ non procul ab Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilitidem. ] Hæc Plinius asserens Nilum ire immenso longitudinis spatio per deserta & ardentia. quod nunc multo secus esse liquet è Francisci Aluarefij scriptis. Mendacissimus autem Iuba existimandus foret, qui prodit nasci Nilum in monte inferioris Mauritaniæ, & prope Oceanum, cùm longissimè fontes eius sint ab Oceano, & à Mauritania, nisi dicamus eum loqui de flumine aliquo ex ijs, qui multi influunt in Nilum.

Vigesimo primo. plurimi scriptores Geographi ex antiquis tradidere distantias locorum, vt fluminum, montium, lacuum, insularum, portuum, promontiorum, sylvarum, solitudinum arenosarum, quæ sunt in intimis zonæ torridæ locis, & istos dicemus ignorasse conditionem, naturamque illorum, aut mirabiliter in mendacij asseuerandi vnanimem consensum semper conspirasse, cùm dixerint esse illa deserta. Enumerat ex his aliquot Plinius lib. 6. cap. 29. Sunt autem Dalion, qui vltra Meroem progressus est, Aristocreon, Biõ, Basilis, Simonides minor, qui quinquennio in Meroe moratus est in ipsa zona torrida, Timosthenes classium Regis Philadelphi præfectus, Eratosthenes, Artemidorus, Sebosus, Iuba Mauritaniæ Rex, Polybius historicus, omnes vndecim diuersis ætatibus olim celebres istarum rerū scriptores, quiq. in cunctis diligentissimi appareant, & maximè veraces. Quod eo magis ridendum, si quis dicat ab antiquis hæc ignorata, cùm proditum sit ab ipsis insulam Meroem, quæ est intra ipsam zonam torridam, dedisse præcis sæculis armatorum ducenta quinquaginta millia, aluisse artificum quadringenta millia, vt scribit Plinius capite libroque eodem. vt mirum non sit: quod scriptura narrat, Zaram Aethiopum Regem, qui regnante Asa perripit in Iudæam, secum duxisse decies centena armatorum millia, vt habetur 2. Paralipom. c. 4. Et dicit aliquis incognita fuisse illa loca antiquis, an essent habitata necne in vniuersum? & maximè, cùm scriberent aliqua paucissima scilicet habitata, reliqua huiusmodi, quæ nec possent habitari.

Ex

Ex his apparet per annos bis mille quadringētos, tot. n. numeratur, ac plures ab Osyri-  
de Rege vsq; ad Vespasianū, cui Plinius suos libros dedicauit, nō detuisse Reges, nationes, & indagandæ veritatis studiosissimos viros historicos, geographos, adde philosophos, qui diligentissimè inquirerent an istæ regiones humanis sedibus aptæ essent, & habitarentur; & cuncti in idem conuenēre. Nos enim secuti sumus in his recensendis, vt apparet, ordinem temporum, sæculorum, & ætatum. Quin ij, qui hæc scrutati sunt, omnium celeberrimi fuerunt, vt Osyris, Rames, Sesostris, Reges Aegyptiorum; Cambyfes, ac Xerxes Persarum; Alexander, & Ptolomæi Græcorum; Cæsar, Octavianus, Neroque Romanorum. Nationes item celeberrimæ id rimatæ sunt, Hebræi, Tyrij, Carthaginenses: denique præter geographos philosophorum grauissimæ sectæ hoc decreuerunt, Peripatetici, quorum princeps Aristoteles, & Stoici, quorum Zeno, vt in eius vita refert Diogenes Laërtius ad finem. Adde misos, qui loca ipsa inuiserent, inuisisse Reges, historicos, nationes, geographos ipsos, vt est explicatum.

Mirandum sit igitur tot spatia terrarum (omnium namque maximè & in longitudinè, & in latitudinem protenta zona torrida) cœpisse habitari sub ortum Christi in omnibus locis; nunc autem frequentissima habitationibus esse, vt è nostrorum scriptis, & geographicis chartis apparet, cum per annorum tot sæcula non potuissent habitari: neque bene colligunt ij, qui dicunt, Si zona calida non potuisset habitari, Nōc posteri nequiuissent eam transmittere. Nam quis ignorat fieri posse vt transmittatur, cum traiectio non tot incommoda patiatur; intoleranda sit autem perpetua fixaque sedes ob nimium calorem? quis hoc negabit? & suprâ ostendimus plurimos eam nauigationibus esse præteruectos.

Quod verò hucusque de maxima zonæ torridæ parte Erythreo mari, Oceanoque, qui à columnis Herculeis vsque ad Erythreum circumfluit Africam, conclusa, locuti sumus, & ostendimus, idem sit clarissimum de reliqua minori. cui tamen oportet vt demamus Arabiæ felicis illas regiones, quæ tropico Cancræ continentur: quas nemo antiquorum negat omni ex parte esse cultissimas, ac reuera felices. Cetera zonæ torridæ loca in Orientem protensa secus fuisse apparet, quod hæc sit illa pars Indiæ, quam non habitari posse prius tradiderunt. Quocirca in vetustissima inscriptione Osyridis, quam recitauimus lib. 12. cap. 17. habetur ipsum peruenisse vsque ad desertos Indorum fines. & Herodotus lib. 3. testatur Indiæ, quæ in Austrum vergit, habere loca sola arenarum, vastitatumque plena. Quintus autem Curtius sic libro 9. de Alexandro Magno scribit: Hinc peruenit (Alexander) ad maritimos Indos (qui scilicet vel propinqui vel subiecti sunt torridæ zonæ) desertam vastamque regionem latè tenentes, ac ne cum finitimis quidem vllō cōmerciij iure miscerentur. Ipsa solitudo natura quoque immitia efferauit ingenia.] Idē scribit Strabo lib. 15. his verbis: Intellexit Alexander Indiæ Australem partem siti vastam, partim fluminibus, & omnino exustam, & bestiis magis quàm hominibus cōuenientem.] Sequitur hos ætate posterior Pomponius Mela, qui sic libro 3. Taprobana autem grādus, inquit, admodum insula, vt prima pars orbis alterius à plerisque esse credatur: sed quia non habitatur, nec quisquam circa eam esse traditur, prope verum est. Contra inde illa ostia sunt, quæ vocantur Solis, aded inhabitabilia, vt ingressos vis circumfusi aëris exanimet confestim. & inter ipsa ostia rara tenet regio ob æstus intolerabiles alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinet ipsa inuia, atque deserta humus cinerum magis sit, quàm pulueri similis, ideoque per eam rara & non grandia flumina emanāt.] Hæc ille de tota illius Indiæ parte, quæ incipit à Taprobana, & porrigitur vsque ad ostia rubri maris, quam scimus esse habitatissimam. Solinus eadem cum Mela tradit. Sic enim c. 51. Qua ab Scythico, inquit ille, & Oceano, & mari Caspio in Oceanū Eoum cursus inflectitur, ab exordio huiusce plagæ profundæ niues, mox longa deserta, post Andropophagi gens asperissima, dein spatia sæuissimis bestiis efferata fermè dimidiam partem itineris impenetrabilem reddiderunt. quarum difficultatum terminum facit iugum mari imminens, quod Tabim Barbari dicunt, post quem longinquæ adhuc solitudines. sic in tractu eius oræ, quæ spectat æstiuum Orientem, vltra inhumanos situs primos hominum Seres cognoscimus:] & mox c. 53. cum multa Indiæ habitabilis loca enarrasset, ait: Enormitas in serpentibus tanta est, vt ceruos, & animalium alia ad parem molem tota hauriant: quinetiam Oceanum Indicum, quantus est penetrent; insulasque magno spatio à continenti separatas, pabulandi petunt gratia. Idque ipsum palàm est non qualibet magnitudine euenire, vt per tantam tali latitudinem ad loca permeent destinata:] & rursus

de

A de Taprobana, quam circulus æquinoctialis interfecat, cap. 54. Pars eius, inquit, bestiis, & elephantis repleta est maioribus multo, quàm quos fert India.] & mox: Maior pars insulæ huius calore ambugta est, & in vastas definit solitudines. Latus eius mare alluit peruiridi colore fructicosum; ita vt iubæ arborum plerumque gubernaculis atterantur.] & iterum: Vltra hos deserta Carmaniæ, Persis deinde, atque ita nauigatio, in qua Solis insula rubens semper, & omni animantium generi inaccessa, quippe quæ nullum nō animal illatum necet.] Hæc isti. Plinius eadem scribit; sed solitudines ac deserta distinctius recenset lib. 2. c. 23. & 25. quæ non est opus referre: vitanda namque prolixitas.

B Apparet igitur ex antiquissimo tēpore Australiores Indiæ partes zonæ torridæ adscriptas fuisse inhabitabiles ante ortum Christum: sub ipsius verò aduentum secus contigit. S. Thomas namque Apostolus anno Christi nati propè quadragesimo aduentauit ad illas oras, & in iis populos inuenit, quos imbuit Christi doctrina; & in Malipure occisus est, quæ ciuitas est media inter æquinoctialē circulum, tropicumque Cancræ. Quin imperāte Claudio notiora sunt effecta Indica omnia, & ex insula Taprobana Romam venerea de eū missi legati, vt Plinius ac Solinus inter alios narrant. Sicut autem post ortum Christū zonæ torridæ regiones sunt effectæ magis habitabiles immutata quodammodo natura cæli ac terrarum, vt etiam fateri possimus ex assumpta à verbo Dei humanitate non contemnendum beneficium sortitos, quod terrena hæc quoque ipsa cum Christo Deo & homine contraxerint affinitatem quamdam, & verum sit vniuersum totum euectū fuisse ad altiore quemdam gradum ex assumpta humanitate à Verbo, vt præclarè Cardinalis Caietanus in com. ad tertiā partem S. Thomæ aiebat: sic quæ sub vtraque frigida, vel alteri earum sunt propiores terræ, cum non essent habitabiles, vel omni, vel ex maxima parte sunt fortitæ contrarias qualitates post ortum Christum, tabernaculumque humanitatis ipsius reuera in Eucharistia contentæ in terris constitutum & cultum.

C Reliquum nobis erit itaque illud, vt inspiciamus an frigidæ sic olim fuerint inhabitabiles, vt torrida. & in primis ratio suadet frigidæ minus esse aptas sedibus humanis, quàm torridæ. Vita namque magis accedit ad caloris, quàm frigoris naturam; hinc mortui aut morti proximi frigent omnino; viui verò calefcunt. Accedit ad rationē quotidiana experientia rerum, quibus vita conseruatur; cum sciamus innumera ad mortales alendos maximè facientia gigni in zonæ torridæ regionibus ex omni rerum genere, sub axe verò non nisi pisces, vt tum ex aliis scriptoribus, tum è commentariis Nicolai Zini, & Olai Magni quiuis discere potest. Iam verò antiquorum nullus scriptor meminuit vsque ad circulos frigidæ zonæ mortalium quemquam peruenisse, nedum fixisse intra illius ambitum sedem. Cimmerij populi sunt antiquis habiti pro remotissimis eorum, qui terras Boreales incolerent. at illi in Taurica Chersonesso habitabant; & in altera, quæ ob id & Cimbrica & Cimmeria dicta, vbi nunc Dani. scimus tamen eam sitam prope in medio zonæ temperatæ, ita vt æquali spatio distet à tropico Cancræ, & circulo Arctico. Ad hos Cimmerios, veluti vltimos omnium gentium in Oceani profundo sitos, alludens canit antiquissimus vates Homerus lib. 11. Odyssæ; Herodotus, qui quadringentis annis post Homerum fuit, lib. 4. Sauromatas, ac Thyrsagetæ ponit vltimos Aquilonis populos: ij sedes habebant, vbi nunc sunt Poloni, quorum metropolis abest à circulo Arctico sexdecim circiter gradus. Aristoteles grauissimus auctor incolas Ripheorum montium vult vltimos esse omnium. Et quidem Strabo supra hos tractus nullum commemorat libro septimo geographiæ; Plinius autem lib. 4. c. 12. scribit hanc mundi partem damnatam à natura, & densa mersam caligine, neque in alio, quàm rigoris opere, gelidisque Aquilonis conceptaculis. Rursusque idem cum Strabone meritò irridet Macroborum gentem fabulosam inueniens celebratam miraculis, quæ tamdiu felici æuo sub ipso axe degeret.

E At nunc, maiorumque nostrorum memoria scimus habitari hæc loca, exploratissimaque esse, & plurimas in illis vrbes, vt cognoscimus ex Olai Magni scriptis. Totius porrò orbis dimidium, & multo amplius etiam conficiunt hæc tres zonæ, quas post ortum Christi videmus habitatas, cum per tot annorum sæcula fuerint desertæ & solæ, quasi post eius aduentū sint in melius mutatæ. Lucretius existimauit his zonis contineri duas orbis terrarum partes è tribus: sic enim libro 5.

*Inde duas porrò propè partēs feruidus ardor,  
Assiduousque geli casus mortalibus aufert.*

Et fanè

Et sanè cùm prius infœcundæ essent, ac steriles terræ, quæ sunt supra Danubium, Rhe-  
numque, propè omnes nunc effectas fertiles ostendimus capite de ducentis Germaniæ  
bonis; eò reiicimus lectorem, ne sæpiùs eadem repetamus. Illud in vniuersum fati-  
dixisse, quod ad rem nostram facit, experientia comperisse præscos non modò regiones  
zona frigida comprehensas, sed etiam propinquas fuisse inhabitabiles ob ipsam telluris  
atque aëris apertissimam malignitatem, intolerabilemque, intemperiem. experti namque  
sunt, ac tradiderunt ex ijs locis attolli tam densas nebulas, vt Sol aspici non posset, nisi  
circa meridiem; quod erat in causa, vt aër ob huiusmodi tam crassam caliginem morbos  
crearet, ac tellus ferendis maturandisque frugibus idonea non esset, ideoque, non posset  
ibi mortalium sedes haberi. Hoc ipso vsu compertum, constantique, omniũ scriptorum fama  
ex antiquissimis temporibus est comprobatum. sic igitur Homerus lib. Odyss. 11. de Cim-  
meriis, quicumque illi forent, est locutus, ad hos respiciens, de quibus nunc nobis est sermo.

Ἡδὲ πείραθ' ἰάνε βατυρῶν Ὠκεανοῦ  
Ἐνθα δὲ κίμυριον ἀνδρῶν δέυοστε πόλις  
ἤπει καὶ νηφέλη κεκαλυμμένοι, ἐδὲ ποτ' αὐτῆς  
Ἡέλιος φαέθων ἐπιδέρυται ἀκτινέσσιν

id est:

*Ille (navis) ad terminos pervenit profundi Oceani,  
Hic verò Cimmericorum erat virorum populus que, civitasque,  
Qui caligine & nebulis cooperti sunt, neque aliquando illos  
Sol lucens circumlustrat radijs.*

Hæc ille spectans ea, quæ mox dicturi sumus. Sic etiam Strabo lib. 4. de Britannia lo-  
quens, vt erat ætate sua, quamvis distaret multis gradibus ab Arctico circulo. Aërem (Bri-  
tanniæ) constat magis imbres, quamvis non multos, gignere, quàm niues. per serenitatē  
autem nebulis latè occupantur, adeò vt tota die tribus tantum aut quatuor horis circa  
meridiem ipsum Solem cernant: hoc idem Morinis, & Menapiis, eorumque, finitimis con-  
tingit. ] hæc ille. Quocirca si tam longè positi à frigida zona, & in nostra positi tantum ma-  
ligni aëris ac terræ adhuc patiebantur, quid polo propinquiores tolerasse dicemus? Hinc  
ante hunc Horatius lib. 1. Ode 22.

*Quod latus mundi nebula, malusque  
Iuppiter vrgent.*

Et lib. 3. *Qua parte debacchantur ignes,  
Ode. 3. Qua nebula pluuijsque rores.*

Iordanus, siue Iornandes Episcopus Rauennas, genere Gothus, & Gothicarum rerum  
veluti gentilium suarumque, scientissimus scriptor, narrat circum Scanziam, seu Scandina-  
uiam, quæ complectitur Noruegiam, Suetiamque, esse plures insulas Arctico circulo pro-  
piores, ad quas (hæc sunt eius verba) si congelato mari ob nimium frigus lupi transie-  
rint, luminibus feruntur orbat. ita non solum inhospitalis hominibus, verum etiã belluis  
terra crudelis est. ] Hæc ille tradens adhuc ætate sua in terris illis locum non fuisse ha-  
bitationibus humanis. Eadem scribit se certissimò comperisse Procopius libro secundo  
belli Gothici, quamvis ipse Scanziam vocet Thulem, cuius pleraque deserta dicit; vlti-  
mumque illius locum Boreæ propiorem, qui habitaretur, ait esse, vbi Sol quadraginta cir-  
cuitibus supra Orizontem illarum gentium se circumageret: quocirca iuxta hanc senten-  
tiam, tunc habitabatur vsque ad gradum propè 68. vbi nunc est, vt volunt recentiores, Islã-  
dia, quam circulus ipse Arcticus ex parte intercipit. Sic igitur neque hoc tempore zona  
frigida tota videtur habitabilis fuisse. Scripsit Procopius sub annum quingentesimum  
sexagesimum ab ortu Christi.

At nunc scimus omnia zonæ frigidæ loca habitari vsque ad ipsum polum, quod ex Abra-  
hami Ortelij tabulis apparet, Petri Quirini, Christophori Florauantis, Ioannis Michaëlis  
nauigationibus, Olaique Magni scriptis.

Ex his quæ diximus necessariò fit tum Christi Ecclesiam esse Ecclesiam Dei, tum verò  
ex hoc signo à nobis hanc Ecclesiam constitui in terris.

Primo nãque loco prædictum fuerat vel ab ipsis Sibyllis, nedum diuinæ scripturæ sanctissi-  
mis Prophetis, futurum vt Christo adueniente, & è cælo in terras delabere, terræ ex antiquis  
temporibus inhabitabiles habitari posset eorumque, cum prius steriles essent, fieret fructuosæ, ac  
fœcundæ: quod euenisse post ortum Christum, disseminatamque, per nostros eius doctrinam, liquet.

Secun-

Secundo. id sanè Christo adscribi potest, & eius meritis in Ecclesiã munere ipsius pro-  
fusis. Cur enim per annos bis mille quadringentos hæ regiones fuerunt inhabitabiles, &  
infœcundæ: mox circa tempora aduentus Christi sic habitari cœperunt, vt post annum qua-  
dragesimum ab ipsius ortu permultæ sint terræ excultæ, & intra annos aliquot nihil inuentum  
sit, quod mortalium sedibus repletum non foret? Id autem magis mirandum, quod præscis  
temporibus, & frequentiores, & copiosiores multo erant populorum commigrationes ex  
aliis in alias plagas, quàm nunc sint, vt signo 32. cap. 5. est à nobis explicatum, & latius ad-  
huc signo de felicitate gentium Catholicarum dicitur. Cur igitur per annos bis mille  
quadringentos nullus populus in istos tractus aliquando irrupit, ex iis saltem, qui à  
commigrantibus de patrio solo expellebantur? Audi longè mirabilissimum. Cur saltem  
per tanta temporum spatia, neque angulus istarum regionum positus vrbibus frequentari  
cœpit, mox autem breui interuallo tam vasta loca sunt exculta? effecta sunt fœcunda?  
Mutata est conditio telluris, & aëris. Haud negamus. Cur nihil horum contigerat antea,  
vel aliqua ex parte, tot ac tantis simul conuenientibus, vt hæc immutatio ex aliqua parte  
contingeret?

Tertio. Ecclesia nostra est sola, quæ tuetur eam doctrinam, quam Christus in terris re-  
liquit, vt signis tertij & quarti libri apparet, speciatim verò signo quinto. Nostra igitur  
Ecclesia est Ecclesia Dei, à quo omne donum optimum, & datum perfectum de sursum  
est descendens à patre luminum. Solis nobis contingit, vt triplici illa coniunctione, de  
qua libris hisce tractamus, sumus adglutinati: atque ita nostrum est propter hanc connex-  
ionem, quod à Christo in terras est deriuatum.

Quarto. Hinc factum, vt quæcumque gentes abalienauerunt se à nobis, cùm nostræ  
prius essent, & in Ecclesiæ nostræ complexu, illæ maximam fecerint, & vbertatis, & com-  
modæ habitationis iacturam in terris suis. Quod vt apertissimum fiat, illud in primis no-  
bis videtur esse deplorandum, quod mortalibus nonnullis contingat, vbi prosperis ac  
felicibus rebus vtuntur, vt increpsati, impinguati, dilatati recalcitent, & obliuiscantur  
Dei creatoris sui; & eum, qui genuit eos, derelinquant. Quinque enim latissimæ omnium  
regiones, ac fœcundissimæ simul antiquis fuisse, quæ incredibili vbertate sua, quam fre-  
quentia incolarum consequebatur, locum prouerbio dederunt. Harum primam occurrit  
Lybia, cuius tanta erat fœcunditas vt ille cecinerit, veluti magnum quiddam:

*Illum, si proprio condidit horreo  
Quidquid de Lybici veritur areis,  
Gaudentem proprios findere sarculo  
Agros Attalicis conditionibus  
Numquam dimoueat.*

Et Satyr. 3. lib. 2.

*Frumenti quantum metit Africa.*

Et Martialis lib. 6.

*Possideat Lybicas messes.*

Et Seneca Thyeste:

*Non quidquid Lybici terit feruens area messibus.*

Secunda est Aegyptus, de qua sic Dionysius libro de situ orbis, vt Latine eius verba  
reddamus.

*Fertilis Aegyptus terras fœcundat opimas.*

Tertia est Iudæa, quam lacte & melle manantem vocat; & in qua tritici medullam, fan-  
guinem vix meracissimum fuisse narrat scriptura diuina. Quarta est Phrygia, cuius  
mons Gargarum fœcundissimum fuit. Quinta est Mœsia: de quibus sanè duobus ita  
Virgilius:

*— nullo tantum se Mœsia cultu*

*Iactat, & ipsa suas mirantur Gargara messes.*

Has igitur terras omnium fertilissimas ex antiquo tempore cùm nati essent Christiani,  
nimia felicitate elati, à recta fide defiscientes, & in varias hærefes lapsi amiserunt, atque  
vnà cum patrio solo in Mahometanorum potestate venerunt; quod signo 16. de interi-  
tu fidei, persecuti sumus. Et quamvis illud retinuerit aliqua ex parte antiquam decan-  
tatamque præscis vbertatem, ex maiore tamen parte amisit. Plinius lib. 18. cap. 10. scribit  
in Africa è modio tritici collectos centum quinquaginta. At Ioannes Leo Africanus, re-  
rumque

A

B

C

D

E

Deur. 32.

Horat. Od. 1.

rumque

rumque patriarum scitissimus pro te mirabili refert parte quinta descriptionis, ex vno colligi triginta. Igitur quamuis nunc Africa fecunda sit, quintuplo tamen minus est fecunda. Idem Plinius refert lib. & cap. eodem, similiter lib. 17. cap. 7. Aegyptum singulis mensibus dedisse centesimum fructum; nunc neque singulis annis tantum reddit, ut ex eodem Leone apparet parte octava. Quid autem de Iudæa dicemus, quæ nunc dumetis horret, & senticetis miserimè squallet nacta ferreum cælum, quod Deus fuerat olim cõminat, quamuis humus antiquæ feracitatis aliquem fructum retineat, nihil tamen habet simile pristino ac celeberrimo statui: quod liquet è descriptione, quam nuper emisit in lucem, qui fuit in ijs locis, Ioannes Zuallardus libro tertio. Sic etiam Mœsia, & Gargara maximum fecunditatis antiquæ fecerunt detrimentum. Et sanè oportet ita euenire cunctis locis, quæ adducunt in suam potestatem Mahometani. Nam cum nihil illis curæ sit magis, quàm bellâ. (Mahometes enim cuncta ad ferrum reuocauit, & cunctas quæstiones suæ falsitatis scetæque ferro decerni iussit) hinc fit, ut agrorum cultura deferatur, tellusque naturæ fecunditatis obliuiscatur, squallore torpeat, atque, ut ait ille.

*Grandia sæpè quibus mandauimus hordea sulcis*

*Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ:*

*Pro molli Viola, pro purpureo Narcisso*

*Carduus & spinis surgit Paliurus acutis.*

Diligens enim cultura & adiuvat, ac diu tuetur humi bonitatem. hinc illud præceptum:

*Nec segnem patiere situ durescere campum.*

Sicut igitur Deus suis olim Christianis, qui in recta doctrina permanebant, vberimas hæc terras erat largitus, ut fugerent lac gentium, mamillaque Regum lactarentur, eorumque imperfectis aliquot ad vbera & super genua blandiretur, quæ prædixit futura Isaias, sic eis à pietate deficientebus, & ab Ecclesia sua, abstulit illas, ita tamen, ut plurimum sit denique ex earum fertilitate imminutum, sciamusque ob id ex parte, & hæc corpora pendere aliquo modo ab illo Christi corpore, per quod cuncta sunt restaurada, & cui coniungitur Ecclesia sancta inexcogitabili ratione.

Quinto. Quemadmodum maximè facit ad habitationem cuiuslibet zonæ ac loci vberitas agrorum, sic aëris quæcumque salubritas. Iam verò pleraque istorum locorum sic pestis depopulatur, ut Ioannes Leo Africanus testetur quolibet propè decennio eam frui inter Mahometanos in Lybia, & Aegypto, cuius aërem pestilentem facit. sic ille parte secunda, & parte octava. Idemque accidere in aliis Turcarum locis scribunt Theodorus Spanduginus libro de moribus eorum, & Nicolaus è Nicolais. Ac ne quis luem dicat euenire ex aliqua incuria, aut ob eorum nimiam multitudinem; sciat in aliquibus partibus non esse ita frequentem, veluti in Numidia. ut scilicet cognoscamus hæc etiam diuinitus insigi, ac fateamur cuncta corpora pendere aliquo modo è Christi corpore, per quod illa vel in melius vel in deterius renouabuntur.

Sexto. Plurimum facit ad commoda habitationis, vrbium frequentia. sic enim magis aër focus, & ignibus crebris, motuque attenuatur & purgatur. Et quidem si prisca respiciamus, necesse est dicere loca subiecta Mahometanis paulatim redigi in quamdam solitudinem. In Africa olim tot vrbes erant, ut Hunericus Rex sub annum quadringentesimum septuagesimum primum in exilium miserit quadringentos triginta quatuor Episcopos, ut Beda testatur, plures vult fuisse Sigibertus. Atqui Ioannes Leo Africanus in exactissima sua Africæ descriptione vix quadraginta vrbes, in quibus plurima sunt exigua oppidula, recenset. Aegyptum volunt aliquando habuisse vrbium vigintimillia, quod Pomponius Mela scribit; nunc neque viginti habet, ut ex eodem Leone apparet; è quibus liquet etiam maximè falli illos qui dicunt pestilentiam nasci inter Mahometanos ob illorum nimiam multitudinem: clarissimè enim constat, prisca temporibus in Africa & in Aegypto maiorem fuisse mortalium frequentiam. Eadem vastitas maximo nostro dolore Græciam, reliquamque Asiam, cum ceteris locis, in quæ post hæreses vndique abundantes Mahometani inuaserunt, paulatim deformat; ut antiqua cum nouis conferentes videre possunt. contra verò quas Catholici terras habent, illæ vrbium frequentia maxima ornantur & illustrantur. Hinc olim supra Danubium Rhenumque nullæ vrbes, nulla ædificia splendidiora: at vbi per nostros in ijs plagis Christi cultus est disseminatus, mirum quanta sit vrbium, structurarumque omnium magnificentia, & splendor in ijs locis; totus verò hic tractus est Europæ reliquæ duplus. Hæc explicauimus signo de cultu

A cultu desertorum locorum. Et sanè ita necesse est accidere inter Turcas: casas enim potius illi, quàm domus ædificant è limo & creta, neque illas attollunt supra secundum pauimentum: quod Antonius Menauinus Genuensis, qui inter eos diu fuit, & latè est versatus, testatur libro de origine, ac bellis Turcarum ad finem, Ludouicus Bassanus, qui cuncta illorum circumspexit, eiusdem tituli libro capite trigesimo septimo.

Septimo. Nihil æquè adducit regiones ad vastitatem, facitque ex habitabilibus inhabitabiles, quàm crebræ prædonum incurfationes, & crebra bella. Hæc namque abducunt homines à terra colenda; quod cum fit,

*— squalent abductis arua colonis.*

At quidquid terrarum continetur Euphrate, desertis Arabiæ & Africæ, marique nostro, & Oceano, continuis Arabum prædationibus per annos iam nongentos infestantur ac foedantur: idcirco coguntur incolæ tot tantarumque regionum, cum longius iter facere volunt, in vnum copias coniungere vsque ad hominum viginti & triginta millia, quas vocant Caruanas, quin secum multos milites habere in præsidio. id notissimum peritis istarum rerum, speciatim verò scribunt Ioannes Leo prima parte, Ludouicus Barthena in itinerario suo, Ioannes Thomas Minadois libro tertio Perfici belli, Paulus Iouius libro vigesimo secundo. Turcæ porò bella perpetua exercent, in aciemque educunt tot milites, quot ex antiquis pauci soliti educere leguntur; ita ut illorum maximæ strages quotannis edantur, etiam victorias reportent. è quibus fit ut ad bella ijs proficiscentibus, eorumque tot in prælio occumbentibus, agricultura, ac ceteris rebus locorum celebritatem comparantibus, opera dari non possit. atque ita regiones istorum maximam bonitatis, & pulchritudinis antiquæ detrimentum patiuntur, quod in terris Catholicorum non contingit, sed longè secus, ut ostendimus.

Ex his, quæ hucusque diximus, apparet in primis post ortum Christi zonas, quæ prius ex maxima parte inhabitabiles erant, factas esse habitabiles; quod Christi munus futurum, sacri vates, ac Sibyllæ prænucciant: deinde apparet regiones quasdam, quæ prius erant feracissimæ & habitatissimæ, fecisse aliquam iacturam pristinae celebritatis, atque vbertatis, siue bonitatem telluris ipsius spectes & aëris, siue incolarum industriam & vrbium frequentiam consideres, quibus sanè rebus locorum bonitas conseruari solet. Hæc verò præsertim acciderunt, ex quo loca illa hæresibus superantibus adducta sunt in potestatem inimicorum Christi, & Mahometanorum: ut sciamus hæc bona à Christo proficisci. sed quia terræ illæ sui natura sunt feracissimæ, & commodæ cunctis vsibus humanis, retinent multum prisca fertilitatis quæ longè maior apparet, quo minor est in iis vrbium mortaliumque frequentia, & multitudo, quàm sit in regionibus nostris.

Octauo. hæc illustriora sunt, si contemplemur quales sint quo ad argumentum propositum terræ, quas infideles ceterique, à veritate alieni ex antiquo tempore tenuerunt; & quales sint, quas nostri similiter eodem cæli tractu excoluerunt. Verbi gratia, sumamus ex vna parte latissima telluris spatia, quas nunc Magnus Moschouix Dux imperio suo coercet; illi finitimæ sunt Zygorum, qui Circassi nunc vocantur, Georgianorum, Albanorum, Iberumque amplissimæ regiones. hi sunt omnes hæretici, & eodem cæli tractu sunt, quo Polonia, Germania, & pleraque aliæ Catholicorum regiones. Quales autem sint hæreticorum illorum terræ, liquet ex itinerariis Angiolelli, Iosaphat Barbari, Ambrosij Contareni, scriptis Georgij Interiani, Antonij Possuini, qui fuere omnes in iis locis, infrequentiamque & sterilitatem miram narrant illarum plagarum, si nostris comparentur. Quocirca maximè timendum regnis ac prouinciis illis, quas hæretici potiuntur. qualis exempli gratia est Vualachia, quæ prisca Dacia videtur fuisse, reliquæ Hungaria, Germania, Suetia, Gotthia, Noruegia, Dania, Scotia, Anglia, atque aliæ regiones, quas videmus hæresibus repletas ad fidem nondum reuerti. nam paulatim pristinum decus bonitatemque amittunt. sicut enim Boreales tractus supra Danubium Rhenumque prius incolti, & horrentes post Christi per nostros in iis fidem propagatam splendorem quemdam ædificiorum, ac meliores naturæ qualitates sunt adepti, ut aperimus signo de cultu desertorum locorum, & capite de ducentis Germaniæ bonis; sic est periculum, ne paulatim faciant maximam horum munerum cælitus datorum iacturam, exemplo Africæ, Aegypti, Græciæ, & Orientis totius: idque eo magis,

quod in sacratissimam Eucharistiam furiosè, ac peius, quàm Mahometani, vel quicumq. A sunt à nobis alieni, bacchantur, in qua diuinissimum corpus Christi habetur, unde omnia in nos bona non animi solum, sed etiam corporis, quatenus est honor Ecclesiæ sanctæ, & Dei, deriuantur. Hinc Paulus dixit ex Eucharistia indignè habita fieri, vt mors, ac morbi multiplicentur. sic enim scribit ille ad Corinthios in Eucharistiam iniuriosos; Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. ] Dixi, quatenus est honor Ecclesiæ sanctæ, & Dei; quod homines sancti interdum mala in se corporis deposcant, vt expient ijs aliorum peccata, Deus etiam bene paratis ac dispositis illa aliquando immittat ad maiores eorum progressus in virtutibus faciendos, accumulandasque Ecclesiæ diuitias cælestes, sicut infirmioribus & imperfectis solet indulgere, atque, vt ex Isaia dicebamus, veluti paruulis ad vbera ac genua blandiri, dareque ea, de quibus agimus, vt lac gentium sugant, & Regum mamilla lactentur.

Postremò hæc fiunt adhuc clariora, si consideremus bonitatem terrarum, quas Catholici tenent, esse auctam, maioremque multo effectam, quàm fuerit ante cultum Christi receptum, prolixum nimis esset hic singula ad hoc spectantia recensere. nonnulla breuissimè afferemus ad Italiam solam spectantia, è quibus propositum nobis liquebit. Primumque sit illud, quod è Plinio & Solino supra adduximus, in Italia nasci olim solitas ætate ipsorum boas vastissimos serpentes, à quibus solidi infantes deuorarentur; quin aliàs Amyclas urbem nobilissimam anguium frequentia vastatam; quæ sanè haud nasci poterant, nisi è telluris atque aëris peruersa qualitate.

Secundum. Quod Romæ, & alibi in Italia ante cultum Christi propagatum crebrò fulminum iactu magna incendia excitabantur, quibus non modò conflagrarent vrbis ædificia, sed integræ vrbes, vt supra retulimus ex iisdem: quæ similiter haud poterant oriri, nisi è terræ & aëris intemperata natura, quod illa exhalaret huiusmodi crassos ac venenatos vapores, hic haud discutere ac purgare valeret.

Tertium. Nemo ignorat quanto ab antiquis in honore pretioque haberentur mala medica, & arbores medicæ. Hæc nisi in Perside & Media, ætate Plinij, ait idem Plinius libro duodecimo capite tertio, nasci nolebant; tentatumque refert idem fuisse eas in nostras terras transferre, sed irritò conatu: quocirca Virgilius libro Georgicorum secundo apertè soli Mediæ canit datum, vt hoc malum felix producat, eiusque laudes latissimè persequitur, ac describit.

Quartum. Quid hic referemus tot citriorum genera, quorum vel ipsa vocabula prisca incognita fuerunt, & præconia Pontanus elegantissimis versibus decantat; pro quibus antiqui, vt ait idem, fabulabantur Herculem profectum ad hortos Hesperidum, vbi adseruabantur à dracone. Neesse est igitur conditionem telluris Italicæ, quando hæc producit, in melius mutatam.

Quintum. Saccaron, ait Plinius lib. 12. cap. 8. & Arabia fert, sed laudatius India. Atqui nunc etiam nascitur idem in plurimis Siciliæ & Calabriae locis. ac nonnisi à bonitate telluris id proficisci potest.

Sextum. Arbores vocant gossapinas (idem scribit libro duodecimo, capite vndecimo) fertiliores etiam Tylo in minore (hæc est insula Persici sinus) quæ distat decem millia passuum. Iuba circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque ea Indicis præstantiora. Arabiae autem arbores, è quibus vestes faciant, cynas vocari folio palmæ simili. Sic Indos suæ arbores vestiunt. ] Hæc ille de arboribus, seu fruticibus gossapinis. nunc scimus hæc omnia miris apud antiquos laudibus celebrata, nasci, & haberi in plurimis Calabriae & Siciliae locis, neque miraculis adscribi, vt adscripsit Virgilius, cum cecinit libro Georgicorum secundo:

*Quid nemora Aethiopum molli canentia lana?*

Septimum. Quid igitur nos dicemus, de bombycibus, aut vermiculis sericeis, quorum laudes persequitur elegantissimis versibus Hieronymus Vida: vellera autem, siue lanuginem ab ijs confectam, è quibus sericæ vestes texuntur, tanto scimus in pretio fuisse apud antiquos, vt Lampridius in Heliogabalo narret ex vna lance appensum fuisse aurum, ex alia verò lanuginem sericam, quæ nunc in Italia passim ab ijs vermiculis extuditur; vt scias clementius multo nunc esse, quàm fuerit olim Italiae cælum. hæc namque clementiæ cæli attribuit Ammianus lib. 23.

Osta-

A Octauum. Virgilius ex Sibylla canit futurum tempore illius sobolis cælo demissæ, quam nos Christum vocamus, illud:

*Et dura quercus sudabunt rosida mella.*

Atqui nemo paulo peritior ignorat mannâ laudatissimam; non modò sæpè in Italia defluere è frondibus arborum, sed excudi etiam ex ororum cortice inciso, aut earum ramis, qui fuerint frondibus spoliati, vt Joannes ab Altomari, Matthiolus, & alij scribunt. hoc Galenus lib. 3. de alimentis vult esse mellis genus.

Nonum. Virgilius idem canit eodem tempore futurum illud:

*Incultisque rubens pendebit sentibus vva.*

Id etsi more populi ac poetarum per hyperbolem dictum videri possit; tamen reprehendi non potest, qui velit aliqua ex parte id reuera post Christi aduentum contigisse, maximeque in Italia. vnae spina, ribes, crispini, berberi cognitæ haud fuerunt antiquis, vt Matthiolus verè probat commentarijs suis in Dioscoridem libro primo capite centesimo tertio. illæ cum maturitatem sunt assecutæ, è sentibus pendentes rubescunt, vinumque suum ferunt valentissimum aduersus varios morbos, passimque per Italiam visuntur. Quin in territorio Eugubiniensi est oppidum Cantianum non ignobile, in cuius plurimis locis sunt syluulæ, è quibus sponte nascitur ex incultis sentibus pendens vva ribes. Hæc igitur cogunt nos fateri, tellurem, cælumque Italicum nunc humanis vsibus & habitationibus esse longè commodiora, quàm prius.

Decimum. Diodorus Siculus pro re prodigiosa & mirabilissima refert in agro Leontino agreste frumentum aliquando natum. sic ille libro sexto. At Fazelus nostræ ætatis scriptor, postquam dixit, nunc esse illam Siciliae fertilitatem, quæ ab antiquis celebrabatur, narrat se idem vidisse non in agro solum Leontino, sed in pluribus præterea insulæ eiusdem locis; vt cognoscas nunc cuncta in melius à Deo mutata.

Finem faciamus cum locis Borealibus, quorum nunc duo dumtaxat referemus concessa illis, ex quo nostri in illis Christi cultum disseminarunt: nam reliqua capite de ducentis Germaniæ bonis referemus. Seneca libro de gubernatione mundi Germaniæ solum narrat prorsus infœcundum, ac sterile: id nunc esse quis dicat, cum propè possit Italico æquari? Idem de alijs dicimus. Illud itaque secundo loco sit mirum. Scythia, tellusque tota Aquilonaris prisca temporibus mel haud gignebat: id non modò Herodotus scribit; sed quando hic nimis antiquus videri posset, refert idem Iordanes, siue Iordanus Gotthus natione, & Episcopus Rauennas, qui tempore Iustiniani vixit, ac rerum Borealium quasi patriarum fuit diligentissimus scriptor. Atqui nunc tanta copia in Polonia, Lithuania, Liuania, finitimisque locis nascitur, vt ijs contingat aliquo modo, quod supra veluti mirabilissimum diximus à Virgilio decantatum:

*Et dura quercus sudabunt rosida mella.*

Apes namque in syluis intra quercus mella copiosissimè, quod omnes illarum regionum periti sciunt, excudere solent: ob id ex ijs locis abundantissimè aduehitur in Italiam cæra, qua in templis & in domibus etiam nobilioribus vti solemus. Antiqui namque tædas plerumque adhibebant ad sacra, aut alioquin ad tenebras depellendas in vsum nocturni luminis: quin vulgò è funibus contortis faces conficiebant; quod gossypio, vti nunc, non ita abundarent, quod è Ciceronis libro de senectute apparet. Amplius Reges ipsi ac principes in ædibus suis lampades ac lychnos habebant. hinc Virgilius de Didonis Reginæ apparatu scripsit lib. 2.

*—pendent lychni laquearibus aureis.*

Hæc nunc ignobiliora habentur apud nostros: tanta est abundantia cærae, quæ aduehitur ex oris Borealibus, quas prisca Scythiæ adnumerabant, in qua mel olim nullum, modò verò tanta affluencia, vt verè de ijs dici possit, è quercubus illinc excudi. Cetera ad hoc argumentum spectantia, capite de ducentis Germaniæ bonis.

Ex his omnibus fit, zonas ex maxima parte, quâ tû scire possumus, antiquitus per annos bis mille quadringentos inhabitabiles, sed circa Christi tēpora factas oīno habitabiles; nonnullas verò terras, quas alieni à Christi cultu hæresibus repletas occuparūt, admirabilis, celeberrimaque bonitatis non exiguam iacturam fecisse. contrà regionibus illis, quibus aut aliqua erat, vt Italiae, aut propè nulla telluris bonitas, vt Germaniæ, & Aquiloni, incrementū singulare adiectum post Catholicā fidem receptam. quin Indiarum latissi-

De Sig. Tom. 2.

O 2 mis


Gonz. c. 10. his.  
generalis lib. 3.  
c. 6.

mis plagis datum, vt liberentur à maximis tempestatibus ac terræmotibus per Eucharistiam in templis earū Christi cultu stabilito exciratis conseruatam; quod Gonzalus Quentensis, & Lopezius testantur. Quæ omnia sunt indicio non tenui, & Ecclesiam Christi esse Ecclesiam Dei, eamque conuari à nostris, eademque sentientibus de religione nobiscum. quæ similiter omnia nos præsertim adscribimus Eucharistiæ, in qua est verum Christi corpus, quod non dignè habitum corporibus humanis immittere solet infirmitates, morbos, mortemque, vt Paulus ad Corinthios scribit: at quando à contrariis contraria nascuntur, habitum dignè contraria morti, morbis, & infirmitati largiri solet, & efficere meliora, quæcumque corporibus nostris conducunt; nisi Deus ad maiores virtutum meritumque cælestium progressus faciendos suis secus contingere aliquando velit, aut cum visitat eos castigans in verberibus ipsorum peccata, misericordiam tamen ab eis non dispergens; ita tamen, vt è signis quæ sumus hoc libro persecuti, appareat in vniuersum, Christi corpus esse illud, per quod cuncta ob impiorum scelus deformata & euersa sunt in æternam, melioremque, & nobilissimam formam restauranda: neque tamen interim non indulgeat infirmioribus nostrorum, ad genuaque & vbera ijs quasi paruulis blandiatur, vt lac gentium sugant, & Regum mamilla lactentur vt ait Isaias.

FINIS LIBRI DECIMI QVINTI.



DE SI-



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER DECIMVS SEXTVS.



OSTENDITVR MULTIS CHRISTI ET  
Ecclesia esse idem regnum. Cap. I.



Christi & Ecclesiae esse idem regnum è multis antiquorum vatum oraculis constare potest. Sed afferamus in medium pulcherrimū Isaiæ testimonium. sic igitur ille vel sponsum, vel sponsam (noluit enim definire, vt alterū in altero esse cognosceremus) inducit loquentē: Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimentis salutis, & indumentis iustitiæ circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. ] Hæc Isaias. Sponsum, inquit Augustinus epistola ad Honoratum, & sponsam Christū intelligimus, & Ecclesiam. Sed erunt duo in carne vna. Sacramentum magnum, inquit Apostolus, in Christo & Ecclesia. Igitur iam non duo, sed vna caro. si igitur caro vna, competenter & vox vna. Rursum idem Isaias alibi optimè meminit vnum esse ipsos duos: loquitur enim in persona Christi, & dicit: Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento. Vnus videtur loqui, & sponsum se fecit, & sponsam se fecit: quia non duo, sed vna caro: quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. illi carni adiungitur Ecclesia, & sic Christus totus corpus & caput. ] Hucusque Augustinus, qui sæpius aliis in locis hæc expendit. Sed potuit ne Isaias accommodatiùs totam rem depingere elegantissimæ similitudinis, & ambiguitatis penicillo? Vtrumque regnare ostendit, & Christum, & Ecclesiam. Quis verò Rex sit eorum, quæve Regina, se distinguere non posse profiteretur, cum sint eadem ambobus regni potestatis insignia & ornamenta.

Cap. 61.  
I. testimonium.

Epist. 120.

Lib. 3. doctri.  
Christ. c. 31. to.  
10. ser. 234.

Audi adhuc eundem: In die, inquit, illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & solum exultationis residuo populi. ] Vt ostendat eundem spiritum, addidit, Spiritus iudicij sedentibus super iudicium. ] vt ostendat eandem carnē non amplius infirmam, subiecit, Fortitudo reuertentibus de bello ad portā. ] Recedimus enim, inquit Chrysostomus, à mensa illa tamquā leones ignem spirantes, hostibus nostris metum incutientes. Quocirca Cyprianus negari nemini vult Eucharistiam, cum procella persecutionis alicuius ingruit, quo possit quilibet sanguinem pro illo fundere, cuius sanguinem in sacramento bibit.

Cap. 28.  
11.

psal. 44.  
111.

Sed veniat in medium nunc Dauid, cuius cithara furentē Saulis spiritum mitigabat, cuius hymnos à suis Deus voluit in æternitates sæculorū decantari. Is igitur psalmo illo persequitur laudes, & ornamenta Christi & Ecclesiae, vbi palam edixit se diuino flamine agitatum, linguamque adeptum, quam calami instar scriba velocissimus, caeleste scilicet nomen, circumducatur: in primis formā Christi describit, & ait: Speciosus forma præ filiis hominū: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternū. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere, procede, & regna. ] Deinde illum obarmat: Accingere, inquit, gladium tuum super femur tuum potentissime. Sagittæ tuæ acutæ (populi

De Sig. Tom. 2.

O 3

sub se

sub te cadent) in corda inimicorum Regis.] Sedem mox illi regiam, sceptrumq. attribuit  
iis versiculis: Sedes tua Deus in sæculū sæculi, virga directionis, virga regni tui.] vestimē  
tis post hæc regis induit ijs verbis: Myrrha, & gutta, & castia à vestimentis tuis.] Domus  
denique tanto principe dignas assignat, eburneas scilicet, in quibus oblectari eum dicit  
cum filiabus regum: A domibus, ait, eburneis, in quibus delectauerunt te filiae regum in  
honore tuo.] Vbi hæc cecinit Dauid, continuò quasi aspectu improviso admirandus  
subiecit: Adstitit Regina à dextris tuis.] Audistin' Christū Regem? Audin' hanc Regi-  
nam? sed age reliqua attende, & vide, vt eadem sponsa, quæ sponso adscribat; & ne quid  
humile de ea suspiceris, maiora attribuit sponsæ, quàm sponso: maiora tamen illa dona  
sunt externa sponsi gestientis quàm maximè illam amplificare honoribus suis, vt scias  
eamdem cum ipso, idemque ambobus regnum. Vide qualis sit Ecclesiæ decor: Concu-  
piscet (ait ad sponsam) Rex decorem tuum, filie regum in muneribus vultum tuum depre-  
cabuntur omnes diuites plebis.] Hui tantus ne splendor Ecclesiæ Regina, vt filia Tyri,  
omnes diuites plebis eius vultum deprecentur cum muneribus? Quæ verò sunt hæc filia  
Tyri? Chaldaus interpres vult esse prouincias. Explicemus nos id apertius. Moris est  
Hebræorum, filias loci vocare loca ipsa, locisque subiectas terras: sic filia Sion, Sion ip-  
sum; filia Moab, Moab ipsum; filia Babylonis, Babylon ipsa appellatur. Filia itaque Tyri  
dicuntur ciuitates Tyri, à Tyrijs nãque tradunt vetusti scriptores innumeras vrbes ædifi-  
catas, vt in Africa Carthaginẽ, cum plurimis aliis ad Oceani litus olim sitis, in Hispania  
Gades, in Græcia Thebas: & in Sicilia, Sardinia, aliisque insulis, & prouincijs plurimas  
ab eis deductas colonias, testibus Strabone, Diodoro, Quinto Curtio. Quocirca cum  
Dauid de sponso asseruisset fore, vt specie sua & pulchritudine procederet ac regnaret;  
de sponsa affirmat fore ita regnet, vt cum muneribus prouinciæ deprecentur ipsius vul-  
tum: prouinciæ, inquam, quarum primariæ ciuitates colonie erant Tyri: & qui Rex pul-  
chritudine sua cunctos ad sui amorem, obedientiæque testificationem pelliceret, ipse  
inardesceret amore decoris, qui in Ecclesia elucesceret. Inspiciamus nunc qualia spon-  
sæ arma. Et quæ quæso, foeminis arma accommodabuntur? numquid illæ in bella pro-  
cedunt? Nulla sponsa sunt arma: sat est, si sponsus habeat. vbi namque opus est, ille en-  
sem stringit, sagittas educit, arcum tendit, pro sponsa præliatur. liquebit id clarissimis  
euentis. nihilominus Dauid loco telorum sponsæ adaptat duplicia vestimenta regia-  
nam primo loco sic de vestimentis eius: Adstitit Regina à dextris eius in vestitu deaura-  
to circumdata varietate.] En deauratæ vestes, quales sunt Regum. Et vt magis id cre-  
das, sciendum in Hebræo esse, Adstitit Regina à dextris tuis in diademate deaurata.] Vo-  
luit enim Dauid prorinus sponsam esse Reginam; quamuis sponsum supra non statim  
Regem induxisset. Bella namque quæ sponsus gessit, ideo confecit, vt sponsa regna  
pararet, ac simul & coniux eius esset, & Regina. Secundo deinde loco aliis vestibus  
Dauid ornauit sponsam, cum dixit: Omnis gloria eius filia Regis ab intus in fimbrijs  
deauratis circumamicta varietatibus.] Habemus igitur & formam, & arma, & vestimen-  
ta sponsæ: vbi verò sedes ipsius regia? vbi sceptrum? An non diximus illius capiti impo-  
sitam à Dauide coronam? aliud ne præterea volumus? Sedet sponsus, in manibus sce-  
ptrum gestat: Regina verò quid? Regina distribuit regna. Hoc verò multo maius, quàm  
sceptrum gestare. Audi Dauidem: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos  
principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine in omni generatione,  
& generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæ-  
culi.] Obserua verò & aliud: regnorum, quæ distribuuntur à sponsa, æternitatem amplio-  
ribus verbis à Dauide explicatam, quàm regnorum sponsi, quamuis eadẽ sint ambobus.  
De sponsi regnis dixit: Sedes tua Deus in sæculum sæculi.] de regnis autem sponsæ: Me-  
mores, ait, erunt filij principes constituti à sponsa, nõ solum in generatione & generatio-  
nem, sed n̄ omni; vt nullam prorsus excludat. Reliquum est vt videamus in quam do-  
mum addatur sponsa, & numquid oblectetur cum filiabus Regum, quod de sponso as-  
seruerat Dauid. At si illam dixit adstitisse à dextris sponsi, necesse est in iisdem domibus  
eburneis adstitit. Non tamen satis habuit Dauid eadem vtrisque domicilia attribueret;  
adiicit: Adducentur Regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi; afferentur in  
lætitia, & exultatione, adducentur in templum Regis.] Viden' vt prædicat adducendas  
virgines ad sponsam, non in domos eburneas, sed in templum? Domus igitur eburneæ  
in templum sunt conuersæ ingressu sponsæ. Obserua postremò quantum ad virgines,  
cas ad-

**A** eas adduci ad sponsum, sequentes pone Reginã, atque (vt ait Chaldaus interpres) vtrinque  
brachijs ipsarum innixam, vti mos est Reginis sustentari; amplius Regi proximas addu-  
ci ad Ecclesiam sponsam. Oblectatur itaque sponsus virginibus ea de causa, vt Ecclesiæ  
sponsa ministrent, sustentent eam brachijs suis ancillarum more. Mirabiliter itaque fi-  
des testudinis Dauidicæ ita contentæ fuerunt, vt æqualiter in cunctis sponsi ac sponsæ,  
Christi & Ecclesiæ ornamentis & oraculis decantandis conseruauerint concentum. è  
quibus liquidissimò patet idem vtrisque regnum.

Sed videamus adhuc clarissimè quod dicimus. Pollicitus est Dauidi Deus, fore, vt  
eius filij cunctis sæculis sederent super eius sedem, regnoque æterno potirentur. Sic  
enim Deus illi dixit: Suscitabo regnum tuum post te, quod egredietur de vtero  
tuo: & firmabo regnum eius. ipse ædificabit domum nomini meo: & stabiliam thro-

**B** num eius vsque in sempiternum.] Et alibi: Iuravi Dauid seruo meo, vsque in æternum  
præparabo semen tuum, ædificabo in generatione & generatione sedem tuam.] & mox:  
Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar semen eius in æternum manebit, & thro-  
nus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternũ, & testis in cælo fide-  
lis.] Hæc Dauidi Deus. Ostendimus autem nos è Christo renasci primò quantũ ad spi-  
ritum, deinde quantum ad corpus mirabili quadam & prorsus diuina ratione: abundè  
sunt à nobis hæc explicata. Christus autem Dauidis nepos, & Christiani igitur Dauidis  
liberi, renati è nepote eius Christo. hinc Paulus, Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham.]

**C** Scimus porò Dauidem in terris regnasse, non in cælo, hominibusque non defunctis, sed  
viuentibus leges ac iura dedisse. necesse est igitur, ne dicamus Deum promissis non ste-  
tisse, fidemque suam fregisse, eorum, qui Dauidis imitantur fidem, renati que sunt è Chri-  
sto eius nepote per ipsius Christi corpus, aliquem loco eius regnare, & populos Deo sub-  
iectos moderari. Sunt sanè in terris, quibus contingere hæc dici possunt: atque ita filij  
Dauidis etiam nunc regnant, Christiani scilicet, & Ecclesia Christianorum; quorum so-  
lium, ac regnum, Dauidis esse solium, ac regnum, ex iis, quæ colligimus, nemo inficiari  
potest. Sic est sanè: attamen habetur apud Isaiam: Multiplicabitur eius (loquitur de Chri-  
sto) imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt  
confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, a modo, & vsque in sempiternum.] &  
Angelus hæc ad Mariam, Dabit, inquit, illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit  
in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.] En' vt Christus, qui Deus est,  
in terris regni Dauidici habenas moderetur, sedeat super eius solium, teneat eius regnũ  
data sit illi à Deo Dauidis sedes, regnetque in domo Iacob. & tamen id Ecclesiæ con-  
tingit; erit itaque idem Ecclesiæ & Christi regnum; soliumque, ac sedes.

**D** Audi Michæam longè ante prospicientem futuras Christi felicitates, & imperium,  
populosque illi subiectos: In die, illa dicit Dominus, congregabo claudicantem, & eam  
quam eieceram colligam, & quam affixeram: & ponam claudicantem in reliquijs, &  
eam, quæ laborauerat, in gentem robustam. Et regnabit Dominus super eos in mōte Siō  
ex hoc nũc, & vsque in æternum. Et tu turris gregis nebulosa filia Siō vsque ad te veniet,  
& veniet potestas prima regnum filia Hierusalem. Nunc quare mœrore contraheris?  
Numquid Rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut  
parturientem? Dole & satage filia Sion, quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate,  
& habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem: ibi liberaberis, ibi redimet te  
Dominus de manu inimicorum tuorum.] Hucusque Michæas, prædicēs fore, vt Deus ipse  
regnet in Sion, in quo, vt ostendimus, primũ constituta est Ecclesia Christi, regnumque  
eius; ex quo fit, vt mons eam designet, sicuti sæpius loca pro euentis intelligimus. Ad hæc  
Ecclesiam vaticinatur venturam potestatem primam, & regnum, liberandam Ecclesiam  
in Babylone: quod quamuis referatur ad Babylona, tamen ad urbem Romam pertinere  
postea apertissimè ostendimus signo de principatu Romæ posito. Rex igitur erit in hac  
Ecclesia Deus: & tamen regni huius potestas prima erit penes eam. quocirca idem am-  
bobus regnum. Quid plura? non ne Christus ipse dixit Petro, Tibi dabo clausæ regni cæ-  
lorũ; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcũque sol-  
ueris super terram, erit solutum & in cælis? Quid clauis huiusmodi traditione Christus  
notare voluit, nisi summam rerum omnium ad Petrum, qui Ecclesiæ personam sustine-  
ret, transferendam, nihil vt illi clausum sit, nihil opertum? Sic & idem Deus Cyro dixit,  
vt est apud Isaiam: Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, vt  
subiiciam

IV.

Reg. 7. cap. 3.

VI.

VI.

Gal. 3.

Cap. 9.

VII.

VIII.

IX.

X.



subiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuam, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo; portas æreas conteram, & vinctes ferreos confringam; & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum. ] Hucusque Dominus Cyro pollicetur multo sanè pauciora, ac minora, quam Petro. Non enim Cyro dat clauium potestatem Deus, quibus ille sibi, quas velit, portas referet, sed tantum promittat eas aperiendas: at Petro dantur clauæ. & Cyro quidem terrenarum rerum dat Deus fores recludi; Petro autè dat clauæ cæli, vnde quidquid boni est dimanat in omnes. sed nonne cæli clauæ penes ipsum Deum? ita profectò & quis auit id inficiari? Sed tamen, vt vidimus, Dei, & Ecclesiae est idem regnum. clauæ omnium rerum penes istos.

Et quid esse in causa dicemus, quòd Christus Ecclesiam toties regnum cælorum vocat? Simile est, inquit, regnum cælorum sagenæ missæ in mare; decem virginibus, quæ exierunt obuiam sponso, & sponsæ. ] Qua in oratione sponi & sponsæ nomine Christus & Ecclesia designatur, vt voluit Origenes, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus. Regnū itaque cælorum, Ecclesiae, & Christi regnum. ac rectè Tertullianus ait, cum dicimus, Pater noster, qui es in cælis, ] nō contineri dumtaxat Deum, sed Ecclesiam simul. In eodem namque regno est Deus, & Ecclesia, idem vtriusque regnū, ac regia sedes. collige verò ex eo, quod Christus ipse olim dixit, Saule, Saule quid me persequeris? ] Saulus ne Christiū persequeretur, an Ecclesiam? Ecclesiam sanè: sed ambo vnumque & idem. affidebat quidem Christus in cælo à dextris patris, vt vidit illum Stephanus, quem Saulus occidi procurauit, sed & ibi Ecclesiae regnum, Ecclesiaque ipsa: vna namque & quæ in terris, & quæ in superis; idem vtriusque exercitus, idemque Imperator, magno distent licet intervallo locorum tellus & cælum, nullo tamen Ecclesiae milites, ac duces. hoc tantū discrimen: qui in cælo sunt, hi triumphum ducunt, & absque vlllo labore, fatigationeque aut præliorum, aut curarum nobis, vbi aduocantur, opem ferunt. nos cum fatigatione præliamur. atque illi quidem numquam non hostes prosternunt, victoriam reportant: è nostris aliqui interdum terga dant, succumbunt: Ecclesia tamè semper victrix, licet aliquos è suis amittat. Verè itaque Christus: Saule, Saule quid me persequeris? ] In regni namque Christiani fines ingressus Paulus prædas agebat, hostilia faciebat, agmen extremum carpebat. Adcurrit è superis Christus, & instar optimi Imperatoris maximo amoris incendio in Ecclesiam sponfam flagrantis, videns agi de suo regno, de suæ sponsæ imperio, ereptum ab inimico gladium in manus fumit: eoque & hostem, & hostis satellites prosternit. atque ita non modò Pauli furentes impetus Christus retundit, sed eo postea virtus egregio copiarum duce. Cum sit igitur Ecclesiae & Dei Christi idè regnum, iure Epiphanius scriptum reliquit: Thronus Dauid, & regia sedes est sacerdotium in Ecclesia sancta; quam dignitatem regiam, simulque pontificiam coniunctim largitus est Dominus Ecclesiae sanctæ suæ, translato in ipsam throno Dauidis non deficiente in æternum. illic enim per successionem durauit thronus Dauidis vsque ad Christum, non deficientibus principibus ex Iuda, donec veniret expectatio gentium. Princeps verò alienigena Herodes, & non amplius successores Dauidis regnabant, translata iam regia sede in Christo ad Ecclesiam. ] Hæc Epiphanius: sed omnium pulcherrimè hæc omnia Deus ipse explicauit in vaticiniis Hieremiæ, in quibus sic ille: In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. ] En Christus germen Dauid faciens iudicium in terra: sed numquid omnino perierat ante iudicium in terra? perierat, si comparètur tempora Christi cum antiquis. sed quomodo faciet in terra iudicium Christus? Audi: Non interibit de Dauid vir qui sedeat super thronum domus Israel. ] En vt in Ecclesia Dei per carnem Christi ipsam renata, & ob id in domo Dauid sit aliquis vnus futurus qui semper in terris sedeat faciens iustitiam vnà cum Christo. ] & mox: Et de sacerdotibus, & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocausta. ] Viden vt sacerdotalem regiamque tribum coniungat? de ceteris tribubus nullam faciat mentionem? quòd ex his duabus tribubus Christus, & nos per illum renati, & ex vera ipsius carne reformati, vt ostendimus libro tertio in classe similitudinum, & rationum. sed hæc clariùs adhuc, cum Zachariæ elegantissimum oraculum explicabimus infra suo loco.

A Ordinis sacramento Christiani hoc regnum sortiuntur, quod pertinet ad Episcopos, & sacerdotes. Episcoporum est ordinare, confirmare, indulgentias largiri, excommunicare: sacerdotum baptizare, sacrificare, absoluerè à peccatis, vngere morientes, matrimonia consecrare. Cap. II.

**I**ctum est à nobis, assimilari nos, vbi aquis baptismi immergimur, & ex iis emergimus, Christo, cum sepulchro est inclusus, & ex illo postea emergens resurrexit, cum sacramento Chrismatis vngimur, ad illius similitudinem perducimur, cum terris relictis ascendit in cælum; dum sumimus Eucharistiā, quodammodo ipsum referre, ex quo confedit ad dexteram Patris. At ordinis sacramento, de quo nunc acturi sumus, similes ei sumus, cum Spiritum sanctū misit in Apostolos & suos è cælo. Ac veluti baptismi renascimur, confirmatione adolescimus, Eucharistia nutrimur, sic ordinis sacramento ad ætatem maturā peruenimus. ideoque presbyteri vocantur, quasi seniores, qui regiam hanc potestatem nascuntur, sed illa vti nequaquam possunt in administrandis sacramentis, nisi vel Episcopi consecrentur, vel ab Episcopis rite iis speciatim iurisdictioni quædam detur, quod supremum tamen est consequuntur. Id verò est Eucharistiam conficere, siue corpus Christi, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, inquit Paulus. idcirco ab hoc corpore humanum genus restauratur, & vniuersitas rerum renouatur. Hinc haustam diuinitatem presbyteri & Episcopi communicant nobis, atque hoc diuinum regnum moderantur. ac sicut in Republica humana necesse est hæc adsint, homines nascantur, adolecant, nutriantur, aliqui ex iis ceteros regant, liberos procreent, si labantur in morbum, sanentur; si prælio extremo decernant, ab omni infirmitate curentur, & armati victoriam supremam reportent: sic in hoc regno, quod incipit à spiritu, pertingit deinde ad corpus, totumque sibi orbem subiciat, & mirabiliter cum tota vniuersitate rerum renouatum in æternitates gubernabit, Sacramento baptismi nascuntur homines, confirmatione adolescunt, Eucharistia nutriuntur, ordine perficiuntur, matrimonio filios Deo gignunt, poenitentia siue confessione à criminum grauiorum mortiferis morbis curantur, vinctione extrema supremam belli sortem subituri ab omni peccatorum leuiorum debilitate contracta liberantur, & aduersus hostes armantur, vt victoriam consecuti euolare ad cælum possint, Deoque contemplando inhærere, illiusque aspectu semper frui. Episcopi porrò soli, qui tenent Apostolorum locum, vt videbimus, ius habent confirmandi, & ordinandi: sacerdotes autem baptizant, confitentibus absoluunt à peccatis, morientes vngunt, matrimonia consecrant, vbi tamè Episcopi assignauerint iurisdictionem, aut necessitas vrgeat; Eucharistiam verò conficiunt cum volunt. Per hæc igitur sacramenta diuinitas, siue propensio intima ad diuinitatem perfectè capesendam ab Episcopis & presbyteris communicatur in omnibus, quæ speciatim necessaria sunt ad Rempublicam cælestem in terris constituendam, perficiendam, & ad superos euehendam. Episcopis præterea ius est ab hac diuinitatis communionem expellere contumaces, penasque post mortem luendas indulgentiis datis condonare, vt videbimus. atque hæc sacramento, quod ordinis vocatur ea de causa, quòd Christianos suis ordinibus distinguat in Ecclesia Dei.

**E** Ac primus gradus est Episcoporum, qui presbyteros ordinat. Sed quoniã hæreticis est propositum nihil non obscurare; illud in primis nobis est admonendum, cunctos Christianos quodammodo esse Reges; ac sacerdotes: Reges, quòd animi sui studia ac desideria, quorum latissima sunt confinia, moderentur; sacerdotes, quòd se suaque omnia singulis, si velint, momenti sacrificij instar Deo offerre ac deuouere possint. Adde, quòd si maxime insigni polleant sancti monia, à Deo nihil non precibus impetrare possunt, vbi illis aliquid Dei instinctu in animum ceciderit; atque ita vel ipsa regna aliis dare, aliis auferre, vt Hieremiæ, Eliseoque concessum legimus in historia sacra. Huius autem regni potestas communis esse potest singulis Christianis, quo quisque alius alio propius animi innocentia accedit ad Deum: neque erat aliena ab Hebræis, atque etiam gentibus aliis, modo Deum verum colerent, & mentis bene institutæ ductum sequerentur. quod quomodo sit intelligendum, fufius est à nobis alibi explicatum. Ac de regni huius nobilissima excellentia pulcherrimus sanè exstat liber, quem videre operæpretium iudico, Ioânne Chrysostomi,

sofomi, qui monachos quibuslibet Regibus præstare imperij dignitate ac potestate multis in medium adductis argumentis latissimè ostendit. de hoc nunc non agimus, sed de alio: in quo qui sunt, ij sacramenta potestate ordinaria administrant, atque animis nostris diuinitatem, qua filij Dei sumus, largiuntur, & cetera, de quibus agemus, exequuntur. est verò in illis dignitatis, auctoritatis, ac potestatis maximum discrimen. Primas tamen Episcopi tenent, ac presbyteri, in quibus sunt alij alij minores, aut maiores pro ratione creditæ illis administrationis, de qua suo loco dicitur. Hinc Epiphanius: Thronus David, & regale; inquit, solum est sacerdotium, quod in Ecclesia sancta est. Christus enim Dominus, Rex, & sacerdos; Rex, quia in stirpe David, deinde vnigenitus; sacerdos, quia secundum ordinem Melchisedech sacrificium obtulit: ipsum hoc suum regnum vnà cum summo sacerdotio seruis suis summis Põtificibus est largitus. ] Hæc Epiphanius, qui verbis hîscæ Petri sententiã videtur interpretatus, cum dixit: Vos estis gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis. ] quæ quidẽ verba quamuis nonnulli referant ad illud regnum ac sacerdotium, de quo supra agebamus, illi tamen de quo nunc est sermo conuenire videtur. At, inquires, attribucere illud singulis videtur Petrus, non Episcopis ac presbyteris dumtaxat: epistola namque illa ad omnes data. Sed quamuis ad omnes data sit, non tamen singulis conuenit necessariò id quod ait, fat est si aliquibus ex iis. Sic etiam dicere possumus apud Germanos esse Imperatoriam maiestatem, quod è Germanis, non ex aliis legi soleat Imperator. Verum quia suo loco dicemus de præstantia sacre potestatis; quod nobis nunc est præ manibus, id absoluemus: non præteribimus tamen silentio in more positum fuisse apud Hebræos, vt est in antiquis eorum monumentis apud Halcut & Rabi Isaac Abarbanel in caput trigessimũ Exodi, quod ostendit mihi vir Hebraicarum rerum peritissimus Ioãnes Paulus Eustachius, à quo litteras Hebraicas didici, & colligitur è paraphrasi Chaldaica in caput vigesimum quintũ Leuitici, Reges sic vngere, vt circumduceretur eorum crinibus digitus oleo tinctus, ita vt vnctio coronam circumscriberet lineæ ductu. Sacerdotes autem summi vngebantur oleo producto in formam crucis, cuius lineæ duæ extrema desinerant supra supercilia. Ambobus porrò supra caput olei guttæ effundebantur. Vtriusque consuetudinis nunc insignia gestant sacerdotes. Nam & pileus illis in similitudinem crucis est conformatus: & crines principio in vertice facto in modum coronæ illis abraduntur; vt & Reges & sacerdotes esse cognoscas, meritoque dici ad ipsos possit, Vos estis regale sacerdotium.

Nunc institutum prosequamur: & in confesso sit, quod apertissimè liquebit, in Ecclesia Dei cunctis præstare sacerdotes, & penes illos esse summam gubernaculaque regni Christiani. hinc ex sacerdotibus aliqui Episcopi dicti, quod in altissima Ecclesia specula positi vnà cū Christo Episcopo commissos sibi populos moderentur. Attendite, inquit Paulus ad eos, vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. ] Similesq. sunt hi Christo ad dexteram Patris affideti, ac Spiritum sanctum mittenti: confirmant enim, quod est Spiritum sanctum infundere plenius in animos nostros, vt abundè à nobis est explicatum; ordinant presbyteros, & ceteros Episcopos consecrant, ac munera reliqua distribuunt, quæ Christum è superis Ecclesiæ largitũ fuisse Paulus tradit iis verbis, Christus ascendens, &c. Et quando Episcopi sunt simul etiam presbyteri, non modò ad ætatem confirmatam peruenere, sed in matura conquiescere videtur. Presbyter namque Græcè est senior. Cani autẽ ( scriptum est alibi) sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. ] Quamuis tamen presbyteri dicti sint ob hanc causam, sunt & alia: πρεσβυτεω namque est idem, quod, legatione fungor; presbyteri quæ legatione Dei funguntur apud homines, vt Episcopi, & Apostoli. sic locutus est Paulus scribens ad Corinthios: ὁ πρὸς Χριστὸν ἐν πρεσβυτεωμεν: Pro Christo igitur legatione fungimur. ] & in Concilio Nicæno est Pontificem Romanum habere τὰ πρῶτα τῆς πρεσβυτείας, id est, primas legationis.

Non tamen iidem Episcopi, & presbyteri; licet qui Episcopus est, idem sit & presbyter; ac potest esse, vt presbyter sit aliquis, non tamen Episcopus. Hæretici quidem nonnulli olim, in quibus Aëriani, secus senserunt; quos confutat Epiphanius, Augustinus, Theodoretus: & hodie Aërianos sequuntur plerique Protestantes. at si æqualis Episcopo esset presbyter, non moneret Timotheum Paulus, ne aduersus presbyteros accusationem reciperet, nisi sub duobus aut tribus testibus, cum par in parem non habeat iurisdictionem; & Timotheo, qui Episcopus erat, nullum ius fuisset in presbyteros, ex quo posset aduersus

Ag. 20.

Ephes. 4.

Sap. 4.

2. Corinth. 5.

1. Tim. 5.

A sus eos accusationem recipere. Et manifestè Dionysius in epistola ad Demophilũ, Ignatius ad Trallianos, Magnesianos, Philadelphienfes, Cyprianus multis in locis separant Episcopos à presbyteris. fefellit autem hæreticos, & eos, qui sunt eorum securi opinionem, quod antiquitus, cum non facilè ob varietatem Christianorum inueniri possent, qui presbyteri essent, conueniebat, vt vnus esset in qualibet fere ciuitate presbyter; qui Episcopus etiam creabatur: quocirca idem erat Episcopus & presbyter, non quod non sint, atque esse possint huiusmodi munera distincta, ac benè à quibusdam scriptum, Episcopos Apostolorum locum tenere, presbyteros septuaginta duorum discipulorum, quod hi minores illis, idcirco versiculum illum psalmi, Et episcopatũ eius accipiat alter, ] Apostolis conuenire dixit Petrus, vt est in actis Apostolorum. Quamuis Ignatius in epistola ad Magnesianos & Smyrneses cõparet Episcopos Iesu Christo, sacerdotes Apostolis: & Dionysius ad Demophilũ, Apostolorũ ordinẽ, ordine Episcoporũ maiorẽ velit esse. Hoc enim dumtaxat hi respiciunt, vt doceat aliis alios esse præstatiores, vt Iesus est Apostolis, Apostoli Episcopis, Episcopi sacerdotibus, sacerdotes diaconis; & ideò similitudines illas in medium producant. Sic Cyprianus Episcopos vocat Apostolos. quilibet enim maior respectu minoris similis est alicui, qui sit etiam respectu alterius minoris maior. & Paulus Epaphroditum Philippensium Episcopum vocat Apostolum ipsorum, generatimque ceteros Episcopos πρεσβυτεω suos, quod illis opus idem proponatur. & Petrus, Seniores, inquit, qui in vobis sunt, obsecro, consenior, & testis Christi passionum, qui & eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator, pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes nõ coactè, sed spontaneè. ] In Græco est loco illius verbi, Seniores, πρεσβυτεω, & consenior σπουδασιωτες, quod presbyter esset Petrus; loco illius, prouidentes επισκοπευετε, id est Episcopi officio fungentes. & iterum Paulus scribit ad Timotheum Episcopos diligentiam habere Ecclesiæ Dei. Sed quid est quod de his disputemus? An non clarissimè munerum gradus diuinitus institutos esse in Ecclesia tradit Paulus? sic enim ille ad Corinthios, Posuit Deus in Ecclesia primũ Apostolus, secundò prophetas, terriò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes doctores? ] Hæc Paulus. siue igitur Apostolos voces hos, siue Prophetas illos, nihil est curandum; non de nominibus agimus, sed de rebus. sunt aliis alij maiores

Iam verò quemadmodum Episcopi distinguuntur ab ipsis presbyteris, sic presbyteri à quibuslibet Christianis: ac prorsus insani est hominis asserere cunctos Christianos esse presbyteros; quod olim Marcus Magus, & Gnostici, nostraque ætate Lutherani & Caluista multi volunt. alioquin Paulus non diceret speciatim Timotheo datam gratiam impositione manuum presbyterij: scimus autem nõ omnibus Christianis ea de causa manus imponi, vt presbyteri sint. & Paulus idẽ, Qui bene, inquit, præfunt presbyteri duplici honore digni habentur; maximè qui laborant in verbo, & doctrina. ] E quibus colligitur, & præesse presbyteros, & alios à reliquis esse: alioquin quibus præessent? qui subessent illis? Addit ibidem Paulus non recipendam aduersus presbyteros accusationem, nisi sub duobus aut tribus testibus: distinguuntur itaque ab aliis. nam quamuis nemo possit condemnari, nisi duobus aut tribus testibus affirmantibus crimen, accusatio tamen admittitur ex quolibet indicio saltem graui: aduersus presbyteros non ita. Ex quo patet etiam presbyteros in excellentiori gradu collocatos, quasi exceptione qualibet maiores. Et proculdubio Dionysius in epistola ad Demophilum, Ignatius ad Trallianos, Magnesianos, Philadelphienfes; Cyprianus ad suos multis in locis, Tertullianus libro de prescriptionibus distinguunt presbyteros ab aliis Christianis, idcirco in actis Apostolorum legimus in singulis Ecclesiis à Paulo, & Barnaba creatos presbyteros: non igitur erant singuli huiusmodi. Sed videamus quodnam sit sacramentum, quo tantam potestatem fortiamur in terris, qua nobis sit vnũ cum Deo regnum, diuinitatemque per sacramenta ceteris ordinaria potestate impertiri possimus.

Cypri. li. 4. ep. 5. vel 10. lib. 3. ep. 65. vel 9.

Ag. 1.

Lib. 3. ep. 9. vel. 63.

1. Pet. 5.

1. Corinth. 12.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5.

*Edictis ac factis Christi & Apostolorum probatur ordinem esse sacramentum, quo Episcopi & Sacerdotes iure ordinario sacramenta administrare possunt, & infundere in nos per ea Spiritum sanctum. Cap. 111.*

TESTIMONIA  
CHRISTI.



Lurima sunt, è quibus omnino concluditur ordinem, quo presbyteri Episcopi que nascuntur id, vt Ecclesiæ sit in terris vnum cum Deo regnum in Spiritu sancto, & dilectione, quibus cuncta subiicienda sunt, in primis positum, dicendum esse propriè ac verè sacramentum. atque, vt id fateamur, facta & dicta Christi Apostolorum que nos compellunt.

I. argumentum.

Et quidem Christus ipse cum resurrexisset, discipuli que eius domo clausa se contineret ob metum Iudæorum, stetit in eorum medio, & ostendit eis manus, ac latus, dixit que, Pax vobis, sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, inluffauit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. ] Hæc Christus apud Ioannem. è quibus conficitur actionem illam, qua quis exemplo Christi instituentis accipit ab eo qui sustinet Christi personam ius retinendi peccata, & agendi id quod egit Christus, esse sacramentum. nam tria Christus simul egit. Primum, misit Apostolos, sicut ipse missus est: ergo sicut ipse missus est ad hoc agendum, sic ipse discipulos, & eorum successores mittit: atque ideo veluti ipse ad hæc accepit à Deo mandatum, sic ab ipso discipulorum vniuersitas numquam intermoritura. Secundum, Christus hac actione simul infudit intimè Spiritum sanctum, in sufflauit que dicens, Accipite Spiritum sanctum. ] ergo quoties aliquis ad eum gradum peruenit, vt Christi personam sustineat, siue mittatur, sicut Christus, liget, ac soluat, accipit intimè Spiritum sanctum; idcirco per huiusmodi actionem confertur gratia, siue huiusmodi actio est sacramentum. Tertium, dat potestatem infundendi Spiritum sanctum per illa, per quæ infundit ipse: mittit enim sicut est missus; quod est administrare sacramenta, Episcoporum ac sacerdotum proprium munus, quo è cælo aduocant in animos nostros intimam diuinitatem. Quòd igitur quidam dixere, non esse in diuinis libris expressum mādaturum, quo iubeantur Episcopi conferre ordines, longissimè aberrant à vero. Nam mittit apertissimis verbis Christus Apostolos, sicut ipse missus est: atqui missus est ipse accepto mandato à Patre, vt hoc ageret, hanc daret potestatem: ergo mandat Apostolis, vt & ipsi dent eorum successoribus ordine suo in perpetuum tempus, ita vt è manu in manum potestas ac mandatum tradatur.

II. argumentum.

Narrat præterea S. Lucas Christum aperuisse Apostolis sensum ad intelligendas scripturas, eduxisse eos foras in Bethaniã, dixisse, ecce ego mitto promissum Patris in vos, ] ascendentem que in cælum benedixisse illis, eleuatis manibus; quod fiebat, vt infra ostendemus, extensione & impositione manuum super capita. & aduerte quòd ex hoc tempore Christus ascendens dedit vique ad consummationem sæculi Ecclesiæ suæ primò Apostolos, secundò Prophetas, tertio pastores, & doctores, id est gradus maximè distinxit, vt Apostolus ipse testatur in epistola ad Corinthios, & Ephesios, quod nos prosequimur signo de perpetua Apostolorum successione. En igitur vt Christus impositione manuum benedicat, id est inspiret intimam vim ad bonum: hoc est enim benedicere Dei, & Christi, en vt hoc tempore aperiat sensus ad intelligendas scripturas, dicat se mittere promissum Patris, denique de sententia Pauli constituat ordinum gradus in Ecclesia sua: sic nãque ille, Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. ] & mox: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios autem pastores, & doctores. ] hæc Paulus. quoties igitur Episcopi, dum cõsecrant presbyteros, & alios Episcopos, extendunt manus suas super capita consecrandorum, & aiunt, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt, ] ex instituto & mandato Christi agunt illud idem, quod ipse Christus, immittunt Spiritum sanctum, constituunt gradus & ordines in Ecclesia Dei.

I II.

Iam verò cum Christus idem panem vinum que effecit: suum corpus & sanguinem, dixit que. Apostolis, Hoc facite in meam commemorationem, ] duo iussit, & vt ipsi designatis verbis

A verbis è pane ac vino suum sanguinem & corpus conficerent; simul que quod ipse iubebat Apostolis, vt facerent, ipsi Apostoli iuberent aliis eodem modo, ac proinde Episcopi Apostolorum successores idem perpetuò faciendum curarent, per presbyteros quidem quantum ad consecrationem corporis ac sanguinis, per Episcopos verò alios quantum ad ordinem constituendum, presbyteros que ordinandos; ac proinde verbis illis, hoc facite in meam commemorationem ] generatim dictis, generatim que accipiendis duo sunt imperata Apostolis, & in duo iure distingui possunt, quorum vtrumque pertineat ad Apostolorum successores Episcopos, alterum ad sacerdotes. Iam verò nemo dubitabit sanæ mentis homo, Christum dedisse Apostolis nouam gratiã, specialem que, cum ordinauit illos ad omnium præstantissimum munus, quod est confectio corporis & sanguinis sui, quo nihil prorsus est diuinius. Minus quippe est soluere, ac ligare peccata, quam conficere corpus Christi. Atqui Christus cum dedit potestatem ligandi Apostolis, ac soluendi, inluffauit in eos Spiritum sanctum; ergo multo magis cum voluit eos omnium re mirabilissimam ac diuinissimam conficere. Quòd si in Apostolis hoc actum, continget similiter idè in iis qui per Apostolos ad idem deligentur: nam missi sunt eo modo, quo missus est Christus, qui sic est missus, vt in his conferret gratiam. Vide igitur vt ordo sit sacramentum ex instituto & dictis Christi.

Nunc ordinem esse sacramentum videamus probari ex institutis ac dictis Apostolorum, Christi Euangelio, & consuetudini maximè consonis: atque hæc in vnum locum coniciantur multa loca, in quibus legimus presbyteros & Episcopos ordinatos impositione manuum, & extensione. Actorum namque cap. 13. legimus Paulum, & Barnabam impositione & extensione manuum ordinatos Apostolos, & Antiochiam dimissos ad Euangelium propagandum: & qui prius per multos annos haud leguntur vquam presbyteros ordinasse, ex hoc sæpe memorantur id fecisse. licet enim Paulus à Deo fuerit electus Apostolus, tamen Euangelij prædicandi quidem prouinciam ex illo semper est exsecutus, ordinandorum autem presbyterorum, & Episcoporum potestatem non exercuit, nisi ex hoc tempore, vt alibi signo de Petri cathedra ostendimus. Hinc Actorum 14. cap. habemus ab iisdem Paulo & Barnaba presbyteros ordinatos impositione & extensione manuum. Quod enim Latine habetur, Cum constituisset, ] Græcè est χειροτονείσαστες, id est, vt cuncti tum Græci, tum Latini declarant, manus extendentes, & imponentes. hac verò extensione & impositione manuum, qua creantur tum presbyteri, tum Episcopi, conferri gratiam constat, quia Christus illa visus est ascendens in cælum, cum manibus eleuatis benedixit suis, & Apostolos ex illo tempore in perpetuum dedit Ecclesiæ. Nam benedicere

TESTIMONIA  
APOSTOLORUM.

D Cum hominibus, est illis amorem suum supremum largiri. Quocirca cum ad hunc effectum constituendorum Apostolorum ritus ille vsurpatur à nostris, qui mittuntur eo modo, quo missus est Christus à Patre, vt ipse in Euangelio dixit; est autem missus maxima infusione gratiæ, per illam gratia cõfertur, amor Dei supremus in generatur mētibus nostris. Hinc habetur eodem capite quartodecimo de Paulo & Barnaba reuersis Antiochiã, vnde ordinati Apostoli discesserant; Inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleuerunt. ] Audin vt per ordinationem hanc, & assumptionem ad Apostolicum munus dicantur Paulus & Barnabas traditi gratiæ Dei? An non prius erant illi in gratia Dei? erant sine dubio: sed addita illi in opus quod compleuerunt.

Verum certiora sunt adhuc ea, quæ dicimus, è multis Apostoli locis, in quibus apertissimè asseritur, conferri gratiam diuinam per impositionem manuum presbyterij. sic enim Paulus ad Timotheum, Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiã cum impositione manuum presbyterij. ] quid queris dilucidiora? Audi eundem ad eundem, admoneo te, vt resuscites gratiam, quæ in te est per impositionem manuum mearum: non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. ] En vt gratia fuerit aliqua in Timotheo per impositionem manuum: sed quænam gratia? qua datur spiritus virtutis, dilectionis, & sobrietatis à Deo. atque hæc nõ ferenda impudentia quorundã hæreticorum, qui dicunt, χειροτονείν, nõ esse imponere manum, vt habetur Latine, sed in altum tollere manus, ad suffragium, quod à populo datur, significandum. nam Græci omnes, & Latini volunt, ac per tot sæcula, & scriptis, & cæremoniis inter nos communibus ita sunt interpretati, vt χειροτονείν sit manus extendere, & imponere, χειροτονεία sit extensio, & impositio manuum super caput. & his cõsentiunt antiquissimi omnium ritus, à quibus nostra cuncta adūbrata: cõsentiunt præclarissima vaticinia. & modò exorti sunt nescio qui ex angulis extremis

II I.  
I Tim. 2.

Europæ nati, qui Græcè se putent melius scire, quàm cuncti Cræci scierint vquam? Hæc scilicet hæreticorum peritia, & modestia summa. Quoties itaque Episcopi extendunt de more manus suas super capita consecrandi Episcopi, vel sacerdotis, & inquit, Accipe Spiritum sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris retenta sunt, illud idem nimirum agunt, quod Christus insufflans Spiritum sanctum, & benedicens eleuatis manibus, cum ascenderet in cælum, daretque Apostolos ac Prophetas in æternū tempus Ecclesiæ suæ: agunt verò hoc de Christi præcepto, qui misit eos sicut ipse missus est, vt scilicet iis ritibus ac verbis impertiantur Spiritum sanctum, consecrentque Apostolos, & discipulos, sicut ipse fecit. Sed nunc audiamus excellentissima antiquorum vaticinia, quibus patet apertissimè ordinem esse sacramentum, & per illud gratiam dari, iustitiamque iis bene paratis infundi.

CLASSIS TERTIA.

Oracula, quibus est præsignificatum fore, vt per ritus, quibus nostri Sacerdotes & Episcopi consecrarentur, Spiritus sanctus infunderetur. Cap. IV.

ORACULA ANTIQVA.



Vita sunt oracula in diuinis litteris, quibus est præsignificatum fore, vt ritus illi, quibus nostri Episcopi & presbyteri consecrarentur, immitterent in animos nostros Spiritum sanctum. Nos aliqua producemus in mediū veluti clariora. Dauid itaque cum de temporibus Christi caneret, & illa in primis inter omnia sua vel facta vel dicta cogitaret, ac respiceret, & ab iis semper ad hæc nostra spiritu cælesti promouente transiliret, sic psalmo centesimo trigésimo primo de sacerdotibus Christo inseruitur orat: Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. Jcui quidem petitioni Deus, ex quo dixit futurum vt de fructu vêtis eius poneret super eius sedè, filiique fructus illius federēt semper super eam, signans Christum, Christianosque Christi corpori vero verè adglutinatos per Eucharistiæ sacramentum, qui sedēt super solium Christi ac Dauidis in terra, subiicit, Sacerdotes eius induam salutari. ] En igitur vt Deus ipse asserat futurum, vt eo ipso, quòd aliquis ordinetur Christi sacerdos, induatque vestes, vt Chaldæus interpres vertit, sacras rite nimirum, simul induat etiam iustitiam, salutemque: alioquin nihil præcipuum Deus polliceretur se præstaturum sacerdotibus Christi, neque ipse indueret illos iustitia, ac salute; neque indueret, quia sacerdotes essent: ait autem se induturum iustitiam, quia sacerdotes sint Christi.

Cap. 51. Cap. 59.

II. Nunc audiamus eundem Deum, qui sic apud Isaiam alloquitur siue Christum, siue Ecclesiam: Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælum, & fundes terram. ] & mox alibi: Hoc fœdus meū cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus à modo, & vsque in sempiternum. ] Rursus Ecclesia apud eundem, Posuit os meum quasi gladium acutum, & sub vmbra manus suæ protexit me. ] Hæc apud Isaiam. quocirca necesse est, ille idem spiritus, qui fuit in Christo, & illa ipsa verba, quæ fuere posita diuinitus in ore eius, sint semper in Ecclesia Christi, numquam recedant ex ore seminis eius: & ob id etiam necesse erit vt spiritus, quem Christus insufflauit in Apostolos, dicens, Accipite Spiritum sanctum, ] & hæc eadem verba sint in ore Ecclesiæ in eundem finem proferenda, quo prolata sunt à Christo, ad inspirandam nimirum gratiam, consecrandosque Apostolos, & dandam eis potestatem ligandi, ac soluendi. Ex quibus fiet, vt his verbis, quæ in ordinatione & consecratione presbyterorum, & Episcoporum pronuntiantur, infundatur gratia cum impositione manus Episcopalis, vt simul etiam vera sit illa pars oraculi, Sub vmbra manus meæ protexi te. ]

Hier. cap. 3.

III. Eadem docemur à Hieremia, apud quem sic Deus Christianos cõpellat: Et dabo vobis pastores iuxta cor meū, & pascet vos sciētia, & doctrina. ] Viden' vt Deus sit daturus pastores, quos nos Episcopos, & presbyteros vocamus, qui sint ipsi Deo grati hoc ipso, quòd à Deo dantur, quibus immittat Deus spiritum suum, quo placeant ipsi: dabit enim, dabitque iuxta cor suum, cum dabit.

Cl.

A. Clarius multo his Malachias, qui sic de Christo: Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans, & mundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. ] Audin' vt ipse Christus sit intimè purgaturus, ac mundaturus noui testamenti sacerdotes, ac ministros, perinde atque aurum & argentum flammis excoquitur, & purgatur; vt offerant sacrificia in iustitia, fiant candidi, perinde ac vestes fieri solent herba illa quæ fullonum vocatur? Cum sedent igitur Episcopi personam Christi sustinentes consecraturi vel Episcopos, vel sacerdotes, aliosque huiusmodi ministros afflat sacris verbis, & ritibus in consecrandos ignem illum, de quo dictum, Ignem veni mittere in terrā afflat, ] illum, de quo dictum, Ille vos baptizabit in igne, ] afflat, & conflat novos homines, non secus ac si ipsos colet, intima illorum vilcera peruadens; colliquefaciens, ac restaurans in noua cogitata & desideria.

ORACULA ANTIQVA. IV. Cap. 3.

LUC. 12. LUC. 9.

B. Sed omnium proculdubio elegantissimè Zacharias totam hanc rem mihi videtur depinxisse: inquit itaque vates ille, sibi imperatum fuisse à Deo, vt fumeret sibi argentum & aurum ab Holdai, Tobia, & Idaia, & ex eo conficeret coronas, easque imponeret capiti Iesu sacerdotis magni, qui iam tum redierat è seruitute Babylonica liberatus; mox subiicit hæc sibi à Deo dicta: Loqueris ad eum dicens: Hæc ait Dominus exercituum dicens: Ecce vir oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino. & ipse exstruet templum Domino, & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super folio suo, & erit sacerdos super folio suo; & consilium pacis erit inter illos duos; & coronæ erunt Helem, & Tobia, & Idaia, & Hen filio Sophonia in templo Domini. ] Septuaginta verò sic: Et dices ad eū: Hæc dicit Dominus omnipotēs, ecce vir, Oriēs nomē eius & subter eum orietur, & ædificabit domum Domini, & ipse accipiet virtutem, & sedebit & imperabit super throno suo, & erit sacerdos à dextris eius, & consilium pacificum erit inter vtrumque. ac corona erit expectantibus, & vtilibus eius, & his qui cognouerunt eam, & in gratiam filiis Sophonia, & in psalmum in domo Domini. ] Hucusque oraculum Zacharia, quod addit deinde, Et qui procul sunt venient, & ædificabunt in templo Domini, ] siue, Qui remoti sunt venient. ] His adductis, quòd quidā volunt ea verba, Subter eum orietur ] spectare ad Zorobabelem, sine dubio falluntur: manifestissimè namque referenda sunt ad Christum, cui nomen Oriens; & idcirco additur, orietur, siue vt alij vertunt, germen germinabit. quocirca nominis allusio nobis indicat de eodem verba fieri. & quidem contra omnem Grammaticæ regulam, loquendi que consuetudinem est, vt dicamus, Ecce vir Oriens nomen eius, & subter eum orietur, scilicet Zorobabel; cum nemo dissiteatur prima verba, Ecce vir Oriens nomē eius ] spectare ad Christum, quamobrem & sequentia ac connexa. Maximè verò cum toto illo capite nihil de Zorobabel dictum sit. Præterea non legitur Zorobabel sedisse & imperasse in folio aut throno, sed rediit ille Babylonem, vt annales Hebræorum testantur, quod videre quiuis potest apud Genebrardum, & colligitur clarissimè è libris Esdræ. Accedit huc, quòd interpres Chaldæus, cuius est auctoritas maxima, ad Christum cuncta illa palàm refert, vt suprà adduximus. His positis cognoscimus ex oraculo eodem futurum, vt non modò Christus Oriens vel germen exstruat templum Domino, Ecclesiam nimirum, sedeatque in folio suo, sed præterea sedeat in folio sacerdos, siue vt alij clariùs, quamuis non admodum Latine reddunt, sacerdotans, quòd & summus sit sacerdos, distinctusque sit à Christo, quamuis in eodem folio sedeat vnà cum Christo, & idem sit vtrique consilium, pacis scilicet. Hic vero quis, nisi Petri successor sedens in Christi folio? qui & sacerdotat ex persona Christi, & loco Christi sacerdotes cunctos, ita vt Episcopi ab ipso, inquit Cyprianus libro de vnitæ Ecclesiæ, prosuuant veluti rami ab arbore, riuuli à fonte, radij à Sole. Quid verò coronæ illæ cum nominibus illis, vt sunt in Latino, Græco, & Hebræo? Hic igitur mysterium, de quo agimus, latet. Septuaginta quidem voluerunt illa nomina non esse hominum aliquorum, sed significare aliquid boni, nempe gratiam, & quod coronæ nomine notatur, gloriam, aut gaudium. & certè si Hebraicarum vocum vim velimus attendere, significabit Helen viuificationem, Tobias bonum seu perfectionem diuinam, Idaias cognitionem diuinam, Hen gratiam. Igitur in Ecclesia Dei prædicat vates futuras coronas, quibus coronentur sacerdotes ab Oriete Christo, & sacerdote sacerdotante; coronæ verò illæ sint vitæ, bonitatis,

V. Cap. 6.

I.

II.

I II.

D. E. De Sig. Tom. 2. P 2 cogni-

cognitionis, & gratiæ, ac memoriæ Domini, filij Sophoniæ, id est vel expectantibus, vt reddunt septuaginta, vel ascensionis Domini. En igitur, vt coronandi sint in Ecclesia Christi sacerdotes gratia.

VI. Hinc idem Zacharias ait capite tertio Iesum sacerdotem summum fuisse redimitum cidari munda, illiusque impositione ablatam ab illo iniquitatem. Stet igitur oraculis diuinis prædictum Ecclesiæ Christianæ sacerdotes coronandos gratia, vita, bonitate, cognitioneque diuina, harum virtutum in folio diuinitus collocandos: id signat corona, quam clerici in capite gestant prænunciata hoc modo à vatibus antiquis.

VII. Sed vt finem faciamus, & vnico argumento multa concludamus, supra è Prophetis ostendimus, Ecclesiæ Christi que esse idem regnum. Atqui Paulus ait hoc regnum in primis positum in dilectione, gaudio, pace, ac Spiritu sancto, quibus sanè cuncta alia subiiciuntur, ac subiici debent. Quocirca in hoc Reges cõstituuntur qui ordinantur, quòd iis diuinitus ex vi sacramenti inspiratur intima vis ad maximè amandum, maximè gaudendum in Deo, maximam pacem habendam, maximèq. Spiritum sanctum fruendum: idcirco ordo, quo eliguntur ad hoc est verè, ac propriè sacramentum.

CLASSIS QVARTA.

Ex umbris & figuris antiquis probatur ordinationem esse sacramentum. Cap. V.

FIGURAE.



Ed sicut alia sacramenta Deus multis figuris adumbravit apud antiquos, eodè modo & hoc, de quo agimus, ita designauit, vt nemo ambigere possit illo tribui gratiam, præcipuumque esse inter omnia Christiana sacra. Quamobrem cum dicat Paulus Hebræorum priscos ritus fuisse vmbra nostrorum, nostros autem scribat ad Colossenses esse corpus, contingeret vt nostris ritibus per antiquos adumbratis sit intima motio, ac vitalis, que non fuerit priscis cæremoniis: nam corpori adest intimus vitalisque motus, non umbræ.

Col. 2.

S. Thom. 4. diff. 85. q. 1. ar. 1.

Efficacitas itaque nostris erit ad inspirandam vitam spiritumque; quæ deerant vetustis, quòd essent instar vmbre, nostri sint instar corporis, cui sit spiritus, vt idem Paulus tradit. Illud verò hîc in primis repetemus inter alia, quæ ad essentiam sacramenti huius, quod vocamus ordinem, potissimum requiruntur, in consecrandis presbyteris & Episcopis esse impositionem manuum, vt constat tum ex iis quæ diximus dicemusque, tum è concilio Nicæno, Antiocheno, Carthagenensi, ac Tridentino, similiter è SS. Ambrosio, Hieronymo, ac post hos Thoma, ac Bonauentura, & aliis: quamuis si in ordinis collatione omittatur impositio manuum, non iteranda sint omnia, sed hæc tantum supplenda, veluti pertinens ad essentiam. sic enim Christus, vt vidimus, alio quidem tempore insufflauit in Apostolos, inquit, Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: alio autem super illos extendens manum de more Pontificum summorum benedixit eis, & Ecclesiæ tum dedit ascendens Apostolos, prophetas, pastores, ac doctores.

Galat. 1.

Nemo porrò dubitabit manibus ipsis designari opera nostra, vimque efficiendi illa, quòd ipsæ sint potissima instrumeta ad omnes effectiones, vt satis acutè dixisse videatur Anaxagoras, hominem videri, ob id sapientem, quòd manibus vtatur, quod inter problemata refert Aristoteles, & in moralibus Plutarchus tradit: quin apud Græcos abierit in probium τί δ' ἴτα χεῖρες ἐν ἔργασίῳ, Quid verò non queant manus? Hinc etiam manum dare, est obligare vim, auctoritatemque suam, vt Varro ex Callimacho scribit, & habetur apud Aristophanem in nubibus, idque Persis consuetum fuisse tradit Diodorus. Hinc ipse Arcadum Rex apud Virgilium, Accipe, daque manum. Quin ipse Paulus ad Galatas scribens ait, Dextra mihi dederunt societatis. Quamobrem cū Deus dicatur in diuinis scripturis verbo creasse cuncta, tamè celum & hominè dicitur fecisse manibus suis; quæ hæc sint nobilissima eorū, quæ fabricatus est. Hinc quoties à nobis capiti alicuius manus imponuntur, de consensu omnium propè gentiū, vt ostendemus, nihil aliud significatur, nisi voluntas inspirandi & immittendi per nos in subiectum caput efficacitatem aliquam, que cumque

A cumque illa sit, siue quæ penitus atque intimè peruat animæ substantiam, siue quæ illam circūdet aliquo modo, ac sese nobis offerat extrinsecus. Probauimus autè supra latissimè nostris sacramentis esse hanc vim diuinitus inditam, vt animæ substantiam peruant, quod est folius Dei, qui penitus illis inest, ad immittendam in animos nostros supremam Dei dilectionem. Quocirca quoties Episcopi manus imponunt consecrando vel Episcopo, vel clerico, & sacerdoti in hunc finem designatis à Christo verbis pronunciat, vt illum vel Episcopum consecrent, vel sacerdotem, tum penitus ex sacramenti virtute in animum illius gratiam diuinam caritatemque ad illud infundunt. hoc sic esse probatur è figuris antiquis, quibus necesse est in Ecclesia Christi respondeat aliquid, cuius hoc sit discrimen, quòd huic insit motus & efficacitas intima sese in animum consecrati insinuans & inferens, qua Deum præ cunctis amet; illis non affuerit nisi quoddam signum

FIGURAE.

B morionis & efficacitatis huiusmodi.

Sit itaque prima figura, quòd in more positum fuit apud priscos illos, & omnium vetustissimos Patriarchas, vt ius primogenituræ, & sacerdotij, quo præerant aliis quasi diuinitus accepta potestate, non alio ritu in successores transferretur, quàm manuum impositione super caput. Sic enim Iacob benedixisse scribitur Ephraim, & Manasse filiis Ioseph, ita vt Ephraim minorem natu prætulerit maiori Manasse dextræ manus impositione, atque ita factum vt voluntati patris responderit Deus, extuleritque ad maiora posteritatem minoris Ephraim, quàm maioris Manasse, quasi vim quamdam sit impertitus illi manus impositione quo ad externorum bonorū copiam, & maiorem dignitatis gradum. Quod igitur tum tributū quo ad externa ista, necesse est in Ecclesia Christi tribuatur quo ad intima, quæ Spiritus sancti illapsu donantur animæ nostræ per impositionem manus eorum, qui nobis patres sunt quantum ad spiritum & animi bona, non quantum ad corpus, & corporis bona.

I.

Gen. cap. 48.

C Constat idem è benedictionibus eiusdè Iacob, quibus optauit, aut prædixit tum liberis suis, tum posteris eorū quecūque illis mala, bonave, prospera, aut aduersa futura essent: & votis, prædictionibusque eius respondit euentus: in quibus adhibita manus impositionem colligere possumus ex illo ipso quod cum Manasse & Ephraim prius egit.

II.

Cap. 49.

Quocirca si antiquiora repetere velimus, cognoscemus qua de causa Isaac dixerit Iacob filio suo, vt ad se accederet, seq. ocularetur, atque ita ipsi benediceret, nimirū vt simul etiam manus illi de more imponeret, & vim benedictionis impertiretur; qua sanè plurimum fuisse illi collatum constat ex ipsis diuinæ scripturæ libris. Quòd si hæc impositio manus tantum valebat, quamuis vmbra corporis esset, ad externa consequenda; quid corpori dicemus adesse ad intima, quibus maximè constat Ecclesia Christi?

III.

Gen. 27.

Post hæc autem constituta, ac firmiori legum vinculo stabilita Synagoga per Moysen Deus illud iussit, vt sacerdotes consecraretur impositione manus sacerdotalis effundentis super caput consecrandi oleū, vt in Exodo habetur. sic itaque ius tractandi diuina, & peragendi sacra non alia cæremonia deferebatur, quàm manus impositione.

IV.

Exod. cap. 29.

Quin etiam populus Hebræus cum sibi Regem dari cælitus postulasset, & eorum postulatis annuisset Deus, inductum diuinitus in mores, vt illi manu Prophetæ imposita super caput, & infundente oleum regiam potestatem consequeretur, id passim diuina scripta legentibus occurrit, vt aliquem locum speciatim proferre in medium non sit opus. Notum verò in consecrandis Episcopis caput oleo perfundi, in sacerdotibus manus. hinc à Petro nostrum sacerdotium vocatum regale. Quocirca si per hanc impositionem manus potestas sacerdotalis ac regia per vmbas conferebatur, nihil intimi ac solidi, nihil formosi ac speciosi habentes, oportet per nostra, quæ sunt instar corporis, conferri intimè solida, & formosa; quando id respiciunt & volunt Episcopi consecrantes, vt insuat in animos consecrandorum potestas illa regia quam Paulus in Ecclesia Christi positam tradit in dilectione, & Spiritu sancto.

V.

Rom. 4. Col. 1.

Huc etiam pertinet ille ritus in omnibus hostiis repetitus apud Hebræos, vt quoties immolandū foret aliquod animal, sacerdos super illius caput manus imponeret, & sacrificaretur, atque ita Deo foret acceptū, vt est in Leuitico. Quod igitur tum fiebat per vmbra quãdam, nunc re ipsa fit in Ecclesia, cum manus imponuntur ab Episcopis, & certa vitæ verba adiunguntur à sacerdote. Tunc enim fit quod canebat Dauid, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus nõ despicias. sic corpora nostra exhibentur Deo hostiæ sanctæ, viuentes, Deo placentes, quod monebat Paulus.

VI.

Psal. 50.

Est igitur necesse huic umbræ sacrificiorū in synagoga ex altera parte respondeat in Ecclēsia suum corpus, atque ita per manus sacerdotalis impositionem supra nostrū caput fiant corda nostra spiritus contribulatus, & contritus, corpora verò victimæ viuētes, Deo placentes. Quamobrem videtur hoc magis pertinere ad sacramentū pœnitentiæ, in quo manus à sacerdote imponuntur ad peccata dimittenda; sicut significat, ac respicit aliud consuetudo illa, qua Pontifex summus toti populo, aut etiam alicui solebat benedicere manibus supra caput extēsis, qua non id agebat, vt aliquā potestatē præstantiāq. populo largiretur, tantū bene precabatur, veluti dicimus nunc longè amplius per benedictiones Episcoporum tribui vt nobis peccata, quæ vocantur venialia, dimittantur. Sic asserimus similiter Christum, cū ascendens in cælum more Pontificis summi eleuatis manibus discipulorum suorū cœtui benedixisset, largiora illis dedisse. verbis nāque id ipse disertissimis explicauit vt in fine Euāgelij recitat Mattheus, Marcus, Lucas; expressumq. est à Paulo in epistola ad Ephesios. Quamobrem neque huc spectat quod idem Christus ægrotos sanaturus, manus illis imponebat; aut pueris benedicturus, idem faciebat: non enim tunc id volebat Christus, vt aliud illi assequerentur per impositionē manū, quā sanitatem, & gratiam quamdam communem, non directam ad alicuius diuinæ, singulariue potestatis præstantiæque assecutionem.

Ad summam sic Deus testatum voluit esse, per impositionem manus conferendam diuinitus supremam quamdam inter homines potestatem, vt nō satis habuerit id antiquissimis ritibus per Hebræos adumbrari, sed permiserit istud etiam à gentibus usurpari: Liuuius enim scribit Numam Pompiliū Regem consecratum ē sacerdotē per impositionē manus; ac Dionysius est auctor Flaminibus apud Romanos morem fuisse vt coronas gestarent ex instituto Numæ, sicut tiaras apud Persas: quæ quidem omnia gentes à veri cultus ac religionis sacerdotibus accepta ad suas superstitiones traduxerunt, vt scribunt Iustinus in Apologia ad Antoninum, Tertullianus libro de præscriptionibus, Iulius Firmicus de erroribus profanarum religionum. Ea porro sinebat Deus ad maiorem veritatis testificationem, nostrarumque rerum, quæ post venturæ erant, corroboracionem: nam si per hæc, quæ vel profana omnino erant, tantum tribuebatur de consensu gentium, vel etiam si sacra erant, vt apud Hebræos, tamen umbræ ac figuræ erant respectu rerum nostrarum; quid per nostras cæremonias conferri dicemus, cū iam Christus Deus assumptione humanitatis, sui que corporis coniunctione cum nostro effecit vt humana trāferrentur in diuina, nostra que nos Deo copularent, Deumque nobis inspirarent? atque ita, vt inquit S. Ioannes, fecit nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, vt regnemus non in cælo solum, sed etiam, vt ipse testatur, super terram.

CLASSIS QUINTA, ET SEXTA.

Idem probatur doctoribus, & conciliis. Cap. V I.



Verustissimis itaque ritibus hæc adumbrata, quæ, quanta que forent, cūcti scriptores Catholici clariùs explicarunt, apertissimè differentes, in collatione sacerdotij gratiam simul diuinam conferri, Spiritūq. sanctum nobis infundi, ac proinde ordinem esse sacramentum, bonorumque omnium, quæ sint in terris, summam. Audi Ignatium, qui sic ad Trallianos: Episcopus forma est patris omnium, presbyteri verò sicut confessus Dei, & coniunctio Apostolorum cum Christo: sine ipso enim Ecclesia electa non est, neque collectio sanctorum, neque congregatio sancta. ] & ad Smyrneses: Episcopum autem tāquam principem sacerdotū imaginē Dei ferentem, principatū quidē secundū Deum, sacerdotium verò secundū Christum, & post hūc honorare oportet etiā Deū. ] & mox: Sacerdotium enim summa est omnium bonorū, quæ in hominibus cōsistunt, ] & ad Heronem diaconum, recensens sacramenta quæ Episcopi administrant, annumerat iis ordinationem, sic inquit: Sine Episcopis nihil agas; sacerdotes enim sunt, tu verò minister sacerdotum. illi enim baptizant, sacerdotium agunt, ordinant, manus imponunt, tu verò eis ministras. ] Hæc sanctus ille, quem sequitur Dionysius à Gregorio Magno meritò vocatus venerabilis & antiquus Pater. hic vbi ordines Ecclesiasticos enarravit per omnia respondere in terris Angelorum ordinibus, qui sunt in cælo, sic inter alia, sacerdotū descriptio-

Leu. 9.

Dion. lib. 2.

Apoc. cap. 6.

PATRVM TESTIMONIA.

Homilia 34. in Euang.

Eccl. hier. 2. 8.

A descriptiones diuinarum actionum simulachra quædam sunt, quod ornati distinctiq. diuinarum actionum ordinis certas ratasque illustrationes in se declarant, in primas, medias, postremasque actiones, & ordines distinctionibus Hierarchiæ propriis distributæ sunt, exprimentes, vt dixi, in se ratum distinctumque diuinarum actionum ordinem. quoniam enim Deus ipse mentes, in quibus fuerit, expiat primum, deinde illustrat, illustratasque perficit ad diuinam similitudinē & imitationem, rectè sacer ordo, qui diuinis similitudinibus imaginibusque præest, se in distinctos ordines atque facultates diuidit; quo planè declarat diuinas actiones in sanctissimis, ac non perturbatis confusisque ordinibus constanter distincteque consistere. ] Hæc ille clarissimè explicans per ordines nos expiari, illustrari, & perfici sic à Deo, vt similes Deo simus, ac diuina actio constanter in nobis consistat. Eadem scriptor ille antiquus Cypriano æqualis, libro de ablutione pedum: Baptismum repeti ecclesiasticæ prohibent regulæ, & semel sanctificatis nulla deinceps manus iterum consecrans præsumit accedere; nemo sacros ordines semel datos iterum renouat: nemo sacro oleo lita iterum linit, aut consecrat; nemo impositione manū, vel ministerio derogat sacerdotum: quia contumelia esset Spiritus sancti, si euacuari posset quod ille sanctificat, vel aliena sanctificatio emendaret, quod ille semel statuit, & cōfirmat: ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor, & auctor. ] Basilii iisdem contentit libro 2. de bapismo quæst. 8. Nobis, ait, præter locum periclitatur mandatum, maximè si sacerdotij sacramenta perficiamus in profanis locis, cū huiusmodi res declarat contemptum perficientis. ] Sequitur hos Ambrosius sanctus, qui sic libro de dignitate sacerdotali: Homo imponit manum, Deus largitur gratiam; sacerdos imponit supplicem dexteram, Deus benedicit potenti dextera. ] Idem verò tradit in epistolas Pauli: similiter Pacianus epistola prima ad Sempronianum: Solum hoc inquires, Deus potest, verum est. sed & quod per sacerdotes suos facit, ipse potestas est. Nam quid est illud, quod Apostolis dicit: Quæ ligaueritis in terris, ligata erunt & in cælis; & quæcumque solueritis in terris, soluta erunt & in cælis? ] Cur hæc, si ligare hominibus ac soluere non licebat? An tantum hoc solis Apostolis licet? ergo & baptizare solis licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare, quia totum hoc non aliis, quā Apostolis imperatum est? Quod si vno in loco & resolutio vinculorum, & sacramenti potestas datur, aut totum ad nos ex Apostolorum forma & potestate deductum est, aut nec illud ex decretis relaxatum est. ] & Martyrius ad Nectarium Episcopū Constantinopolitanum, vt est apud Sozomenum: Tu, ait, o beate recens baptizatus ac purificatus, & mox in super sacerdotio auctus es. vtraque autem hæc expiatoria esse Deus constituit. ] Eodem modo Hieronymus dialogo contra Luciferianos passim comparat ordinationem baptismo, & inter alia, Si in fide, inquit, sua baptizato baptizans nocere nō potuit: & in fide sua sacerdotem constitutum constituens non inquinauit. ] Hæc ille tradens non officere ordinato ad assequendam per illapsū Spiritus sancti cordis munditiam, puritatemque, ordinantis aliquod vitium. Et sanctus Ioannes Chrysostomus toto opere de sacerdotio idem passim docet: Hinc sacerdotium, inquit, in terra peragitur, sed in rerum cælestium classem ordinemque refertur. Atque id perquam meritò; quippe non mortalis quispiam, non Angelus, non Archangelus, non alia quæuis creata potentia, sed ipse Paracletus ordinē eiusmodi disposuit. ] & post: Tum probè intelliget, quanto sacerdotes honore, quanta dignitate Spiritus sancti gratia dignata sit. ] Sed vt finem faciamus, neque in re apertissima nimium temporis teramus, & lectori simus fastidio; audi Augustinum, qui sic libro 2. contra Parmenianum, & ceteros Donatistas, Ipsi, inquit, explicent, quomodo sacramentum baptizati non possit amitti, & sacramentum ordinati possit amitti. Si enim vtrumque sacramentum est, quod nemo (audi hæretice) dubitat, cur illud nō amittitur, & illud amittitur? Neurri sacramento iniuria faciendū est. ] Hæc vir ille sanctitate & doctrina præstantissimus, à quo habemus rem fuisse apud omnes indubitatam, ordinem esse sacramentū. Idem docetur ab eodem multis in locis, præcipuè verò libro secundo contra Parmenianum cap. 2. Atque vt cum Græco doctore concludamus, sic ait Gregorius Nyssenus oratione de bapismo, Eadem vis etiam sacerdotem augustum & honorandum facit, nouitate benedictionis à communitate vulgi segregatum. cū enim heri à tempore superiori vnus è multitudine ac plebe esset, repente redditur præceptor, præses, doctor pietatis, mysteriorum latentium præsul; eaque contingunt ei, cū nihil corpore vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam attinet ille sit qui erat, inuisibili quadam vi, & gratia inui-

PATRVM TESTIMONIA.

Cap. 5.

1. Cor. 12. 1. Tim. 2.

Soz. lib. 7. c. 10.

Lib. 3.

Cap. 13.

Epi. 50. ad Bonifacium de bono cōt. c. 18. 24. sermone de gestis cū Emerico.

tia inuisibilem animam in melius transformatam gerens. ] Hæc ille de vi sacramentorum agens. A

Quod si quis adhuc præter hæc testimonia desideret auctoritatem Conciliorum, habet Concilium Chalcedonense, quod canone secundo damnat eos, qui pecunias pro ordinatione suscipiunt; adiicit causam, quia gratiam Dei vendere censentur. Idem continetur Concilio Bracharense secundo, canone tertio, multisque aliis. Denique Synodo Florentina, cui interfuerunt Græci omnes, sic est idem constitutum, quasi ex omni tempore sic in Ecclesia Dei creditum fuerit; vt omittamus sanctiones sacratissimas Concilij Tridentini. Hæc verò nobis esse videntur satis ac super ad explicationem probationemque tanti sacramenti, contenti de Presbyteris & Episcopis dixisse, omittentes quæ pertinent ad Diaconos, Subdiaconos, & alios in minoribus ordinibus constitutos, de quibus memere vetustissimi quique, vt Dionysius Areopagita, Ignatius in epistola ad Tarsenses & Smyrneses, Tertullianus libro de præscriptionibus, Cyprianus, Cornelius Papa, vt est apud Eusebium, Concilium quartum Carthaginense: quamquam nos ordinum omnium gradus ad antiquissima exordia, Dei que & Christi apertiora instituta, per quæ habemus illos, reducere possimus.

Cyp. ep. 24. vel 25. lib. 3. & 68. vel 4. lib. 11. Euseb. lib. 6. c. 33. hist.

*Episcopi indulgentias largiuntur, excommunicant. Sacerdotes baptizant, absolunt confitentis, vngunt morientes, consecrant matrimonia, consciunt corpus Christi. Cap. VII.*

**N**X hac autem coniunctione eiusdem regni fit, vt Episcopi & Presbyteri infundant per sacramenta Spiritum sanctum, in quo præcipue positum regnum; fit etiam, vt Episcopi Rectores sacros constituant in Ecclesia Dei, nimirum dent ordines; & quado Rectorem est etiam, subiectis lapsis quidem, sed in via redeuntibus indulgere, cõtumaces autem punire; quibus duabus functionibus absoluitur, quæcũq; reliqua p̄tinēt ad Antistites supremos. rectè Episcoporum sunt partes, indulgentias largiri, & excommunicare. Inspiciamus de indulgentiis. Peccatores quamuis à vitiis respiciant, & à Deo recipiantur ob id in gratiam, rei tamen sunt quandoque poenæ soluendæ, quam multæ causa debent; quamuis fieri possit, vt tanto animi ardore detestati priora peccata ferantur penitus in ipsum Deum, vt & poena ipsis à diuina clementia condonetur. Hæc autem sunt ad eò vera, vt putidum mihi videatur recitare, acrefellere cunctas hæreticorum ineptissimas nugas, & mendacissima commenta. satis sit attigisse quædam quantum postulat ipsa rei subiectæ ratio: alioquin nullus vmq; finis esset: neque ad omnia stultis, quales omnium maximè sunt hæretici, respondendum. Cum sint igitur peccatores quodammodo obstricti are alieno, in Ecclesia sunt opes vnde satisfacere possint: ea sunt Christi merita, & quæ ab his omnino pendent merita sanctorum, quibus Ecclesia maximè locupletatur. Quilibet enim ex Ecclesia, quidquid habet, id in commune refert, vt cunctis prodesse possit. Nam quidquid agunt Catholici, & patiuntur, id agere & pati exemplo Christi volunt: at Christus quidquid egit, ac passus est voluit cunctis illud fidemque ipsius vnam sequentibus prodesse: Christo igitur per hos animi, fidei vnus, coniunctionumque nexus, quos explicauimus, adglutinati Catholici, quidquid agunt ac patiuntur, id similiter, quantum diuinitus datur, singulis Catholicis efficaciter prodesse volunt. Cum verò certissimum sit alijs alios esse meliores ac peiores; quod qui negat, insanit, necessariò maiores alijs, aut minores poenæ debentur, aut debita condonantur. Conuellit autem fundamenta Christianæ caritatis, qui negat alium non posse illas pro alijs Christianis, atque ita Christo donante, satisfacere. Quocirca sunt singuli Christiani fratres eandem incolentes domum, Ecclesiam Dei scilicet. Paterfamilias summus Deus & Christus: ab hoc alijs alijs minores maioresque patresfamilias cõstituti Episcopi & Sacerdotes. In hoc igitur coetu, per quem summus ciues sanctorum, & domestici Dei, quidquid à nobis acquiritur, vniuersis est cõmodo, & vtilitati, lucrumque cõmune reputatur; quod à præfectis distribuitur pro cuiusque necessitate & vsu. Idcirco Apostolus vocat præpositos Christi ministros ac dispensatores. ac fidelis ille seruus à Christo vocatur, qui constitutus super familiam, dat illi in tempore tritici mensuram. Sed quæ diximus, singillatim probemus, ac primùm merita sanctorum à Christi

**A** Christi meritis profecta proficere vniuersis, deinde per ea magis deriuari in nos merita Christi, postremò ad præfectos pertinere eorum distributionem. & quidem spectare ad vniuersos, quidquid boni sit à singulis, & emolumentum inde eos percipere, constat apertissimè ex ijs Christi verbis: Mittam, inquit ipse, ad illos Prophetas & Apostolos; & ex illis occident, & persequentur, vt inquiratur sanguis omnium prophetarum à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ, quem occidistis inter templum & altare. ] Audin' impiis obesse sanguinem sanctorum, nec modò eorum qui ab ipsis fuerunt occisi, sed à quouis, etiam si ab Abelo principium ducas. impios igitur sanctorum sanguis exagitat, & puniet, pijs autem nihil afferet boni? Numquid seueritas Dei maior, quàm clementia? scriptum profectò est: Misericordia eius super omnia opera eius; & misericordiae eius nõ est numerus. ] Moyses autem nihil est magis admiratus, vbi in conspectum venit eius, quàm

Matth. 23. Luc. 11.

**B** miserationem. Necessè est igitur dicamus, bonis vtilitati esse merita, sanguinemque iustorum. An non hoc Paulus palàm profitetur ad Romanos scribens: Omnia enim, inquit, vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephias, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura; omnia enim vestra sunt. ] Et ad Corinthios: Mors, ait, in nobis operatur, vita autem in vobis. ] & post: Scientes, quoniam, qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum: omnia enim propter vos, vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei. ] His Paulus ostendit ideo Apostolos quotidie mortem subire, vt alii viuant, suscitentur cum Christo, constituentur inter beatos: & propter eos esse omnia, vt maior gloria Dei existat, per cuius milites & antesignatos fit vt plurimi ad ipsum perducantur; non dubitantibus ijs hac de causa labores omnes subire, omnia pericula, mortè denique ipsam, si res ita ferat, adire. ] Rursus idem Paulus ad Philipenses: Sed & si immolor, scribit, supra sacrificium, & obsequium fidei vestrae gaudeo, & congratulor omnibus vobis. ] Testatur itaque Paulus immolari sanctos ea de causa, vt alij sacrificentur, & obsequantur Deo. ] Hinc idem Paulus: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. ] Anathema antiquitus erat animal illud apud Hebræos, cuius capiti omnium peccata imponi dicebantur, atque ita immolabatur. Et sanctorum igitur capiti crimina aliorum imponuntur, vt ea per illos expientur. Hoc egit Dauid, cum deprecatus à populo vltionem diuinam, totam in se poenam transferri voluit, atque ita placatus est Deus. Ac ne putes dumtaxat viuentes id posse, non etiã defunctos; legimus Hebræos miserrimè à Deo fame confidatos ob quoddam Saulis piaculum in Gabaonitas admissum, quamuis multos ante annos Saul obiisset. Nisi sumus adeò excordes, vt putemus Deo magis vltionem, quàm miserationem cordi fore.

Rom. 3.

1. Cor. 4.

Philip. 2.

2. Reg. 21.

**C** Quid? mitigabatur antiquitus ira diuina sacrificijs animalium, & non mitigabatur operibus sanctorum? Et quæ magis accepta Deo, quàm cogitata eorum, dicta, facta? Sacrificium, Dauid inquit, Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Et quò respexit Paulus, cum dixit? Obsecro vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, viuentem, Deo placentem. ] Vult scilicet imitemur Dauidem, qui se Deo vlciscenti obiecit, vt Deum placaret. Sic Ignatius in suis epistolis profitetur sapius se pro Christianis immolandum: ac sapius in diuinis libris protestatur Deus ipse, se multa condonare Hebræis propter Abraham, Isaac, & Iacob. Eadem verò, quæ olim, nunc est Ecclesia: alij namque alijs succedunt. vt eadem Venetia, quæ olim, nunc esse dicuntur; licet antiquis ædificijs vel dirutis, vel vetustate collapsis omnia videantur mutata, cū per partes resecta fuerint, atque alia substituta. Non enim intercidunt vniuersitates, dum cadentibus alijs alijs sufficiuntur. Vt igitur concludamus, merita omnium sanctorum in vnum cumulum congeruntur, qui continet maximas opes, vnde nobis benignè fieri possit ab eis, quibus est huiusmodi opum distributio commissa. Videamus iam, quod propositum nobis erat secundo loco, per sanctorum merita magis in nos influere merita Christi: & quidem si ostendimus nobis ea prodesse; prodesse verò non possunt, nisi propter Christum; palàm fit quod præ manibus habemus. Porrò qui iustiores sunt, ij Deo propinquiores; qui minus iusti, ij longius absunt. Et quo quisque alijs minus magisque sanctimonia præcellit; eo minus, magisve diuino spiritu affatur, & per ipsum diuina in alios bona deducuntur. Nam veluti propinquiora membra magis afficiuntur membri propinquantis habitudine; sic in Ecclesie corpore defuit à capite Christo virtus, gradatimque dimanat per propinquiora membra, in ea, quæ longius absunt. Id innuit Dauid cum cecinit: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum; sicut vnguentum in capite,

Psal. 50. Rom. 12.

**D** Quid? mitigabatur antiquitus ira diuina sacrificijs animalium, & non mitigabatur operibus sanctorum? Et quæ magis accepta Deo, quàm cogitata eorum, dicta, facta? Sacrificium, Dauid inquit, Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Et quò respexit Paulus, cum dixit? Obsecro vos, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, viuentem, Deo placentem. ] Vult scilicet imitemur Dauidem, qui se Deo vlciscenti obiecit, vt Deum placaret. Sic Ignatius in suis epistolis profitetur sapius se pro Christianis immolandum: ac sapius in diuinis libris protestatur Deus ipse, se multa condonare Hebræis propter Abraham, Isaac, & Iacob. Eadem verò, quæ olim, nunc est Ecclesia: alij namque alijs succedunt. vt eadem Venetia, quæ olim, nunc esse dicuntur; licet antiquis ædificijs vel dirutis, vel vetustate collapsis omnia videantur mutata, cū per partes resecta fuerint, atque alia substituta. Non enim intercidunt vniuersitates, dum cadentibus alijs alijs sufficiuntur. Vt igitur concludamus, merita omnium sanctorum in vnum cumulum congeruntur, qui continet maximas opes, vnde nobis benignè fieri possit ab eis, quibus est huiusmodi opum distributio commissa. Videamus iam, quod propositum nobis erat secundo loco, per sanctorum merita magis in nos influere merita Christi: & quidem si ostendimus nobis ea prodesse; prodesse verò non possunt, nisi propter Christum; palàm fit quod præ manibus habemus. Porrò qui iustiores sunt, ij Deo propinquiores; qui minus iusti, ij longius absunt. Et quo quisque alijs minus magisque sanctimonia præcellit; eo minus, magisve diuino spiritu affatur, & per ipsum diuina in alios bona deducuntur. Nam veluti propinquiora membra magis afficiuntur membri propinquantis habitudine; sic in Ecclesie corpore defuit à capite Christo virtus, gradatimque dimanat per propinquiora membra, in ea, quæ longius absunt. Id innuit Dauid cum cecinit: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum; sicut vnguentum in capite,

**E** cadentibus alijs alijs sufficiuntur. Vt igitur concludamus, merita omnium sanctorum in vnum cumulum congeruntur, qui continet maximas opes, vnde nobis benignè fieri possit ab eis, quibus est huiusmodi opum distributio commissa. Videamus iam, quod propositum nobis erat secundo loco, per sanctorum merita magis in nos influere merita Christi: & quidem si ostendimus nobis ea prodesse; prodesse verò non possunt, nisi propter Christum; palàm fit quod præ manibus habemus. Porrò qui iustiores sunt, ij Deo propinquiores; qui minus iusti, ij longius absunt. Et quo quisque alijs minus magisque sanctimonia præcellit; eo minus, magisve diuino spiritu affatur, & per ipsum diuina in alios bona deducuntur. Nam veluti propinquiora membra magis afficiuntur membri propinquantis habitudine; sic in Ecclesie corpore defuit à capite Christo virtus, gradatimque dimanat per propinquiora membra, in ea, quæ longius absunt. Id innuit Dauid cum cecinit: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum; sicut vnguentum in capite,

Fals. 132.

capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in ora vestimenti eius, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. ] His verbis David explicat id quod priorum societati contingit, vt bona omnia sint illis communia, dum quod principibus eius membris est datum, in alia peruenit; perinde atque vnguentum in vertice diffusum decurrit vsque ad oras extremi vestimenti, & ros Hermon paulatim se insinuat in iuga, ac montes illi subiectos, qualis est mons Sion. Et Paulus ad Ephesios: Crescamus, inquit, in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vnusquisque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in caritate. ]

Cap. 5.

Meritis igitur sanctorum fit, vt quando illi sunt Christo coniunctissimi, nonnulli verò non ita, per eos habeant, quod debitum Deo exoluant. Ideo Apostolus ad Corinthios: Semper enim, inquit, nos, qui viuimus in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne vestra mortali. ergo mors in nobis operatur, vita autem in nobis. ]

2. Cor. 4.

Audin' à Christo vitam iustis dari, ac per eos ceteris non ita iustis? Rursus idem ad Colossenses, Nunc gaudeo, inquit, in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ defunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. ]

Col. 1.

Quid? deest aliquid passionibus Christi? proculdubio nihil. hoc vnum, vt eæ pertingant vi sua ad alios, in aliorum corporibus impleantur, ait Paulus, ad quem quidē pertingebat illa, cum maximo Dei Christi que amore inflammatus, nihil perhorrescebat, nihil non vltro adibat, exemplo Christi cuncta perpatiens in sua carne pro corpore Ecclesiæ, in quam per Paulum merita Christi defuebant; Paulique merita vna facta cum meritis Christi, quæ alioquin à se ipsis erant nulla, magnæ virtutis forent, iram auerterent diuinam, Dei iustitiæ satisfieret, & quod ex eis persoluebatur id satis esset ad luendam poenā, cui plurimi erant obnoxij ob sua delicta. Sed absoluamus reliqua, videamusque quorum sit distribuere has opes, spectat hoc ad Apostolos, & Apostolorum successores Episcopos: hi namque, vt ait Paulus, domui Dei præsumt. Huius rei exemplum est in Corinthio illo, qui incestum perpetrarat: ideoque traditus à Paulo fuerat Satanæ, & à communionem piorum semotus. Hic erat ob admisum crimen luendæ poenæ reus: Paulus illi eam condonat. sic enim ad Corinthios: Cui autem aliquid donastis, & ego; nam & ego quod donauit, si quid donauit propter vos in persona Christi. ] Et Dionysius Areopagita scriptum reliquit Episcopos posse poenam relaxare defunctis, si qua illi sunt obligati, ex quo vita decesserunt. Apud Cyprianum sæpè legimus, martyres in vincula coniectos solitos fuisse supplicibus libellis eorum, qui à societate Christianorum fuerant amoti, subscribere: ij denique porrigebantur Episcopis, in quorum potestate erat remittere poenam, & ex indulgentia illos admittere ad communionem, siue pacem dare, vt solet in sacrificio Misæ, cum dicitur sub Eucharistiæ perceptionem, Pax tecum, aut vobis; vbi iussissent prius, vt manus illis imponeretur à presbyteris, quod fit in confessione. Audiamus Cyprianum scribentem ad quosdam, qui quod Christiani essent, in vinculis erant: Cum vos, inquit, ad me litteras direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis dari pacem petitis, cum persecutione finita cōuenire in vnum cum clero & recolligi poterimus, illi (loquitur de quibusdam presbyteris) contra legem Euangelij, contra vestram quoque honorificam petitionem ante actam poenitentiam, ante exomologesim grauissimi, atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & Clero in poenitentia impositam, offerri lapsis pacem, Eucharistiam dare, id est sanctum Domini corpus profanare, audeant. ] est inter epistolas Cypriani, quædam Celerini ad Lucianum, in qua sic eum rogat pro Numeria & Candida, quæ parum constanti fide sacrificarant: Rogo itaque, inquit, domine, & peto per Dominum nostrum Iesum Christum, vt ceteris collegis tuis, fratribus tuis, dominis meis referas, & ab eis petas, vt quicumque prior vestrum coronatus fuerit, istis fororibus nostris Numeriæ & Candidæ tale peccatum remittant. ] & mox: Quorum iam causa audita, præceperunt eos præpositi tantisper sic esse, donec Episcopus constituatur: sed quatenus per vestras sanctas orationes & petitiones, in quas nos fidimus; quoniam estis amici, sed & testes Christi, quod omnia indulgeatis. ] Extat & alia epistola cleri Romani reprehendentis facilitatem eorum, qui in huiusmodi indulgentiis concedendis nimij erant: Vbi enim, scribit, poterit indulgentiæ medicina procedere, si etiam ipse medicus intercepta poenitentia indulget periculis? ] Atque hæc in Cypriani monumentis: quorum legimus etiam fieri mentionem in Tertulliani libris. sic enim ille ad marty-

2. Cor. 2.

Epistol. 2. vel 13. lib. 3.

Eccel. Hier. cap. vii.

Epistol. 2. vel 13. lib. 3.

Epistol. 2. vel 13. lib. 3.

Epistol. 2. vel 13. lib. 3.

Epistol. 2. vel 13. lib. 3.

Epistol. 2. vel 13. lib. 3.

marty-

A martyres: Pax, ait, vestra bellum est illi: quam pacem quidam in Ecclesia non habentes à martyribus in carcere exorare consueuerunt. ] Hæc Tertullianus. Ex his verò omnibus liquet, quid sit, quod aiunt vulgo, indulgentias dare. ] Obseruandum verò præpositos indulgere non posse, nisi ijs, qui ex animo respuerint. Nam qui in culpa est volens, veniam non meretur. culpam detestetur: & quidem si publica est, palam fiat, eum recedere à culpa. Ob id Cyprianus ait, imponendam manum, deinde indulgendum. loquitur enim de excommunicatis: de ijs scilicet, quibuscum Ecclesia nihil vult habere cōmune. ij prius absoluendi, & ad communionem recipiendi: recipiuntur autem, cum parati sunt obedire præpositis, & peccatum detestantur: alioquin si quis culpæ reus à conscio admitteretur ad communionem, is assentiretur, cum illo commune haberet crimen, à quo non vult recedere. Idcirco Paulus ad Timotheum: Nemini citò manum imposueris, neque communicaues peccatis alienis. ] communicaues alienis peccatis, qui persistentem in sententia peccandi absoluit, manus illi imponens, quod fit in confessione, aut ordinatione. ob id indulgentiæ numquam dari solent, nisi vel contritis, vel confessis, vt aiunt, id est quos ex animo poenitet flagitiorum. Colligi porrò potest ex his quæ dicta sunt, quid sit excommunicare. Est enim nihil habere velle cum aliquo commune. communia verò sunt Christianis, & esse debent omnia bona, & vbi exigit vsus, etiā externa. Nam si quis ei, qui non habet omnino vnde se alat, nec spes est habiturum, non largiatur de suo, cum possit; vbi non pauit, inquit Ambrosius, occidit. Excommunicare autem spectat ad Episcopos, quibus cura est credita Christianorum, suntque instar patrum & pastorum; ideoque totius rei domesticæ procuratio eos attingit; morbidæque oues ab illis seiungendæ. Abundèque probatum est nobis Episcoporum munus esse Ecclesiæ Dei gubernare. Neque, quod visum est hæreticis quibusdam, debet idem dici alienum esse à gratia Dei, & excommunicatum esse. qui est in crimine aliquo mortifero, est alienus ab amicitia Dei; sed nisi sit excommunicatus, quæcumque fiunt à iustis, illum protegent, ne diabolus Ecclesiæ acerrimus hostis per omnia quantum vellet in eum debacchetur: circuit enim tamquā leorugiens, ac si quem inuenerit extra caulas, maiorem proculdubio in illum potestatem exercet. Id ita esse, ex euentis, quæ referemus, liquebit. Vbi igitur aliquis quotidie in deteriora prolabitur, & cōtumax est, nec vult parere præfectis graue aliquid mandantibus, excommunicatur, vt vel à diabolo exagitatus ad mentem redeat, aut nisi redire velit non sit malo aliis exemplo. Audi Paulum: Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicauit, vt præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu tradere huiusmodi interitum in carnis, vt spiritus saluus fiat in die Domini. ] Hæc Paulus tollens de medio Christianorum, & Satanæ Corinthium tradens. erat igitur in medio, antequam per Paulum tolleretur. respuit ille, & intra septa ouilis eum Paulus postea recepit. Est igitur aliquid commune Ecclesiæ cum peccatoribus, qui non sunt excommunicati. Quid? non quidem peccatum, sed diuini patrocinij aduersus incurfiones Satanæ munimen. ne rot ac tanta impius hostis, quot ac quanta vellet in eum possit. Diuinum patrocinium sequitur, quidquid boni sit à Christianis, quod volentibus prodest, nolentes inuitat, idem singulis horis ante oculos mentis eorum proponitur à Spiritu diuino intumè Ecclesiam, vt ostendimus, permeante. Idcirco verè dictum de Ecclesia: Montes in circuitu eius, &

D Dominus in circuitu populi sui. ] Huius autem excommunicationis crebra sit mentio in scriptis antiquorum patrum. Sic Cyprianus scribit Felicissimum abstentum cum suis sociis: de ceteris, qui ab eo recesserant, acquiescere ait maluisse, vt cum Ecclesia matre remanerent, & stipendia eius Episcopo dispensante perciperent. Quibus verbis excommunicatos comparat militibus, quos Imperator ignominia notatos dimittit: qui remanent in Ecclesia, comparat militibus, quibus sua soluuntur stipendia, nimirum bona diuinitus Ecclesiæ concessa, quorum, vt diximus, distributio ad Episcopos spectat. Is igitur, qui eiectus est, hostium telis patet, & insidiis, nec stipendia meretur. Audiamus adhuc eundem Cyprianum: Interfici Deus iussit sacerdotibus suis non obtemperantes, iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes. & tunc quidē gladio occidebantur, quando adhuc & circumcisio carnalis manebat: nunc autem quia circumcisio spiritualis esse ad fideles seruos Dei cœpit, spirituali gladio superbi & contumaces necantur, dum de

E

E

E

Eccle-

1. Cor. 5.

Epistol. 38. lib. 5. vel 7.

Lib. 1. epistol. 62. vel 2.



Text. Apoc. 6.3.

Ecclesia eijciuntur; neque enim viuere foris possunt, cum Dei domus vna sit, & nemini fa-  
lus esse, nisi in Ecclesia possit. ] Hæc Cyprianus. ac rectè Tertullianus excommunica-  
tionem vocat diuinam censuram, & futuri iudicij præiudicium. Et Origenes excommu-  
nicatos ait traditos in potestatem Satanæ. Eadem dicunt Hilarius, Ambrosius, Chryso-  
stomus, Theodoretus, Leo Magnus: è quibus, vt ad propositum redeamus, intelligi potest  
quanta sit Episcoporum potestas; vt meritò dici possit idem per eos esse Ecclesiæ regnum  
cum Deo. Num maiora volumus? profectò maiora non dantur, si rerum initia spectes,  
quam quæ recitauimus. An leue videtur immittere dæmonas in contumaces? tradere  
rebelles excrucandos inferorum rabidæ crudelitati? videbimus id ita esse apertissimis  
euentis. Hoc quantum ad inimicos. Quantum ad obedientes, parum ne illis cælum refer-  
rari, Dei filios effici, Spiritu sancto diuinitus perfundi ac repleri? Neque verò presby-  
teris est huius amplissimi regni confortium negatum: nam cum sacramenta administrant,  
diuinitatem impartuntur, Dei filios gignunt, datumque est illis conficere è pane & vino  
Christi corpus: atqui hoc est multo maius, quàm si quidquid est vsquam fabricarentur;  
corpore namque Christi nihil est excellentius. Ob has igitur causas clausæ cælimagna  
ex parte presbyteris sunt data. sunt tamen præter has adhuc aliæ: quas vt explicemus,  
sciendum sacrificia antiquitus fieri solita, vel vt Deo satisfaceret ob aliquam noxam, vel  
vt à Deo aliquid obtineretur, vel vt gratiæ agerentur. Quocirca & in oblatione corpo-  
ris Christi peragi idem potest; nam & illud offertur pro delictis nostris, vt eorum poena  
nobis condonetur, aut iis pro quibus offerimus: similiter vt Deus aliquid nobis largiatur;  
postremò vt gratias illi agamus, gloriam demus. hæc autem sunt maximi momenti. Le-  
gimus enim plurima ac grauissima diuinitus concessa hominibus tum viuus, tum defun-  
ctis: qua de re rum suprâ egimus, cum de sacramento Eucharistiæ diximus in classe figu-  
rarum, quantum pertinet ad vim sacrificij, tum multa exempla adducuntur in signis se-  
cundæ coniunctionis, vbi scribimus de miraculis Eucharistiæ sumptæ.

*Ecclesia labi non potest in vniuersalibus fidei morumque decretis; idque locis  
quindecim scripturæ probatur. Cap. VIII.*



Vm sit igitur Ecclesia tantæ diuinitatis, vt omnia illi sint eadem cum Deo,  
quis vnquam leuissimè & impudentissimè dicere ausit illam labi? Nos  
asseueranter affirmamus Ecclesiam labi non posse; præsertim si confide-  
res Episcoporum Episcopum sanctissimum Papam: & de hoc quidem  
signo de Petri cathedra: hic in vniuersum de Ecclesia tota agemus, cui  
numquam præterea deerunt Episcopi, & homines Episcopis subiecti, qui  
rectam fidem tueantur. Singuli ex his cadere possunt; sed vt partes sunt vniuersitatis to-  
tius, & vniuersitati adhærent, (adhærebunt autè semper aliqui) nequaquam: quæ maxi-  
ma est huius regni, cuius est leges ferre, soliditas, ac firmamētū. Qui sunt igitur ex ea, pos-  
sunt illi quidem cadere, & populi, & nationes, siue fidè spectes, siue iustitiam. Sed hoc non  
est Ecclesiæ vitio vertendum: non enim crimina approbavit illa vnquam, maximè sem-  
per damnauit, diris addixit. Ecclesiæque illud esse dicitur, quod Episcopi in Conciliis  
approbati à sanctissimo Papa, vt est huiusmodi, in rebus ad cultum diuinum moresque  
Christianos spectantibus deliberatò decernunt. Horum namque omnium est Ecclesiam  
vniuersalem legibus moderari. Sed quoniam clementia principem locum tenere inter  
virtutes solet, iure Ecclesia amplectatur illam. amplectatur autem, vt faciliùs aberrantes  
à recto tramite in callem iustitiæ reducat, & alieni à recta religione ipsius mansuetudi-  
ne alliciantur ad veritatem colendam, & diuinæ bonitatis patientiæque argumentum  
insigne in malis tolerandis elucescat. Mali tamen, quatenus mali, id est quantum ad pec-  
cata, quæ singulorum sunt, non vniuersitatis, non sunt ex Ecclesia, nisi quatenus illi subi-  
iuntur, & corripi debent. at subiici ipsi, corripi ab ipsa sanctum. Non sunt, inquam, mali,  
vt huiusmodi sunt, ex Ecclesia: nam malum illud ab ipsa respuitur, exsibilatur, explodi-  
tur, exterminatur, ad nihilum redigitur, quantum fieri potest. sunt verò quantum ad re-  
ctam doctrinam, cui se illi addixerunt; ob quam sacramentis initiati Ecclesiæ subsunt, &  
ab illa inuitantur ac compelluntur, vt ad meliorem frugem redeant. Sic etiam Deus ius-  
tissimis legibus cuncta moderatur, & tamen peccatores esse permittit; permittit autem,

vt ex

A vt ex ipsorum iniquitate bonum aliquod, immo multo maius bonum eliciat, & in lucem  
producat. Similiter Ecclesia è malis bonorum maximorum colligit vberrimos fructus.  
Principum quidè leges iniustæ esse possunt, Ecclesiæ numquã. Quis enim ferat Adrianū,  
quem nonnulli scriprores tantopere laudat, dum sancit Antinoum pro Deo coli, & ob id  
Christianos insectatur? quis populū Romanū, dum Veneri, Cupidini, Febri, Sterquilinio  
diuinos honores senatusconsulto decernit? quin tēpla, aras, sacerdotesq. flagitiosissimis  
Imperatoribus instituit? Labi potuit antiquitus synagoga, & lapsa est nonnūquã: Ecclesia  
neq; lapsa vnquã, neq; labetur, cū statuit ea, q̄ ptinent ad veritatis Christianæ doctrinã,  
moresq. populorum informandos. Quia in re anima duertè dum religionis lumen diuinã,  
quo Ecclesia repletur ac gubernatur, facere sapientissimè, vt interdum conuiueat illa ad  
quædam, toleret, laudet etiã, quantum ratio permittit. Non enim, si exempli gratia lau-  
det Ecclesia, hortetur, iubeat Aristotelis libros explicari in scholis, idcirco definit ea ve-  
ra, quæ Aristoteles tradit; sed lectionem huiusmodi maximè facere ad percipiendâ dis-  
ciplinâ videt; ideoq. præfert eam cunctis: sic breuiarium precum diuinarum cõmendat.  
Idcirco in eius decretis semper, quid certò ac speciatim dicatur, inspiciendâ. Sed quã di-  
cimus fiet illustrius, si quod contigit olim Iudæis, id afferemus in medium. Filij Israël cum  
vellent pœnas sumere ob delictum quoddam admissum à Tribu Benjamin, cõsuluerunt  
Dñm, dicentes: Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Benjamin?  
Respondit Deus: Iudas sit dux vester. cõmissum prælium, cæsa è populo Israël ab hosti-  
bus hominum viginti millia. Rursus ille populus percunctatur Deum: Debeo vltra pro-  
cedere ad dimicandum contra filios Benjamin, fratres meos, an non? Responsum est à  
Deo: Ascendite ad eos, & inite certamen. Collatis signis Tribus Benjamin prostrauit è  
gente Israël hostium millia decem & octo. Quærit à Deo Israël adhuc: Exire debemus  
vltra ad pugnam contra filios Benjamin, fratres nostros, an quiescere? Respondit Deus:  
Ascendite: cras. n. tradã eos in manus vestras. Ventū ad manus. Benjamin populus p̄si-  
gatus, & ad internecionē ferè cæsus. Ex hoc euentu colligi potest, q̄ sint in oraculis diui-  
nis, qualia reputamus Ecclesiæ decreta, verba inspicienda ac pensanda. Existimabāt ce-  
teræ Tribus responsis illis Dei victoriã significari: at nō speciatim, certoq. ex illis collige-  
batur. Eodè modo in sanctionibus Ecclesiæ, siue Conciliorum, & Pontificis Romani non  
est à præscriptis eorū verbis, vt veritatē possimus assequi, recedendū. Amplius in eis sæ-  
pè afferri solent rationes nō necessaria, sed quodammodo probabiles. Quid ita? quia vt  
persuadeat sat est lumini diuino, quo Ecclesia regitur, si quæ sunt rebus, personis, ac tēpo-  
ribus accommodata, pducatur in mediū. Nam quosdã facilius, quò velis, impelles ac duces,  
si vel apologū, vt Græci vocant, inferas orationi, eamq. rei, de qua agitur, adaptes. Vt Ser-  
torius ille, cū iussit è cauda equina paulatim pilos euelli, facillimè, quæ volebat, persuasit.  
Et cuius ille Romani plebè, quæ secesserat à nobilibus ad cõcordiã reduxit, prolato cor-  
poris humani mēbrorūq. eius exēplo. Et Christus libētissimè vtcebatur illis similitudinibus  
Lazarus, decē Virginiū, Publicani, Pharisei, Patrifamilias operas cõducentis, agrico-  
lę ferentis, & aliis huiusmodi. sic Ecclesia quosdã sæpè rationes adhibet in stabiliedis de-  
cretis, nō q̄ necessaria sint, sed q̄ vel oīno cõcedatur ac ponatur, vel maximè ad rē faciãt.  
Ac fieri potest, vt in iis, quæ possunt aliter, atque aliter esse, assumantur ea, quæ necessa-  
ria nō sunt, vera tamen essent, si res aliquo modo procederet. Exēpli gratia: Iussit Deus à  
Iona edici: Adhuc xl. dies, & Niniue subuerteretur. Hoc volebat Deus vt Niniuiteq̄ re-  
spiscerēt; ad hoc maximè cõducebat, id illis nunciari. futurū erat, vt edicto euentus ac ver-  
itas nō respõderet. satis erat, quæ iustitiæ veritas in præsens exigebat, vt nisi ij respiscerēt,  
Niniue euerteretur. Idcirco cū conditionale esset, neq; omnino verū, neque falsum fuit  
Iona oraculum; magis tamen verum pro rei præsentis ratione. Quod de Iona vaticinio  
dicimus, & de nuncio Isaiæ, quod attulit ad Ezechia, dicere possemus. Hieremias obiicit  
Iudæis, q̄ desciiuissent à vero Dei cultu; cum tamen insulæ Cethin nō desciiuissent ab im-  
piis superstitionibus. Quia in re non ille laudat insulas illas, q̄ impietatis suæ tenacissime  
forēt, sed q̄ cū forent illæ huiusmodi, multo magis decebat esse Iudæos. ex aliorum ini-  
quitate colligit, qd agendū. Menandrū, Aratum, Epimenidē citat Paulus, eo q̄ eorū di-  
cta veritatē poterant adiuuare, propter eos q̄ verbis ijs delectabantur aliqua de causa.  
Simili modo rationes, quas Ecclesia interdū in suis cõstitutionibus affert, satis est si con-  
ueniãt quouis modo rebus, tēporibus, & psonis, quibuscū res est. Quamobrè, quæ aiūt nō-  
nulli, Ecclesiã posse labi in causis, ob quas fiūt leges, nō facillè admittendū, si quæ diximus,  
bene ppendatur. laberetur illa, si causas eas veras decerneret & sciret, cū tales nō essēt.

Iud. 20.

Isa. 38.  
Iere. 2.

Illud verò ineptissimū, quod ait quidam, Iapsum Ecclesiā, quòd primis illis temporibus ceremonias Moysis aliqua ex parte sit amplexata. Bene erat illas admitti in ipsis Christiana religionis nondum adultæ incunabilis: diuersa tempora diuersos exigunt mores, diuersas constitutiones. Nā & Deus alias aliis ætatibus leges dedit, alias nepotibus Adami, alias liberis Noë, alias soboli Abrahami, alias Moyfi populoq. Hebræo, alias Christianis. atq; hæc sanè sunt, quæ aduersus Ecclesiæ puritatem solent ab hæreticis adduci. Cetera cum de Petri successore, & Conciliis agemus, latius explicabuntur.

Nunc quando contraria confutauimus, stabiliamus, quod est nobis propositum, Ecclesiā errare non posse. Est profectò id ad eò verum, vt sit principiū Christianæ doctrinæ. sic enim in duodecim Symboli dignitatibus: Credo sanctā Ecclesiā Catholicā. ] credimus igitur & esse Ecclesiā, & esse sanctā. at neque erit Ecclesia, neque item sancta, qua parte errat. Nam qui poterit esse Ecclesia, cui non sit fides recta, sine qua impossibile est, Paulo teste, placere Deo? Illius itaq; desinet esse Ecclesia dubio procul. Violatq; ac frāgit suā fidē, quæ quis Ecclesiæ notā inurit vllā: dissidet ab eo qd̄ in primis p̄stetur, principia fidei tollit. neq; hic mihi hæreticus dicat agi de Ecclesia occulta: nā Catholica apparet apertifsimè quæ sit, id est toto orbe diffusa: deinde qui fructus esset istius fidei & articuli? Cuncti Patres clamāt idcirco appositū, vt ab hæreticorū cōuētibus Ecclesiā Dei distingueremus.

I. argumētum.

II. In eadem sententiā Christus dixit: Super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi nō praualebunt aduersus eam. ] Quid est, Portæ inferi nō praualebunt aduersus eam? nihil scilicet, quod ex inferiorum ianuis egrediatur, poterit eā superare. erumpāt licet ex ijs acies totæ Tartaræ. & mala quidē omnia euomuntur ex illis, præcipuè tamen illinc eruētari mendacia & tenebræ dicuntur, quibus obscurari veritas possit. Hinc apud Mathæum: Filij, inquit Christus, regni eiciuntur in tenebras exteriores. ] & apud Lucā: Hæc est potestas tenebrarum. ] rursus alibi: Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. ] & Paulus: dæmones vocat rectores tenebrarum. Fore itaque dicit Christus Ecclesiam illustrissimæ veritatis & doctrinæ splendore coruscantem, quamuis ex inferis emittatur cuiusvis impiæ doctrinæ & hæreseos tenebricosa caligo. atque ita scimus non agi illis de Ecclesia occulta: quamuis cum loquatur de Ecclesia ædificata supra petram, vt signo de cathedra Petri ostendemus, manifestè de qua loquatur indicat. Postremò non erat quod se Christus Ecclesiæ occultè daturum promitteret; id enim certo certius est electis dari, vt aduersus eos portæ inferi haud praualeant.

Matth. 16.

1. Tim. 3.

III. Quæ cum sciret Paulus verissimè, ad Timotheum scripsit: Scias quomodo oporteat te conuersari in domo Dei, quæ est Ecclesia eius columna, & firmamentum veritatis. ] Quæ quidem Pauli verba sunt nobis clariùs aperienda. In Græco est, *στυλὴν*; quo vocabulo cōtinentur monumenta illa marmorea, æreæ, & cetera id genus, quibus Heroes ac Reges, qui memoriam suā conabantur immortalitati cōsecrare sua facta inscribentur vel litteris, vel aliis imaginibus, vt cunctis mortalibus essent manifestissima (ne ad nugæ occultæ Ecclesiæ, qd̄ ait Paulus, hæretici torqueant) quāuis cū de cōuersione loquitur, ostendit se nō agere de ignota. Nā qui Timotheus scisset quomodo cum istis cōuersetur, quos ignorasset? Tales erant pyramides Aegyptiorum, columnæq. & aræ Alexandri, & quas Strabo, & Herodotus multis in locis ab Hercule & Nechao Rege Aegyptiorum positas testantur. Ideo Nazianzenus duas illas orationes, quibus impia gesta Iuliani descripsit, *σηλητὸν τῆς αἰῶνος* à se dictas prope finem secundæ commemorat. Ecclesia itaque ad eò errare non potest, vt sit columna veritatis: ac quiuis in ipsius aspectu, quid verum sit, quid falsum, quid fugiendum, quid prosequendum, inscriptum legere & intueri possit.

Eph. 5.

IV. Hinc Christus, ait Paulus, dilexit Ecclesiā, & se ipsum tradidit pro ea, vt ipsam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt ipse exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculā, neque rugam. ] quo loco Paulus verba facit de Ecclesia, cui præsidebant Apostoli, Apostolorumq; successores hodie præfunt Episcopi.

Can. 1. 4. 5.

V. Et in Canticis Canticorū habetur: Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum. ] & : Quam pulchra es amica mea, immaculata mea. ] & : Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. ] Cum verò in Canticis dicitur Ecclesiam morari prope tabernaculo pastorem, progredi quasi Auroram, Lunam, Solem; palam facit, non agi de abscondito cœtu: nam quid minus absconditum, quàm Aurora, Luna, Sol, & cui sint sui pastores?

Isai. c. 9.

VIII. Et Isaias de Christo in Ecclesia regnate sic est vaticinatus: Super solium David, & super regnū eius sedebit, vt cōfirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia à modo & vsq; in sempiternum. ] In iudicio ait, vt Ecclesia iudicet quid verum sit, quid falsum, quid rectū, quid

A quid prauum: In iustitia autem, vt illud, vbi opus est exsequatur, quæ in occulto esse haud possunt, sicuti nō fuere regnū & solium David. Et alibi idē: Nō occident, & nō nocebunt in vniuerso monte sancto meo, quæ repleta est terra scientia Dñi, sicut aquæ maris operientis. ] Audin' ab Ecclesia nulli afferēdum nocumentum, & veritate ipsius ad eò operiendā terrā, perinde ac si mare, nō flumen, aut lacus cuncta inundet? Atqui hæc nō patere haud possunt. Rursus idē: Oculi tui videbunt (non igitur abdita hæc Ecclesia) Hierusalē habitationē opulentā, tabernaculum, quod nequaquā trāsferri poterit; nec auferētur clauiculus in sempiternum. & omnes funiculi eius nō rumpentur. quia ibi solummodo magnificus Dñs noster. ] His autē verbis quæso magnificētius aut illustrius dici, singive potest? nec clauos cōmoueri, nec funiculos dirumpi sacræ doctrinæ cōtinget vmq̄. Cupis apertiora? audi eundem: Et erit (de Ecclesia loquitur) ibi semita & via, & via sancta

Cap. 11. IX.

Cap. 39. X.

XI. Cap. 31.

B vocabitur. nō transibit per eā pollutus, & hæc erit vobis via directā, ita vt stulti nō errent per eā. ] Adeò igitur Ecclesia nō potest errare, vt nec stultus, si viā ipsius insistat, aberrare possit. neq; illa tortuosa sit vllō modo, sed directā, sed sancta. Atqui si de inuisibili (vt aiūt hæretici) Ecclesia loqueretur, nemo nō aberraret ab ea, q̄ nemo videre potest. Hæc verò omnia cōplexus est elegātissimis verbis alibi idē: Sicut, inquit, in diebus Noë istud mihi est, cui iuravi, ne inducerem aquas super terrā. sic iuravi, vt nō irascar tibi, neq; increpete. montes enim cōmouebuntur, & colles cōtremiscent; misericordia autem mea nō recedet à te; & cœdus pacis meq; nō mouebitur, dixit miserator tuus Dñs. paupercula, tempestate cōuulsa absq; vlla cōsolatione. Ecce ego sternā p̄ ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris: & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes lapides tuos in lapides desiderabiles, vniuersos filios tuos doctos à Dño; & multitudinem pacis filijs tuis, & in iustitia fundaberis. recede procul à calumniā, quia nō timebis, & à timore, quia nō appropinquabit tibi. ] Hui tantū ne veritatis, tantum dignitatis in Ecclesia, vt neq; sit ab vllis insidijs timēdum, neq; vllis insultibus inimicorū, sit è gēmis pretiosissimis maximè omnium cōspicuis, ne hæreticus dicat agi de occultis suis, cōstruētā? Atqui vt magis rem teneas; Deus vt scimus, iratus recessit à synagoga, nō quo ad plurimos discipulos, & Hebræos Christi sectatores, sed quo ad p̄tices & principes eius. quamobrem necesse est dicamus Deū polliceri Ecclesiæ hinc se nō recessurū ab ea quo ad pontifices & principes eius: alioquin nihil magis ei polliceretur, ac præstaret, q̄ synagogæ. Sed audi maiora: Eris, ait idē Isaias alloquens Ecclesiā, corona gloriæ in manu Dñi, & diadema regni in manu Dei tui. nō vocabitur vltra derelicta, sed vocaberis voluntas mea in ea; & terra tua inhabitabitur, quæ cōplacuit Dño in te. ] Quòd si Deus Episcopus

Cap. 14. XII.

XIII.

D Ecclesiæ reliquit, ita vt quæ sit ipsius Ecclesia ignoretur, qd̄ magis derelictū, & desolatū, cuius nullum qd̄ exister vestigium, sed inuisibilia omnia, vt aiunt? Huc vsq; Isaias: in cuius oraculis obseruādū quomodo gradatim euehat Ecclesiā ad summū maiestatis. Nā principio vult esse ipsam sedis instar, cui Deus insideat; vt scias ipsum Deum iudicare, leges

Cap. 9.

Cap. 11.

Cap. 39.

Cap. 54.

Cap. 62.

E Sed concludamus cum Hieremia, cuius hæc sunt oracula: Conuertimini filij reuertētes, dicit Dñs: quia ego vir vester; & assumā vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione; & introducā vos in montem Sion; & dabo vobis pastores (audin' hæretice? loquitur de Episcopis ac præfectis, nō loquitur de occultis quibusdā) iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. cumque multiplicati fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, ait Dñs, nō dicēt vltra arca testamētī Dñi, neq; ascēder super eos, neq; recordabuntur illius, neq; visitabitur, nec fiet vltra. In tēpore illo vocabunt Hierusalē folium Dñi, & cōgregabuntur ad eā omnes gentes in nomine Dñi in Hierusalē, & nō ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israēl, & venient simul

Hier. loca duo. XIV.

Hier. 3.

de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris. ] Hæc Hieremias de pastoribus, non de vno loquens, qui errare posset, sed de vniuersis simul; quos apertè ait Deus haud erraturos, neque Ecclesiam per eos. quòd si omnium sustineat personam, qualis est Pontifex Romanus, vt signo de Petri cathedra ostendemus; & hic, quamuis vnus sit, pastorum nomine continebitur, ex quo etiam fit hæc Hieremiæ verba de inuisibili, & vt aiunt, Ecclesia intelligi haud posse; nulli namque pastores illius apparent. quod præterea patet ex eo, apertè namque ait, ad Ecclesiam, quam nomine Hierusalem signat, congregandas omnes gentes; quod soli nostræ contingit, & res est sensibus subiecta.

XV. Rursus idem: Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israël, & domui Iuda foedus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum fratribus vestris in die qua apprehendi manus eorū, vt educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. dabo legem meā in visceribus eorū, & in corde eorum scribam eam; & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: cognosce Dominum. omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius. ] Ex his porrò verbis Hieremiæ consequitur loqui Deum de priuilegio Ecclesiæ Catholice concessio, vt vniuersalia concilia summi Pontificis auctoritate firmata, ipseq. summus Pontifex nō possint errare in vniuersalibus fidei morumq. decretis. in his enim solummodo Hebræi fecerunt irritum Dei pactum vniuersi; alioquin ex illis plurimi adhæserunt Christo, in his Apostoli Ecclesiæ fundamenta. sed quod irritum fecere Pontifices Hebræi, id ait nullo modo à Christianis faciendum. Est & aliud Hieremiæ oraculū in eādē sententiā cap. 33. quod nos explicauimus supra. Et mox: Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus, tunc & semen Israël deficiet, vt non sit genus corā me, dicit Dñs. ] Intellexistis iam tantū abesse, vt labi possit Ecclesia, & aberrare à recta via, vt ipse potius Deus sit filius ducturus ad domum suā, daturusq. ijs pastores, an iuxta verba & sensum Domini? iuxta cor Dei. dici amplius nō potest. autem scientia ipsa, ac doctrina, ita vt quemadmodum cibo alimur ac nutrimur, isq. in nostrā carnē vertitur, sic doctrina ac scientia sit nobis alimētum, quod intimè menti nostræ infigatur, eadēq. sit cū illa, in nobis Deus infideat, à cuius legibus adeo Ecclesia declinare nō possit, vt penitus illius cordi & visceribus sint insculpēdæ. Quomodo igitur ab ijs alienabitur, quæ infixæ illi erunt, immutatæ in ipsius naturā, cibi instar, profundo cordi ac visceribus inscriptæ? Quomobrem cadant licet singuli ab Ecclesia, siue illi subditi sint, siue præpositi, Ecclesiæ tamen vniuersitas labi non potest, quam referunt non singuli è præfectis, sed vniuersi; refert etiā quasi conspicuum caput Pontifex Romanus, qui quāuis vt singularis homo vel hæreticus esse possit, ac flagitiosissimus, hæretica q. & scelerata excogitare, dicere, machinari valeat, numquam tamen valuit aut valebit tamquam Pontifex vniuersalis iniqua & à recta fide dissidentia sancire, & iubere legibus promulgatis: alioquin nihil maius per ista oracula daretur Ecclesiæ, quàm synagoga, vt abundè est patefactum, & magis adhuc capite sequenti patefiet.

Ostenditur latè doctrinam Ecclesiæ esse diuinam. Cap. IX.

Onsequens est etiam iis, quæ dicta sunt, doctrinam ac leges, quæ ex hoc Ecclesiæ regno procedunt, (Regum namque est leges sancire, ac mores) maximè esse diuinas. Qua in re sciendum cunctis rebus, quæ sunt, vel esse possunt, diuini aliquid inesse. Vidit enim Deus, inquit scriptura, cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. ] At bonum est aliquod diuinitatis vestigium: nihilominus aliis alia magis habent diuini: & in rebus sunt discrimina, & gradus. quæ namque dumtaxat sunt, infimam rerum sortem tenent: his præstant, quæ sunt, & augentur: accidit ad hæc alijs, vt sint, augeantur, ac sentiant supra omnia hæc ponuntur, quæ præterea intelligunt, quales sunt homines, ac superæ mentes. Hominum porrò ij magis diuini, qui ad Christum propius accedunt. Elegit enim Deus, ait Paulus, nos conformes fieri imaginis filij sui. ] Affert alibi idem rationem, quia scribit, in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ] Hinc rursus non alia de causa se ait tot labores adire, nisi vt Christus in nobis formetur, & exhibeamus omnem hominē perfectum in Christo Iesu. &: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. ] &: Omnes filij Dei estis per fidē, quæ est in Christo Ie-

Rom. 3. Col. 2.

Gal. 4.

A sto Iesu. ] Et quidem per sacramenta similes efficimur Christo: non tamen illa perficiunt omnino, inchoationes sunt Christi. ideo Paulus, Intermittentes, inquit, inchoationes Christi sermonem ad perfectionem feramus, non rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptisumarum doctrinæ, impositionis quoque manuum. ] & paulo antè. Participes enim Christi effecti sumus; sit tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum teneamus. ] Hæc Paulus. His porrò sacramentis Christo assimilamur quo ad diuersa, quod supra annotauimus. Aliam namque similitudinem Christi Baptismus, aliam Confirmatio, aliam Pœnitentia, aliam Eucharistia, aliam Ordo, aliam denique alia nobis conferunt. Et ordo quidem, vt quod Christianis bono est diuino id discernere ac decernere possumus, vel à nobis inuentum, vel ab alijs inuentum quidem, sed à nobis approbatum, sanctiōneque definitum. Explicata sunt hæc à nobis supra, testimoniisque diuinis in medium adductis confirmata.

Heb. 9.

B Doctrina igitur Ecclesiæ est diuina propter ordinis sacramentū, quo qui consecrantur hauriunt hanc à Christo diuinitatē, vt ipsorum decreta pro ratione muneris cōmissi diuina sint, ac dicantur. Nam cū timidæ sint, ait Salomon, cogitationes hominū, & incertæ prouidentia nostræ, & innumera nos lateant; quid è re sit in explicandis negotiis, & veritate inuenienda, seu potius quid gratū sit Deo, neq. perspicere possumus plerumque, neq. tenere, nisi nos intimè Deus ad illud impellat, è sacramento Ordinis id assequimur, vt motione cælesti perducamur ad illa cognoscenda & efficienda, quæ maximè ad æternā felicitatē, mutuūq. Dei amorē subditos nobis prouehant. Quocirca si in vnū cōeant cuncti sapientes ac principes, referent illi quidē Deum ob sapientiā & principatū, tamen incidere in errores possunt. sint præterea sapientes isti, ac principes Christiani, sit illis idem cū Deo spiritus ob Christinatis sacramētum, sit illis vnū cum Deo corpus ob Eucharistiā; tamen in docendis alijs vox eorum diuina nō erit: poterunt nobis vias ostendere, quibus insistentes ad summū boni humani perducamur; sed vt nos certò doceāt, qui subuehamur ad numinis æterni consortium, diuinamque gratiam comparandam, id illis non datur.

Sapient. 9.

C Exemplo quod dicimus manifestū fiet. Quis vmq. diuinasset gratū Deo fore, Abraham pergere ad optimi filij cædem? Amalechitas omnes ad interfectionē dari, neq. vllū superesse clemētiæ locū? nihil è rebus Hiericuntinis referuari, sed omnia incēdio tradi? Hæc humana rationi videntur aduersari; attamen qui secus fecisset, à se Deum prorsus abalienasset. Et leges quidē ciuiles sunt diuinæ, cū bonæ sint, & nihil non bonū proficiuntur à Deo; sed à se ipsis ad cælestē felicitatē perducere nō possunt, nisi aduocent opem legum ecclesiasticarū; ad humanā felicitatē nos illæ promouebunt, non cælestē. At leges ecclesiasticæ à se ipsis suis opibus, quibus instructæ sunt diuinitus, adiuræ prouehunt homines ab beatitudine æternā. Humana verò felicitas, si diuinā cōparetur, nihili est æstimāda. De humana namque dictum est: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. ] de diuina: Oculus non vidit, auris nō audiuit, in cor hominis nō ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. ] Quocirca diuinæ sunt ambæ, & ciuiles, & ecclesiasticæ leges; sed facta collatione, nullius illæ momenti, hæc tanti, vt cogitatione id assequi nō possimus. Dicitur est præterea diuinitatē in nos per sacramēta delabi; ideo verba vitæ & spiritus vocātur, quibus vtimur in sacramētorū ministerio. & quod magis diuinum, quàm quod impertit diuinitatem? At inquires, nō omnia, quæ docet Ecclesia, spectare ad sacramenta vidētur. Sed hoc falsum. nihil enim nō agit Ecclesia, nisi vt sacramenta ritè administrantur, ritè percipiātur velle ipsa, vel desiderio; cū sit hoc illi in primis propositum, cunctos intimè adiungere & adglutinare Christo, vnumq. efficere cū Christo, & per Christū cum Deo.

Eccle. 1. Ista. 64.

D At Christo adiungimur sacramentorū interuētū, vbi legitimè fuerint percepta vel in effectu, vel animi saltē firma deliberatione. Has igitur ob causas diuinissima omnium Ecclesiæ doctrina; & quod sit à sacramēto, quo Christo copulamur, & à quo ad hoc speciatim diuinitatē sortimur; nullaq. illi labe subesse possit, qd est solius Dei: nosq. cælestes efficiat, ad sūmā felicitatē pducēs; & sacramētorū legitima pceptione diuinitatē largiatur.

I. II. III. IV. V.

E Neque verò quemquā moueat, qd obici solet, vel Pontificē Romanū, vel aliquos Episcoporum esse interdū vitiosos inuolutos. In primis. n. videtur hoīs esse impudētissimū asserere eo tēporis momento criminibus obnoxios esse vllos illorū, quo docēt; cū mens nostra dicto citius se possit in Deū penitus trāsferre. sed esto, vt volūt: nihilominus hac in re diuini sunt præcūctis, quāuis alijs in rebus sint flagitiosi. Sicut. n. Deus loqui potest p hoīs adumbrati simulacrū, qd ad hanc rem fidū fuerit dumtaxat; p afinā, qd cū Balaam fecit,

per vocem in aëre comploso efformatam, quod Moyſi & populo Hebręo in monte Synai contigit; ſic per hominem malum, qui malus non eſt hac in re, ſed bonus, ſed diuinus: & proculdubio diuiniore eius allocutio, quàm ficti ſimulacri, aſinave, aut vocis. Nam qua parte eſt homo, & ſacramentis ornatus præſtantior eſt huiuſmodi rebus. quod adeò eſt verum, vt diuiniore ſit Dei collocutio nobiſcũ per Eccleſiã, quàm per Angelos. Quamuis enim diuiniore Angeli, q̄ ſint homines, tamen ij verba nobiſcum facere nõ poſſunt, niſi ſimulacra ſingant aliqua, per quã nos appellẽt. at homines nobiliores quibuſuis imaginum ſigmentis. Præterea non eſt hoc Angelis diuinitus conceſſum, vt Eccleſiam moderentur, ac moderationis iſtius ſcientiam cœlitus fortiantur ordinario munere: Præſulibus hoc datum ſucceſſoribus Apoſtolorum, qui parte hac Angelis præcellunt, licet Angeli alioquin excellentiores. ſic gemmæ pretioſiores pruniſ; tamen qua parte calefaciũt prunæ gemmiſ præſtant. Mouetq̄ intimè Deus animos eorum, qui ſunt ordinis ſacramento initiati, vt non ſinguli, ſed vniuerſi videant quid expediat vniuerſitati Chriſtianorum, quæ eſt Eccleſia. Atque idem Deus mouet intimè Pontificem Romanum, qui eſt princeps huius vniuerſitatis, vt decernat quid facto opus ſit, vbi cõſtitutus eſt aliquid tamquam Pontifex vniuerſaliſ; alioſq̄ ſimiliter præſules impellit, vt pro temporum diuerſitate diuerſas edant conſtitutiones, renouent, immutent, abrogent: & tamen omnia diuina. Sic erat diuinum, vt Abraham filium ſuum imponeret altari ſacrificaturus, dicto Dei audiens eſſet, & poſtea deſiſteret à propoſito; Lex Hebræiſ per Moyſem daretur, quæ deinde eſſet abolenda; Ionas prædiceret euerſionem Niniue, & poſtea Deus id nolleret. Omnia hæc dubio procul diuina. Iam ſicut verba ſunt nobiſ ſigna, quibus animi noſtri ſenſa palàm facimus, quibus deſideramus: ſic Deus quaſi voce quadam intimo impulſu ciet animos præpoſitorum ad id agendum, quod diuinæ conueniat voluntati. ea verò motio, vox diuina, quam præcedere ſolent ac debent multa, inquirentibus præſectis, in quo conqueſcant, perinde atque in eo, quod Deo ſit gratum. & licet in Conciliis diuerſi diuerſa ſentiant, ſat eſt ſi plerique omnes de conſenſu maioris partis aliquid ſtatuant, quod à Pontifice poſtea Romano comprobetur. Ceteri namque qui ſecus opinabantur, necesse eſt animos demittant, agnoſcant infirmitatem, inopiamq̄. ſuam, qua necesse habent aliis aſſentiri; ac diuinitus mouentur, vt illorum ſententiæ accedant vnà cum reliquis Chriſtianis: atque ea motio vox quædam diuina.

At, inquires, Deus alloquetur etiam quoscumque impellet ad aliquid boni conſciendum. Ita profecto; ſed hoc intereſt, quod qui non ſunt ordinis ſacramento initiati, nõ eſt certum, ita proximè à Deo moueri, atque ita moueri, vt per ipſos via cœli pateſcat; hos autem certiffimum eſt moueri, quamuis Deum non videant: poteſt enim fieri, & ſæpè cõtingit, vt aliquem audiamus loquentem, neque illum tamen aſpiciamus. Sed quomodo conſtabit, præſules à Deo proximè compelli? Non ex aſpectu Dei, etiam ſi datum ſit nõnullis ſanctimonia vitæ maximè excellentibus, vt id quaſi per tranſennam, dum viuere intuerentur. Nobis autem nõ ita puris liquebit ex euidentiffimis ſignis, quæ ſingillatim proferemus, Eccleſiam diuino numine aſſari, ac gubernari ſemper; non è cauſis proximis & primis, ſed ab effectis. Iam ſi nos Angeli alloquerentur, qui nobiſ fidem faceret eſſe Angelos lucis, & non caliginis? Satanus enim, Paulus ait, tranſfiguratur ſe in Angelum lucis. Si miracula ederentur, & miracula quædam ediderunt Magi Pharaoniſ.

Tutiffimum ſit igitur ac certiffimum veritatis perſugium conſiſtere in Eccleſiæ decretis: cuius eſſe diuinam doctrinam, pergamus oſtendere. Neque enim voluit aliud Iſaias, cum dixit fore vt Deus ſuper folium Dauid, & ſuper eius regnum ſedeat, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia à modo, & vſque in ſempiternum. Solium verò Dauidis explicauimus eſſe Eccleſiam Chriſtianorum; quòd ij renaſcantur è Dauidis nepote Chriſto, propter nouam penitus inſtam, diuinamq̄ proſus animi, corporiſq̄ formam. Huic Eccleſiæ Deus inſidet, vt ſolio; vt ſemper inde iuſtitia, & iudicium rectiffimũ procedat. Et quemadmodum non tribunal, in quo iudices ſententias ſuas ferunt, dicitur controuerſias dirimere, & iura condere, ſed Iudex, qui ex illo decreta ſua promulgat, ſic non Eccleſia dicitur ſanctiones edere, quibus ambiguitates ex hominibus tollantur; ſed ipſi Deo, qui in Eccleſia, quaſi in ſolio quodam regio & iudiciali ſedebit, leges eius merito adſcribentur.

II. Huc reſpexit idem Iſaias, cum dixit Hieruſalem vocandam ſolium Domini: quocirca Dominus in Eccleſia, Hieruſalem nomine designata, veluti in ſolio ſuo ſedet.

Simi-

I. testimonium  
Iſai. c. 9.

Cap. 3.

A Similiter ipſe Dauid ſæpenumero aſſert in medium præclaras illas ſibi à Deo factas promiſſiones, fore, vt Chriſtus ipſe, qui proculdubio Deus, regnum eius, gubernaculaq̄ regni teneret: Elegit ait, Dominus Siõ, elegit eã in habitationem ſibi. Hæc requies mea in læculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Siõ vocat Eccleſiam Chriſti, quòd ibi conſtituta fuerit, vt diximus, in ea Deus habitat, in ea requieſcit, numquid otioſus, numquid deſes, numquid ſomno demerſus? domum profectò regens quaſi paterfamilias, alios filiorum ſuorum præponens aliis, alios ſubdens, remunerans quosdam, quosdam corripiens.

Ego autem, ait de ſe Chriſtus, conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, ] nimirum Eccleſiam Dei. quid? vt iners langueſcat? Vt prædicem, ſubdit, præceptum eius. ] in Eccleſia igitur Chriſtus prædicat præcepta Dei.

B Quocirca Iſaias cum dixit futurum, vt populi multi confluere ad montem Domini, ad Eccleſiam, & inuitare cunctas ad illum gentes, quoniam de Sion, addit, Exibit lex, & verbũ Domini de Hieruſalẽ ] de Eccleſia, quæ Sionis & Hieruſalẽ nomine designatur.

Ob id etiam Ezechiel ſic Deum inducit loquentem: Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam; & iudicabo inter pecus & pecus, & ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcet eas, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum; & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorũ. ego Dominus locutus ſum, & faciam cum eis paſtum pacis, & ceſſare faciam beſtias peſſimas de terra. & qui habitant in deſertis, ſecuri dormient in ſaltibus. & ponam eos in circuitu collis mei benediſtionem. & deducam imbrem in tempore ſuo. ] Hæc Deus, conteſtans fore, vt Chriſtus ipſe, qui Deus eſt, ſit Eccleſiæ paſtor, princepsq̄ in medio eius. & quid eſt, ero eis in Deũ? ] quod & apud alios vates ſæpe repetitur, Dauidem, Iſaiam, Hieremiam, nonne & Hebręiſ Deus erat? His verbis profectò nihil aliud ſibi voluit Deus, niſi ſe Eccleſiæ ſuæ in omnibus fore Deum: ita vt cũcta eius ſint maximè & omnino diuina.

Sed quoniam inſinitum foret ſingula vatum oracula recensere, veniamus ad Chriſtũ: Qui vos audit, ipſe ait ad Apoſtolos, audit me: & qui vos ſpernit me ſpernit. ] quæ verba Cyprianus non ad Apoſtolos dumtaxat pertinere credit, ſed per Apoſtolos, ſic ipſe loquitur, ad omnes præpoſitos, qui Apoſtoliſ vicaria ordinatione ſuccedunt. Quocirca idẽ eſt audire Chriſtum, & Apoſtolos, Apoſtolorumq̄ ſucceſſores. At Chriſti vocem quis diuinã neget? Ineptiſſimum porrò, verba illa Chriſti, Qui vos audit, ] ita coarctare, vt referantur ad ea quæ ſcripta ſunt ſolummodo: nondum enim ſcriptus fuerat vllus Chriſti fermo; neque de verbis loquitur Ieſus; ſed de iis qui verba habent, Qui vos audit, dixit. at ſcripta non audiuntur, ſed leguntur, ideo ſi ad ſcripta pertineret illa Ieſu ſententia, dictum eſſet, Qui vltra legit. Ster igitur, Chriſtum Deumq̄ audire, qui Eccleſiæ audit præpoſitos, id eſt Eccleſiam, ideoq̄ eius eſſe vocem diuinam.

Quocirca idem ad Deum, Ego dedi, inquit, eis ſermonem meum, & mundus eos odio habuit, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. ] Audin' datum Apoſtoliſ ſermonem Dei, ſermonemq̄ eorum eſſe diuinum? ac ne dicas eorum poſteris id negarum, paulo antè dixit: Verba quæ dediſti mihi, eis dedi, & ipſi acceperũt. ] & mox: Sanctifica eos in veritate. Non pro eis rogo tantũ, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobiſ vnũ ſint. ] Hæc Chriſtus, quibus ſanè verbis nihil eſſe poteſt dilucidius; vt ſciamus Eccleſiæ doctrinam cœleſtem; quando Chriſtus voluit, vt qui credituri eſſent in Apoſtolos, forent iidem cum Deo, & perinde in mundum mitterentur, ac Chriſtus mittebatur, & ſanctificarentur in veritate, quæ eſt Dei fermo. Explicat lectio Græca aptiũs ad noſtrũ propoſitum quid ſit ſanctificari in veritate, in qua eſt ἀγίασος, cuius vocabuli ſi originem ſcrueris, eſt à terra terreniſq̄ ſeiungi. Sanctiq̄ Græciſ dicuntur, qui toti ſunt in rebus diuinis ab inſimis hiſce proſus abſtracti & ſancti igitur quo ad veritatem erunt illi, qui cœlitus acceperunt eã, nimirum à Deo, non ab hominibus, modo diuino, non humano. Vt vt reſ ſit, rogat vt Apoſtoli & ceteri credituri per eorum verbum quancumque ſint vnum cum Deo, præſertim quo ad veritatem. Quòd ſi vnum ſumus cum Deo, & potiſſimũ quantum ad veritatem, necesse eſt Eccleſiæ veritatem præ cunctis eſſe diuinam.

Vin' videre Apoſtolos, eorumq̄ ſucceſſores, qui ſuſtinent Eccleſiæ perſonam, eſſe vnũ cũ Chriſto, & Patre? De ſe Chriſtus dixit: Ego ſum lux mundi. ] tantumdem aſſeruit de Apoſtoliſ, Vos eſtiſ lux mundi, ] ac ne excipias id pertinere ad lucẽ factorũ, addidit, Vos eſtiſ

III:  
Pſal. 13.

IV:  
Pſal. 2.

VII.

Ioan. 17.  
VIII.

IX.  
Ioan. 8.  
Marth. 5.

Ioan. 18. Act. 1.

estis sal terræ.] quod pertinere ad solam doctrinā interpretatur Augustinus. De se Christus ait, Ad hoc in mundū veni, vt testimonium perhibeam veritati. Idem Apostolis attribuit, Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimū terræ. Ad Pē Christum dicit, Tu me misisti. De Apostolis, Sicut tu me misisti in mundū, & ego mitto eos in mundum. Amplius, Claritatē, quā dedisti mihi, dedi eis. denique, Omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te. Rursus, Ego in eis, & tu in me, vt sint cōsummati in vno. Quis igitur ausit negare Ecclesiæ doctrinam cælestem? Eadem lux illi quæ Christo, idem veritatis testimonium, eadem vt audiatur auctoritas, eadem legationis potestas, eadem claritas, vnum denique esse cum Christo, & Deo. Non igitur Ecclesiæ definitiones erunt Dei definitiones? Et quidem fieri potest, vt alicui sit lux, sed exilis, quæ non pertingat ad alios, id ne sit, vult Christus lucem veritatis Apostolis commissā ad confinia terrarū peruenire, vsque ad vltimum, inquit, terræ. Sed quid, si perueniat quidem, sed illis oculis & aures alij occludant? ideo adiectū, vt audiantur. Ponamus audiri, non tamen vt missi à Christo audiētur, occurrat Christus, & ait, Qui vos audit, me audit. Esto vt missi à Christo mittit eos Christus, vt ipse est missus. Sed numquid erit illis eadem claritas, quæ Christo? eadem, ne dicas alia claritate missos. At non sunt vnum cum Christo & Deo? sunt vnum, quò possimus procedere vltra non datur. Audistim? vt paulatim Christus per suos gradus ad summum diuinitatis euehat suos? lux veritatis obiicitur oculis omnium. iudē fines terræ, & fines illius. nisi tamen accedat lux veritatis Apostolica, omnis veritas obscuratur, non est qui audiat, aut si quis est qui audiat, non accipit illam de manu Christi, per quam cuncta bona cælitus in terram mittuntur. quòd si qui Christo acceptam referunt, tamen in iis qui tradunt Christum non agnoscunt; agnoscunt aliqui? non agnoscūt tamen, quasi à Deo sit illis persona Christi imposita, sed ab hominibus, per quos fit electio præpositorum. Quòd si Deo id attribuant, non videtur tamen hoc eis ita clarum, vt Deus est clarus, in quo tenebræ non sunt vllæ, quique amictus est lumine quasi vestimento. Sed ponamus id esse illis adeò clarum: non reputabunt illos præpositos vnum cum Deo. Necessè est itaque Ecclesiæ veritatem lucem mūdi reputare; cui quidem Ecclesiæ, perinde ac Christo, auscultetur, quasi missæ, vt Christus est missus, eadem claritate; denique ipsam credamus vnam cum Deo.

X. Audi adhuc aliam connexionem ascensus, & oraculorum, quam adnotauit vir doctissimus Stapletonus. loquitur sic apud Isaiam Deus ad Iesum: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore seminis tui, nec de ore seminis feminis tui à modo, & vsque in sempiternum. Eadē Christus ad Apostolos. Est in Isaiā, Spiritus meus, qui est in te. Ait Iesus, Orabo Patrem, & aliu paraclitū dabit vobis Spiritū veritatis. Est in Isaiā, Verba mea, quæ posui in ore tuo. Ait Christus: Verba, quæ dedisti mihi, eis dedi, & ipsi acceperunt. Est in Isaiā: Nō recedent de ore tuo. Ait Christus: Sāctifica eos in veritate. Est in Isaiā: De ore seminis tui. Ait Christus: Nō rogo pro eis tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. Est in Isaiā, Vsque in sempiternum. Ait Christus: Ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi. E quibus omnibus concluditur diuinissimam semper esse Ecclesiæ doctrinam.

Isaiā 6. 59.

Ioan. 16. & 17.

*Maiores auctoritatis est Ecclesia, quam diuina scriptura separatim considerata. Cap. X.*



Ed quando hæretici contendunt omnibus modis conuellere Ecclesiæ auctoritatem ex hoc regno coniunctioneque ipsius deductam, quòd videant se ab illa maximè vrgeri, ac premi, neque esse vllum effugiendi locum, vt quā possunt, quasi lubrici serpentes elabantur, ausi sunt affirmare diuinam scripturam maioris esse auctoritatis, quàm sit Ecclesia. quod quàm sit falsò & impudenter dictum, liquidò è superioribus patet. attamē vt conuincantur, neque habeant omnino quod dicant, nonnulla subiiciemus. Sed antea duo nobis sunt adnotanda. Ac primo loco agi hīc de verbo Dei scripto: & hoc memoria tenendum. Aduersarij namque multa afferunt de verbo Dei, nihil, vt videbimus, ad rem facientia conuenientia verbo Dei, non scripto, quod cordi ipsius Ecclesiæ est inscriptum, quæ si perpendantur, maximè contra ipsos faciunt. Secundo, cum dicimus, quodnam ho-

rum

A rum plus habeat auctoritatis, est sensus, ob quam causam magis sit adhibenda fides credendis, vel quòd scripta sint, vel quòd Ecclesia dicit ea credenda.

Cui verò magis credendum, quàm Christo? quis illi quæso par esse potest? vlli ne magis adhibenda fides, quàm Deo? Creditis in Deum (inquit ipse in Euangelio Ioannis) & in me credite. & alibi: Qui verbum meum audit, & credit ei, qui me misit, habet vitam æternam. At suprā ostendimus, Christum, Deumque in Ecclesia residere, & esse; & idcirco vocem doctrinamque Ecclesiæ esse diuinam.

Amplius ipsa Ecclesia est Christi, & plenitudo eius, vt testatur Paulus ad Ephesios. Quid itaque illi deest, quæ Christi ipsius est plenitudo, plena est Christi, in quam se Christus totum profundit? quæ verba quanti essent, vt plenè cognosceremus, dixit Paulus de Deo & Christo loquēs, Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnē Ecclesiam, quæ est corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Ecclesia, inquit, est plenitudo Christi, qui omnia in omnibus implet, perficit, siue perficitur, vt reddidit interpres Latinus: nam Græcè est, τὸ ἀληθινὸν τὸ πάντα ἐν πᾶσι ἀληθινόν, id est, Plenitudo eius, qui implet omnia in omnibus, vel qui secūdum omnia in omnibus impletur. Quanti igitur Ecclesia, quæ perficit, Christo ita volente, constituente, & largiente omnia in omnibus? Igitur quidquid habet boni ac perficit scriptura; quidquid pleni, ac solidi, id habet ab Ecclesia, quæ implet eum, qui implet omnia. Efurit enim maximè, sititque Christus se suaque omnia aliquid profundere; explet hanc esuriem, sitimque Christus. Ecclesia excipit omnia Christi bona, quasi corpus capiti subiectum, vt deriuentur in omnia membra, quæ corpus capiti adnexum perficiunt; quod mancum foret alioquin, & truncum. Ne ita sit, diuino munere Ecclesiam sibi Christus adiunxit, in qua vires suas ostenderet, amplitudinemque suæ diuinitatis atque humanitatis explicaret. Sanè sententiæ & grauissimæ Paulus ac breuissimæ plura complectitur; sed mea quidem sententiæ nullis verbis magis Ecclesiæ præstatiā potuit extollere. Ecclesia, inquit, implet eum, qui implet omnia in omnibus. Potuit grauius dicere, potuit amplius, sublimius, diuinius? numquid huiusmodi aliquid, aut villo modo simile de scriptura diuina videmus?

Ephes. 3.

Audi iterum quid dicat ad Timotheum Paulus: Ecclesia est columna & firmamentum veritatis. cui quæso magis credendum, quàm veritati? at ipsa Ecclesia propter arctissimā cum Deo coniunctionem non veritati innititur, sed veritas innititur Ecclesiæ, quasi columna, & firmamento, vt sciamus nullibi esse veritatem, nisi in Ecclesia; qua sublata necesse est veritas omnis concidat omnino. Et profectò Paulus, cum mentio incidit de Ecclesia, quibus potuit verbis sublimioribus ac diuiniorebus illam exornauit. sciebat quippe quanti id esset. Quòd si profus est habenda fides Christo, & Deo; quo quis Deo, & Christo est propinquior, ei maior est habenda fides. Quid verò propinquius Christo capiti, quàm corpus eius Ecclesia? quid Christo veritati, quàm Ecclesia columna & firmamentum veritatis? quid sponso Christo, quàm sponsa eius Ecclesia?

1. Timot. 3.

Illud præterea considerandum maximè, quidquid diuina scriptura auctoritatis habet, id totum fuit, atque est ab Ecclesia: nam singuli eius libri confecti sunt à filiis Ecclesiæ. Quin etiam licet multi ediderint volumina multa de rebus sacris, & vt scriptum reliquit S. Lucas, conati sint ordinare narrationem, quæ in nobis, inquit, complete sunt rerum; tamen auctoritatis nihil esse vllis libris videmus, nisi iis, quos Ecclesia approbavit: quamuis nulla nobis ratione speciatim constet, cur hi potius recepti fuerint, quàm illi, nosque illorum potius, quàm horum fidem sequamur, nisi quòd ita fuit ab Ecclesia constitutum: quasi sit hæc verissima, & euidentis nota, quæ canonici, vt dicunt, ab his, qui non sunt canonici, internoscantur. Hinc reiecti fuere hi libri, Pastor, siue Hermes, Pauli acta, epistola Barnabæ, doctrina Apostolorum, Apocalypsis Petri, & Euāgelium secundum Hebræos, vt scribit Eusebius. Clemens etiam Alexandrinus meminit epistolæ Barnabæ, & Apocalypsis Petri, quæ à multis pro sacris habitæ sunt, vt refert Eusebius, & horum meminit etiā Innocentius Primus. Huiusmodi erat & Euāgelium secundum Hebræos ab Ebionitis receptum, quod narrat Theodoretus opusculo fabularum hæreticarum; Euāgelium secundum Petrum, quo Nazareni utebantur, vt ait eodem libro Theodoretus, eoque deceptus est Serapion vir doctissimus, Eusebio teste; sermones Pauli, de quibus Augustinus contra Faustum; doctrina Petri, de qua Origenes in proœmio librorū de principiis. Quid plura? Prophetæ ipsi, & Apostoli nonnulla scripserunt, quæ non sunt in canonem relata.

Hist. Eccl. lib. 3. ca. 29. Clem. li. 2. c. 23.

Theod. lib. 2. lib. 6. cap. 10. lib. 11. c. 23. 1. par. vi. 2. par. 9. 13. 24.

In

In veteri testamento gesta Dauidis à Samuele, Nathan, & Gad Prophetis scripta, acta Salomonis à Nathan, Abia Salonite, & Addo vatibus, Abiæ Regis ab Addo, Iosaphat Regis à Iehu scripta memorantur. Multa præterea Dauid & Salomō litteris mandarunt, quæ non sunt recepta. Notauit hoc Athanasius in Synopsi, & Augustinus libro de ciuitate Dei: sic Apostolus scripsit epistolam ad Laodicenses, quam iubet in Ecclesia Coloffensium legi. Petri plures ferebantur libri, Acta, Euāgelium, Prædicatio, Apocalypsis, Iudicium, ut refert Hieronymus. Idem dici potest de Periodis Pauli & Theclæ, quæ Lucæ adscribuntur, de constitutionibus Apostolicis in octo libros à Clemente digestis. cur autē recepti sint alij, alij reiecti, nihil est in causa, ut ait Augustinus libro de ciuitate Dei, nisi quod prophetæ, adde etiam Apostoli, quædam dum spiritu diuino afflabantur scribebāt, quædam studio humano memoriæ mandabant. Sed quæ sint huius, quæ verò illiusmodi, Ecclesia est iudex à Deo constituta. cum sint igitur diuini libri ab Ecclesiæ filiis confecti, ab Ecclesia confirmati; profectò sequitur, multo maiorem in ea esse auctoritatem, quàm sit in illis. Natura namque comparatum videmus, ut in causis ipsis sit semper vis maior, quàm in effectis, ubi hæc ob ipsas causas sunt instituta, & in eas, earumque bonum & commodum referuntur, cuiusmodi esse scripta sacra nemo inficiari potest.

Ege verò aut librum intelligimus notas illas typis excusas sine commodo, veroque sententiarum sensu, aut simul cum hoc sensu. Si primū dicamus, proculdubio nihil interest inter diuinam scripturam, & quemuis librum; in ambobus enim notæ eedem. Quod si accipias, quod secundo loco dicebamus; sensus ille profectò non inheret litteris, & notis, sed ipsi Ecclesiæ. Alioquin quiuis, ubi oculos animumque ad lectionem diuinorum librorum adiiceret, verum eorum sensum assequeretur; neque vllus iam fuisset, aut in posterum foret hæreticus. at esse plures, vel ipsimet hæretici fatentur, & clamant. Quin hoc adeò verum est, ut hæretici opiniones suas peruersas non aliunde hauserint, quàm è sacris monumentis perperam intellectis, ut postea latissimè ostendemus.

Sed sit sanè, quod fieri non potest, per se sensus aliquis verus in illis notis, absque Ecclesiæ mente & legentis: atramen idem sensus in corde Ecclesiæ, & quidem multo efficacius, & nobilius: ille namque est atramento notatus, hic spiritu; ille chartis impressus, hic cordibus; absque vllō mentis ille assensu, hic cum credentis assensu. Quid atramento cum spiritu diuino? quid chartis cum mente humana? quid nihil agenti à semetipso cum eo, à quo cunctæ nostræ actiones proficiscuntur? Audebit aliquis comparare atramentum ipsi Deo? audebit otiosum tot ac tanta agenti? audebit literas menti humanæ, cui cuncta quæ sensus ferunt, sunt subiecta, similes pronunciare?

Fidem certè sequi solemus libētissimè eorum, à quibus nullum est periculum, effugere verò auctoritatem eorum, à quibus aliquid damni creari nobis potest. si sequamur Ecclesiæ iussa nullum nobis ex vlla parte imminet periculum, cum sit illa columna & firmamentum veritatis, cum portæ inferi præualere aduersus eam non possint. At si diuinis libris adhæreamus, nisi prius firmissimè adhæserimus Ecclesiæ decretis, facillimè in aliquā fraudem labemur, & præcipites ruemus. Cunctæ namque hæreses clamant, se niti sacris voluminibus, ea amplecti, exosculari, venerari.

Audi adhuc: Ascendēs, inquit Paulus, in altum Christus captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Id est, qui Ecclesiam constituunt, consummant sanctos, non diuini libri.

Quod si verum est quod asserit Paulus, Scientia inflat, caritas ædificat, non in scriptis caritas, sed in cordibus humanis.

Iam verò fides non ex lectione, sed ex auditu, ut idem Apostolus testatur. Quocirca siue fidem spectes, sine qua impossibile est placere Deo, siue caritatem, quæ prima est virtutum, non ad libros, sed ad Ecclesiam, membraque eius est confugiendum.

Et quænam quæso maiorem auctoritatem apud omnes conciliant, & habent, quàm signa, & miracula? hinc enim factum, ut cum Ioannes Baptista mitteret ad Christum discipulos interrogaturos, Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Christus ut manifestè ostēderet, se esse illum, multa ediderit iis videntibus miracula. hinc maximè omnium peccant quicumque visis miraculis non credunt. sic enim Christus in Euangelio Ioānis: Si opera nō fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem &

vide-

A viderunt, & oderunt & me, & patrem meū. ] Præ cunctis itaque fides habenda miraculis; si quidem signa, inquit Paulus, infidelibus. at illa non à voluminibus sacris, sed ab Ecclesiæ filiis eduntur.

Quid plura? circumspecte omnia, cogitatione percurre, mente quiduis finge, an non cuncta propter Ecclesiam? illi Deus est singula fabricatus, quæ cadere vllō modo in animum possunt? & audebit aliquis facere pluris scripturam, quàm Ecclesiam?

Quid, si Ecclesiam tollas, opus est scriptura? inanis ferè & nullius fructus est illa per se: non tamen si tollis scripturam, inanis, & nullius fructus Ecclesia, quæ diu fuit sine scriptis, & post diem Iudicij adhuc sine illis permanebit.

An nō diximus inter ceteros fidei articulos & illum esse, Credo vnam sanctam Ecclesiam Catholicam? ] scimus autem articulos esse veluti principia quædam, quibus præ cunctis fides est habenda. at scriptura non refertur inter huiusmodi principia, quamuis illa sancta dicatur, ac sacra, sed per Ecclesiam quasi per quoddam principium probatur, & confirmatur, cum pertineat ad eam reiicere & approbare scripturas.

Et quæ maior esse potest auctoritas, quàm si cui detur ius claudendi ac referendi cælum? si cui detur habere vnum spiritum, corpus, & regnum cum Deo? si cui detur non posse labi? At qui, inquit aliqui, nō potest aliter docere Ecclesia, quàm sicut est scriptum. Sic enim Paulus, licet vos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizatum est, anathema sit. ] Quid tum? Et Deus iure iurando attestatum in scriptis diuinis reliquit, se multa facturum; & faciet reuera & maioris apud me erit auctoritatis, & magis fidem faciet, quod hoc est scriptum, quàm quod Deus dicit aut facit. Aut qui scio ego scriptum huiusmodi esse verbum Dei, nisi testimonio Ecclesiæ? Age verò, Christus nō ne venit, ut impletur scripturæ? & ego magis Christi fidem sequar, quia de illo scriptū sit aliquid, quàm quia de cælo Deus dixit, Ipsum audite? sapiūs. ne ad libros sacros reiecit Hebræos pertinaces Christus, an ad opera? & rarò, semel, aut iterū dixit, scrutamini scripturas. ] sapiūs, Pater testimoniu perhibet de me; ] sapiūs, Si mihi nō creditis, operibus credite. ] Argumētatur iterum hæretici, Spiritus sanctus dedit scripta sacra. ] Imbecillum argumentū. Et Spiritus sanctus nonne Ecclesiam constituit? non ne residet in ea? & quidem multo efficacius, ac nobilius, quàm in libris. Præterea idem Spiritus nonne in mente Ecclesiæ insculpsit, quidquid in codices est relatum, ac multo plura? nonne ferè mutum, languidum est scriptum, nisi adsit Ecclesiæ mens? Ecclesia, aiunt, constituta est ut testimoniu exhibeat diuinis libris. quis hoc ferat? Ecclesia ne propter scripta, an scripta propter Ecclesiam, propter quam sunt omnia, quæcumque à Deo cōdita sūt? si dixissent, ut testimonium perhibeat veritati, quod de se Christus dixit, non aberrassent à vero: sed Deus in Ecclesia magis, quàm scriptis, ac veritas, veritatisque testimonium eodem modo. Vrgent iterum: Scribit Augustinus omnium Ecclesiarum & hominū libros ac sensus seruire debere scripturæ. Verum in singulis Ecclesiis, nō in tota Ecclesia Catholica. quod si de Catholica intelligas; seruit, ut Christus nobis seruiuit, qui venit ministrare, & non ministrari, ut ipse ait; seruit, ut verum asserat sensum; sic enim & sensus Christi, qui & homo est, illustrauit sententias codicum sacrorum: aut seruit, ut contra præscriptū scripturarū nihil agat, sicuti Deus non agit contra præscriptū iurisiurandi, quod scriptis mandauit. Agunt verò hæretici maxima cum calliditate, ut cuiuslibet rei anteponant scripturas, cum possint illas in suos sensus facillimè peruertere. sicut & diabolus aggressus est Christum allatis è scriptura locis: Si filius Dei es mitte te deorsum. Scriptum est enim: Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. ] Idcirco ait Hilarius ad Constantinum Augustum: Nemo hæreticorum est, qui se non secundum scripturas prædicare, quibus blasphematur, mentiatur. ] & Irenæus, Hæretici scripturis nituntur sua dogmata confirmare, ne sine teste esse videantur; sed deformant eloquia Dei, atque ex figura hominis, vulpis, aut vrsi figuram reddunt. ] Idem tradit Vincentius Lyrinensis. quin Petrus Apostolus ait, indoctos, & hæreticos deprauare epistolas Pauli, sicut & ceteras scripturas ad suā ipsorum perditionem. ] Et Paulus ad Galatas, Miror, inquit, quod sic tam citò trāsferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euāgelium Christi. ] Quæ verba adnotas Chrysostomus adiicit impostores illos suæ fraudi prætexuif se Euangelij nomen; quod facit passim nostræ ætatis hæretici. Hinc Ambrosius, Hæretici, scribit, illi sunt, qui per verba legis legem impugnant, & proprium sensum verbis destruant

Gal. 1.

Matth. 20.

Iren. li. 1. cap. 1.

2. Pet. 3.

Lib. 17. cap. 11.

Lib. 18. cap. 38.

Ephes. 4.

Luc. 7.

Ioan. 15.


In cap. 1. epist. ad Lit.

struunt legis, & peruersitatem mētis suæ legis auctoritate commendāt:] & Hieronymus. Quicumque scripturā aliter intelligit, quē sensus spiritus sancti flagitat, licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.] Et Augustinus tradit non ob aliud esse hæreticos, nisi quia scripturas non rectè intelligēt, suas falsas opiniones contra eārum veritatem pertinaciter asserant.] Quamobrem si quis omnia eorum argumēta in hac quæstione velle vnica responsione tollere, dicat scripturas non in legendo, sed in intelligendo consistere; vel vnā cum Hieremia, & Paulo, legem Christi non in littera, sed in spiritu, non in tabulis, sed in corde scriptā. Nunc quando datum nobis est per Christum, vt idē sit Deo & Ecclesiæ spiritus, corpus, & regnum; dēmon, qui quondam ē paradiso Adamum & Euam suis insidiis & fraudibus deceptos exturbauit, nos iis bonis spoliare conatur per Antichristum, & eius asseclas; ob id per hæreticos, qui Christum Deum negant, quales fuere olim Theodotus, Paulus Samosathenus, & Arius, cōtendit, si fieri potest, ne nobis sit idem cum Deo spiritus, corpus, & regnum: speciatim verò per eos qui tollunt sacramentum cōfirmationis, in quibus olim fuit Nouatus, suntque hodie Lutherani, Calvinistæ, & ferè cuncti hæretici Protestantes, nititur auferre nobis spiritus coniunctionem, per eos, qui Eucharistiæ veritatem negant, vt Berengarius, Abailardus, & Calvinus, ne sit nobis idem corpus cum Deo, aduersatur, per eos qui Ecclesiasticos ordines tollunt è medio, & Episcoporum sacerdotumque potestatem, & auctoritatem, quales ferè cuncti hæretici, qui à contemptu Romani Pontificis auspicari solent, inquit Cyprianus, regni eiusdem societatem discindere contendit. Denique cū sint hæc omnia in fide & fidei præstatione fundata, cunctique hæretici fidem deserant, suas doctrinas & inuenta securi; Protestantes autem (sic enim semetipsos appellant nostræ ætatis hæretici) factis opus non esse dicant, fidem satis esse; per eos potissimum Dæmon fundamenta diuinorum bonorum, quæ in nos cælitus sunt collata, conuellit. Hæreticorum verò magis alius alio accedit ad Antichristum, qui hæc omnia tollere conatur, quo quis plura, & maiora ex his bona ab Ecclesia auferre molitur.

FINIS LIBRI DECIMI SEXTI.



DE



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER DECIMVS SEPTIMVS.



SIGNVM SEP VAGESIMVM QVARTVM.

Catholica Ecclesia.

NECESSE EST VT ECCLESIA DEI VNIVERSVM mundum complectatur: id verò Ecclesia nostra, quæ Dei est, solummodo contingit, idcirco alieni ab illa non sunt ex Ecclesia Dei. Cap. I.



Vnc consequens est, vt agamus de signis, quæ nascuntur è coniunctione regni Ecclesiæ, & Christi, ac primùm de illis, quæ ducuntur à tota Ecclesia vel primariis eius membris. Hinc cū plurimi sint hominum coetus, qui se iactant esse Ecclesiam Dei; si quis non ita perspicax vult breui internoscere quanam sit illa verè Ecclesia Dei, nihil habebit magis in pròptu, & magis illustre, quàm circumspicere, quanam sit Ecclesia magis toto orbe diffusa in vnā conueniens fidem. Hinc Ecclesia Dei cognomento dicta

Catholica, nimirùm vniuersalis, ac per vniuersas regiones dispersa: ita namque nobis credendum in simbolo Apostoli proposuerunt, atque ita vnusquisque profitetur, Credo vnā sanctam Ecclesiam Catholicam.] id autē Deus olim prædixit Abraham futurū. Benedicetur in semine tuo (qui est, vt ait Paulus ad Galatas, Christus) omnes gentes, tribus, ac cognationes terræ.] Atque hoc admirabatur Isaias exclamans, Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiit & peperit Sion filios suos?] Hæc Isaias, respiciens illud tempus, quo constituti in monte Sion Apostoli diuino spiritu afflati perduxerunt ad agnitionem cultumque Christi tria ferè hominum millia vna die, in quibus erant Parthi, Medi, Aelamitæ, qui habitabant Mesopotamiam, Iudæam, Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam, Pamphiliam, Aegyptum, Lybiam, Cyrenem, aderantque è Romanis, Cretensibus, Arabibus. quocirca iam tum primùm edita in lucem prognataque Ecclesia cepit esse vniuersalis, neque constituta prius, quàm sibi conciliauerit ex omnibus populis quasi primitias quasdam, eodemque temporis momento in lucem se dederit, & filios Deo è cunctis gentibus procrearit. id elegantissimè Dauid est vaticinatus: nam. postquam induxit Christum constitutum à Deo super Sion montem sanctum eius, qui prædicaret præceptum eius, cū scilicet in monte Sionis Spiritus sanctus in corda discipulorum se insinuauit, continuò inducit Deum, qui sic alloquitur Christum, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.] Audin' possessionem Christi futuram non vnā aut alterā prouinciam, sed terminos ipsius terræ? explicat hoc alibi idem Dauid, cū dicit, Conuertentur ad Dominū vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.] Rursus idem sic alloquitur Ecclesiam, quæ pro commissa sibi totius orbis terrarum gubernatione regna illius suis filiis partitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnē terram.] sic alio loco maiestatem potentiamque Christi describens ait: Dominabitur à mari vsque ad ma-

Cap. 1. 2. 16. 18. Gen. Cap. vltimo.

Psal. 2.

Psal. 21.

Psal. 44. Psal. 71.

De Sig. Tom. 2.

R re, &

re, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terræ lingent. ] & mox: Replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat. ] Hæc igitur atque alijs in locis alia Dauid vaticinatur apertissimè de Ecclesiæ potestate vniuersos populos complectente. Eadem verò Isaias plurimis in locis persequitur; quin in ipso statim initio oraculorum suorum, vbi cecinit Iudaicæ Reipublicæ interitum, protinus de Ecclesia subdit: Erit in nouissimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes; & ibunt populi multi, & dicent, Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. ] Videntur vt ad montem Domini confluant omnes gentes, & ex eis multæ inuident alias? Ostendimus verò alibi montem Domini esse ipsam Ecclesiam, & cur ita sit aperuimus. Isaiæ concinit Daniel, cum prædicit fore, vt lapis excisus absque manibus à monte, qui quidem lapis Christum significat, euertat illam statuam, quæ regna omnia designat, & impleat vniuersam terram. ob id Habacuc; Deus, inquit, ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. ] Et Sophonias sic Deum facit loquentem, Tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini, & seruiant ei humero vno. ] Zachariæ autem Christi potentiam enarrans, Potestas eius, ait, à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ. ] Denique idem sic Deum inducit verba facientem: Ab ortu Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur nomini meo oblatio munda. ] Quid verò opus est oraculis prophetarum? Ipsemet Christus de se pronunciauit: Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius poenitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes. ] & alibi, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. ] Quæ cum verissima sint, & maximi ponderis ad salutem nostram beatitudinemque cælestem consequendam, meritò Apostoli illud in primis à nobis credi ac prædicari voluerunt, vnam scilicet esse Ecclesiam Sanctam, & Catholicam: id verò statuerunt esse principium Christianæ doctrinæ, à quo cetera orirentur; Ita vt, postquam professi sumus nos omnem spem in Deo Patre, Filio, & Spiritu sancto collocare, continuo profiteamur à nobis agnosci vnam Ecclesiam sanctam & Catholicam, quasi nihil secundum Deum sit ea prius, quod alibi adnotauit Augustinus.

Denique nec Sibyllæ ipsæ hoc omiserunt, futurum vt Ecclesia Dei, populusque illius toto orbe diffunderetur: sic namque vates ille ab ipsis acceptum cecinit.

*Tu modò nascenti puero, quo ferrea primum  
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,  
Casta fave Lucina.*

Audin' futurum vt Christi aurea gens toto mundo surgat? Ob id etiam Patres antiqui, cum certissimam & apertissimam veritatis notam nobis tradere voluerunt, qua distinguerentur conuenticula hæreticorum, mendacissimaque eorum commenta ab Ecclesia Dei, verissimaque ipsius doctrina, nihil aliud nobis proposuerunt, oculisque mentis subiecerunt, quam doctrinam Ecclesiamque Dei Catholicam, & toto terrarum orbe diffusam.

Audiamus Ignatium, qui sic ad Philadelphenses scribit: Vna est prædicatio, & fides vna, & vnū baptisma, & vna Ecclesia, quam fundauerunt sancti Apostoli à finibus vsque ad fines in sanguine Christi propriis sudoribus, ac laboribus. ] Intellexisti illam vocari ab Ignatio per Apostolos fundatam Ecclesiam, quæ pertingit vsque ad fines terræ? Idem tradunt Polycarpi discipuli in iis litteris quas retulit in sua scripta Eusebius. Ecclesia Dei, inquit illi, quæ Smyrnam incolit, Ecclesiæ quæ est Philomilij, & aliis omnibus sanctis & Catholicis Ecclesiis, quæ vbiq. gentiū sunt. ] & post, Totam denique Ecclesiam Catholicam per vniuersum orbem dispersam precibus Deo commendauerat. ] En vt sit Ecclesia Dei Polycarpi auditoribus, quæ loca omnia peruagetur. eodè modo Aegæippus Apostolorum temporibus proximus rectam doctrinam vocat eam, quæ sit Catholica, id est vniuersalis. Ecclesia, inquit ille, Corinthiorum in recta veraque doctrina constanter perstabat vsque ad Primum, qui ibidè gessit Episcopatum; qui cum ipso, dū Romæ rursus nauigabam, de religione nostra communicauit, & Corinthi non paucis diebus commoratus sum, in quibus dum inter nos de doctrina Catholica conferebamus, nō parū vterque ab alterius consuetudine cepit oblectationis. cū esse Romæ, mansi ibi vsque ad Pōtificis

Ancyeti

SIBYLLAR  
PRÆDIXE-  
RUNT ECCL  
SIAM CATH  
LICAM FVTV-  
RAM.

Euf. hist. Eccl.  
lib. 4. cap. 14.

Euf. lib. 4. cap. 21.

A Ancyeti tempora. ] Audiamus Polycarpi discipulum Iræneū, cuius sunt hæc verba: Ecclesia enim, inquit ille, per vniuersum orbem vsque ad fines terræ diffeminata, & ab Apostolis & discipulis eorum accepit eam fidem. ] Rursus alibi: Hæc prædicationem cum accepit, & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, Ecclesia & quidem in vniuersum orbem diffeminata diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitans, & similiter credit iis, videlicet quasi vnam animam habens, & vnum cor, & consonanter hæc prædicat, & docet, & tradit quasi vnum possidens cor. Nam etsi in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna: & eadem est, & neque hæ, quæ in Germania sunt, Ecclesiæ aliter tradunt, neque hæ, quæ in Iberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Aegypto, neque hæ quæ in Lybia, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ. ] Iræneū sequitur antiquissimus scriptor Apollonius, qui sic de Themisone:

B Audebat, inquit, Apostolum imitando, Catholicam ad omnes Ecclesias epistolam cōtexere. ] Et Clemēs Alexādrinus Origenis præceptor, Quod enim, ait, Catholica Ecclesia posteriora sua fecerint, conciliabula: nō est opus multis verbis. ] Origenes autem dialogo de recta in Deum fide sic inducit Megenthium Adamumque colloquentes. Megēthius: An nō, Christianus sum? Adamus Cuiusmodi tādē Christianus, qui ne sustines quidem appellari nomine Christianus, sed Marcionianus? Meg. Et vos à Catholica Ecclesia sortiti estis nomen; non igitur estis & vos Christiani. Adam: Rectè quidem est abs re dictum, si hominis cognominationem haberemus, sin propter vniuersitatem, quæ per mundum dispersa est, sic appellamus, quid hic subest mali? ] Audin' vt ab illa Ecclesia sit veritas quæ Catholica est, ac per vniuersum mundum dispersa? Origeni assentitur Tertullianus de Marcione & Valétino loquēs: Nā cōstat illos, inquit, neque ad eò olim fuisse Antonini ferè principatu, & in Catholicam penè doctrinam consensisse apud Ecclesiam Romanensem. ] Apollinarius fuit Hierapoleos Episcopus, is aduersus Montanū scribēs nō aliā statuit esse Ecclesiā Dei, quam quæ sit Catholica & in vniuerso mundo dispersa: Præfractus, ait, tamen ille, & arrogans spiritus ad Catholicam & vniuersam sub cælo Ecclesiā contumeliis onerandam eos propterea perdocuit, quòd idem ille pseudopropheticus eius spiritus neque aditum ad illam sibi patentem haberet, neque honorem in illa acquirere potuerit. ] Sequitur eandem sententiā Serapion Antiochenus Episcopus: Vt verò, scribit ipse, istud intelligatis, omnem in Christo fraternitatem, quæ per vniuersum orbem terrarum diffusa est, ab hac noua & peregrina propheta tam falsis præstigijs instituta reapse abhorre; Claudij Apollinarij Beatissimi, qui Hierapoli ciuitati præfuit, ad vos missi scripta, ] sed & Cyprianus sanctissimus martyr aduersus Nouatum, Cū sit, ait à Christo vna Ecclesia per totum mundum in multa membra diuisa; item Episcopatus vnus Episcoporum multorum concordia numerositate diffusus; ille post Dei traditionem, post connexam & vbiq. coniunctam Catholicæ Ecclesiæ vnitatem, humanam conetur Ecclesiam facere. ] Afferamus & epistolæ fragmentum, quam Concilium Antiochenum aduersus Paulum Samosathenum dedit ad omnes Episcopos. in ea sic habetur: Dionysio, Maximo, & omnibus vbiq. in orbe terrarum collegis Episcopis, presbyteris, & diaconis, & vniuersæ, ac Catholicæ sub cælo Ecclesiæ, Helenus, & Himineus, & Theophilus, & Theotecnus, & Maximus, Proclus, Nicomas, & Aelianus Paulus, Bolanus, & Protogenes, Hierax, & Euthychius, Theodorus, Malchio, & Lucius, & reliqui omnes Episcopi. ] Eadem cum superioribus tradit Pacianus, Cū post Apostolos, inquit, hæreses exstitissent, diuersisque nominibus columbam Dei atque Reginam lacere, & per partes scindere niterentur, cognomen suum plebs Apostolica postulabat, quo incorrupti populi distingueret vnitatem. ] & mox: Ne æstues frater, Christianus mihi nomen est, Catholicus verò cognomen: illud me nuncupat; istud ostendit. hoc probor, inde significor. ] Rursus idem: Nonne appellatione propterea decuit caput principale signari? Ego fortasse ingressus populosam urbem hodie, cū Marcionitas, cū Apollinariacos, Cataphrygas, Nouatianos, & ceteros huiusmodi cōperissem, qui se Christianos vocarēt, quo cognomine cōgregationē meā plebis agnoscerē, nisi Catholica diceretur? ] hucusq. Pacianus, cui subscribit Optatus, inquit, Remoto Brixia Ceciliano, & Donato non permissio redire, missi sunt in Africam duo Episcopi, Eunomius, & Olympius, vt remotis duobus vnum ordinarent. Venerunt Carthaginem, fuerunt per dies quadraginta, vt pronunciarent vbi esset Catholica. de studio partium, strepitus quotidiani sunt habiti: nouissima sententia eorum Episcoporum talis legitur, vt dicerent illam esse Catho-

De Sig. Tom. 2.

R x licam

Lib. 1. cap. 2.

Apud Euf. lib. 7. c. 17. Lib. 7. Stron.

Li. de præterit.

Euf. lib. 5. c. 18.

Euf. lib. 5. c. 18. Lib. 4. epist. 2. vel 32.

Ep. ad Symph.

Li. 1. prope lin.



licam, quæ esset in toto orbe terrarum diffusa. Optatū sequitur Lactātius, cuius sunt hæc A  
 De vera rel. lib. 4. cap. ultimo. verba: Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso, humana & externa vocabu-  
 la induerunt. sola igitur Catholica Ecclesia est quæ verum cultum retinet. Hic est fons  
 veritatis, hoc est domicilium fidei. ] consensit prædictis Ambrosius, qui scribit milites di-  
 xisse Imperatori se præsto futuros, si viderent eum cum Catholicis conuenire, alioquin se  
 ad eum ceterum, quem Ambrosius cogebat, transituos. Ambrosio conuenit Basilius, State,  
 inquit, in fide, ipsum orbem inspicite, & videte quàm modica sit ea portio, quæ hoc  
 morbo laborat. Reliqua verò vniuersa Ecclesia, quæ ab orbis finibus vsque ad fines Euan-  
 gelium recepit, sanam hanc, & rectam doctrinam sectetur, à cuius communione ne exci-  
 datis petimus. ] Basilio consentit Augustinus, qui in Carthaginensi collatione sic actum  
 scribit: Prima contentio facta est de nomine Catholico, orthodoxis probantibus se Ca-  
 tholicos merito & esse, & vocari; quia Ecclesiæ toto orbe diffusæ ipsi, non Donatistæ com-  
 municarēt. ] denique Gratianus, Valentinianus, & Theodosius lege lata, qui rectam do-  
 ctrinam sequuntur, Christianorum Catholicorum nomen iubent amplecti, reliquos hæ-  
 retici dogmatis infamiam sustinere.

In Breui coll. 3.  
 l. 27. 28. C. de  
 Trin. & 6. Cath.

Ex his igitur omnibus apertissimè liquet Ecclesiam Dei non esse aliam, quàm Catho-  
 licam, siue quæ per vniuersum sit orbem terrarum diffusa. Sed hic incidit dubitatio. nam  
 meritò queri potest, an sit necesse in omni domo, vico, vrbe, ac regione esse aliquè è Ca-  
 tholicis, vt ex hoc Catholica dici possit Ecclesia Dei. Id verò neque est necesse, ne-  
 que verum. Quid enim dicemus in omni orbis angulo esse ac fuisse semper aliquem è  
 nostris? An non ita pridem loca plurima, ac latissima reperta sunt navigationibus Lusit-  
 anorum, & Hispanorum, quorum ne tenue quidem nomen peruenerat ad maiores no-  
 stros? Igitur Catholica Ecclesia intelligenda est quam sequantur pleræque nationes C  
 cogniti habitatiq; orbis, cuius tamen ignotæ partes quotidie illustrentur Christia-  
 næ religionis vera doctrina, quæ magis atque magis indies propagetur. Idcirco cum  
 prima die, qua spiritus cælestis animos Apostolorum perfudit, ex omni ferè natione ali-  
 qui Christum sint venerati, postea Apostoli latissimè eius cultum disseminarunt, ita vt  
 Thomas Indiæ Orientalis atque Occidentalis etiam in Brasiliæ locis amplissima regna  
 lustrarit à nobis remotissima, & inter se longissimè distantia, plurimasq; gentes perdu-  
 xerit ad Christum. Idcirco Paulus aptissimè scribit, iam tum suo tempore ad omnia lo-  
 ca pertinuisse Christi doctrinam, Romanorumq; fidem annunciatam in vniuerso mun-  
 do. In omnem, inquit, terram exiuit sonus eorum (loquitur de Apostolis) & in fines or-  
 bis terræ verba eorum. ] Hæc si inspiciamus, apparebit nostram dumtaxat Ecclesiam à  
 cunctis orbis ferè totius populis coli, siue Europæ, siue Asiæ, siue Africæ, seu denique D  
 Indiarum latissimas regiones intuearis. Nam Græcorum superstitio quæ loca Africæ  
 tenet? quæ Indiarum vel ad Orientem, vel ad Occidentem sitarum? In Europa atque  
 Asiæ gentes paucissimas numerare potest. Moscouitæ ante annos triginta à Græcorum  
 placitis & auctoritate desierunt, vt Antonius Posseuinus in sua Moscouia ostendit.  
 aliæ nationes nihili eos faciunt. quod de Græcis dicimus, idem de Protestantibus appa-  
 ret: eorum namque sunt innumeræ inter se dissentientes sectæ, quarum quælibet vnus  
 aut alterius nationis confinibus angustatur. Atque hæc quidem nostra ætate: idem præ-  
 terea contigit superioribus temporibus. Nam si illa mente circumspicias, & ad memo-  
 riam reuoces, videbis nullo non tempore Ecclesiam, quæ Pontifici Romano obediit,  
 per orbem vniuersum disseminatam. ac licet in aliquas oras peruaserint hæretici, easq; E  
 impietate sua foedarint; nihilominus persistit semper in iis Catholica doctrinæ robor  
 aliqua ex parte inuictum. Hinc hodie in media Britannia, quamuis Elisabetta stirpis  
 euellere contendat inde Ecclesiam nostram, plurimi tamen Britanni & Angli sunt à no-  
 bis. Idq; euidentius elucescet, cum violenta ipsius tyrannis è medio tolletur. Ac-  
 cidet enim, quod post Henrici Octauī obitum contigisse videmus; qui quamuis è tota in-  
 sula conatus fuerit nostros exterminare, attamen eo defuncto tota rediit Anglicana na-  
 tio ad fidem. sic in ipsa Græcia in media Constantinopoli Ecclesiæ nostræ cultus, doctri-  
 naq; & templa vigent. Patriarchæ Alexandrini, Antiocheni, Armeni, Caldæi sæpius ad  
 nos misere, ac mittunt ad hoc vt per Pontificem Romanum doctrina ipsorum confir-  
 metur: quod nos superius, vbi est actum de fidei propagatione, & confirmatione, ex-  
 plicauimus.

Donatistæ olim cum se premi hoc argumento viderent, vt in breuiculo Augustinus  
 refert

A refert, ad hoc confugiebant, vt dicerent oracula illa quæ supra attulimus non respicere  
 omnia tempora, sed satis esse si aliquando verum fuerit Ecclesiam per totum terrarum  
 orbem pertigisse. Ideoque subiiciebant, Vsque ad nostra tempora Catholica fuit, mo-  
 dō non ita; ac nobis sat erit si fuit, his autem multis modis cum suis respondebat Au-  
 gustinus.

Respondeamus & nos. Et in primis illud aduertendum, iis prædictionibus nullum tem-  
 pus certò præfixum, quo veritas euentus exitum haberet, ideo complectetur vniuersum  
 tempus futurum. I. Resp.

Iam verò res ipsa refellit istorū mendacissima commenta. Non enim sine causa prou-  
 dit Deus vt orbis terrarum noua loca semper detegerentur, & Catholica religionis sciē-  
 tia imbuerentur, vt ansam omnem hæreticis præcideret ne dicerent Ecclesiam vsque ad  
 B sua tempora fuisse vniuersalem, deinde desisse. Vt enim præfati sumus, Ecclesia est vni-  
 uersalis propter suam potestatem vimq; que cogniti orbis loca protinus nascens occupa-  
 uit; succedentibus autem temporibus, quæ prius erant ignota, penetrat, & adhuc penetra-  
 re nō desistit: sed quæ certò scimus olim fuisse operata, magis ac magis in dies aperiuntur,  
 neq; tamē Ecclesia deserit eas regiones aut nationes, quibus olim lumen veritatis ostē-  
 dit. Igitur Ecclesia est vniuersalis tum re propter occupata loca, tum potestate propter ea-  
 que in dies recluduntur, & eò fit singulis annis aditus Ecclesiæ nostræ. alioquin Catho-  
 lica nunquam fuisset, neque vniuersas regiones repleisset, quòd non dum pertigerit ad  
 omnes orbis totius partes, ad quæ vi sua pertinebit, quam plurimas sibi regiones subiicit:  
 itaque vel numquam Catholica fuit, quod nullo modo dicendum, vel numquam desi-  
 net, quod verissimum.

C Adhuc si desit vniuersam Ecclesia esse vniuersalis, falsum nobis Apostoli præfixerunt III.  
 credendū, & vox illa Catholica est abiiciēda. quis verò dicat vniuersam doctrinam ab Apo-  
 stolis traditam falsum subesse? & quando hæretici idem cum nobis symbolum pronun-  
 ciant, & se illi habere fidem serio protestantur, mendacij semetipsos arguunt cum dicunt:  
 nunc esse Ecclesiam Catholicam: non est enim, vt ipsi volunt, sed esse iam diu desit.


Ac sanè ineptissimè Apostoli iussissent nos credere Ecclesiam Catholicam, si vllō vni-  
 uersam tempore, eoq; incerto futurum erat, vt desineret esse Catholica. quid enim pro-  
 dest nobis ita fuisse præscriptum vt crederemus, cum semper & à quolibet hæretico obii-  
 ci possit fuisse quidem Ecclesiam Catholicam, nunc verò desisse? IV.

Postremò Dauid inducit Deum qui Christo polliceatur gentes fore ipsius hæredi-  
 tatem, terminos terræ possessionem. at quæ hæreditas caduca, quæ possessio momenta-  
 nea? Rursus idem sic Ecclesiam compellat: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues  
 D eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui Domine in omni gene-  
 ratione & generatione, propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæ-  
 culi. ] Audin' hanc Ecclesiam Catholicam numquā interituram, vt alio loco fusiùs osten-  
 demus? Stetitaque, vniuersitatem gentium cognitarum, quæ nostram doctrinam sem-  
 per sunt secuta ac sequentur, esse certissimam Ecclesiæ Dei notā. Quamuis enim Turcæ  
 omnes, Græci, aliiq; nostram doctrinam non sequantur, tamen ex eis aliqui sunt qui se-  
 quuntur: & ex omnibus gentibus, quibus idem nationis nomē est commune, sunt qui no-  
 bis adiungantur: ita vt siue regiones contempleris, siue quas Deus in promissis Abrahæ  
 factis gentes, cognationes, ac tribus terræ vocat, sit verissimum nostrā dumtaxat Ecclesiā  
 esse Catholicam, siue vniuersalem. & quando fieri potest, vt Ecclesia Catholica sit qui-  
 dem; sed cui pauci è singulis gentibus adherant suis locis, idcirco alibi ostendemus ip-  
 sius Ecclesiæ populum innumerum; & nonnulla hæreticorum argumenta, quæ contra  
 hanc notam facere etiam videntur, soluemus.

Præstantia sacræ potestatis.

Necesse est in Ecclesia Dei sacram potestatem cunctis aliis præstare: quod solum nobis adesse, hereticis secus. probatur. Cap. I I.

ARGVMENTVM A IVRE NATVRALI.



Nihil tam præposterum, tamque ab omni ordine alienum, quam quod quidam dixit postponere sacra profanis. Ac veluti videmus terram cælo subiectam, & à superis motionibus infera hæc omnia gigni, ac regi, neque aliter fieri potest; sic necesse est humana omnia subesse sacris, & ab eorum moderatione pendere. alioquin deprauabuntur omnia & peruertentur.

II. A IVRE GEN TIVM.

Et antiquitus quidem id adeò verum existimabatur, vt qui Reges erant, iidem sacerdotes essent, ac primogeniti rebus diuinis præficerentur.

III. A LEGE ANTI QVA. Deut. 17.

Ac Deus in ipsa Republica Iudæorum primas omnino voluit esse sacerdotum, eisque cunctos omnino parere. Audi Moyses loquentem de iussu Dei: Si difficile, & ambiguū, inquit, apud te iudicium esse perpexeris inter sanguinem, & sanguinem causam & causam, lepram, & lepram; & iudicium inter portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit Deus Dominus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. & facies quodcumque dixerint qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius. sequerisque sententiam eorum, neque declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël. Hæc Moyses, è cuius decreto diuinitus promulgato habemus sacerdotis summi fuisse iudicare in causis criminum, hoc est iudicare inter sanguinem & sanguinem; similiter in aliis controuersis, id est inter causam & causam; denique an quisquam repellendus esset à societate & cœtu reliquorum quod fiebat cum leprosis, ideo dictum inter lepram & lepram. sed quoniam nolebat Deus molestiam in singulis rebus, ac forsitan parui momenti exhiberi summo sacerdoti, ideo dixit, vt tum demum adiretur, si iudices minores non conuenirent inter se.

IV. AB EXEMPLIS ANTIQVAE LEGIS.

Num. 19.

Psal. 98.

Iud. 11.

Num. 9: 11. 17. 18. 19. 26. Leuit. ultimo. Io. 14. 17.

Videamus adhuc pressus, quæ diximus, & apertissimis exëplis illustremus. Ac primum in sanguinum causis sacerdotes iudicabant: assignata namque illis erant ciuitates quas perfugij vocabant; ad quas si quis homicidio admissio confugiebat, seniores sacerdotes decernebant, an is esset reus, vel innocens; & hoc quantum ad ipsos Hebræos; quantum ad externos, Deus nolebat ab ipsis ducibus ad bella procedi, vel quidquam tentari, nisi ipso consulto per summum sacerdotem, quem nolebat se nimium bellis immiscere: sic enim præscripsit Iosue, ne quid moliretur, nisi prius responsum ab ipso per Eleazarum habuisset. Scimus porro, quam diu Moyses vixit, omnia transacta de sententia ipsius, & Iosue vocari ipsius ministrum: fuit autem Moyses sacerdos. hinc illud, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos. Amplius vbi eligendus erat dux, is creari solebat quem Deus per sacerdotem proposuisset. Iosue ab ipso Moyse de mandato Dei dux est electus: eo defuncto consuluerunt Hebræi Dominum, quod fiebat summi sacerdotis interuentu, Iudaque creatus. atque hæc exempla sint satis; quando priorum sunt ducum, vt appareat quid factum fuerit in sequentibus. Nam si Hebræi negligebant consulere Deum, vt accidebat, vbi illi ritus alienos sequebantur, Deus excitabat aliquem ducem pro temporis necessitate. Rursus est clarissimum, primitias omnium rerum, decimasque spectasse ad sacerdotes, ita vt primogenita omnia, vel hominum ipsorum redimi esset necesse. Quin Palæstina diuisa est Hebræis de sententia in primis Eleazari, deinde Iosue. quatuor igitur ex his, quæ diximus, apparent antiquitus instituta, & obseruata. Primo quidem loco ad sacerdotes spectasse videre, an aliquis esset homicidij admitti reus. Secundo fas haud fuisse bella mouere, nisi consulto per sacerdotem Deo. Tertio neque deligi ducem, nisi habito per eundem sacerdotem Dei responso. Postremo, res bello captas de ipsius consilio diuisas, earumque & omnium rerum primitias & decimas ad eundem pertinuisse.

Sed

A Sed vt euidentius elucescat diuinæ fuisse voluntatis summos sacerdotes rebus cunctis præfesse, illud adducamus. Cum rerum summa peruenisset ad Heli sacerdotem, isque ob scelera filiorum fuisset de medio sublatus; ad Samuelem, qui fuit & ipse sacerdos è stirpe Abiathar filij Core, cuncta sunt delata. quo tempore Hebræi cœperunt aspernari sacræ potestatem, & Samuele contempto Regem petierunt. quod adeò Deus est indignatus, vt dixerit Samueli: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die, qua edu-xi eos de Aegypto, vsque in diem hanc, sicut reliquerunt me, & seruiuerunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Hæc Deus protestatur, vt ostendat omnino suæ voluntatis esse, vt sacerdotes cuncta moderentur; cuius imperium qui detrectant, Deum cõtēnunt. Et quāuis Deus annuerit, licet inuitus quodammodo, postulatis Hebræorum, Regemque illis constituerit, vt testatum relinqueret adhuc consilij sui esse, vt Reges sacerdotibus subessent, instituit ab his illos vngi, neque Rex existimabatur quisquam, priusquam fuisset vnus. Amplius cum Saul Regum primus nonnulla egisset aduersus imperata Samuelis summi sacerdotis, editum est illi fore, vt excideret à regni possessione; adeò ab oraculis sacerdotum præscriptisque cuncta pendere voluit Deus.

V. EX APERTIS-SIMAE DEI PRO-TESTATIONE c. Par. 6.

1. Reg. 8.

Leuit. 8.

Sed aperiamus adhuc ex cunctis prosperis aut aduersis diuinæ fuisse voluntatis in Hebræorum Rep. sacerdotes cunctis præfesse. quamuis hoc argumento non omnino inniti velimus. Antequam Reges constituerentur, summam rerum omnium quatuor summi sacerdotes penes se leguntur habuisse, ita vt cuncta transigerent ipsi, cuncta administrarent. Nam reliquos haud cōpertū loco vlllo fuisse habitos; ita vt eorū gubernationi aduersa, si qua euenerūt, nō videatur adscribi posse, cū nō constet eos gubernasse. Hi verò fuere

VI. EX EVENTIS PROSPERIS, AVT ADVERSIS OSTENDI TUR CVNCTIS PRÆPONENT. SACERDOTES

C Moyses, quo viuere Aaron deceffit, Eleazarus, Heli, Samuel p annos centū viginti septē. His præsentibus nihil detrimenti accepit Israël, nisi Heli viuente, cuius exercitus fusus est à Philistæis, cæsaque ex Hebræis triginta peditū millia, capta arca: sed ob huiusmodi victoriam plus cladis allatum est ipsis Philistæis. Arca namque occidit innumera eorum millia, ita vt à Bethsamitis millia septuaginta ceciderint. At regnantibus Roboam, Io-rã, Amasia, Achaz, Manasse, Ioachaz, Ioachim, Ieconia, octies vastata ac direpta Iudæa & Hierosolyma ab exteris: quamuis Dauide & Salomone regnantibus multū splendoris accesserit Reip. Iudæorum: sed ad extremum tamen exciso templo in miserissimam seruitutem populus Hebræus abductus est à Chaldæis. Tot igitur calamitates acciderūt Iudæis intra annos quingentos ac duos: quo tempore cum Reges fuerint viginti & vnus, quatuor ex his rãtū veræ pietatis cultores fuerunt, Dauid scilicet, Iosaphat, Ezechias, & Iosias; ceteri impij plerumque, & facinorosi. atque interim religio & salus Iudæicæ Reip. non ab alijs sustentata, quàm à Prophetis, quorum societates ac cœtus instituit & informauit Samuel in Naioth & Ramatha, multo antè prospiciens futuras ærumnas & calamitates; ideoque Prophetas numerantur initio à Samuele ducto. Igitur cum Iudæi reiectis sacerdotibus Reges sibi præfesse voluerunt, tria maxima mala contigerunt: in primis enim pessimè actum de vero Dei cultu, miserimis deinde direptionibus, vastata Iudæa, denique ventum ad excidium totius Reip. extremum. Atque vt magis liqueret obrepudiatos sacerdotes euenisse tot ac tanta mala, post annos septuaginta Darius in libertatem vindicati Iudæi, duce Iosue summo sacerdote, & Zorobabel, reddidit moderandæ Reip. Iudæicæ summum ius pontificibus primis, Iosue scilicet, nam Zorobabel Babylonem rediisse testantur annales Hebræorum, & Esdræ, ipsius scripta, & Zachariæ oracula indicant, Iosueque præfuisse populo Hebræorum. Iosue verò successores summi Pontifices totos trecentos annos, in summa tranquillitate ac felicitate Remp. gubernarunt, teste præter alios Iosepho. hi verò fuerunt Ioachim, Eliasb, Ioiada, Ioathan, Iaddo, Onias, Simon Priscus, Eleazarus, Manasses, Onias, Simon, & Onias, quo sedente Reges impij manus adiecerunt ad rerum sacrarum administrationem, summorumque Pontificum electionem. Antiochus namque Illustris à Iafone sollicitatus Oniam summo gradu deturbauit per vim, Iafonem substituit, à quo promissa illi fuerunt tributum nomine ducenta ac sexaginta talenta; sed cum maiorem summam polliceretur triennio post Menelaus, Iafonem est spoliatum Menelao autè nihil præstante, Lyfimachus præficitur, ita sacra omnia ac profana conturbata, & fundamenta ferè religionis excisa. Rem tamen publicam subleuarunt aliqua ex parte Mathathias sacerdos, Iudas, & Ioathan, donec tandem res Hebræorum per multos annos summo cum imperio administrante Alexandra coniuge

Genebrardus. 3. Esdr. c. 4. Zach. c. 3. & 14.

Iamnci,

Iamnei, ac post eius mortem decertantibus inter se Aristobulo & Hircano eius filiis, an-  
fa Romanis est data, vt Iudæam caperent: à quibus postea præficitur Herodes Iudæorū  
Reip. rerumque sacrarum potestas habita venalis, & pro libito principum profanorum  
deiecti & euecti Pontifices, donec ventum ad Annā & Caiphā hæreticos Sadducæos,  
ac extremum denique rerum Iudaicarum interitum. Constat itaque per sacerdotes sum-  
mos in pristinum statū Iudaicam Remp. restitutam, & feliciter administratam totos tre-  
centos annos, vsque ad Oniam, donec ex Hebræis aliqui aduersus sacram potestatem con-  
spirarunt, eamque profanæ subiecerunt. Onia deiecto annis ante ortum Christi ferè, vt  
quidam colligunt, centum nonaginta, per sacerdotes tamen aduersus impios Reges pro  
vero Dei cultu ac pietate diu certatum, vt habetur in libris Machabæorum. Ex quibus  
omnibus apparet res Iudaicas numquam peius administratas, siue religionem spectes,  
siue Iudaici populi gubernationem & felicitatem, quàm cum summis sacerdotibus pri-  
mæ non sunt delatæ, sed Regibus profanis, quibus omnino rerum potitis pontifices hæ-  
retici pretio constituti, Christo mors illata, Hierosolyma euerfa, Iudæorum Resp. fundi-  
tus est deleta. Hucusque recitauimus argumenta desumpta à iure naturali, à iure gentiū  
primæuo, & iure quod Deus dedit Hebræis: quibus ostenditur sacerdotes Regibus ac ce-  
teris omnibus præponendos.

VII. Quocirca Isaias, vt aperiret tum demum mala omnia Hebræis euentura, cum peruer-  
teretur hic ordo, cecinit illud: *Erit sicut populus sic sacerdos*.] Deus deplorat hoc quasi  
omnium malorum supremum: *Populus tuus, inquit, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti.*  
Sed veniamus ad Christi ipsius decreta, & videamus in Repub. Christiana sacerdotes  
vel principibus ipsis ac regibus omnino anteferendos cunctis in rebus que pertinent ad  
ipsius administrationem.

AB ORACVLIS  
SACRIS.  
Isai. 24.  
Osee. 4.

VIII. Et quidem, si Christo Deoque ab omnibus, qui salui esse volunt, obediendum, & Apo-  
stolis, Apostolorumque successoribus obediendum, manifestè namque Christus ad Apo-  
stolos dixit: *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit: &*  
*qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Et cum ius non nisi ad iniurias  
vel prohibendas, vel coercendas pertineat, eius sancienti potestatem spectare ad  
Apostolos, atque ita totius Reip. Christianæ moderationem, constat ex ijs, quæ idem  
Christus ad Apostolos dixit: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe inter te & ip-  
sum solum. si te audierit, lucratus eris fratrem tuum; si autem te non audierit, adhibe tecum  
adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum; quod si non audie-  
rit eos, dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.*  
Hæc Christus, quæ ad Apostolos pertinere patet è sequentibus. subiicit enim continuo:  
*Amen dico vobis, quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælis; & quod-  
cumque solueritis super terram, erit solutum & in cælis.* Igitur ad eum voluit Christus esse  
omnia ad populum suum pertinentia in manibus Apostolorum, vt quidquid egissent ipsi  
in terris, iam ratum dicat esse, firmum, fixumque in cælo.

A DICTIS  
CHRISTI.  
Matth. 19.  
Luc. 10.

Matth. 12. Luc.  
9. Mar. 8.

IX. Hinc idem Christus nihil non egit per Apostolos suos, eosque cunctis aliis præposuit.  
Nam cum quinque hominum millia pascere vellet, ab Apostolis voluit eos in certos or-  
dines distribui, ac cibaria iisdem diuidi; à Petro voluit inuento statere aureo pro se &  
cunctis tributum persolui: ab ipso Iuda, quamuis proditore, pecunias communes tractari  
& expendi, vt opus esset, atque ipse iussisset: cumque alienigenæ quidam Iesum vellet  
alloqui, per Apostolos illis aditum voluit ad se patere. & ne singula persequamur, futu-  
rum dixit, vt Apostoli maiora facerent, quàm ipsemet fecisset. Quidquid igitur in terris  
habuit Christus, ex quo Apostolos elegit, id voluit esse in manibus Apostolorum, ac per  
eos aliis distribui, illos summæ rerum, quascumque habuisset, præficiens, maioribus præ-  
positurus, si maiora adfuissent. exprobrauit autem Christus Phariseis, & ceteris Hebræis  
se nihili factum, & non quemadmodum merebatur, honoratum: *Vos, inquit, inhonora-  
stis me.* & alibi prædicit fore, vt lapidem, quem reprobassent ædificantes ipsi, Deus ca-  
piat ædificij constitueret, de semetipso, scilicet loquens, & quàm indignè à Iudæis tracta-  
retur ostendens, simulque prædicens ab eis ob id auferendum regnum, ciuitatesque ip-  
sorum succendendas. Quod si aliquando Christus aufugit, ne Rex à turba constitueret-  
tus; edixit ipse, qua de causa id honoris reiecisset, quod scilicet homines illi ad terrena,  
non ad cælestia respicerent, ac vellet eum quærerentque Regem, quod panibus eos sa-  
tiasset, non quia vidissent signa, diuinam scilicet ipsius potestatem suspicerent ac vellēt  
quamuis

A FACTIS  
CHRISTI.  
Matth. 17.  
12. 13. Ioan.

Ioan. 6.

A quamuis gloriosos huiusmodi titulos Christus noluerit accipere, sicuti Pontifex Roma-  
nus numquam Christi exemplo voluit usurpare; Episcopi tamen multi illis vtuntur: ni-  
hilominus, vel inuitis, & reclamantibus Phariseis, cum triumphantis more ingressus est  
Hierusalem, non repulit regium nomen, acclamantibus populis, qui præibant ac seque-  
bantur: *Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, Rex Israël.* quo tempore honori-  
fica illi plurima delata, vestimenta substrata, quod maximis omnium principibus fieri so-  
let, obuiam itum cum ramis palmarum, qui honor soli Deo solebat ab Hebræis dari in pu-  
blicis ac magnis festis, vt è Leuitico & libris Machabæorū colligitur. Comitatus dein-  
de ille sub Paschatis tempus, cum confluebant ex omnibus orbis partibus Hierosolymā  
innumeri Iudæi & gentes, gloriæ erat amplissima; vt merito Ioannes referat eodem tem-  
pore nonnullos è gentibus in admirationem ductos beneficii loco petiisse non aliud ab  
B Apostolis, nisi vt videndi Iesu copiam ipsis facerent. Neque verò inhonorificum fuit, vt  
quidam putant, pullo asini insidere. Id enim Hebræis non erat inglorium. sic filij Sair &  
Abdoniudicum honoris causa dicuntur sedisse super asinarū pullos; sic Absalon, quam-  
uis homo ambitiosissimus, mulo infedit. Ad summam Christus non ambiuit honores, sibi  
tamen eos dari volebat, nam merebatur: non dari, (quod hoc esset in Dei contemptum)  
dolebat: datos, & quidem maximos, vel indignantibus ac reclamantibus primariis He-  
bræorum, accipiebat, paratus vel extrema quæque pœnarum & ignominiarum pro Deo,  
vbi opus esset, subire atque vltro libens adire. Sic etiam Christus idem vult honores  
omnium maximos Apostolis, eorumque successoribus, qui locum ipsius tenent, deferri,  
neque illos vult ab ipsis defugi, aut repelli, quamuis aduersentur alij principes; modò  
propter Deum deferantur ab ijs, qui sciunt, ac spectant illud à Christo dictum: *Qui vos  
recipit, me recipit; & qui vos spernit, spernit me.* Exigit tamen idem Christus ab Episco-  
pis, vt pro fidei confessione parati sint, vbi opus est, in primo agmine iniurias quaslibet &  
supplicia perpeti, crucique affigi. Necessè est igitur in Ecclesia Dei primum locum te-  
neant Episcopi, qui, vt ait Paulus, positi sunt à Spiritu sancto, vt Ecclesiam Dei regant,  
nō Reges aut Imperatores, quos nullo modo Christus Ecclesiæ præfecit. atque ita sub-  
iecti erunt hi Episcopis, ipsorum potestas Episcoporum potestati; & qui secus volunt, hi  
proculdubio Phariseis illis similes, qui nolebant regium nomen, regios honores & accla-  
mationes Christo à populis deferri.

Mar. 11.  
Luc. 19.

Leuit. 23. c.  
Mach. 11.  
2. Mach. 10.  
Ioan. 12.

Iudit. 10. & 11.

2. Reg. 18.

C At, inquit, Christus dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Ita sanè. Nā mun-  
dus hic cælesti comparatus est instar dumeti cuiusdam; quocirca non hic regnum Dei  
sicut Rex Galliæ haud diceret suum regnum in senticetis & tesquis Galliæ, sed in vrbibus  
& oppidis. Christus itaque ostendit ijs verbis, non in violento dominatu corporum, re-  
rumque corporearum; quæ sunt quifquiliæ; sed animorum libentissimorum placida gu-  
bernatione situm ex maxima parte. ob id adiicit: *Si regnum meum foret de hoc mun-  
do, ministri mei decertarent vtique.* quod verò alibi ait, se venisse, vt ministraret, signi-  
ficat quonam debet esse animo quilibet princeps; nimirum, vt regnum existimet, quod  
Agefilas filio dixit, dulcissimam seruitutem, ac proinde moderatè se gerat, & nullum  
subterfugiat laborem, vitam ponere pro salute populorum paratus; seruus seruorum se  
putet. Quamquam præterea obseruandum post resurrectionem Christo datam omnem  
potestatem diuinitus in cælo & in terra; vt ex vltimo Matthæi capite habetur: ideo non  
erat Christo antea diuinæ potestatis functio; postea cælitus ipsi tradita, & ab ipso com-  
municata Apostolis. Sic enim dixit: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra:  
euntes ergo docete omnes gentes.* Igitur & regnum Christus habet post resurrectionē,  
& Apostolis illud communicauit in terris.

Act. 20.

Iohan. 8.

D Iam verò sicut Christus viuens omnium suorum summæ præfecit, & eodem quo ipse  
loco esse voluit non profanos vllos viros, sed Apostolos; sic ex quo ascendit in altum,  
inter alia dona, quæ dedit hominibus, & illud statuit vsque ad extremum iudicij diem,  
primas in Ecclesia tenere Apostolos, vt Paulus ad Corinthios scribens disertè tradit.  
Apostolorum porrò locum Episcopos quidem omnes, sed præcipuè primarios tenere do-  
cuimus alibi. Quocirca non erit Ecclesia Christi illa, in qua principem locum non tenēt  
Apostolorum successores Episcopi. à Christo namque ascendente in altum loco doni da-  
tum Ecclesiæ vsque ad extremum iudicij diem, vt in ea præfideant Apostoli.

E Ac sicut instituit Christus, sic semper in Ecclesia fuit obseruatum, vt Episcopi & sacer-  
dotes primas inter Christianos tenerent, & ad illos causæ omnes definiendæ deferren-  
tur,

X.

AB INSTITV-  
TIONE CHRI-  
STI EX QVO  
ASCENDIT IN  
CÆLVM.  
1. Cor. 12.  
Lib. 4.

XI.

A CONTINVA  
TA OESERVA  
TIONE VSQVE  
AD TEMPORA  
CONSTANTI  
NI, ET INFE  
RIORA.  
Epi p hæref. 45.  
70. Amb. 2. Cor.  
6. Aug. de oper.  
mon. c. 29. Chry  
so. 1. Corint. 6.  
hom. 26. Theo.  
do. 1. Cor. 6.

tur, vt è Clementis constitutione, quam Epiphanius suo testimonio, firmat, apparet Ambrosio, Augustino, Chrysoftomo, Theodoro. Quocirca & Constantinus, vt ostendimus, omnium iudiciorum summam penes Episcopos esse fanciuit, quod nimirum semper obseruatum fuisse inter Christianos. Bene itaque Ignatius ad Philadelphenses principes ait, Subditi estote Cæsari, milites principibus, diaconi presbyteris, vt sacrorum administratoribus; presbyteri verò, & diaconi, atque omnis clerus simul cum omni populo, & militibus, atque principibus, sed & Cæsare obediunt Episcopo.] Hucusque Ignatius. Erit igitur & hæc Ecclesiæ nota sacræ potestatis præstantia. In qua namque Ecclesia videbimus non sacra profanis, sed hæc illis præponi, profecto in ea præposterus & inuersus est ordo rerum, diuina institutio proculcata, Christi legibus nullus locus & tales hæreticorum factiones fuere, ac sunt semper; in quibus videas principes profanos sacris præfesse, leges dare in omnibus, secus in Ecclesia Dei principem locum tenere Episcopos, in quibus eminet cunctis Pontifex Romanus, cui Reges & Imperatores haud potuere vquam in Ecclesia Dei leges dare, ac dominari, quamuis per tot annorum sæcula id armis & omni studio quandoque nonnulli tentarint ac contenderint.

Explicauimus supra, ex quo Græci à nobis discefferunt, ita inuersa omnia apud illos, quantum ad sacrorum administrationem, vt nihil non esset in potestate Imperatorum, deicerent illi, vbi in mentem cadebat, & eueherent Constantinopolitanos Patriarchas, paucique ad eam dignitatem deligerentur, qui simul ab eadem mox summa cum ignominia haud pellerentur. Denique Coniatus in vita Manuelis tradit Imperatores Græcos ad se transtulisse ius decernendi de quæstionibus religionis. & sanè adhuc apparet in Codice iuris Orientalis, à Græcis id Imperatori tributum, vt ipsius sit cogere Concilia, & dissoluere. Et nunc idem sibi arrogat Moscouitarum Princeps in terris suis; Turcarum verò Rex Patriarchas ipse Constantinopolitanos pretio creat, & mox etiam pacta maiori mercede loco mouet.

Quid verò de Protestantibus dicemus? inter quos Angliæ prætensa Regina Elisabetta audet se religionis & Ecclesiæ Anglicanæ caput nominare: & id ritè & rectè factum summpere laudant, & ad cælum extollunt cuncti Protestantes. illa Episcopos dat, remouet, sententias fert de rebus diuinis. Et inter hos Ecclesia Dei? Notissimum verò, & vulgatissimum ceteros Protestantium principes singulis diebus in Germania, & oris Borealibus religionis suæ decreta figere ac refigere, & singulis ferè momentis innouare; sacrorum verò suorum, si quæ tamen illis sacrorum reliquæ, præfectos obtrudere, extrudere, extollere, deprimere, amplificare, ad nihilum redigere. & sibi ac ceteris isti persuadebunt ab ipsis esse Ecclesiam Dei, inter quos cælum terræ, diuina humanis, cælestia terrenis subiiciuntur?

Quid est autem, quod ex quo Romæ Petrus confedit per annos mille quingentos, & amplius, numquam sibi Imperatores, quamuis totum orbem suis armis concitauerint ac miscuerint, Pontificiam potestatem subijcere potuerunt? Omittamus prima illa tempora, quibus tot Romæ ab Imperatoribus gentium Pontifices occisi fuerunt annorum spatium ducentorum & quinquaginta, quo numquam legas aliquid simile nostris contigisse, quod nunc Græcis ab Otthomânicis Regibus. Numquid postea tot Imperatores ac Reges hæretici, schismatici, aut quouis nomine illos appelles, sibi pontificiam potestatem omnino subiicere potuerunt? Ostendimus sanè, nihil vllibi magis tentatum, nullam sedem magis oppugnatam, vbi egimus de perpetuis in Ecclesiam bellis. Ostendimus ibidem nullius sedis Episcopos plures interemptos ab Imperatoribus, & aliis principibus, quàm Romanæ. Alibi docuimus Pontifices eisdem inuictis semper & excelsis fuisse animo aduersus iniurias Imperatorum contendentium pontificiam potestatem vel conuellere, vel labefactare; neque vquam loco cessisse, vbi est actum de magnitudine animi. licet enim nonnulli Imperatores in eligendo Pontifice Romano interdum sibi ius aliquod usurparint; vbi tamen aliquis Pontifex Romanus est ritè electus, numquam sibi aut religioni leges ab eis dari permisit, numquam se deiici est passus: contra ipse multos Imperatores iustis scilicet de causis folio deturbauit, Reges multos potestate regia, adnitenibus Ecclesiæ Catholicæ populis ac principibus, vt infra apparebit, spoliavit, aliosq. loco illorum aut elegit ipse, aut eligi iussit; ita vt quo tempore episcopalis potestas vel maximè oppugnata, vel maximè deprimi est visa, eodem illustrior multo ac potentior emerferit, diuini numinis tutela illam mirabiliter extollente.

SIGNVM

SIGNVM SEPTVAGESIMVM SEXTVM.

Admiranda progressio sacræ potestatis.

Quo magis est depressa sacræ potestas, eo potentior illa, & illustrior diuinitus emerfit, quod signat nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. III.



Ndignati sunt Pharisei, quod Christo Hierosolymam ingredientis sic à populis applauderetur eum comitantibus, obuiamque illi euntibus, & Regem identidem vocantibus. Quocirca inierunt mox consilium perendi illius, & effecere vt cruci affigeretur iisdem diebus; neque poterat pati adhuc, vt cruci illius inscriberetur, Rex Iudeorum; quin mortuum sic obserarunt sepulchro, vt eius memoria profus è terra aboleretur; sed tantum abfuit, vt illi propositum assequerentur Rege gloriæ occiso, vt mox ille exsurrexerit diuinitus, ei que data fuerit, vt habetur in Euangelio, omnis potestas in cælo & in terra; & quod ait Dauid, siue ipse potius Christus, constitutus fuerit à Deo Rex super Sion montem sanctum eius, in cuius corde quadam Spiritus sanctus illapsus est in corda discipulorum, ibique is, cui dictum est, vt palceret oues Christi, ex omnibus gentibus plurimos ad eius cultum tra duxit, vt mox confringeret in die iræ suæ Reges, quæ habetur in psalmis, nisi disciplinæ se Christi, Petri que, & eius successorum deuouerent. Sicut igitur impiis conantibus Christo abrogare regium nomen, ac potestatem, tum maximè illi diuinitus ea data, sic iisdem contendentibus siue Imperatoribus, siue principibus, & aliis eandem quomodolibet auferre à Christi Vicariis Episcopis, & Pontificibus Romanis, qui tamen à titulis huiusmodi ambitiosis prorsus abhorruere, tunc maximè his diuinitus mirabiliter data, & mirabilius semper amplificata est, quæ est diuinitatis certissima nota. Nã quod Christo contigit, & suis idem membris contingere suo modo est necesse; id verò ita futurum Daniel prædixit, cum vidit illam statuam, qua præsignificabantur omnia regna mundi, simulq. de monte abscindi lapidem sine manibus, qui statuæ pedes percuciens omnia ad extremum contriuit; in montem magnum creuit, & vniuersam terram occupauit. Lapide, vt omnes fatentur, Christus signatur, & per eum Petrus, vicaria Christi petra, cui substituuntur Pontifices Romani: quorum regnum Christi est regnum, vt de ipsis Episcopisque Catholicis ait Epiphanius. neque verò potestas lapidis huius pertinet ad secundum Christi dumtaxat aduentum, quamuis demonstret potissimum illius vim efficacissimam, sed ab ipso Christi ortu incipit, perficiturque supremis mundi huius aspectabilis diebus. Vult enim Daniel fore, vt regnum Christi exoriat in diebus aliorum regnorum: non igitur ijs extinctis vult primò crescere in montem magnum, deinde implere vniuersam terram. neque igitur continuo implebit. quæ dicenda forent, si cuncta lapidis illius respicerent aduentum Christi secundum. Eandem potestatis ecclesiasticæ progressionem respiciunt illa Canticorum verba: Quæ est ista, quæ ascendit quasi Aurora confurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quod vt clarissimè elucescat, nonnulla tempora enumerabimus, quibus sacræ potestas est maximè imminuta, vt penè ad nihilum redacta videretur, & vnà cum Christo extincta, & sepulta, custodibus quodammodo, ne reuiuisceret, appositis, neue ei rursus regium nomen ac dignitas à populis dari posset; mox tamen in lucem reuocata splendidiore eluxit, & potentior multo suas vires exercuit.

Primum sit itaque tempus, quo constituta est à Petro Romæ sedes vsque ad Constantini Imperatoris obitum. hoc namque Imperatores Romani nihil non egerunt, vt Christi cultum tollerent è terris, & Episcoporum ipsius potestatem funditus euerterent, in primis verò Pontificis Romani, à cuius cæde auspicabantur omnes in Christi nomen tempestates, vt capite truncato corporis membra reliqua conciderent & interirent. Videbant namque ad Pontificem Romanum cuncta deferri, vt alibi suo loco ostendimus, tantamque ipsius in vrbe esse potestatem, vt æmulus Imperatoris videretur; sic enim testatur de Cornelio Papa Cyprianus. Supremus verò omnium Diocletianus tanto furore in Christianam religionem defauit, vt omnes eius libros edixerit comburi, Marcellinum Papam

Mar. 5.  
Luc. 19.

Marc. vii.  
Psal. 2.

Psal. 2. & 109.

IMMINVTIO  
PRIMA SACRÆ  
POTESTATIS.

Papam ad idola colenda (vt aliqui volunt) compulerit; quod antea numquam contigerat, neque postea contigit: decemque totos annos incendiis, proscriptionibus, caedibus è terris exterminare Christi cultū ita conatus est, vt nulla diuturnior, aut immanior in Christianos existerit persecutio: & legitur adhuc in Hispania lapis, in quo incisum à Diocletiano ex Hispaniis Christi nomen prorsus abolitum & deletum.

Oros. lib. 7. c. 2.

AMPLIFICATIO OPPOSITA.

Eodem verò tempore exstitit tandem Constantinus Imperator, qui Christo se deuotuit: & quid ille Ecclesiae Catholicae, Episcopis, & in primis Pontifici Romano non est largitus? Afferamus aliqua, neque enim possumus omnia in medium: quocirca non agemus hic de donatione imperij Occidentalis, vera sit necne, an verò iura illius persecutus sit Papa, vel persequi non curarit. hanc enim specialem tractatum requirunt. Et quidem certissimò in primis Constantinus constituit, vt omnes cuiusuis generis causas possent Episcopi à quibusuis iudicibus, in quacumque illa iudicij parte essent, auocare & definire, neque esset ab illis appellatio. Exstat adhuc ea lex in Codice Theodosiano, & eius meminit Sozomenus. sanxit etiā clericos & Episcopos à cunctis tributis muneribus & oneribus esse immunes, neque vel ipsos vel ipsorum mancipia obligari ad hospites suscipiendos, exemptosque esse quoad negotiationem alimoniae causam. Quin constat è scripto Arcadij & Honorij, quod Codici suo attextit Iustinianus, ius fuisse olim clericis ac monachis damnatos ob aliquod crimen ad supplicia liberare, quam quidem potestatem Imperatores illi auferunt à clericis & monachis, ab Episcopis autem nequaquam.

Tit. de ep. Iu. lib. 16. Sozo. lib. 1. c. 9. C. Theod. tit. de anno. & trib. lib. 11. l. 24. dicitur. C. de ep. aud.

POTESTAS PAE IN VRBE, ET OCCIDENTE PER CONSTANTINI LIBERALITATEM DATA.

Ex hac porro potestate Episcopis concessa Pontificis Romani auctoritas mirabiliter in rebus profanis est amplificata. Nam cum Romae esset non modò Praefectus urbis, sed & Praefectus praetorio, atque ad hunc causae deferrentur ex toto ferè Occidente, fiebat, vt Pontifex Romanus cū posset eas omnes ad se aduocare, cognoscere, & omni appellacione remota diffinire, maximae esset in Occidēte potestatis, ita vt totius orbis Imperator vel armis, & vi nihil ferè aduersus ipsum posset. Hinc cum Constantius Constantini filius haereticus Arianus Orientis & Occidentis imperium nactus vellet cogere Liberium Papam ad subscribendum condemnationi Athanasij, isque nollet, & apertissimè liberrimeque repugnaret, quin dona ipsius è sancti Petri templo proiecisset, vi decreuit agendū Imperator, relegandūque, & Roma expellendum Pontificem, idque Leontio Praefecto mandauit. sed aegre populi metu, (hac sunt verba Ammiani Marcellini horum temporum scriptoris) qui eius amore flagrabat, cum magna difficultate noctis medio potuit asportari.] Quin, inquit Sozomenus Graecus auctor, qui non longè abfuit ab hac aetate, seditionem planè maximam eius exilij causa populus confluxit, resque ad eadem prorupit. Imperator, vt populum placaret, mox rescipit promulgauit, quo Ecclesiae Romanae priuilegia confirmabat; quod exstat in Codice Theodosiano; vt eo se animo declararet nolle quidquam detractum de Pontificis Romani auctoritate. Sed cum neque

Lib. 25.

Sozo. lib. 4. c. 14.

Socr. lib. 2. c. 29.

Lib. 14.

adhuc populus Romanus conuiesceret, reuocatus est ab exilio Liberius: ac Socrates ait inuitum fecisse Imperatorē, vt Romanus adfentiret in Liberio reuocando: ac tunc Arianos falso, inquit Sozomenus, sparsisse in vulgus Liberij decretis eorū subscripsisse. Tanta igitur Pontificis Romani tunc erat potestas: quocirca Ammianus Marcellinus, qui his temporibus vixit, atque hanc omnia videre potuit, hostis Christianorum scriptum reliquit, Nec credi potest, qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romae.] & rursus de ciuibus Romanis ait: Vile esse quidquid extra Pomerium urbis nascitur, aestimant, praeter orbos & caelibes.] Hanc ille clericos indicans, quod caelibes sint, ac sine liberis: praeter quibus, inquit, omnia aestimata vilia à Romanis, eosque coli solitos incredibilem in modum omni obsequiorum diuersitate. sed illustrius adhuc idem scribit aetate Constantij, qua ipse vixit, Romae Pompiliani rediisse securitatem temporis.] quibus verbis ostenditur apertè, idem Romae contigisse tum, quod Numa regnante, qui à bellis & omni armorum strepitu semotus sic extulit sacerdotes, ac Pontificem summum, vt penes illos fuerit, ait Festus, rerum diuinarum atque humanarum arbitrium. neque nisi de ipsorum sententia pax fieri, aut bellum moueri, vel publicum quidquam decerni, pericive posset, vt latè colligitur è Dionysio Halicarnaseo, Tito Liuiō, & Plutarcho in Numa. Ex his omnibus sit, maximam fuisse per Constantini leges Pontificis Romani in vrbe, & in Occidente potestatem. quod si Constantini donatio vera est, his maximè firmatur, ac praesertim, quia Papae nondum rebus sacris bene tum constitutis à profanarum tractatione abstinebat, & cum sequentes Imperatores Constantini legē diminuerent, haud ipsi

pugna-

A pugnarunt, eo contenti, ne quis iudex de causis Ecclesiae Romanae, aut eorum qui illi seruebant, cognosceret: quod semper obseruatum fuisse testatur Athalaricus Ostrogothorum & Italiae Rex epistola sua, quam refert Cassiodorus: quin idem, quamuis Arianus, quod maximè admirandum sit, adiecit poenam, si quis secus attentasset. Quod verò Episcopi Romani abhorrerent ab administratione profanarum rerum in vrbe, Cassiodorus ostendit, qui Praefectus Praetorio ab Athalarico Rege delectus, sic ad Ioannem Papam, rogans, ne subterfugiat (haec sunt ipsius verba) curam tantae gubernationis, neve vni sibi illam relinquat, ad eum spectare omnia tam sacra, quam profana administranda. Nolite, inquit, in me tantum reicere ciuitatis illius curam, quae potius vestra laude secura est. Vos enim speculatores Christiano populo praesidetis; vos patris nomine vniuersa diligitis. Securitas ergo plebis ad vestram respicit famam, cui diuinitus est commissa custodia. Quapropter nos decet custodire aliqua, sed vos omnia. pacitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem; tamen nec ista potestis negligere, quae corporis videntur substantiam continere: nam sicut homo constat è dualitate, ita boni patris est vtraque re fouere.] & mox: Sedes illa toto orbe mirabilis proprios tegat affectione cultores, quae licet generalis mundo sit praestita, vobis etiam localiter cognoscitur attributa.] Hucusque Cassiodorus.

Cassiad. lib. 2. vari. ep. 241.

Cassio. lib. 14. ep. 11.

Incredibile verò est, quantas opes Papae donauerit idem Constantinus: idque facillima ratione constat ditissimos quosque olim Romae habitasse, qui opulentissima in prouincijs patrimonia habebat. ex his per annos ducetos ferè ac quinquaginta innumeri ob Christi cultum caesi redacti in fiscum bonis eorum. Constantinus itaque statuit, vt illa Ecclesiae redderentur, si nemo cognatus, qui succederet, superesset, vltra illa quae ecclesiarum propria erant. ex quo factum, vt ad Romanam maximè opes redirent. de hoc Constantini edicto meminit Eusebius in vita ipsius Constantini: à quo & eidem Papae donatae sunt aedes nobilissimae Lateranorum, vt è versibus Prudentij, & epistola Hieronymi ad Oceanum liquet. idem Constantinus largitus est de publico certa ac perpetua stipendia clericis, sacerdotibus, & Episcopis omnibus. Denique quanti fecerit Episcoporum auctoritatem, quanti esse voluerit, declarauit ipse in Concilio Nicæno verbis ijs, quae Rufinus refert. Deus vos constituit, inquit ad Episcopos, sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi. & idèo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari.] haec Constantinus, qui & in Concilio Romano subscriptione sua illud asseruit, Pontificè Romanū nullius iudicio subiectū, ab ipso omnes iudicari posse. Ecclesiae porro, ac Pontifici Romano multa alia concessit, quae alibi suo loco persequemur.

OPES PONTIFICI ROMANO ACQUISITAE PER CONSTANTINI LIBERALITATEM

Lib. 2. c. 36.

Rufinus lib. 10. 2. hist.

D Secundum tempus est quod ab obitu Constantini vsque ad Iustini senioris mortē, decemque primos Iustiniani annos habetur. Constantini namque successores, & maximè qui Occidenti praesuerunt, omnia propè, quae Constantinus, vt diuinum ius exigebat, Episcoporum constituerat esse, imminuerunt, & omnino ferè abstulerunt. In his praecipui fuere Honorius, & post eum Valentinianus: & Honorius quidem statuit, ne cognoscere posset Episcopus, nisi causas religionis; vt quisquis ad ecclesias cofugisset vi abreptus grauiores lueret poenas; clericis ne eligerentur, nisi è monachis, & è vicis dumtaxat, vbi essent Ecclesiae, quibus praescriberetur; isque clericorum numerus adscriberetur Ecclesijs, qui possent Imperatori ex Ecclesiae fructibus pendere tributum. Valentinianus autem vltimus legē tulit, vt Episcopi neque in ipsos clericos iudicij ius haberent, nisi illi cōsentirent in eum, ne quis collegio alicui adstrictus fieri clericus posset, aut monachus. Hanc istis, quibus imperantibus imperij Occidentale à variis nationibus est discerptū; Roma verò bis capta & direpta à Gothis & Vandalis fuit, vt è Procopio liquet, alijsque scriptoribus huius aetatis.

IMMINVTIO SECUNDA.

C. Theo. tit. 45. c. 3. lib. 9. tit. 31. 33. lib. 16.

E Nihilominus his ipse temporibus Deus maximè Episcoporum potestatem dignitatēque euexit, tum per Reges qui Occidentis prouincias occuparunt, tum per Imperatores, qui in Oriente steterunt. Nam cum Franci Gallias occupassent, & Clodoueus eorum Rex nomen Christo dedisset, professus est se regnum Galliarum accipere de potestate Hormisdæ Papae; institutumque, quod Papyrius Massonus in vita Henrici primi tradit, vt posteri Francorum Reges ab Archiepiscopo Rhemensis vngerentur, & de manu ipsius ob ius ab Hormisda concessum Galliarum regnum caperent, neque prius esse Reges intelligerentur. contigere hanc anno quadringentesimo nonagesimo quinto. Fallitur itaque apertissimè Panuinus, qui primum è Regibus vinctum Pipinum scribit, cum contrà asserant Clodoueam vinctum Gregorius Turonensis, & Ademar, & qui hos alij sunt secuti scri-

AMPLIFICATIO OPPOSITA.

Papyr. Mas. lib. 3. Ann. in vita Hen. I.

QVID IVRIS SIT PAPAE IN GALLIARVM REGNUM.

ptores, & de Hispanicis mox idē liquebit. Inuestigati verò mihi causas, cur voluerit Clodoueus accipere Galliarū regnū à Rhemigio ex auctoritate Hormisdæ Pontificis, nulla occurrit melior ratio, quàm quòd Fræci Galliꝫ religiofissimi semper exfiteri, neque visum fuit illis se alio iure posse illud regnum; in quod inuaserant, tenere, nisi accederet Pontificis Romani, cuius est omnia ligare & soluere, consensus & auctoritas. Id vt maximè credam, facit, quòd imperante Iustiano, cum Franci Gotthis abstulissent bello quãdam Galliarum partem, Imperatore eam consentiente voluerunt habere, quasi religio impediret, quæ prohibet aliena rapere; quo minus bello parta possiderent, quæ prius erant imperij Romani. id Procopius tradit libro de bello Gotthico. Igitur quo tempore Imperatores ecclesiasticæ potestatis iura infringunt, Deus illi regna subiicere incepit.

Eodem tempore fuit in mores inductum, vt Orientis Imperatores à Patriarcha Constantinopolitano coronarentur. Puto autem id à Pulcheria Augusta omnium foeminarum, quæ sint vnquam regiam potestatem nactæ, proculdubio prudētissima, virginæque sanctissima institutum. Defuncto namque eius fratre Theodosio iuniore, vt est in historia Miscella, cum delegisset Martianum, cui committeret imperium, Patriarcha Anatholio accersito, vnà cum Senatu, eum pronunciauit Imperatorem Romanorum. Zonaras ait ab ipsa cinctum imperatorio diademate. Vt verò factum putem pontificiæ manus interuentu, illud est in causa, quod idem Zonaras tradit, haud multo post Euthymium Patriarcham noluisse coronam imponere Anastasio Imperatori, quamuis scripto polliceretur se nihil in scriptis Catholicis innouaturum. Igitur antea erat in more positum, neque se offert vllus alius, in quem magis quadret huiusmodi religiofæ consuetudinibus, vt ita dicamus, promulgatio, quàm virgo illa omni virtutum laude florentissima. Quod igitur Panuinus refert hoc ad Iustinianum, qui iniuit imperium anno quingentesimo vigesimo septimo, è Zonara liquet esse falsum, cum sit certissimum iam, viguisse hunc morem multo antè. Anastasius namque imperare cœpit anno quadringentesimo nonagesimo sexto; & iam cognoscimus prius id vstratum fuisse. Hoc autem tempore, anno scilicet quingentesimo vigesimo quinto, Ioannes Papa missus est à Theodorico Rege ad Imperatorem Iustinum, à quo sic honorificè est susceptus, vt auctoꝝ historia Miscellæ narret ob id in carcerem fuisse à Theodorico Rege detrusum. In vita Ioannis est ei venisse obuiam Imperatorem cum toto populo, & ad eius pedes venerationis causa procubuisse, deduxisse in templum, dextrum dextro in solio collocasse, ornamenta imperatoria deposuisse, eaque de manu Papæ recipere voluisse. atque hæc quantum pertinet ad Imperatores Constantinopolitanos. Igitur cum potestas ecclesiastica ab Imperatoribus quibusdam maximè violata est, tum diuinitus maximè euecta. constitutumque vt Reges ab Episcopis vngerentur, Imperatores coronarentur à Patriarchis, & omnia insignia imperatoria de manu summi Pontificis asumerentur. In confesso autem est apud omnes ad illum spectare regiam potestatem, (quæ legitima, & iuri consona futura sit) conferre, cuius in potestate sit insignia regia largiri, siue is suo nomine, siue alterius hoc agat. Sic antiquitus Tyridates, Armeniæ regnum professus est se accipere ab Imperatore Nerone, à quo in publico theatro, vt Dion refert, inspectante populo Romano, est coronatus. Atque ob eam causam Traianus arma mouit aduersus Parthos ac Persas, quòd eorum Rex Armeniæ Regem coronare ausus esset, quasi sibi præter ius adrogasset quod erat Imperatoris Romani. atque vt ad propiora & nostra veniamus, Theodoricus Ostrogothorum Rex de manibus Zenonis Augusti insigne regij amictus, inquit Iornandes, quasi iam Gotthorum Romanorumque regnator adsumpsit. Eodem modo Lazorum Reges, vt Agathias scribit, ab Imperatoribus Constantinopolitanis coronam regiaque insignia antiquitus accipiebant. Ex his sit hoc tempore ab Episcopis cœptum tradi imperia & regna, insignium Augustalium regionumque traditione. Episcopi namque tum personam Christi, qui est Rex Regum, inquit Ioannes, sustinent in terris apud homines, tum hominum ipsorum, quibus præsunt apud Deum, quasi inter ambos internūcij, & interpretes. Hinc Malachias vocat sacerdotes Angelos Dei, & de ijs Christus dixit: Qui vos audit, me audit. & Paulus ait eos constitutos, vt pro populo sint apud Deum. Voluerunt itaque Imperatores ac Reges Christiani ab Episcopis & Pontificibus sibi regna tradi, quasi eis tradentibus, & Deus ipse, & populus traderet, quando vtrūque Episcopus refert. Quod autē diximus Euthymium Patriarcham noluisse imponere Anastasio Imperatori coronam, priusquam scripto polliceretur is, se nihil de religione Catholica immutaturum id

MAIORVM EST IMPONERE CORONAS

A id in Occidentalibus regnis ad eò est obseruatum, vt Episcopi non prius vngant, aut coronent Reges, quàm iurent illi se religionis Catholicæ decreta obseruatuos, vt habetur in Pontificali. Idcirco Elisabetta, quæ nunc in Angliã dominatur, noluit se hæreticam prode antequam coronaretur & vngeretur ab Archiepiscopo Cantuariensi, vt Surius adnotauit. si enim suum virus haud occultasset, numquam fuisset illi imposta corona. Idē maiorum nostrorum memoria fecit Georgius Podebrachus in Bohemia, vt è Dubrauiõ apparet. In Orientis porrò imperio non fuit omnino ea consuetudo retenta, quòd sæpius in illud hæretici armis inuaderent; qui nihili omnia iura faciebant. Tanti autem semper est habitum coronari ab Archiepiscopis de more, vt cum duo de regno contenderent, is habere potiora iura sit creditus, qui altero non coronato fuisset ipse coronatus; quod multis exemplis declarari posset.

B Tertium tempus est à deiectione ac relegatione Syluerij Papæ, quæ incidit in annum d. xxxvi i. qui est decimus Iustiniani, vsque ad Leonis Iconomachi mortem, quæ contigit anno septingentesimo trigesimo secundo. quo temporis spatio ausus est Iustinianus impellente Theodora Augusta Syluerium Roma expellere, Vigilium substituendum curare, qui Constantinopolim deinde est abductus. Martinus similiter Papa in Pontū Constantinijussu est abreptus. statutumque vt Papa electus haud consecraretur, nisi Imperatore consulto, quod alibi Gregorius deplorat. idque ad Iustinianum refertur. Sic igitur detractum de ecclesiastica auctoritate.

C Hac autem tempestate Deus Ecclesiæ & Episcopis ipsius superiorem consuetudinem Regis vngendi magis stabiliiuit. Anno namque quingentesimo octuagesimo sexto Recharodus Visigothorum, Hispaniarum, & Galliarum partis cuiusdam Rex Catholicæ religioni se addixit; & ex illo institutum, vt Reges Hispanici & ipsi vngerentur, vt è chronico Isidori constat, & Roderico Toletano.

D Sed quatuor præterea sunt adiecta. Primumque illud, anno sexcentesimo vigesimo nono ab vniuersali Episcoporum Hispanorum Cõcilio ademptum est Hispaniarum regnum Suintillæ & Rechimiro, quòd hæretici essent, datumque ab illis Sifenando, vt adnotauit diligentissimus scriptor Vasæus. Hæc igitur laus debetur Hispanicis Episcopis, vt primi Reges hæreticos solio deiecerint, & Catholicos ad illud euexerint. Quin anno sexcentesimo trigesimo octauo Toleti est celebratum Cõcilium sextum, in quo cõstitutum ab Episcopis, Cinthilla Rege assente, vt quisquis in posterum Cinthillæ succederet in regno Hispaniarum, eaque Galliarum parte, quam Visigothi possidebant, antequam regnum iniret, iuraret se nullum non Catholicum permisurum in regno degere: si verò postquam ad regni gubernacula accessisset, huius ipse violator existeret promissi, esset anathema, Maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni; similiter & omnes, qui cum eo consentirent.

E Secundum Deus addidit ad Ecclesiasticam potestatem, quod huius temporis maximè esse videtur, quòd in Occidente nullus agnoscebatur Imperator, & habebatur, nisi cuius imaginem Pontifex in primis Romanus cum clero, qui, extincta antiqui Senatus ferie, in locum Senatus successerat, vt è libro vndecimo capite primo epistolarum sancti Gregorij apparet, accepisset. quin ipse Pontifex Romanus, quæcumque pertinebant ad Remp. Romanam in Occidente, quasi alter hac in re Imperator administrabat. id sic esse nos clarissimè ostendimus signo de liberalitate xlii. cap. 13. & indubitata huiusce rei testimonia producimus.

F Tertium Deus addidit ad ecclesiasticam potestatem: nam præterquã quòd Iustinianus iunior Constantino Syro Papa sedente illud pontificiæ sedi permisit, vt absque Imperatoris scientia consecrari posset Pontifex Romanus, quod senior sibi vsurparat; accidit vt Philippicus anno septingentesimo duodecimo, occiso iam Iustiano, imperium inuaderet, & aduersus imagines sacras bellum moueret, & alia hæretica moliretur. Id videns Constantinus Papa, aduocato Episcoporum Concilio, excommunicari Imperatorem decreuit; & ne ipsius aut nomen, aut imago, & literæ reciperentur, populo Romano cõsentiente sanxit: quod perinde est, ac si cautum esset ne pro Imperatore villo modo haberetur. id Beda & Paulus Diaconus horum temporum scriptores tradidè. Anno deinde septingentesimo duodecimo Leo Isaurus imperare cœpit, & ipse Iconomachus. Quamobrem sic indignati sunt, non modò Romani, sed Itali ferè omnes, quicumque Imperatori adhuc parebant, vt nouum sibi Imperatorem creare vellent. Prohibuit id Papa,

De Sig. Tom. 2.

S 2 vt Dia-

III. ADMINVTIO TERTIA.

Greg. in p. 4. p. 4.

AMPLIFICATIO OPPOSITA.

Rod. lib. 3. c. 1. HISPANI PRIMOBÆERE SIM REGES REGNO SPOLIARUNT.

AD PAPAM SPECTABAT OLIM REICERERE, AVT ADMITTERE IN IMPERIO OCCIDENTALI, QUI PVISSEBLECTVS IN ORIENTE IMPERATOR. III.

Paul. Diacon. lib. 6. c. 10.

Lib. 6. c. 14.

ROMA, ET LOCA IMPERII OCCIDENTALIS QUANDO ET QUOMODO IN POTESTATE PONTIFICIS ROMANI OMNINO PER VENERINT.

vt Diaconus scribit. Gregorius tum II. sedebat, quem de mandato Imperatoris Paulus Rauennatium Exarchus occidere est conatus; sed tum Longobardi, tum pleriq. alij arma pro Pontifice sumpserunt: quod idem Diaconus in vita Leonis tradit. Denique cu pergeret insanire Imperator, vt Miscellæ auctor scribit, qui his temporibus vixit; Gregorius remouit (hæc sunt eius verba) Romam, & Italiam, necnon & omnia tam Reip. quam ecclesiastica iura in Hesperijs ab obedientia Leonis, & imperij sub ipso cõstituti. ] hæc ille; sed præterea habetur ex aliorũ scriptis, & antiquis monumētis, vt Sigonius adnotauit, Romanos anno d. cc. xxvi. iurasse se Pontificis vitam statumq. in perpetuum defensuros, atq. eius in omnibus rebus auctoritati obtemperaturos: quod è plurimis, quæ postea cõtingerunt, esse verum liquidò constat. Nam quod nonnulli, in quibus Panuinus, asserunt Romanam, exarchatum Rauennæ, & ceteras Italiae ditiones omnino donatas à Pipino & Carolo Magno Pontificibus Romanis, omnino isti falluntur. eripuerunt illas Longobardi; Franci religionis amore, studioq. & hortatibus Pontificum Romanorum induciti receperunt, & Pontifici restituerunt, vt apertissimè Eginarthus in Carolo Magni, cuius scriba ipse erat, vita tradit. ob id in tabulis donationis Ludouici est, quod Pipinus & Carolus per donationis paginã restituerunt. Ex Eginarto itaq. habetur ea prius fuisse Pontificis Romani; idem constat è Paulo Diacono horum temporum scriptore, qui lib. 6. cap. 13. de gestis Longobardorum ait Luitprandum Regem Longobardorum iussisse Pharoaldo Spoletanorũ ductori, vt Rauennã, quam occupauerat, Romanis restitueret: & paulo superius ait à Longobardis Cumanum castrum captum, sed à Romanis receptum, & pro eius redemptione à Gregorio Pontifice solutas auri libras septuaginta; & capite sequenti tradit à Luitprando Aemiliam, Bononiam, Pentapolimq. occupatã, mox Romanis omnia restituta. Ergo Romanis Rauenna, eiq. subiecta omnia parebant ante Pipini aduentũ in Italiam. Historiæ Aimoini à cap. 54. lib. 4. vsque ad finem sunt Ademari, qui tẽpore Ludouici Imperatoris floruit, vt è fine libri cõstat. hic ait cap. 63. Ecclesiæ Romanæ fuisse, quæ Longobardi eripuerant, & Pipinus ea restitui iussit, nempe exarchatũ & Pentapolim. qd̄ ait igitur Miscellæ auctor omnia Occidentis Gregoriũ remouisse ab obedientia Leonis, liquet ea se Pontifici Romano subiecisse. Hoc igitur diuinitus obrigit ecclesiasticæ auctoritati, vt Romani obedientiã Pontifici in perpetuum iurarent, & Occidens totus eius scita sequeretur aduersus hæreticum Imperatorem. Quartũ nonnulli addunt ex annalibus Mediolanensibus, vt Corius & alij volunt. Anno nãque d. xc. i. Theodolinda Catholicę pietatis obseruantissima cõsortem sibi regni adsciuit Agilulfum, Mõdoerianmq. maximè ornauit: ac tum datum Archiepiscopo Mediolanensi à Gregorio Magno, vt vacante Italiae regno ipse post vndecim dies suffraganeorũ suorũ Cõcilio aduocato de Episcoporũ sententiã Regẽ crearet, coronãq. ferrea, q̄ Theodolinda instituerat, redimere: illud certũ, ab Archiepiscopo Mediolanensi sæpius Reges Italiae creatos, vt post alios Sigonius tradit.

IV.

Quartum tempus est ab obitu Iconomachi Leonis, qui cõrigit anno d. cc. xxxi. vsque ad Carolo Magni decessum, qui fuit d. ccc. xiv. quo quidem Reges Longobardi sæpius vrbes Romæ, atque aded Papæ, in cuius potestate tunc Romani ex obligatione iuramenti Gregorio præstiti, vt narrauimus, erant, inuaserunt, & in suam potestatem adducere sunt conati. mox etiam Romani quidam scelere infandissimo Leonem Tertium excæcare, linguãq. illi præcidere sunt ausi, vt auctor Miscellæ, qui his tẽporibus fuit, testatur. Atq. hoc Deus Pontificiæ potestati quatuor largitus est superioribus longè maiora. Primũ, illud est, quod cum ob hæresim hucusq. fuerit Regibus & Imperatoribus potestas abrogata ab Episcopis & Pontificibus Romanis, Regibus nimirũ Hispaniarũ Suinthilæ & Rechimiro, Imperatoribus autem Philippico & Leoni anno d. cc. i. Zachariã Papa, petentibus id Francis, causaq. per Bonifaciũ Archiepiscopum Moguntinũ ritè & legitime cognita, Galliarũ regnum transtulit à Chilperico ob eius ignauitã in Pipinũ Carolo Magni patrem, atque ita moribus comprobatum est, vt non modo ob hæresim, sed ob ignauiam transferri regna ab vno in alium per Pontificem Romanũ possent. petierunt verò Franci id fieri auctoritate Pontificis, quod Francia regnũ, vt supra ostendimus, solitum sit tradi Regibus è pontificia potestate, & ideo non audebant ipsi apponere manum tantæ rei.

Rhegino & Aimoinus.

Secundum sit illud. Leo Tertius anno octingentesimo primo imperatoriam auctoritatem reddidit Occidenti, & Carolum Magnum Augustum creauit. ex illo indutum, vt is esset Imperator Occidentis, quem Pontifex Romanus approbasset & coronasset. Omnes autem distinxere annos regni, si quod prius habuissent, ab annis.

Rheg. Aimoi. Eginartus in vita Car. Mag.

A nis imperij: hos enim non prius numerabant, quàm coronati ab ipso Romano Pontifice fuissent. Iabaturque Panuinus, qui secus actum in Ludouico Primo, Lothario, & Ludouico Secundo scribit, quasi isti iniuerint hæreditarium imperium. licet enim Carolus Magnus Augustalia insignia Ludouico dederit, iam tum decessurus, testamentum tamen suum, quo id statuit, ac regna inter filios est partitus, à Papa confirmari voluit, vt è Rheginone apparet. at Lotharius & Ludouicus neque Reges, neque Imperatores dicti, priusquam à Pontificibus Romanis coronati fuissent, & ob id annos regni & imperij coniunxerunt, quod eodem anno imperium regnumque inierunt, vt ex Adone ac Rheginone liquet.

B Recensentur quæ nonnulli conati sunt auferre sacra potestati post imperium Occidentis restitutum; & quomodo Deus illam contra amplificari. Cap. IV.



Vintum tempus est ab obitu Carolo Magni vsque ad Orthonis Primi coronationem, quæ incidit in annum d. cccc. lxxii. atque hoc nullum Papis ferè infelicius vnquam contigit post Magni Cõstantini atatem vsque ad hoc tempus. Lotharius namque Imperator anno d. ccc. xxv. statuit Pontificem non consecrari, nisi presentibus regiis legatis. sustulit hoc Hadrianus Tertius anno d. ccc. lxxxiv. sed longè peius, postquã Formosus pontificiam sedem cõsecutus est, euenit. à Romanis enim per summum scelus Papæ exigitabatur; ita vt anno d. cccc. xxvi. i. Ioannes X. à factiosis fuerit aperta vi occisus, & idem cõtigit d. cccc. xli. Stephano Octauo: quod per annos sexcentos & amplius nunquam fuerat auditũ, neque postea fuit per septingetos ac plures. quamuis Romani haud conarentur imminuere pontificiam potestatem, sed factionum inter eos vigentium quælibet Pontificem suæ partis aliquem creari omnino niteretur. Enumeremus autem quæ maxima Deus dederit pontificiæ auctoritati superioribus ampliora.

C

Ac primum sit hoc; Carolum Crassum ob ignauiam prorsus imperatoria regiaque potestate priuatum in Concilio Triburiensi sub annum octingentesimum octuagesimum septimum ab Episcopis primũ, deinde ceteris proceribus. Quod est maximè obseruandum, non modò quòd hic primus fuit in Occidente à Concilio tanta dignitate spoliatus, sed quòd ob inertiam quamdam.

Rhegino.

D

Secundum. atate hac cõceptũ est regna amplissima nõ hæreditario iure, sed electionis, quæ ad Episcopos in primis spectaret, inter Christianos conferri. Mortuo namque Ludouico Arnulphi filio, & extincta in Germaniis Carolo Magni progenie, anno nongentesimo decimo, Conradus Germaniæ Rex creatus, & post eum ceteri omnes ab Episcopis primũ, dein ceteris, ad quos spectabat, proceribus. Similiter in Italia defuncto Ludouico Secundo absque liberis anno octingentesimo septuagesimo quinto Imperator est consecratus à Ioanne Octauo; & Rex Italiae coronatus ab Ansperto Archiepiscopo Mediolanensi Carolus Caluus Frãciæ Rex anno d. ccc. lxxvi. & post eũ reliqui omnes electi Italiae Reges, & coronati ab Archiepiscopo Mediolanensi, & Episcopis eius suffraganeis. sed turbulētiores Italici regni electiones, quàm Germanici, semper fuere vsq; ad Orthonẽ I.

REGNA ELECTIONIS IVRE PER EPISCOPOS COLATA. Rhegino Sigibertus.

Aimoinus.

E

Tertium. Reges deieci ab Episcopis ob iniuriam non alicui Episcopo, sed vni Abbati factam. Anno namque d. cccc. lxx. cum Rex Eduinus Dunstanum Abbatem Glasconiensem ablegasset, quòd ob scelus quoddam fuisset ab illo obiurgatus, ab Episcopis & ceteris principibus regno deturbatus, illique frater Edgarus est substitutus.

Polydorus Virgilius.

Quartum. regna nobilissima ablata ijs, ad quos iure hæreditario spectabant, non ob scelus, aut ignauiam, sed ob pueritiam; sic enim tempora perturbata exigebant; dataque aliis, à quibus deinde erepta ob insolentiam solam. Fulco namque Archiepiscopus Rheimensis de cõsensu aliorum procerum, cum Carolus Rex Francorũ puer esset, & omnia in Galliis Northmanni vastarent, elegit Odonẽ, mox deiecit ob insolentiã, Carolũq. vnxit, Formosi Papæ auctoritate accedere, vt post alios Papyrius Masson diligētissimè tradit.

REGNA TRIBUTARIA PONTIFICI ROMANO. Polydorus Virgilius.

Quintum. tum primũ Pontifices cõeperunt habere amplissima regna tributaria. Anno enim d. ccc. li. vel d. ccc. xlii. Adolphus Angliæ regnum Romanæ Ecclesiæ tributarium fecit, constituta certi nummi annua pensione in singulas domos: inde Aluredus Romam profectus illius regni coronam ab Hadriano Tertio suscipere voluit; & ex illo institutum, vt is Angliæ Rex existimaretur, quem coronasset Archiepiscopus

**A** Cantauriensis. Similiter Spitigneus Boruorij filius Bohemiae Dux constituit argenti libras annuas centum Pontifici Romano soluendas, vt è bibliotheca Lateranensi constat.

Sextum tempus est ab inito imperio Orthonis Magni vsque ad Rodolphum Habsburgensem, quo Germaniae Reges & Imperatores omni consilio ac vi sibi subiicere pontificia & sacra iura contenderunt, Papae contra animo excelfo & inuicto ijs obstiterunt. Et Ottho quidem Primus, quomodo electionem Papae ad se aduocauit, Ioanne Duodecimo exturbato, inuestituras etiam, vt vocant, Episcoporum, Abbatumque sibi adsumpsit. Differt autem quod Ottho Primus sibi adrogauit in electione Papae ab eo quod Iustinianus videtur vsurpasse. Iustinianus electionem reliquit ijs, ad quos pertinebat, tantum voluit electum non consecrari, nisi Imperatore Constantinopolitano sciente, & consulto: Ottho Papae electionem suam prorsus esse statuit. Durauit hoc ab anno nongentesimo sexagesimo tertio vsque ad millesimum secundum, annoque millesimo quadragésimo septimo Henricus Secundus iterum ad se aduocauit; sed millesimo quadragésimo septimo, decennio post, secus est obseruatum. Stephanus enim Nonus à clero electus. Gregorius autem Septimus omnino hanc potestatem Imperatoribus eripuit. Hac omnium optimè Sigonius post alios est persecutus. At Fridericus Secundus palam protestatus est in animo sibi esse pontificiam potestatem prorsus excindere. sic namque ille versibus ad Gregorium Nonum scriptis est testatus; vt ex Alberico Germanus scriptor Papis infensissimus refert: eos nos retulimus signo de spiritu prophetiae XIX.

Quocirca numquam magis & armis & omni studio certatum à populis vel Pontificum vel Imperatorum potestatem tuentibus, quam toto hoc temporis curriculo. Hinc factiones Guelphorum & Gibellinorum, quorum reliquiae vix alicubi extirpari potuerunt.

Videamus autem quatuor auctoritati pontificiae data diuinitus, quae superioribus adhuc praeponi debent.

Ac primum fit illud numquam tam breui temporis spatio tot Imperatores à Papis sua dignitate spoliati & Papae decreta tanta in re sunt exitu sortita. Henricus namque Tertius à Gregorio Septimo exauctoratus; Gregorij Septimi sententiam successores eius approbarunt: quocirca Henricus Tertius à proprio filio Henrico Quarto potestate & ornamentis omnibus imperatoriis est exutus. Ottho Quartus ab Innocentio Tertio deiectus est, substitutusque illi ab electoribus Fridericus Secundus; hic item Fridericus Secundus ab Innocentio Quarto est depositus in Concilio Lugdunensi, successusque illi Hassius Lantgrauiae, deinde hoc occiso Gulielmus Olandiae Comes, qui post obitum Friderici regnauit in Germania annos quinque. Atque hic obseruandum, quamuis Carolus Crassus Imperator in Concilio Triburiensi fuerit depositus, in illo tamen Concilio non minus Episcopi, quam ceteri proceres Germanici suffragium dederunt, at in Henrici Tertij, Otthonis Quarti, ac Friderici Secundi depositione Papa & Episcopi soli, quorum decretum ceteri principes sunt secuti.

Secundum fit hoc. vidimus supra tres ob causas ius regni ablatum Regibus per Episcopos, vel ob scelus aliquod, vt haereses, quod accidit Suintille & Rechimiro Hispanis, alteriusque notae, quod contigit Eduino ob relegatum Dunstanum Abbatem, aliusque multis Regibus; vel secundo loco ob ignauiam, quod euenit Chilperico Franco, Carolo Crasso, & post haec Sanctio Portugallensi, & post obitum Rodulphi Adolpho, & Vencislao Imperatoribus; vel denique ob aetatem ad regendum ineptam, vt Carolo Simplici, cui mox adulto restitutum regnum. At his temporibus Papa ius imperij Orientalis auctoritate sua adiudicauit Michaëli Paleologo, quamuis pertineret ad Balduinum; neque hic in culpa vlla esset, qua ius imperij Orientalis ab eo ad alium transferretur. sed quando ab illo fuerat exactus, & vix fieri posse videbatur, vt imperium recuperari posset; Michaël autem polliceretur se fore in fide Ecclesiae Catholicae vnà cum Graecis, quod pro virili praestitit quoad vixit; visum est Pontifici faciendum ad bella sedanda, Graecorumque animos conciliandos, ius imperij illius Paleologo addicere. In quo elucescit auctoritas Papae, qui potest iustis de causis vel sine culpa ab aliis in alios iura maxima, qualia sunt imperij summi decreto suo transferre. Atque ita quatuor causas habemus, ex quibus Papa & Episcopi possunt regna illis quidem auferre, his verò adiudicare: quarum prima est in scelere aliquo admisso posita, quae multis exemplis illustrari potest; secunda est in socordia; duae postremae respiciunt aetatem ad regendum ineptam, & tranquillitatem communem Reip. Christianae.

Tertium

**A** Tertium, quod Deus est Ecclesiae largitus, erit illud. Antiquitus appellabantur Reges, qui vel vni vrbi, parua licet, dominaretur, vt Vlysses Itachae, quae instar erat nidi, inquit Cicero, saxo affixi. sed cum Boreales populi imperium Occidentale discerpsissent, & in multa regna diuisissent, oppida, vrbes, ac regiones militibus suis pro cuiusque merito diuiserunt, qui quamuis ad posteros illas ditiones plerumque vario iure transmitterent, Regi tamen omnes parebant, vocati que sunt hi Duces, Comites (atque haec nomina ab Imperatoribus accepta) Marchiones, & his similes. Hinc factum, vt Regis nomen ceperit esse apud Christianos longè nobilius. Indignum namque visum eodem nomine principem supremum, subiectosque illi proceres nominare. Indignum similiter visum idem nomen attribuere alicui, cuius tenuis esset ditio, quamuis nulli pareret, cum tot essent longè illo potentiores, qui nomine regio haud nobilitarentur. multi tamen sibi illud assumebant, neque vel alij

**B** Reges, vel populi maximè finitimi iis denegarunt, quod vellent animos eorum sibi appellatione honorifica conciliare, aut saltem nolent quadam quasi iniuria lacerare, & in rebus dubiis & periculosis experiri inimicos; sed, vt omnis tolleretur huius appellationis ac tituli difficultas, neque ab aliis quidem concederetur nominis dignitas, ab aliis verò denegaretur; anno millesimo primo, primum, quantum constat ex historiis, petita à Pontifice Romano, nec appareret quis eam, & à quo prius petierit. Sephanus namque Hungarorum Rex eam postulauit atque impetrauit à Pontifice Romano, vt Cartuisius in eius vita, & Ponfinius tradunt. postulauerat & hoc Polonorum Rex eodem tempore, vt Cromerius post Cartuisium & Boffinium testatur, sed hoc illi denegatum. Anno deinde M. LXX. v. r. idem nomen tributum ab Apostolica sede, vt è monumentis Bibliothecae Lateranensis apparet, quae Steuchus adducit libro de donatione Constantini, Demetrio Rhuscorum, Dalmatiaeque, & Croatiae Regi. & millesimo nonagesimo octauo, Edgato Scotorum idem concessum ab Urbano Secundo, vt Lesleus tradit; & post annum millesimum centesimum duodecimum Alphonso Portugalliae Regi beneficio Eugenij Tertij, cum sedi Apostolicae illud regnum tributarium constituisset, vt Rodericus Toletanus scribit. Denique longè post hos anno millesimo trecentesimo vigesimo, Ioanes Vigésimus secundus idem tribuit Vencislao tum Poloniae Duci, vt Cromerius narrat; à quo similiter habemus regium nomen imetrasse à Pontifice summo Daniele Rhuscorum principem, & Mindacum Lithuanorum.

Quartum, quod Ecclesiae Deus hoc tempore dedit, est aliquot nobilium regnorum principatus, vel ratione feudi, vel tributum. Infeudata verò sunt regna Siciliae, Calabriae, & Apuliae, anno millesimo quinquagesimo nono, à Roberto Guiscardo, vt post alios optimè Sigonius adnotauit. licet enim Carolus Magnus filiusque eius Ludouicus Siciliam donarint, seu melius dicam, restituerint Ecclesiae Romanae, vt è tabulis donationis apparet, numquam tamen ea Pontifex est potitus. Calabriae verò & Apuliae patrimonia tantum sunt concessa. Infeudatum similiter est Hierosolymitanorum regnum cum principatu Antiocheno, vt Guglielmus Tyrius scribit. Gottifredo illud, hic Bohemundo à Dagoberto Hierosolymitano Patriarcha. & anno millesimo ducentesimo decimo, Ioannes Brenna Viennae Allogobrum princeps ab Innocentio Tertio Rex Hierosolymorum creatur. atque is regnum pontificiae sedi tributarium constituit, iuramento sanciens, ne quis se Hierosolymitanum Regem nominaret, nisi qui à Papa designatus esset: eius filia Iose Friderico Imperatori & Siciliae Regi in matrimonio collocata est; inde Hierosolymitani regni titulus ad Siciliae Reges peruenit. Hoc eodem tempore Apostolicae sedi vestigale factum regnum Daniae & Noruegiae Paschale Secundo sedente sub annum millesimum nonagesimum nonum, vt è bibliotheca Lateranensi tradit Augustinus idem: videtur hoc accidisse Canuto sanctissimo viro regnante, qui quod decimas Ecclesiis & sacerdotibus solui à populo iuberet, est occisus, vt Saxo Grammaticus refert. Dubrauius & Cromerius tradunt impositum Poloniae tributum denarij sancto Petro pendendi de consensu Polonorum à Papa ob Cazimirum voto religionis solutum, qui regnare coepit circiter annum millesimum quadragésimum. atque ita regna Angliae, Poloniae, Portugalliae, Dalmatiae, Croatiae, Daniae, Noruegiae, Bohemiaeque ex antiquo instituto Pontifici Romano tributum debent. His similiter saeculis contigit, vt Ioannes Angliae Rex anno millesimo ducentesimo duodecimo, cum propter contumaciam fuisset ab Innocentio Tertio excommunicatus, tandem rediens ad mentem è capite regiam sibi coronam detraxerit, Pandulpho Papae legato tradiderit afferens se suosque haereses non nisi è manu Papae

illam

REGIUM NOMINA PONTIFICI ROMANO DATVM.

Li. 7. hist. Scot. Lib. 6. c. 5 & 7. cap. 6.

INFEUDATIO REGNORVM FACTA PONTIFICI ROMANO.

Lib. 9. cap. 35.

Lib. 10. Crom. lib. 4.

IMPERATORES DEIECTI A PONTIFICI ROMANO.

QVAE OB CAUSAS REGNA, ET IMPERIA ABLATA.

Villaneus lib. 7. c. 44.



Aemil. lib. 6.  
Blon. lib. 6. dec.  
2. Gugl. Nang.  
Papyr. lib. 3. an-  
nal. in vita Phi-  
lip. Aug.

illam recepturos, precarioque regnatos. tum Pandolphus Papæ personam sustinens, A coronam capiti illius imposuit; vt Paulus Aemilius, Blondus, Guglielmus Nangiachus, & postremo Papyrius Massonus tradunt. Amplius, Mathildis nobilissima fœmina moriens testamento cunctas, quas in Italia habebat, ditiones Ecclesiæ Romanæ reliquit: in his erat Tuscia, Mutina, Rhegium, Ferraria, Parma, Placentia, Mâtua. Nam magna Italiæ pars, inquit Lambertus Schafnaburgensis horum temporum æqualis Matildi parebat. Hæc ille anno millesimo septuagesimo septimo. Liguriam Tusciamque contineri hæc donatione scribit Leo Hostiensis, qui hæc ætate viuebat. Hoc etiam temporis decursu Petrus Aragoniæ Rex ab Innocentio Tertio ad S. Pancratij coronam panis azymi voluit coronari, atque vt eius posterii eodem modo ab Antistite Tarraconensi coronarentur impetrauit, confirmatumque illi & nepotibus eius regnum per Pontificem.

Postremum tempus est à Rodolpho Habsburgensi vsque ad ætatem nostram, quo maxima Pontificiæ potestatis est facta diminutio ob multas regiones, quæ vel in Turcarum manus venere, vel, propter hæreses, quas Protestantium vocant, à Pontifice desierunt: sed tamen eius vis persistit quoad plurimas prouincias. oppugnata est tamen à Ludouico Bauaro, sectatoribusque illius. reliqua præ his haud magni momenti. Sunt tamen aliqua Ecclesiæ cælitus donata longe his ac prioribus potiora; ita vt maiori fœnore, si quid est nobis detractum, mox fuerit restitutum; & accessio, quam detractio, sit maior. Atque vt omittamus Adolphum Imperatorem imperatoria potestate priuatum de auctoritate Bonifacij Octauj, vt Dubrauius testatur Pisanos Sardinia regno de eiusdem sententia spoliatos, quod Aragoniæ Regi est datum, vt Ioannes Villaneus scribit, regnumque Insularum Canarearum concessum Ludouico Hispano à Clemente Sexto, à quo & coronatus est Auenione, vt scribit Petrarcha, qui illi rei adfuit; veniamus ad alia quedam.

Ioanni Primo Portugalliæ Regi inter alios filius fuit Henricus: hic sanctissimæ & castissimæ vitæ fuit, & in id præcipue incubuit, vt Africa oras, quas alluit Oceanus, nauigationibus suis aperiret, peruiasque redderet, & Christi religione illustraret, multumque in ea re profecit. Quocirca, ne tanti regum Lusitanorum labores in explorandis regionibus illis irriti vniquam redderentur, à Martino Quinto impetrauerunt iidem Reges ne quis occupare posset quod illi in Africa detexissent. id ex antiquis monumentis Lusitanicarum rerum scribit Ioannes Petrus Maffei. Sed cum postea Castellani duce Christophoro Columbo Indias Occidentales detexissent anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, rursusque millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Lusitani superato Bonæ spei promontorio in Africa ad Indias Orientales primi maximo periculo peruenissent, & iter aperuissent; Alexander Sextus, ambobus petentibus, statuit vt linea duceretur à summis cæli cardinibus inter extrema Africae littora, & insulas, quas promontorij Viridis vocant, & quidquid ab illa occasum versus per centum octuaginta gradus nouæ telluris detegeretur, id esset Castellanorum; quod ad Orientem tendentibus per totidem gradus occurreret, id pertinere ad Lusitanos. Cumque post hæc Lusitani Moluchas insulas opulentissimas bello subegissent, orta que esset controuersia in cuius nam ditionis essent confinibus, ad Pontificis Romani concessionem diuisionemque est ab vtraque parte prouocatum: atque ita Pontifex Romanus orbem terrarum partitus est auctoritate sua, innumeraque gentes ac regiones illius religioni sunt subiectæ. Hinc Clemente Septimo è Mexicanis oris ad Occidentem positus missi Romam fuere ad Pontificem à nationibus illis frequentibus ac longissime positis publico decreto duo proceres illustres, qui nomine illarum Pontifici obedientiam perpetuam pollicerentur ac præstarent: eos se vidisse Iouius testatur, remissosque ait à Clemente vnà cum Antonio Mendoza, quem Carolus Cortesio successorem dedit, amplis muneribus honestatos. Ad eundem similiter Clementem, anno millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Dauid Abyssinorum Rex misit legatos cum litteris, qui nomine ipsius omnium regnorum suorum, quæ latissima sunt, obedientiam perpetuam pollicerentur ac præstarent eodem quo ceteri Catholici Reges modo. Sed & antè, anno scilicet millesimo quingentesimo duodecimo, Alphonsus Manicongi Rex misit ad Iulium Secundum legatos vnà cum litteris, in quibus se vniuersumque suum regnum Pontificis voluntati & imperio dedicauit, vt Oforius refert. Ex Indiis porrò Orientalibus vidimus ipsi maximo nostro gaudio legatos Iaponensium Regum duos, qui Gregorio Decimotertio Regum suorum nomine obedientiam perpetuam promiserunt, atque exhibuerunt, atque ad nullum vniquam Regem vel Im-

Dubra. lib. 18.  
prope fin. lib.  
Ioan. Villan.  
lib. 8. cap.  
Pet. lib. 2. de fo-  
lit. vita.

ORBIS DIVI-  
SIO FACTA A  
PONTIFICE  
ROMANO.

Li. 1. hist. Indic.

Hist. gener. Ind.  
lib. 2. cap. 8.  
Pet. Ma. in med.  
operis.

Li. 6. vir. illust.  
in Cortes.

Ofor. lib. 8. hist.

perato-

A peratorem legatos venisse è tam remotis oris vlla de re legimus, nedum vt obedientiam pollicerentur, aut præstarent, vt nostris temporibus ad Pontificem Romanum, Post imperium præterea Rodulphi Habsburgensis milites Theutonici, qui ob præcipuam religionis professionem Pontifici Romano sunt subiecti, bello sibi Christoque Prussiam Livoniamque acquisierunt, quamuis nostra ætate maxima ex parte Lutheri pestilentissima dogmata susceperint. Lithuaniam itidem latissimæ regiones Christo sunt adiectæ: sed de his satis. Constat enim iâ liquidò ex adductis sacram potestatem diuinitus magis amplificatam temporibus illis, quibus homines magis eam opprimere & extenuare sunt conati. Eorum namque, quæ recitauimus, singula prioribus sunt maiora, tum plerumque sui natura, tum quia remanent vel omni vel magna ex parte superiora, & sequentium fit additio ad illa. Illud porrò obseruandum, in cunctis ferè regnis Catholicis id vñsatum, vt ab aliquo Archiepiscopo Rex vngatur, sed antea Rex iuret in eius manibus supra euangelia se fidei Catholicæ defensorem futurum, vt habetur in Põtificali. exèpli gratia, Rex, vt diximus, Franciæ ab Archiepiscopo Rhemensis vngitur ex institutione Hormisdæ, Rex Angliæ ab Archiepiscopo Cantuariensi ex Hadriani Tertii priuilegio, Rex Scotiæ ab Archiepiscopo sancti Andree de concessione Urbani secundi, Rex Germaniæ à Moguntino ex inueterata consuetudine, Bohemiæ à Pragensi, vt ait Dubrauius; Poloniæ à Gelsenfi, teste Cromerio, Hungariæ à Episcopo Albæ Regali auctore Bonfinio, Sueuiæ ab Vpalsensi, vt tradit Ioannes Magnus, Daniæ à Lundensi. In ijs præterea regnis, quæ non hæreditario iure ad liberos transmittentur, sed electione Rex crearetur, Episcopi primas tenent, vt in Germania, Bohemia, Hungaria, Polonia, & olim in Suetia, Dania, & Italia. Rex Hispaniarum nec coronari, neque eligi solet: sed his lex est, vt suprâ adduximus, Concilij sexti Toletani, vt si incidat in hæresim sit excommunicatus, & exterminandus; quam Ferdinandus renouauit anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, eodem quo Indiarum Occidentales sunt detectæ, instituitque seuerissimum Inquisitionis tribunal, cui Reges etiam subiectos esse ob dictum canonem sanciuit, quod diligentissimus scriptor Vaseus testatur. Neque verò illud est prætereundum, solere omnes Reges Catholicos, vbi Põtifex Romanus est creatus, ad illum mittere legatos, qui ipsorum nomine perpetuam illi obedientiam polliceantur, ac præstent. E quibus omnibus appareret Ecclesiasticam potestatem maiores semper progressiones fecisse aduersus hostiles impugnationes; quæ est certissima diuinitatis in ea confidentis nota, quæ sic abest ab hæreticorum conuenticulis, vt videas vnà cum hæreticæ alicuius factionis exordio simul etiam concidere auctoritatem illorum, qui se hæreseos illius capita profitentur, donec eò tandem veniatur, vt vel eorum sit prorsus nulla, vel tenuis & exigua. quod cum sit omnibus notissimum, non est quòd verba effundentes lectoris otio velimus abuti.

Lib. 25. ca. 2.

SIGNVM SEPTVAGESIMVM SEPTIMVM.

Perpetua successio Apostolorum.

*Illæ est Ecclesia Dei, in qua successio perpetua Episcoporum apparet, quæ quidem nunquam interrupta fuerit ab exordio Ecclesiæ constituta à Christo. Cap. V.*

**H**is quæ diximus proficiscitur necessariò in Ecclesia esse perpetuam Apostolorum successionem, quorum quidem locum, vt vidimus, Episcopi tenent. Quocirca si quis sit hominum coetus, in quo aliquando vel nõ fuerit, vel etiam non sit ordo Episcoporum, vel is liquidò appareat interruptus, quòd in ea sede deserint omnino esse per multum tempus Catholici Episcopi, occupantibus illam hæreticis; necesse est ibi non sit Ecclesia Dei. Dicitur namque à Paulo est, Christus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & cognitionis filij Dei. Hæc Paulus disertè ostendens in Ecclesia diuinitus positos Apostolos donec illa extabit in terris, & omnes in cælum subuehemur. Sic alibi ait: Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curatio-

Ephes. 4.

1. Cor. 12.  
num.

num. ] Hucusque idem Paulus. Eadem verò pollicitus est Christus, cum verba ad Apostolos habes dixit: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. ] Scimus autem non vixisse semper Apostolos illos: neque erat quod huiusmodi rem promitteret iis defunctis, & in caelestes sedes translatis, quibuscum semper erit, vel post sæculi consummationem. idcirco ad Episcopos hanc promissionem pertinere tum Augustinus, tum alij interpretantur, quòd ij teneant Apostolorum locum. Prædixit eadem David, cum conuersus ad Ecclesiam cecinit de illa filiisque illius, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui Domine in omni generatione, & generatione. ] Audin' Dauidem dicentem fore, vt Ecclesie filij principes ab ea constituti super omnem terram, quod proculdubio Episcopos solos tangit, sint Dei memores omni tempore? Hinc idem rursus Deum sic inducit loquentem, Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar, semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. ] Sed quis quæso hic thronus? Audi Epiphanius: Thronus, inquit, David & regia sedes est sacerdotium in Ecclesia sancta, quã dignitatẽ Regiã, simulque Pontificiã coniunctim largitus est Dominus sanctæ Ecclesie suæ, translato in ipsam throno David non deficiente in æternum. ] Igitur ex his omnibus conficitur non esse Ecclesiam Dei, in qua non sit perennis Episcoporum, præsertim verò Romani potestas, ac gubernatio; & contra euentissimum signum Ecclesie Dei hoc esse Episcoporum, & vt modo dixi Romani, ne interruptam successionem, quod argumentum reputatur adeo efficax, vt eo potissimum sint vsi patres aduersus hæreticos. Afferamus in medium testimonia ipsorum, & more nostro ab antiquioribus exordiamur. Ignatius sanè Ioãnis Apostoli discipulus in cunctis epistolis nihil æquẽ monet Christianos, quàm vt Episcopis sint audientes. quod iis temporibus satis erat ad producendam Episcoporum ab Apostolis deductam successionem, cum constaret hæreticis nullos fuisse antistites ab Apostolis datos. At Irenæus, qui Polycarpum Ioannis Apostoli discipulum audiuit, his verbis vrgit hoc argumentum: Valde longum est in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum numerare successiones, maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo fundatæ & constitutæ Ecclesie eam, quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum peruenientem usque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos qui quoquomodo, vel per sui placentiam malam, vel vanã gloriam, vel per cæcitatẽ & malam sententiam præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorẽ principatam necesse est omnem vndique conuenire Ecclesiam, hoc est eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur, & instruentes beati Apostoli Ecclesiam Lino Episcopatum administrandæ Ecclesie tradiderunt. Huius Lini Paulus in his quæ sunt ad Timotheum epistolis meminit. Succedit autem ei Anacletus, post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum fortitur Clemens. Huic autem Clementi succedit Euaristus, & Euaristo Alexander, & deinceps sextus ab Apostolis constitutus est Xystus, & ab hoc Telesphorus, qui & gloriosissime martyriũ fecit, ac deinceps Hyginus, post Pius; post quem Anicetus, cum autem successisset Aniceto Sother, nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherius. ] Hæc Irenæus apertissime aduersus hæreticos opponens hanc, quam dicimus notam perpetuæ Episcoporum successionis deductæ ab ipsis Apostolis. Eadem adducit Clemens Alexandrinus inquit: Atque si est quidem sapientis finis contemplatio; ea sanè contemplatio, quæ est adhuc philosophorum, diuinam appetit scientiam, nondum autem assequitur, nisi per disciplinam acceperit vocem prophetiam sibi declaratam, per quam accipit, quomodo se habent, habuerunt, & habitura sint, quæ sunt, quæ futura sunt, & prius fuerunt. cognitio autem ipsa est, quæ per successionẽ ad paucos ex Apostolis absque scriptis tradita peruenit. Hinc ergo cognitio, seu sapientia exerceat oportet ad contemplationem habitum æternũ. ] Sequitur suum præceptorem Origenes, cum multi sint, inquit, qui se putent scribere quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruetur planè ecclesiastica prædicatio per successionis ordinẽ ab Apostolis tradita, & usque ad præsens in Ecclesiis permanens illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica discordat traditione. ] Origeni subscribit Tertullianus, qui libro de præscriptionibus aduersus hæreticos sic ait, Cupio ostendant mihi, ex qua auctoritate prodierunt, edant origines Ecclesiarũ suarum, voluant ordinem Episcoporum suorum

Cypr. epist. 80. Aug. serm. 4. 5. de verb. Domini, c. 1. sal. 47.

Psal. 44.

Psal. 88.

Iren. lib. 3. c. 3.

Clem. stro. lib. 1.

Orig. lib. de prin.

A suorum ita per successores ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit auctorem, & antecessorem: hoc enim modo Ecclesie Apostolicæ census suos deferunt: sicut Smyrneorum Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum habet, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit. ] & rursus: Hanc igitur dirigimus præscriptionem, si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quàm quos Christus instituit, quia nec alius patrem nouit nisi filius & cui filius reuelauit, & nec aliis videtur reuelasse filius, quàm Apostolis, quos misit ad prædicandũ, vtique quod illis reuelauit: quid autem prædicauerint, id est quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias quas ipsi Apostoli condiderunt ipsi eis prædicando tam viuam, quod aiunt, voce, quàm per epistolas postea. si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiis Apostolicis matricibus & originalibus fidei conspirat, veritati deputadã. ] & multis interiectis: Age iam qui vobis curiositatẽ melius exercere, in negotio salutis tuæ percurrere Ecclesias Apostolicas. ] & enumeratis aliquibus, subiicit: Si autẽ Italia adiacet, habes Romanam, vnde nobis quoque præstõ est auctoritas. Felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostolicam sanguine suo profuderunt. ] Eodem similiter argumento vsus est Cyprianus: Ecclesia vna est, ait ille, quæ vna intus esse, & foris nõ potest. Si enim apud Nouatianum est, apud Cornelium non fuit, qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotij honorem martyrio quoque Dominus glorificauit. Nouatianus in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Euangelica & Apostolica traditione contempta nemini succedens à se ipso ortus est. Sed & Optatus aduersus Donatistas affert idem. Vestræ, inquit, cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare. ] & mox, enumeratis Pontificibus à Petro usque ad Syricium sui temporis Papam subiicit: Qui noster est socius, & cum quo nobis totus orbis commercio formatarum (has supra vocauimus synodicas, vbi actum de fidei confirmatione) in vna cõmunionis societate concordat. ] Optato cõsentit Augustinus, qui sic libro de vtilitate credendi: Nõ est dubitandum in illius Ecclesie nos considerare gremio, quæ ab Apostolica sede per successiones Episcoporum culmẽ auctoritatis obtinuit. ] & alibi contra partem Donati, Numerate, inquit, ab ipsa Petri sede, & in illo patrum ordine quis cui successit videte. ] & contra epistolam fundameti, Tenet me, ait, in Ecclesie gremio ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascẽdas oues suas post resurrectionem Dominus commẽdauit, usque ad præsentem Episcopatum sacerdotum successio. ] hinc Epiphanius cõtra Carpocratianos Romanorum Pontificum successionem præfert, ac mox rationem subiicit: Et ne quis, inquit, miretur, quòd singula ita exactè recensemus, per hos semper id quod manifestè est in fide ostenditur. ] Hæc igitur antiqui patres, è quibus concluditur, quod diximus, illam non esse Ecclesiam Dei, in qua non est à temporibus Apostolicis, & Apostolis ipsis deducta successio Apostolorum; eamque esse Ecclesiam Dei, pro qua sit huiusmodi series Episcoporum.

Qua in re maximè obseruandum, non esse perpetuum in iis Ecclesiis ordinem Episcoporum qui fuerit interruptus ab Episcopis, qui hæretica decreuerint. Exempli gratia. In Ecclesia Constantinopolitana palàm fatentur ipsi Græci fuisse hos Episcopos hæreticos, Macedonium, Nestorium, Anthimum, Acacium, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Anastasium, atque alios plurimos, quos Iconomachi Imperatores constituerunt. In confesso est similiter Antiochiæ hos fuisse hæresum pertinaces assertores, Paulum Samosatrenum, Eulalium, Euzoium, Ioannem, Domnum, Petrum Gnapheũ, Macarium, & Alexandriæ Georgium Cappadocem, Sergium, Lucium, Dioscorum, Timotheum, Eluium, Moggum, Hierosolymis autem Ioãnem Origenistam, Salustium, Arsenium, Heraclium, Hilariũ. In Oriente ita que nulla sedes, cui fuerit hæc Episcoporum successio nõquã intermissa. Quatuor nãq. recitatis cerere semper paruere: quo circa his concidentibus, reliquæ haud stare potuerunt. Necesse verò est alicubi perpetuitas huiusmodi fuerit cõseruata, ne dicamus Ecclesiam Christi intercidisse, & portas inferi aduersus eam præualuisse, Christumque non fuisse cum suis usque ad consummationẽ sæculi. Nullibi porrò potest ostendi hanc conseruatam, nisi in Ecclesia Romana, quam vocant antiquissimam Irenæus & Eusebius, quod supra est ostensum. Irenæus, Optatus, Augustinus, Epiphanius Pontificũ Romanorum successiones in medium producunt. in qua neque hæretici ipsi possunt asserere

Cypr. ep. 6. li. 1.

Opt. lib. 2. aduer. Parm.

Cap. 17.

EX OMNIBUS PATRIARCHIS ORIENTALIBUS ALI QUI HÆRESIARCHAE, AUT HÆRETICI.

tere vllum sedisse hæreticum, nisi hæreticos dicant qui ab ipsis dissentiunt, & pro comperro esse velint de quo disputatur, quod maximè esset ridendum. Nam de Protestantibus quid dicemus, quibus Episcopi nulli fuerunt vniquam per tot sæcula, cum nudius tertius ex inferis ipsi eruperint, vt cælum caligine impietatis ac summæ confusionis replerent?

## SIGNVM SEPTVAGESIMVM OCTAVVM.

## Principatus Romæ positus.

*Predictum fuit Ecclesie principatum Romæ futurum, quod Ecclesie duntaxat nostræ contingit. Cap. VI.*

Argumentum.



Nsigne profectò est illud Davidis, siue potiùs Dei à Dauide scriptum oraculum, quo Deus inducitur sic alloquens Christum: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion dominare in medio inimicorum tuorum. ] Appositè dictum est, Virgam virtutis emittet Dominus ex Sion. ] In monte namque Sion Spiritus sanctus in Apostolos cælitus est delapsus: nam cænaculum, in quo congregati erant, adhuc in monte est Sion, ex eo ceperunt illi palàm doctrinam Christi disseminare, in eo Petrus habuit illam concionem, qua tot hominum millia ex omni natione Christo conciliauit; atque ita è Sionè virga virtutis Christi emissa primù in omnes terræ partes se diffudit. Quod verò adicitur, Dominare in medio inimicorù tuorù, ] id quid sibi velit, est explicandù: nulli nãque magis Christi doctrinæ, ac discipulis eius sunt aduersati, nulli magis in eos inimico fuerunt animo, quàm Romani ciues, & Imperatores. Cunctæ namque procellæ, quæ in Christianos excitata sæuierunt ab ipsis Romanis, & qui se Imperatores, aut Reges Romanorum vocant, hucusque sunt profectæ, quicumque è Pontificibus Romanis sunt hæcenus interfeciti (fue re autem viginti nouem, vt supra ostendimus) ab istis occisi fuere, Quin Christus ipse morti adiudicatus à ciue Romano, præsideq. Põtio Pilato. Necessè est igitur Romæ dominetur Christus, Christi que regnum Romæ sit, cum dixerit Deus, Dominare in medio inimicorum tuorum. ] Ideo que ne quis ambigendi locus relinquatur, nõ satis habuit Deus, si dixisset, Dominare vel inter inimicos tuos, vel inimicis tuis: sed vt rem faceret apertissimam, dixit in medio inimicorum tuorum.

Daniel est idem vaticinatus pulcherrima illa interpretatione statux, quam vidit Nabuchodonosor in somnis, & qua regna orbis omnia atque euentus eorum significabantur. Recitemus quæso summam vaticinium illud. Statuæ caput erat aureum, pedes, & brachia argentea, venter, & femora ærea, tibiæ ferreæ, pedum pars ferrea, pars fictilis. Post hæc idem Rex vidit lapidem de monte abscissum sine manibus, qui statuum percussit in pedibus eius ferreis, & fictilibus, eosque contriuit vnà cum ferro, testa, ære, argento, atque auro, lapisque est factus mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Omnes verò conueniunt tibiis illis ac pedibus prædici Romanorum regnum, quod innitebatur duobus Consulibus, quasi corpus tibiis duabus: nam consulatum gerebant, & Imperatores ipsi, vt apparet è factis. Consentiant similiter omnes illo lapide Christum, & Christi regnum significari. Recitat autem Daniel à lapide hoc percussam statuam in pedibus eius, quibus comminutis contrita sunt deinde ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, lapidem verò factum montem magnum. Hic igitur lapis ad pedes statuæ primo deuoluetur, inde post statuam comminutam incrementum sumet; atque ita Romæ initium sumet, ex illa cõteret omnia reliqua regna, porrigens se in vniuersam terram latissima amplificatione petreæ vicariæ, qui est Pontifex Romanus Petri successor, super quem ædificatur Ecclesia Dei. Neque verò, quod nonnulli putant, agitur in illo oraculo de regno Christi, quod vltima iudicij die excitabitur. Nam verba ipsius huic interpretationi repugnant; excitandù namque dicit hoc regnum in diebus aliorum regnorum, non igitur vbi illa fuerunt excisa: deinde addit à principio paruum lapidem, mox incrementa fecisse. At in die supremi iudicij, neque paruus erit Christi lapis, & ad suum culmen, & augmentum antea pertinet. Stet igitur Romæ futurum, vt Christus initium regni sui constituat, inde incipiat vniuersæ terræ dominari.

Michæas

A Michæas idem clarissimè & apertissimè explicauit, cum cecinit: Erit in nouissimis diebus mons domus Domini in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum omnes populi, & properabunt gentes multæ, & dicent; Ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius, quia de Sio exiit lex, & verbù Domini de Hierusalè, & iudicabit inter populos multos, & iudicabit gentes fortes vsque in longinquum, & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones; non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare; & sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suum, & nõ erit qui deterreat, quia os Domini locutù est, quia omnes populi ambulabunt in nomine Dei sui, nos autè ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternù, & vltra. In die illa, dicit Dñs, cõgregabo claudicatè, & eam quam eiceerã colligã, & quã affixerã, & ponã cladicatè in reliquias, & eam quæ laborauerat in gētē robustã, & regnabit Dominus super eos in mōte Sio ex hoc nūc, & vsq; in æternũ. & tu turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet, & veniet potestas prima regnũ filie Hierusalè. Nunc quare contraheris? Nūquid Rex nõ est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientis. Dole & fatage filia Sion quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonẽ, ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorũ, & nunc cõgregata sup te gētes multæ, quæ dicunt, Lapidetur, & aspiciat in Sio oculus noster. Ipsi autè nõ cognouerunt cogitationes Dñi & nõ intellexerunt cõsiliũ eius, quia cõgregauit eos quasi foenũ terræ. Surge, & triturata filia Sio, quæ cornu tuũ ponã ferreũ, & vngulas suas ponã æreas, & cõminues populos multos, & interficies Dominos, & rapinas eorũ, & fortitudinẽ eorũ Dño vniuersæ terræ. ] Hucusq; Michæas, cuius verba volui figillatim referre, vt ob oculos posita planissimè intelligatur & explicentur. Multa autè prædicuntur futura. In primis, vt locus, in quo colendus sit Deus, sit editissimus, omnibus cõspiciuus, cunctis emineat ob dignitatẽ scilicet, nobilitatẽ, & maiestatem; ita vt nihil eo dignius, nobilius, & honorificentius. Nihil autè Romana & põtificia maiestate eminentius in terra reperitur. deinde vt eò properent gentes, ac populi multi. Id est explicatum, cum ostendimus, ad cultum Christi, quẽ Romanus Põtifex sancit, traductas esse, & traduci innumeras gētes, à quibus alia inuitatur, vt idẽ prædicit, neque similiter in Hierusalè permanet verbum Domini, ac lex eius, sed inde egressum cõmoratur inter populos, eosque multos, ac lōgissimè positos, quos iudicat, gentesq; à bellis ad studia pacis conuertit, vt Gotthi, Vandali, Sueui, Heruli, Hunni, Longobardi, Northmanni, Hungari, Germani, Dani, Sarmatæ, Rugi, Rhuffi, Noruengieses, Angli, Picti, Scoti, Pruteni, Lituani, Slaui, atq; his similes populi efferatissimi ad cedes ac rapinas nati, quorũ mores hodiernos si cõpares cum antiquis, dicas è leonibus oues, ex vris agnos effectos, vt explicauimus. Addit tẽpus huius euentus. In die illa cõgregabuntur duæ gentes claudicans, & eiecta; nimirũ natio Hebræa, vt interpretatur Hieronymus ac Rupertus, quæ claudicantis instar, haud cõtento ac veloci cursu ad mōtẽ Dei pergebat. At ceteræ gētes erant eiectæ, neq; patebat eis aditus ad Deũ. hæc duæ colliguntur in vnũ, subiicit è claudicatè nõnullos fore, qui quasi reliquæ quædã, vel è mēsa cadentes, vel post terga metētũ relictæ nequaquã colligantur, sed relinquuntur: idq; ob Iudæos, quæ veritatẽ reiecerunt, quibus ab Apostolis est dictũ: Ecce cõuertimur ad gētes. ] Quod verò scribit, Regnabit Deus sup eos in mōte Sio ex hoc nūc, & vsq; in æternũ. ] nõ significat fore, vt in Sio regnet in æternũ, sed vt regnet in eis semper, initiũq; regni à mōte Sio sumat: nã Sionis filia prædicit aliò adducendã: quãquã Sion nõ est intelligendus locus ille, saxa, & rupes, sed homines ipsi qui in eo accepti fuerunt Deo, Ecclesia Christiana, quæ in eo loco primũ cõstituta, sed vt intelligamus apertius, ac tẽpus huius oraculi, Deũq; aliò cõmigraturũ, diuinã potestatem aliò trãferendã, nõnulla subiicit vates, Deumq; inducit incolas Sionis alloquentẽ, & in primis ait, se ad eos è cælo delapsurũ, vocatq; Sionẽ siue Ecclesiã turrem gregis nebulosam ob similitudinem, turris namque gregis est in qua prope Bethleem confedit Iacob, cum duodecim filiis suis, ac sedes fixit post obitum Rachelis, & in qua pastores erant cum dictum fuit ad illos ab Angelo, annuncio vobis gaudium magnum. Et Ecclesia vocatur turris gregis quòd in ea cõfederit Christus cum duodecim Apostolis suis, cũ sinagoga effer extincta, & in ea pastores hominũ Christianorũ cõmorentur nato Christo. nebulosam vocat hanc turrem, siue, vt reddi potest ex Hebræo, nubes pertingentem, quòd reuera Apostoli mentis altitudinẽ cælos pertingerent, & Ecclesia cæli simul habens clauẽs cælum similiter attingat, vel vt Chaldaus interpretatur,

De Sig. Tom. 2.

T

quòd

Gen. 36.

quod Christus occultè quasi nebula obductus venturus esset. Addit, Veniet ad te, A  
 veniet potestas prima, siue suprema, Deus ipse, Christus Deus, & homo, Messias, vt red-  
 dit Chaldeus. Pergit Deus consolans indigenas Sionis, & ait, nō esse quod doleat, qua-  
 si nullus eis sit Rex, consiliarius nullus; Ecclesia nāque Christiana nullo regio cōsiliario  
 ab initio nitebatur. Afferit deinde solatij causas, ac primam, quod sit futurum, vt ipsa pa-  
 riat, & quidem breui; ait enim, nunc iam partus doloribus teneri. Innuat autem partū gen-  
 tiū, quas Apostoli Deo & Christo in mōte Siō primò post illapsū Spiritus sancti, dein  
 verò successores pepererunt semper, ac pariunt; de quo partu Paulus ait, Filioli mei, quos  
 iterum parturio, donec in vobis formetur Christus. ] Eādem similitudinē secutus est Isaias  
 multis in locis, vt capite quinquagesimo quarto, atque vltimo, vbi ait fore vt Sion Deo  
 gentes pariat. secundum consolationis caput est, ipsam Sionis filiā, nempè Ecclesiā in Ba-  
 bylone redimēdā ac liberādā, cum fuerit eō nō vi abducta, sed spōte accesserit egressa ē  
 Sione, habitaueritq; nō in ipsis domibus Babylonis in medio eius, vt lamētātur Hebræi  
 psalmo illo, q; incipit, Super flumina Babylonis. ] sed in agris. hoc enim significat illa ver-  
 ba, Habitabis in regione. ] vt constat ex Hebræo. Babylonē verò apertissimè Romā vates  
 vocat. Apostolorū nāq; principes eō concessere, & Christiani vsque ad tēpora Cōstātini  
 sapius Romæ in cryptis subterraneis habitabant subter agros defossis, vt hostiū ferocia  
 crudelitātēq; vitaret; quarū plurimæ adhuc in vrbe visuntur, Christianorūq; insignia mo-  
 numenta in illis extāt, & in actis martyrū sæpè fit illarū mentio. atq; haud fieri potest vt  
 omnino locus hic de sola Mesopotamiæ Babylonē intelligatur: vel enim de Roma sola,  
 vel de Babylonē ac Roma simul accipiēdus, cum multa habeātur in eo, quæ Babylonicæ  
 seruituti haud cōueniāt. Vnū sit instar omniū, quod ait fore vt populus Dei de Babyloni-  
 ca seruitute liberatus conterat populos multos aduersus eum cōgregatos, & eorū spolia  
 dediceret vniuersæ terræ Deo, atqui hoc accidit Ecclesiæ Christianæ solūmodo, quæ gen-  
 tes sibi omnes ad extremū subiecit. Hebræi verò quomodo nā quæso? Signat igitur va-  
 tes nomine Babylonis Romam, sicut & Petrus in epistola sua, quod Roma omniū gentiū  
 patria cōmunis esset, vt in legibus habetur; sicut ē Babel, vbi Babylonia, dispersæ sunt in  
 omnem terram gētes. Quod verò ait futurū cornu Ecclesiæ ferreū, manifestè ostendit Im-  
 perium Romanorum ferro designatū, quod ad Ecclesiam transit, & illi seruiuit ac seruit  
 adhuc quidquid reliquum est illius. Ex oraculis igitur Michææ satis elici videtur Eccle-  
 siæ Christianæ sedem præcipuam Romæ futuram, ibi eam liberandam.

1. Roma. D. ad Municip.

IV. Cōfirmat hæc omnia Isaias testimonio satis illustri, cum dicit alloquens Ecclesiā, Dei  
 nomine, Et veniet ad te curui filij eorū qui humiliauerunt te; & adorabunt vestigia pe-  
 dū tuorū, qui detrahebāt tibi, & vocabūt te ciuitatē Domini Siō sātī Israēl. ] Hæc Isaias  
 dilucidè ostendēs eos, qui maximè vexarūt Ecclesiam, maximis deinde honoribus illam  
 profecuturos, ac professuros ipsam veritatē Dei, in qua domiciliū suum specialiter cōsti-  
 tueret, verūq; cultum pietatis esse Deus ipse vellet. At qui magis vniquam vexarūt Ecclē-  
 siam, quā Romani, eorūq; Imperatores? qui magis Hierosolymam funditus vastarunt?  
 Ab illis prima in vrbe manabāt edicta, quibus neci addicebantur Christiani. Auspica-  
 bantur ab ipsis Pōtificibus, qui principē locū tenebant, vt amputato capite reliqua cor-  
 poris mēbra protinus exanimata truncarentur. Inde in omnes continuo per vniuersum  
 terrarū orbē Christianos imperus fiebat. Romæ supra tercenta martyrū millia, vt apparet  
 in cœmeteriis, pro Christo vitam posuerūt, sed ad quemnam locū, quæso, qui fuerunt ho-  
 stium Ecclesiæ acerrimorū filij, veniunt curui, vt adorent vestigia pedū eius, nisi Romam  
 ad exosculandos Pontificis summi pedes, quod is Ecclesiæ Catholicæ sit caput, vt ex hoc  
 oraculo necesse est dicamus, alibi namque similia haud videmus. Reges Visigothorum,  
 Francorum, Anglorum, Northmannorum, Longobardorum, Germanorum, Hungarorū,  
 & huiusmodi gentium, quæ Ecclesiam sæpius vexarunt, Romam venerunt, ibi adorarunt  
 vestigia pedum eius, qui se seruus seruorum vocat, cumque caput sit, pedum sibi nomen  
 adsumpsit, humillimorum scilicet seruum se professus. Sed omnia cōcludamus pulcher-  
 rimo Christi oraculo. Ipse enim abiturus in cælū cū ter Petro dixisset, Pāscē oues meas. ]  
 postremò adiecit, Amen amen dico tibi, cum esses iunior cingebaste, & ambulabas vbi  
 volebas; cum autem senueris, extende manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non  
 vis. Hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus Deum. Et cum hoc di-  
 xisset, dixit ei, Sequere me. ] Hæc Ioannes Euangelista. quibus verbis ostendit Chri-  
 stus, quomodo sequi eum deberet Petrus, simulque vbi pascēdæ eius oues ab ipso forent.  
 Nam

Cap. 69.

Cap. ultimo.

A Nam cum dixit eundem Petro non quod iunior ibat, sed quod senior duceretur non volens;  
 adiecit fore, vt extendat manus suas, in cruce scilicet, (vt interpretatur Græci) ac præcin-  
 gatur, vinculis nēpè alligatus: atque his dictis subiicit, Sequere me. ] innuens vbi pascē-  
 dæ oues essent. secutus est autē Petrus Christū crucifixū Romæ: vt enim testā-  
 tur Hegesippus, Origenes, Athanasius, & Ambrosius, in extrema ætate Roma aufugiens  
 Petrus ne in manus iudicū veniret, obuiū habuit Christū ad portas, à quo quæsiuit Petrus  
 iam senior quod pergeret. Romam, respōdit ille, vt iterum cruci affigat. Tum Petrus visum  
 intelligēs, ac monitum Christi, quod non volebat, ductus Romam repetiit, captusq; cruci  
 est affixus in Vaticano, vbi Christum secutus adhuc pascit, vt datum fuerat illi in mādā-  
 tis, oues Christi. Christus igitur antea Petro dixerat, & quo secuturus esset ipsum, & vbi  
 essent oues pascendæ, cum Roma profugiēti occurrit, & sanè fieri haud potuit absque nu-  
 minis diuini manifestissima volūtate, vt cum præci illi Imperatores Christianæ religio-  
 nis inimicissimi occiderint vigintiquatuor Papas intra annos ducentos quinquaginta,  
 haud tamen potuerint Roma excindere Pontificiam sedem. Præterea Gotthi Ariani  
 tenuerunt Italiam Romamque summo imperio annos 111. Quod autem maximè sit me-  
 morandum, quadragies Roma exacti Pontifices summi, semper tamen ad eam reuocati.  
 Nam Petrus edicto Claudij Roma pulsus, Clemens à Traiano in Chersonesum relegatus,  
 Cornelius à Decio in Centumcellas, & Vigilius à Iustiniano Imperatore Martinus à Cō-  
 stantio, Leo III. à Romanis, Ioannes VII. à Comitibus Tusculanis, Formosus ab iisdem,  
 Ioannes XII. ab Otthone I. Ioannes XIII. à Romanis, Bonifacius VII. à Comitibus Tu-  
 sculanis, Ioannes XV. Gregorius V. Siluester II. Benedictus IX. à Romanis, Gregorius VI.  
 ab Henrico II. Alexander II. à Cadaloo Antipapa, & Henrico III. Gregorius VII. Vi-  
 ctor III. Vrbanus II. ab Hærico III. Paschalis II. ab Henrico IV. Gelasius II. à quibusdam  
 Romanis, Innocentius II. ab Anacleto Antipapa, Lucius II. Eugenius III. Hadrianus IV.  
 à factiosis Urbis, Alexander III. à Victore Antipapa, & Friderico I. Lucius III. à seditio-  
 sis, Gregorius IX. à Friderico II. & eius fautoribus, Innocentius IV. Vrbanus IV. ab iisdē,  
 Vrbanus VI. à factiosis, Bonifacius IX. similiter; Innocentius VII. Gregorius XII. ab iisdē,  
 Ioannes XXIV. à Ladislao Rege Neapolis, Eugenius VI. ab aliquibus Romanis; quæ cō-  
 stant omnia è vitis Pontificum, quid, quod Gallici Reges Auenionem transtulere hanc  
 dignitatem, Pontificibus id volentibus? & tamen diuinæ voluntati parendum fuit, vt Ro-  
 mā referretur, cuius quidē mentis diuinæ admonere Papas duæ sanctissimæ inter alias  
 feminæ, Catharina, & Brigida. mox Gallici Cardinales schismate facto Roma commi-  
 grarunt, Auenione Antipapam constituerunt; Romam repetere fuit necesse: huc scilicet  
 Petrum, quod non vult quodam modo, Christus ducit. Ex his igitur fit, Ecclesiæ principa-  
 tum Romæ diuinitus constituēdum fuisse: quod non tamen ita accipiendum videtur, vt  
 aliò Pontifex commigrare, si velit, haud possit. Satis enim per tot annorum sæcula Romæ  
 confedisse, vt oraculis locum fuisse dici verè possit. Cum verò hæc Ecclesiæ nostræ tan-  
 tummodo contigerint, illa necessariò Ecclesia Dei ab omnibus dicenda.

Egef. dex. Hie. Amb. in Auxit. Orig. in Ioann. Achan. Apol. 2.

VI. argumētum

SIGNVM SEPTVAGESIMVM NONVM.

Auxilium cælitum in bellis.

E Cum calites ipsi sæpius visi sint in bellis, quæ Catholici gessere aduersus hostes suos, ip-  
 sif opem ferentes, hinc fit nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. VII.



Christiani, inquit Paulus, non sunt amplius hospites, & aduenæ, sed sancto-  
 rū ciues, ac domestici Dei, atque ita domestici, vt sint instar domus quam  
 Deus incolat, & cuius fundamenta sint Apostoli, ac Prophetæ, Christus  
 autem sit summus lapis angularis. Quocirca arctissima est coniunctio in-  
 ter Christianos & cælicolas, qualis scilicet inter lapides vnā coagmēta-  
 tos, & coherentes in eadem ædificij vnus structura. Qui fieri poterit ita-  
 que vt vota nostra superi ciues non exaudiant? opē nobis aduocati non ferant, ita simul  
 deuinctis, vt maius quodā modo vinculū fingi nō possit? Nō illi ferro ac lacertis pugna-  
 bunt, nō acie instructa præliabuntur, sed diuinitus acceptas vires nostris immittēt, animos

Ephes. 2.

addent, hostibus omne robur adiment, mentes omnino consternabunt, vt nec pedibus consistere, nec manus valeant, aut aliquod membrum mouere. Vulnera, si Deus ita volet, infligent absque vllō gladio, morti totas copias dabunt. Et quid ni ita sit? An non recordamur historiæ illius, de qua sic in diuinis libris: Rex Syriæ misit in Dathain, vt captus adduceretur Eliseus, equos, & currus, & robur exercitus: qui cum venissent, nocte circumdederunt. consurgens autem diluculo minister vir Dei, egressus est, viditque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos, & currus, nuntiauitque ei dicens, Eheu, eheu domine quid faciemus? at ille respōdit, Noli timere, plures enim nobis sunt, quam cum illis, cum orasset Eliseus, ait, Domine aperi oculos huius, vt videat. & aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curuum igneorum in circuitu Elisei. ] An non recordamur quid Iosue contigerit, qui cum versaretur in agris Hiericunthinis, vidit virum stricto gladio stantem; perrexitque ad eum Iosue, & ait, Noster es, an aduersariorū? qui respondit, Nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. ] Iam verò nemo est qui ignoret è columna illa, cuius ductum sequebantur Hebræi ex Aegypto egressi, Dominum respexisse copias Aegyptiacas, quæ à tergo persequebantur Hebræos mare rubrum ingressos, ac subuertisse rotas curuum, exercitumque totum in profunda freti illius traxisse, ita vt vniuersi submergerentur hostes. Alexander Magnus exercitu instructo Hierosolymam contendebat, hostilia multa meditatus. At vbi Iaddum vidit habitu Pontificio sibi occurrentem, ex equo desiliens, ad pedes eius accidit, vrbem priuilegiis ac muneribus multis donat professus se in eo Deum agnouisse, qui sibi per visum in Macedonia apparuerat. quid verò illud quod accidit Heliodoro? miserat eum Rex Seleucus, vt templum Hierosolymitanum spoliaret. Aggreditur ille nefarium seclis, & multis satellitibus stipatus ærarium intrat. & protinus illi adstitit eques aureis armis circumdatus aspectu terribili, qui cunctos terrore exanimatos in fugam vertit. Ipse verò Heliodorus equi calcibus humi est allisus, quem duo iuvenes pulcherrimi virgis cedere cœperunt, donec à suis est subleuatus, domumque asportatus. Illud etiam præclarum, & ad rem nostram maxime appositum, quod in somnis accidit Iudæ. Videbatur illi videre obuium Pontificem summum, qui Deum pro Hebræis precabatur, & Hieremiam qui idem faceret, ostendebat. Hieremias autem Iudæ gladium tradidit dicens, Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israël. ] omittimus hic quod tempore Gedeonis contigit, cum de iussu Domini perrexit aduersus innumeras copias Madianitarum cum trecentis viris, qui castra hostilia circumdantes de media nocte buccinis clangere cœperunt, & complosis quibusdam lagenis vociferari, Gladius Domini, & gladius Gedeonis, immisitque. Dominus, inquit auctor historiæ, gladium in omnibus castris, & mutua se cæde trucidabant. ] Cum Sennecharib Afsyriorum Rex obsedisset Hierosolymam, & extrema illi omnia minaretur; neque vlla euadendi spes appareret, nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castris Afsyriorum centum octuaginta quinque millia. Verum sunt innumerabilia, euenta, è quibus possemus colligere, quæ sit Ecclesia Dei; à quo quamuis prospera cuncta proficiuntur, tamen non ita proximè ab illo procedunt, neque tam manifestè, neque per ipsius intimos transiguntur. At Ecclesiæ suæ Deus adesse sæpè solet in bellis apertissimè, & quandoque cælites ipsos mittit, qui adcurrant, opem ferant. Testatur Eusebius post Tertullianum in exercitu Marci Antonini Philosophi, dum pugnaret aduersus Marcomannos & Quados, fuisse legionem Christianorum quæ cum siti extrema premeretur exercitus, precibus à Deo pluriamque & fulmina, quibus hostes ad interuersionem sunt dati, impetravit; ob id ab Imperatore vocata fulminatrix. Dion attribuit id cuidam Arnuphi Mago: sed arguitur mendacij à Xiphilino. Capitolinus, vt rem à Christianis auertat, sic ait: Fulmen de cælo precibus suis contra hostium machinamenta extorsit, suis pluuia impetrata, cum sibi laborarent. ] Misit autem Capirolinus vitas Imperatorum, quas cōscripsit; ad Diocletianum Christiani nominis inimicissimum. Euenti huius, exstat adhuc monumentum Romæ insculptum in columna Antonini, & Iustinus in apologia sua totam rem refert. Sed tunc quidem Christiani, haud præliabantur pro religione Christi: iis tamen Deus est auxiliatus, ac per eos ceteris commilitonibus. Notissima est historia Constantini, quam recitat ab ipso auditam Eusebius Cæsariensis: nam cum contenderet aduersus Maxentium, vidit in aëre crucem, cui inscriptum erat, In hoc signo vinces. Quocir-

A Quocirca labarum ille Imperatorum conformauit in modum crucis, eoque vexillo numquam non victor fuit. gestabant illud milites delecti; ac si quando, vt accidere solet, pars aliqua exercitus sui inclinare videbatur ob hostiles impressiones, eò iubebat labarum deferri, & continuo aduersarij quasi metu nouo perculsi se in fugam dabant. Sotomenus hoc scribit lib. 6. cum Iulianus atrociam meditaretur in Christianos, vbi rediisset è Perfide, quidamque ex ipsius necessariis ad eum pergens in itinere in diuersorio somnū cepisset, per visum conspexisse in vnum conuenire complures ex Apostolis ac prophetis, quasi deliberaturos, quid agendum foret, ac tum duos ex eis missos ad Iulianum perhendū; experrectus vir noluit iter prosequi, sed ibi constitit: ac rursus postea cum somno se dedisset, vidit idē conciliū cogi, & eosdem, qui profecti erant, redire dicentes occisum Iulianū, ac nō multo post allatum est, ita contigisse. Addit idem scriptor, à multis affirmatū, Iuliano prælianti ac sauciato apparuisse Christum, ac tum Iulianum è vulnere expressisse sanguinem, & in aëra proiecisse, Christumque verbis conceptis suæ necis insimulasse. Hæc ille scriptor. Theodosius Imperator, cum aduersus Eugenium pugnaret prope Aquileiam, neque satis fideret suis viribus, totam noctem transegit in precibus: iū galli tamen cantum somno oppressus vidit duos viros candido amictu vestitos equis albis vehi, qui ipsum bono animo esse timoremque abiicere iusserunt; se antesignanos missos, alterumque esse Ioannem Euangelistam, alterum Philippum Apostolum. Igitur prima luce prælium committit, signisque collatis ventus excitatus aduersos hostes feriens, tela iaculaque ab ipsis contorta in eosdē retorfit, insignemque Theodosio victoriam peperit. Idcirco Claudianus vates, quamuis non Christianus, sic cecinit in panegyrico ad Honorium.

C  
*Te propter gelidis Aquilo de monte procellis  
Obuius aduersas acies, reuolutaque tela  
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas:  
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris  
Aeolus armatas acies, cui militat æther,  
Et coniuuati veniunt ad classica venti.*

Cum Roilas Scytharum dux aduersus Theodosium iuniorem cum maximo exercitu pergeret, & iam Constantinopolim appropinquaret, Deus immisis fulminibus ac facibus è cælo cunctas eius copias Christiano pioque Imperatori inimicas dissipauit, vt illius temporis scriptor Theodoretus adnotauit. Eiusdem Theodosij dux Ardaburius aduersus Persas pugnabat. Quo tempore Angeli quidam nonnullis è Bythinia Constantinopolim pergentibus apparuere edicentes, vt cunctos bono animo esse iuberent: se namque missos à Deo, qui Romanis opem ferrent. Acciditque, vt commisso prælio Sarraceni, quibus Persæ in primis fidebant, timore sint huiusmodi correpti, vt viderentur sibi videre se vndique concludi à Romanis: quocirca in fugam coniecti in Euphratem se præcipites dederunt, ibique centum millia virorum perierunt. Imperante eodem, Ioannes hæreticorum fautor in Occidente arripuit Imperium: misit aduersus eum Theodosius exercitum, duce Ardaburio eodem, qui Angelo pastorem habitu eum ducente per occulta loca subito; & improuiso aduentu Rauennam cepit, Ioannemque in ea commorantem. atque hæc imperante Theodosio, & res ferè omnes publicas administrante Pulcheria Augusta sorore, quæ virginitatem Deo vouit, vt fratri impuberi Imperium sartum tectumque tueretur. Imperante Iustiniano, Rex Persarum Sapore obsedit Sergiopolim; cumque defensoribus vacuam intellexisset, adoriri volebat. Instructo exercitu vidit innumeros milites in mœnibus dispositos, atque optimè armatos. Cūque id fieri nō posse certò sciret, cognouit Sergij Martyris opus hoc esse; idcirco obsidione dimissa, discessit; Sergiumque martyrem in maxima veneratione habere cœpit. Diximus alibi, Francos, ac Burgundos non alia de causa Christo nomen dedisse, nisi quòd votis Christo conceptis innumeras Alemannorum copias profligassent. & à Francis olim, nescio an hodie, illustrissimum vexillum, cui nomen aurea flammula, asseruabatur in sancti Dionysij, neque vmquam nisi in extremis regni periculis efferebatur, maximè aduersus hostes Catholicorum, & piorum. quod vbi fiebat, victoria semper à Francis stabat meminit illius rei post alios Papyrius Massonus, qui plurima ad hanc rem facientia, eaque cognitu in primis digna recenset. Pelagius Cantabriæ Rex cum sub annum septingentesimum decimum sextum, mille fortioribus delectis aduersus Miramolinū,

Theod. li. 5. c. 14

Niceph. li. 4. c. 21

Euag. li. 4. c. 27.

716.

Vide Roder.  
Tolet. & sanct.

ac Sarracenorum duces pergeret, vidissetque hostes longè viribus præstare, in specu se abdidit. reperto latibulo Sarraceni plurima in Christianos tela mittunt; quibus diuino miraculo in Sarracenos retortis, viginti millia eorum ceciderunt. Pelagius re tanta visa cum suis egressus maximam reliquorum stragem fecit. Post annum octingentesimum vigesimum sextum, cum Ranimirus totam diem pugnasset aduersus Sarracenos, ad vesperam cum suis in editum locum se recepit. Ibi cuncti metu perterriti precibus se dare. Tum Ranimiro adstitit in somnis sanctus Iacobus, omnes iussit sua peccata cõfiterentur, Eucharistiam sumerent, preliumque inirent. Experrectus Rex somnium cunctis narrat. & mox, quod iussu fuerat, omnes egere, signaque contulere, & hostium sexaginta millia cecidere. Sanctus Iacobus in eo conflictu equo candido insidens, vexillo niueo, quod rubea crux transuersa distinguebat, apparuit. Ex illo Hispani huiusmodi insigne gestarunt. Anno nongentesimo decimo quinto, cum Ioannes Decimus exercitum misisset in Apuliam aduersus Sarracenos, tradit Luitprandus, qui tempora illa videtur attigisse, sanctos Apostolos Petrum & Paulum in iis præliis conspectos victoriam nostris maximam peperisse. Venceslaus Bohemix Dux sanctimonia illustris fuit. Is cum duci Curinensi, qui maximo cum exercitu in fines Bohemix populabundus ingrediebatur, occurrisset, coactis copiis, vt multorum cædibus parceret, obtulit singulare certamen. vbi ventum ad manus; Angeli apparuere, qui Venceslaum protegentes arma ministrabant. Territus eo visu Curinensis ex equo se deiecit veniam petens. Ignouit Venceslaus, & monitum, ne aliena peteret, dimisit. Anno millesimo nonagesimo octauo, cum in expeditione sacra nostri Antiochiæ in maxima rerum desperatione essent, & extrema sibi quæque timerent, quod innumeros Sarracenorum, Persarum, Turcarumque exercitus aduersus se paratissimos viderent: ipsi autem fame propè enecti vix possent pedem mouere; & paucissimi essent illis equi, quibus vt in bello possent; apparuit Petro cuidam clerico è prouincia sanctus Andreas, monens, vt principibus Christianæ militiæ suo nomine ediceret, vt in ecclesia principis Apostolorum lanceam, qua transfixus est Christus, defossam humi quærerent. locum verò, vbi occultabatur, designauit; eaque prælata procederent ad bellum: ne dubitarent, fore victores. Cumque clericus diu recusasset, tandem sæpius obiurgatus, minisque adiectis compulsus rem detexit. Quæsiuerunt illi, & vt prædictum fuerat, inuenerunt; pergentes aduersus inimicos celeberrimam victoriam reportarunt, ex qua spolia multa varia & maximè opima, vberimamque omnium rerum copiam sunt adepti. Illud porrò mirabilius accidit: nam cum milites Christiani in hostes contenderent, defatigatique & extenuati essent omnes, continuò ros quidam pluuius cælitus defluxit, quo vires omnium recreatæ, roburque additum, spesque victoriæ confirmata: iterum, vt Robertus Monachus scribit, nostri pugnam cruentissimam conseruere cum Corbona Persarum duce, & iam videbatur acies nostrorum inclinare; sed apparuere agminè innumera equitum albatorum, qui tantum terrorem incussere hostibus, vt illi protinus se in fugam darent, & ex iis nostri occiderunt equitum centum millia, peditum numerus iniri haud potuit præ multitudine. Alphonfus Portugalliæ Dux primus patri Henrico successit anno millesimo centesimo duodecimo. Hic commissurus prælium aduersus quinque Sarracenorum Reges cum trepido profus animo esset, confirmatus est à Christo in somnis, iussusque in acie descendere, signumque attollere, cui quinque ipsius vulnera, quæ ostentabat, depicta essent. Egit hoc Alphonfus, & nobilissimam victoriam reportauit. ex illo insigne Regibus Portugallensibus fuit quinque Christi plagis ornatum vexillum. Post annum millesimum centesimum decimum septimum Alphonfus Octauus manus cum Sarracenis in Hispaniis conferuit, & Arabum ducenta millia occidit. In eo prælio crux in aère à cunctis palam visa. Post annum millesimum centesimum vigesimum sextum, Alphonfus alter, cum Baëtiæ obsidione cinxisset, in somnis admonitus & confirmatus à sancto Isidoro, prælio commisso, innumeras copias Sarracenorum profligauit. Sed ne longè ab ætate nostra posita cõfitemur. Anno millesimo quingentesimo septimo, cum Rex Cananotis obsideret arcem Lusitanorum, ac sæpius ab eis in quotidianis conflictibus essent ipsius maximæ copix à paucissimis Lusitanis fusæ; quæsitum fuit, pace cõciliata, ab eius militibus, quinam foret ille è nostris, qui in cunctis congressibus magnas ipsorum strages semper ediderat, & illeque tamen è prælio abibat, quamuis plurimi ex hostibus in vnum conspirassent, atque innumeris eum sagittis vulnerare conati fuisset. Cõpertumque necessariò fuisse aliquem cælitus demissum; nemo namque fuit huiusmodi à Lusitanis

A Lusitanis. Rex Manincogi in Africa Christo se addixit. vita decedens duos reliquit filios: horum natu maximus Alphonfus cum paucis suorum non est veritus inire pugnam cum fratre, qui magnas circum se copias haberet, & à religione Christiana valde alienus esset. Ventum ad manus. Alphonfus continuò aduersarios in fugam vertit. Eorū dux captus palam profitebatur se magnam militum copiam in equis inidentem, & crucibus insignitam, tantaque luce splendentem, vt oculos omnium perfringeret, in prælio conspexisse, cuius metu perterritus terga dare cum suis fuerit coactus. Sed qui plurimas huius generis victorias cognoscere cupit, legat historias elegantissimas doctissimi viri Hieronymi Olorij de rebus gestis Emmanuelis Regis, Ferdinadi Lopezij, & quas postremò omnium eruditionis genere refertus edidit in lucem Ioannes Petrus Maffeius è Societate Iesu. Nostris etiam temporibus, cum Solymanus Turcarum Princeps cum innumeris militibus Sabariam in Pannonia obsedisset, neque vlla spes esset in humanis viribus; Nicolitia tamen præsidij dux Deo fretus aduersus tot copias intrepidus stetit, neque potuit vllò modo exiguum oppidulum capi: cumque Turcæ iam menia ingressi locum in potestatem viderentur redacturi, apparuit in aère eques, qui stricto gladio minitans cunctos repente in fugam vertit, & nostros ab eorum manibus liberauit. creditur is fuisse sanctus Martinus, qui in Sabaria est ortus, & cuius in tutela locus ille vti patria sua erat. Id etiam tradunt accidisse, cum Mahometes obsedisset olim Rhodum, & Solymanus per suos duces Melitam Rhodiorum militum modò sedem. His namque temporibus dicitur visus in aère, qui Turcas stricto gladio minitabundus ab ingressu Rhodi, & oppidi sancti Michaelis in Melita repulerit: & Ioannes Baptista militum patronus creditur is fuisse. Atque hæc fati sint nobis, vt ex eis colligere quibus possit Ecclesiam nostram Dei esse, ac nos sanctorum ciues, Dei que domesticos, & idcirco in præliis cælicolas nobis præstò esse, nisi si quando Deus visitare velit, vt cecinit Dauid, in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra, & tradere nos in manus inimicorum, vt olim interdum contingebat Hebræis. Idcirco vt pateat omnibus se, à nobis esse, quamuis aliquando succumbamus, conspiciendos exhibet cunctis superos ipsos ciues, qui pro nobis præliantur. Neque verò quemquam moueat, quòd legamus, & Romanis aliquando adfuisse in acie Castora, & Pollucem. Nemo namque hæreticorum negabit, illos proculdubio malos dæmones fuisse, Petrum verò, & Paulum, Iacobum, Isidorum, Martinum, Ioannem Baptistam, dicent isti dæmones esse? At iniquent dæmones horum imaginem sumpserunt, ac personam. Sed qui fieri potest, vt dæmon sit à Christo contra suos? certissimum namque est victoriis illis amplificatum Christi cultum diminutas inanium rerum superstitiones. atque, vt Christus ipse argumentabatur aduersus eos, qui calumniabantur ipsum, cum liberaret obsessos à spiritibus immundis, fieri hæc non possunt. Nam quamuis alioquin demus hoc, dæmones inter se dissentiant, omnes tamen aduersus Christum conspirant. Amplius est clarum stare à suis Deum semper in bellis, vt aperimus ex euentis Hebræorum, quibus se palam faciebat opem cælitus mittens. Igitur ostendant hæretici, & quando Deus illis se suosve auxiliū laturus prodiderit. Necessè est enim magis se nunc prodat, quàm fecerit olim Hebræis, quibus erat proculdubio occultior quàm nobis, atque hæc quantum ad hæreticos conuincendos. Nam si res sit cum aliis, sunt alia aduersus illos, & quidem apertissima argumenta.

Ex his etiam conficitur licita esse Christianis Regibus bella, vbi publicis ac necessariis de causis ad religionem maximè aut communem tranquillitatem tuendam suscipiuntur. Hinc dictum est exigi ad bellum iustam necessitatem, & summam auctoritatem; vt scilicet non nisi ab eo, cuius est indicendi, quales sunt Reges, & principes, qui nullum agnoscunt superiorem, geratur, necessarioque ad illud veniatur, quòd is aduersus quem geritur, aut iniuriæ factæ nolit, vt debet, satisfacere, aut desistere ab iniuria inferenda: illud postremò dum geritur videndum, ne quid in eo, quantum fieri potest aduersus innocentes patretur. Nam quod ineptissimi quidam obiiciunt malum pro malo non reddendum, vltionem haud procurandam, percutienti dexteram maxillam & illi sinistram porrigendam, aliaque huiusmodi, habent locum, cum quæritur vltio non ad corrigendum malum, sed odij causa, neque ob publicum, sed ob priuatum bonū. Nam quis erit excors adeò, qui tot optimos Imperatores, Reges, ac principes vituperet, qui bella iustis de causis aduersus impios, flagitiosos, contumaces, aut alioquin magno malo publico iniuriosos gesserunt? Quis tot milites sanctos, Sergium, Bacchum, Mercurium, Mauritium, atque

Obiectio.

Resp. I.

II. Resp.

alios


alios innumeros, vt quadraginta illos martyres, quos Basilius oratione propria laudauit? Atqui Ioannes Baptista belli vsum militibus ad se venientibus haud interdixit, quamuis clamaret, Facite fructus dignos pœnitentiæ: neq; Christus ipse Centurioni illi cuius fidem maximè commendauit, neque Petrus Cornelio, & familiæ ipsius Cæsareæ commorantibus, licita tradiderunt prælia Tertullianus, Nazianzenus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Gregorius, Bernardus, qui ad illa plurimos populos excitauit, plurimique alij doctrina & sanctimonia præstâtes viri. Quid Christus ipse? non ne gladios emi iussit? vt sciremus, inquit Chrysostomus, iniquis quibusdam temporibus, vel ipsis Apostolis gladios emēdos, cum Christus quæritur ad mortem. At inquit, videtur Christus Petro imperare, vt ensē recondat. Ita sanè: quia sacerdoti nullo modo ille stringendus: vbi verò opus est, & Dei causa exigit, alij emendus, ac dandus, qui stringat; ac nisi Christus apertè veret, in impiorum viscera è vagina educus erit recõdendus, vt sanctissimi Prophetæ Samuel & Elias fecerunt. Quòd si Christus apertè prohibeat; dicatq; futurum, vt diuiniõri modo rebus suis consulatur, honorq; Dei vindicetur, & in locum suum restituatur, vt de se prædixit; tum scilicet reponendus. Da Christum, qui suo dicto hostes Dei ad terrã prosternat, cohibeatq; illos, ne nutantes eius discipulos arripiant ac malè mulctent, & gladius educus à Petro vaginæ includetur. si huiusmodi non aēsint, iam non sumus in eo causæ statu, quo Christus iubeat enses seponendos. At inquit, Ecclesia Dei more castrorum non custodienda, inquit Ambrosius, & arma clericorum ieiunia, & preces.

Ita proculdubio, nisi necessitas aliud suadeat, ac temporis diuersitas; neque clericis arma tractanda, sed iussu clericorum ab aliis, vbi opus est: quamquam & hæc interdum cum illis coniungi possint. quid? nonne Paulus apertissimè inquit à Regibus ideo portari gladios, quòd ministri sint Dei? Igitur licita bella, si Deo ministrent. Sed infiniti laboris esset, omnes ineptias hominum stolidorum persequi, & confutare. Hæc nobis sint satis, quando occasio exigebat, attulisse, & dixisse.

FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI.



DE



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER DECIMVS OCTAVVS.



SIGNVM OCTVAGESIMVM.

Petri Cathedrâ.

NECESSE EST ECCLESIAM DEI AEDIFICARI SVpra  
Petrum, ipsiusq; cathedrâ, & successioni Pontificiæ adherere illam;  
quod nobis solummodo contigit. Cap. I.



Vemadmodum cuncta facillimè dignosci possunt, vbi caput eorum confpexeris; haud aliter Christus, vt à factionibus hæreticorum distingui nullo negotio posset ipsius Ecclesia in terris, voluit apparere cunctis eius conspicuum caput, per quod illa internosceretur. quod quidem locum primarij capitis, qui Christus est, à quo virtus in omnia membra dimanat, inter nos tenet. est autem caput Ecclesiæ inter homines Petri successor Episcopus Romanus, eadem præditus potestate, qua Petrus, dum viueret, fuit, omnibus à Christo Apostolis & Christianis præpositus. Quocirca, qui subiicitur illi in terris, hic est Christi membrum; qui se abiungit ab eo, nequaquam. Id è sequētibus apparebit, quibus ostēdemus Petrum, Petriq; successores Pontifices Romanos Ecclesiæ Christi in terris præfesse, ita vt quilibet Christianus habeat necesse huic obedire. Sed vt ordine procedamus, explicemus primo loco Petrum cunctis Christianis à Christo præpositum, deinde eadē potestatem, supremamq; iure diuino transiisse ad Episcopos Romanos, qui vt flagitiosi esse possint aliquādo, errare certè quidem non possunt in decretis vniuersalibus fidei, morumve, quibus aliquid credendum, vel faciendum Christianis imperatur. Ideo, vt palam fieret omnibus, qui & quantus futurus esset Petrus; vbi primùm venit ille in conspectum Christi, dixit ei Christus, Tu es Simon filius Ioannis, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Deinde vbi elegit duodecim, voluit ipsi esse nomen Petro. At quoties Deus ipse immutauit aliquibus nomen proprium singulare honoris gratia, ij principes fuerunt filiorum Dei, & ab ipsis eorundem principes habuerunt ortum. Huiusmodi fuerunt Abraham & Iacob, hic quidem vocatus Israël, ille Abraham, quorum nepotes iure diuino, sicut & ipsi, præfuerunt Ecclesiæ Dei in terris; vt ad illos etiam pertinere videatur illud oraculum, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.]

Rursus obseruandum. quoties excellēs aliquid & diuinum latet in diuinis verbis, similitudines sumuntur ad res illas mirabiles designandas ab infima viliq; interdum re, vt Christus leo dicitur, serpens, petra, agnus, ouis, vermis: quid ita? vt intelligamus, ait Dionysius, diuina esse altissima: & ne quis suspicaretur illas per res omnino similes posse designari, vocabula, similitudinesq; rerum viliū transferuntur ad ea significanda. Hinc Simon vocatur Petrus, vel Syriacè Petra. quod si spectes, non est honoris: nam quem saxum appelles, perinde est ac si stolidum dicas. Innuit itaque Christus Simonem esse Petrum, cui conueniant Christi munere, qui prima est petra, quæcumque in sacris libris de  
petra

Petrus Ecclesiæ à Christo præpositus.  
I. arg. à nominis mutatione.  
Ioan. 1.  
Marc. 3.  
Luc. 6.

II. arg. à nomine immutato.

petra fuerunt prædicta, vt illud Danielis, à petra contritam statuam qua designabantur A regna mundi, ipsam verò petram adeò auctam, vt occuparet vniuersa. Illud item Christi, fore vt super quem caderet hæc petra contereretur. Quæ Petri successoribus contingere partim quidem dictum, partim verò magis explicabitur. atque aduertendum, quod adnotauit Chrysostomus, prius prædici Petro; immutandum nomen, deinde immutari, vt intelligamus, inquit ille, hanc rem magni momenti, sicut & alia, quæ antequam fiat prædicuntur: quod alibi Christus ait: Nunc prædixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. ] sic de cœna corporis & sanguinis, de futura morte, de resurrectione, de mittendo Spiritu sancto, discipulos suos longè ante præmonuit, & in veteri testamento Abrahamæ prædixit benedicendum in semine ipsius omnibus gentibus, terram Chanaan à nepotibus eius possidendam: similiter hanc nominis mutationem Petro & reliquis prænuñciauit, vt scirent rem plurimi faciendam. Hæc & superiora, quæ diximus, obseruauit etiam B Tertullianus, cum dixit, Christus affectauit carissimo discipulorum de figuris suis (petræ scilicet similitudinem) peculiariter nomen communicare. & Christus ipse declarauit, cum dixit ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.]

Hemil. 13. in Ioan.

Li. 4. adue. Marcion.

III. quia Ecclesia fundata super eum.

Matth. 16.

Ephes. 2.

Prima obiectio aduers. 3. arg. Retract. lib. 5. cap. 21. Fir. ep. ad Cyp. Basil. comm. in 55. c. 2. Ambr. ser. 47. & 68. Euseb. de re Theo. ad Pasch. 1. Nilus ad Euseb. Respon. prima Ang. t. 6. in pf. 69. Hip. de consuet. Orig. hom. 5. in Exod. cap. 6. ad Rom. Terul. de prescript. Cyp. li. 5. ep. 3. lib. 4. ep. 9. tract. de hab. virg. & de vni. Ecclesie. Hil. c. 161 Mar. Hier. c. 2. in Isa. & 16. in Hier. in Abd. in Lau. cœtra Pelag. Epip. in ancho. Chry. hom. 55. i. Mart. Cyr. lib. 6. c. 12. in Ioan.

Nam cum rogasset Apostolos quemnam ipsum dicerent, audacter Petrus respondit: Tu es Christus filius Dei viui. ] Cui subiecit Christus, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ] è quibus verbis apparet super Petrum ædificari à Christo Ecclesiam: & quemadmodum non potest ædificio cohærere aliquid nisi fundamento cohæreat, sic neque Ecclesiæ Dei, qui Petro non cohæret, aut iis, quibus nos ille statuit cohærere, quales sunt eius successores: vt dici de nobis possit illud Pauli, Estis ciues sanctorum, & domestici Dei, super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.]

Quòd si quis dicat vnà cum hæreticis, verba illa, Super hanc petram, referri ad Christum, non ad Petrum, & adducat Augustinum, qui viderur ita interpretari. Respondemus communem hanc esse omnium patrum interpretationem, vt illa verba pertineant ad Petrum; ob id ait Augustinus; Vtraque adducta harum sententiarum quæ sit probabilior, eligat lector. ] & alibi receptam sequitur, quã tradunt Hippolytus antiquissimus martyr, Origenes, Tertullianus, Cyprianus, Firmilianus, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius, Basilus, Eusebius, Theophilus Alexandrinus, Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus, Theodorus Studites, Leo Imperator cognomento Sapiens, Nilus, synodus Chalcedonensis: denique nemo ex antiquis est, qui dissentiat, quantum sciri potest. Vnus Augustinus hæsitauit, neque ausus est rem definire, reliquit arbitrio lectoris, id quæ fortè ob ignoratam, vel non obseruatam linguæ Syriacæ lectionem. non enim (inquit Augustinus) dictum est Petro, Tu es petra, sed tu es Petrus: petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota Ecclesia confitetur, dictus est Petrus. ] Hæc Augustinus. Sed in Syriaco, vt tunc loquebatur Christus, dictum est, Tu es Cephas; nulla facta generis vel inflexionis mutatione, quæ in Latino fecit, vt Augustinus dubitaret, non dubitaturus, si Syriacam linguam aduertisset, in qua perinde est, ac si dixisset Christus Tu es petra, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam.

Et quid opus est multis? Græcus interpres qui Euangelium Matthæi vertit, ostendit apertissimè hanc rem. Nam sic in Græco: καγω δέ σοι λέγω ότι σὺ εἶς πέτρος. & ἐπὶ ταύτη τῇ πέτρῃ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. ] quibus in verbis pòderada sunt illa, ἐπὶ ταύτη: quæ sonat, Super ista: & ita legit Cyprianus. Quòd si intelligamus à Christo dictum, Tu es Petrus, & super me petram fundabo Ecclesiam meam, quæ præcedunt, & sequuntur, nullo modo inter se cohærebunt. Nam quid est quod dicat, Tu es Petrus? An ignorabatur hoc? quid porrò præmij & honoris in hac nuda appellatione? & quid est quòd Iesus ad se conuersus dicat, Super me fundabo Ecclesiam meam? Ecquis dubitat hac de re? quòd spectat hæc assertio? quomodo cum præcedentibus & sequentibus coniungitur, cum postea dicat, Tibi dabo clauas regni cælorum? Atque hæc quantum ad primam obiectioem aduersus hunc locum.

Sunt igitur alij, qui dicunt Ecclesiam fundatam non super Petrum, sed super cõfessionem Petri, & adducunt ad hoc aliquorum patrum dicta, qui scripsere Ecclesiam fundatam tum super Petrum, tum super Petri confessionem. sed proculdubio à semetipsis non dissen-

V. hunc locum. VI. II. obiectio. I. Resp.

A dissentiunt isti patres, quod si dicamus insulsum, in posterioribus tamen plerumque scriptis prima interpretatio, quam supra attulimus, est ab eis litteris mandata. Quocirca hæc esset sequenda. Verum mens fuit illis, hoc explicare, Ideo super Petrum Ecclesiam fundatam, quia confessus est Christum filium Dei; atque ita vtrumque verum, & super Petrum, & super eius confessionem Ecclesiam fundatam. Alioquin nihil esset Petro datum, quod longissimè abest à sententia Christi: neque re vera esset fundata Ecclesia super petram, aliud enim Petra, aliud confessio petræ.

Neque verò quisquam dicat datum Petro dumtaxat aliquid modici honoris, vt scilicet prior esset dignitate, præter aliis Apostolis, prior appellaretur, ipse proponeret quid agendum, prior verba faceret, prior assideret, & alia huiusmodi. Nam fundamentum nõ est in hoc dumtaxat positum, vt prius sit loco, ac tempore, sed vt in primis totum ædificium innitatur illi & cohæreat. Præterea dixit Christus, Aedificabo. quamobrè nõ respexit honorem dumtaxat, sed ædificationem, cuius est ea ratio, vt perfici nequeat, ac stare nisi fundamentum iaciatur, ac subsistat. quod patet ex iis, quæ subiicit; nam dicit, Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ] Viden? vt habeat præ oculis ædificij firmitatem, non dignitatem fundamenti solam? Ac ne relinqueretur dubitandi locus, addidit, Et tibi dabo clauas regni cælorum. ] vt sciamus ad hoc fundamentum pertinere nõ modo ædificij stabilitatem, sed etiam ius exportandi, inferendi, & asseruandi cuncta quæ in ædibus Ecclesiæ asseruantur. hoc enim clauium munus.

Fuere qui dicerent ideo ædificatam super Petrum Ecclesiam, quòd is plurima obiuerit facientia in primis ad eius fundamentum. verbi gratia primus admisit ad eam gentes, cum Cornelium Centurionem Cæsareæ baptizauit. Primus habita concione bis multa hominum millia ad Christi cultum perduxit. In omnibus aderat primis illis Ecclesiæ temporibus. Solus loquebatur, ceteri tacebant; solus honori atque admirationi habebatur. Atque hanc interpretationem protulit in medium Tertullianus, cum deficiuit à nobis, & nitēbatur effugere auctoritatem Pontificis Romani, qua premebatur, quòd à cunctis Catholicis vt successor Petri haberetur, & eius leges ac doctrinam vniuersi sequerentur. sed profectò antè Petro datum fuit, vt esset fundamentum, deinde secuta sunt illa. Idcirco priusquàm diceretur ipsi, Super te ædificabo Ecclesiam meam, ] præmissum, Tu es Petrus. ] vt ostenderetur non extrinsecus adscitam auctoritatem, sed à Christo profectam prius in Petro confedisse, deinde deriuatam ad effectus explicandos. Non igitur fundamentum Petrus, quia fecit illa; sed quia fundamentum, ideo fecit. Hinc addidit Christus, Ecclesiam meam, vt intelligeremus agi de omnibus Christianis, quotquot vmquàm futuri erant. Ecclesia namque Christi complectitur omnes Catholicos, qui fuere, sunt, aut erunt. Ob id etiam vocauit eum Petrum, non vt hominem scilicet interiturum, sed vt Petrum non intermoriturum, sicut Abraham, & nunc pater est gætium, sicut olim; & inquit Christus, Aedificabo. at ipse ædificat etiam nunc, & ædificabit semper. Pensanda quæ hic vis verbi Græci οἰκοδομήσω, perinde ac si diceret, Cõstruam domum: vt intelligamus Petrum fore fundamentum, quousque singulis totius domus partibus imponetur tectum, absoluetur, atque ornabitur ex omni parte. Ac tollitur omnis denique dubitatio ex iis verbis subiectis, Et tibi dabo clauas regni cælorum. ] quibus Petro traditur ædificij totius moderatio; & quidquid est in illo diuini.

Illud verò ineptissimum, quod effutiunt quidam, Petrum non esse fundamentum, quia scriptum sit à Paulo, Nemo potest ponere aliud fundamentum, præter id quod positum est. ] Nam dicimus primarium fundamentum Christum, & præter hoc non potest aliud poni quod sit item primarium, sed vicarium fundamentum & consequens primario potest. Hinc idem Paulus ait, Non estis hospites, & aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici Dei super ædificati supra fundamentum Apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. ] Ac bene idem scripsit non posse poni fundamentum aliud, scilicet non cohærens primo, sed dissidens; at τρεῖς alterum videlicet & secundum primo adiunctum potest. Audi Basilium: Axiomata sua Iesus largitus aliis, Christus verò est immobilis petra, Petrus verò propter petram. ] Audi Ambrosium: Ecce, inquit, cõsortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis, & pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur. ] quibus concinit Leo dicens, Petrum in consortium indiuiduæ vnitatis assumptum, quod ipse erat, voluit nominari dicens, Tu es Petrus. ] Sed vt hoc argumentum concludamus, illud memoriæ infigendum, numquam dici te vera posse super Petrum edificari Ec-

II. III. IV. III. obiectio. II. Resp. III. IV. IV. obiectio. I. Resp. II. III. IV. V. VI. V. obiectio. I. Resp. Ephes. 2. Basil. homil. de penit. Amb. lib. 6. c. 2. in Luc.



r. Cor. 15.  
2. Cor. 11.

V. quia claves  
illi cælorū datæ.

Quatuor decla-  
rationes ad illa  
verba, tibi dabo  
&c.

Cypr. ep. 25. ad  
Firmil.

Tertul. lib. de  
præscrip.

Serm. 27. to. 10.

Aug. serm. 27.  
tom. 10.

Homil. 6. in  
Marth.

Obiectio prima

Cap. 29.

De vnit. Eccl.

ri Ecclesiam, nisi is, ceterisque eius successores sint Ecclesie principes; alioquin non mi- nus Paulus, quam Petrus Ecclesie princeps: palam namque de se asserit Paulus, Plus ego ceteris laboravi. & nihil arbitror me minus fecisse à magnis Apostolis. Quod de Paulo asserimus, idem de reliquis dici potest. Fixum sit igitur, Petrum primarie petre Christi vicariam petram, principemque Ecclesie cum suis successoribus.

Ideo addit Christus: Et tibi dabo claves regni cælorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. ] quamobrem nihil è cælo in terras efferri, nihil è terris inferri in cælum poterit absque Petro. Clauium namque traditione cæli possessio, quod Iurisperiti voluerunt, videtur in Petrum translata; & æternæ ciuitatis, quod fieri solet Regibus vrbiū dominis, claves illi fuerunt oblatæ, & quidem soli, vt obseruarunt Cyprianus, Tertullianus, Augustinus; atque vt vni ex Ecclesia, quod adnotauit Augustinus; neque Ecclesie solū, scribit idem vnà cum Hilario, sed etiam cælorum, nec modò cæli vnus, subiicit Origenes, vt aliquibus datur, sed omnium cælorum. Verba sunt hæc Cypriani, Hinc intelligi potest quòd soli Petro Christus dixerit, Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata, & in cælis. ] Idem scripsit Tertullianus, qui cum contenderet omnia ab Apostolis cognita de solo ait Petro: Latuit aliquid Petrum ædificandæ Ecclesie petram dictum, claves regni cælorum cõsecutum, & ligandi & soluendi in cælis potestatem? ] & Augustinus loquens de Petro, & Paulo; Ambo igitur, inquit, claves à Domino perceperunt. Scientiæ iste (scilicet Paulus) ille (scilicet Petrus) potentia. ] & mox: Ergo beati Petrus & Paulus eminent super vniuersos Apostolos & peculiari quadam prærogatiua præcellunt; sed quamuis soli Petro claves hæ datæ fuerunt, attamen vt vni ex Ecclesia tradebantur. Ob id ipso defuncto semper habuit Ecclesia, & habebit alterum Petrum, cui soli huiusmodi clauium sit potestas. Atque hoc sibi voluit Augustinus, cum dixit post alios Ecclesie datam hanc potestatem, Petrumque Ecclesie personam sustinuisse, sicuti verè asseri potest ac debet Germanis Imperium Occidentale concessum, Francis Gallicum, non quòd singulis ea tributa, sed vni ex eis, à quo deinde ceteri principes in iis regnis ius accipere consueuerunt, ac regie imperatorieque administrationis esse consortes, eoque defuncto aliquis in eius locum substituitur, vt legibus, & consuetudine sancitur. Menti præterea tenèdū, esse dictum, Tibi dabo claves regni cælorum, vt sciamus ædificium super Petrum positum sic extolli, vt cælum contingat, & ingrediatur, quod inuimus supra ex Augustino, & Hilario, atque ita Petro non solum datum ius in humana & terrena, sed in cælestia ac diuina; valeatque tum tollere mala, quod est soluere, tum bona, & quidem cælestia cõmunicare. Nec temerè dictum, regni cælorum. Sat enim forsà quibusdã fuisse, dixisset cælorum, adiectum verò regni; vt intelligamus agi de supremis, ac suprema diuinarum rerum translata in Petrum. An verò insulsè dictum, cælorum, numero multitudinis; audi Origenem: Illa quæ superius soli Petro sunt dicta, videntur etiam illis omnibus dicta, qui ter peccantes arguerint, si auditi non fuerint, & alligauerint super terram iudicantes peccatorem sicut ethnicum, & publicanum. Sed quoniam oportebat aliquid maius habere Petrū, præ illis, qui ter arguerāt, ideò illi quidē sic dicit, Et tibi dabo claves regni cælorum; & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis; & quæcumque ligaueris in terra, erunt ligata & in cælis. Non ergo modica differentia est, quòd Petro quidem datæ sunt claves non vnus cæli, sed multorum cælorum, vt quæcumque ligauerit super terram, sint ligata non solum in vno cælo, sed in omnibus cælis. Ad eos autem qui multi sunt ligatores, & solutores in terra, vt alligant, & soluant non in cælis, sicut Petrus, sed in vno cælo, quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus, vt alligent, vel soluant in omnibus cælis. ] Hæc acutissimè Origenes.

Quæ cum ita fiat, vt apparet, tamen hæretici illa infirmare & obscurare nituntur. Ait enim non hinc vllam datam Petro potestatem, sed promissam. tum verò datam dicunt, cum cunctos Apostolos Christus est allocutus, inquit apud Ioannem: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. ] Quibus quidem verbis Petro nihil est amplius datum, quam ceteris Apostolis. Hæc illi, qui vt videantur aliquid dixisse contendunt imponere simplicioribus huius fuisse opinionis Cyprianum, & Hieronymum. Hæc sunt verba Cypriani, quæ ipsi adducunt: Loquitur Dominus ad Petrū: Ego dico tibi, inquit, quia tu es Petrus & super hæc petra ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claves

ues regni cælorum; & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis. & iterum eadem post resurrectionem suam dicit, Pasce oues meas: super illū vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas, & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suā parem tribuat potestatem, & dicat, Sicut misit me pater, & ego mitto vos; accipite Spiritum sanctum; si cui remisistis peccata, remittuntur ei; si cui retinueritis, retinebuntur; tamen, vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis: sed exordium ab vnitatem proficiscitur, vt Ecclesia vna monstreretur. ] Hæc Cyprianus. Afferunt idem Hieronymum, qui sic aduersus Iouinianū, qui vt virginitatem tollerere assererat super Petrum fundatam Ecclesiam, cui fuerat vxor. inquit igitur Hieronymus: Quatum ad Ecclesie foundationem, licet id ipsum alio loco (locum Ioannis, qui est adductus, intelligit) super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni cælorū accipiāt, & ex æquo super eos Ecclesie fortitudo solidetur. ] Hæc isti, quæ nihili sunt faciendæ. Ac primò manifestissimè Cyprianus est aduersus eos. Inquit enim Petrum fuisse quod ceteri Apostoli, sed apertè dicit eodem loco idem, non esse amplius, ex quo dictū est illi, Pasce oues meas. ex eo namque non est pari honore, ac potestate, sed ab ipso vno habet vnam originem potestas, & honor aliorum: Vnitatis, inquit, eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. ] Rectè quidem Cyprianus. Nam prius promisit Christus claves, deinde cunctis ius dedit ligandi, & soluendi, vniuersis tamen, nō singulis. Postremò omnium loco Petro soli dixit, Pasce oues meas. Hoc obseruauit, vt ostēdemus, Ambrosius. Quatum ad Hieronymū, nihil ad rē, quam volūt, faciūt eius dicta. Nul lus enim Catholicus negat cunctis Apostolis claves regni cælorū mandatas ex æquo sed hoc vrgemus, nō singulis seorsū à reliquis datas, nisi soli Petro, pmissas à Christo iis verbis, Tibi dabo claves, ] datas illis, Pasce oues meas. ] atque ita vniuersi in vnū collecti Apostoli poterāt ligare, & soluere, nemo tñ solus, ac disinctus à reliquis, nisi vel Petrus solus, vel alij cū Petro dedisset illi hæc potestatem. Quid ita? quia nō singulos est allocutus Christus, cū largitus est illi id iuris, sed cunctos in vnū coactos, collegio iā cõstituto Apostolorum. At cū Petro Christus hæc potestatem cõmunicauit, ei soli dixit, Pasce oues meas. ] Rectè igitur Cyprianus, atque Hieronymus. Hinc apparet singulos Apostolos separatim quidè à ceteris nihil habuisse imperij, nisi vel Petrus iis cõmunicasset de suo, vel vnà cū Petro ceteri omnes. nulli nāque Christus vlli ex eis impertitur aliquid speciatim, nisi vni Petro. Hinc etiam patet, vniuersalia cõcilia, in quibus Episcopi Apostolorū successorēs, præsidente Petri succoescere Episcopo Romano, sententiam dicunt, ac decernunt, ius huiusmodi habere; at Apostolum quemlibet seorsum ab alijs per se non potuisse cõmunicare vel alij, dum viueret, vel successori suo, si quē posset habere post mortem, ius vllū, nisi id largitus esset illi Petrus, vel vnà cum Petro ceteri omnes. Non enim Christus vlli soli Apostolo separatim ab alijs dedit aliquod ius, excepto Petro, cui soli totum dedit, & à quo vno necesse est, si stare Euangelio volumus, & patrum testimonijs, non autem diuinare, in alios deriuata fuit omnis potestas. Audi Hieronymum loco allato: Super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes fiat Apostolos, & cuncti claves regni cælorum accipiant: tamen propterea inter duodecim eligitur vnus, vt capite constituto, schismatis tollatur occasio. ] En igitur cur Apostoli non eandem, quam habuerunt, ipsi ad successorēs potestatem transfererint. Nam licet eadem, dum vixerūt, egerint, quæ Petrus, attamen non liquet eius transferendæ ius vel à Christo iis datum, vel à Petro communicatum, cui fuisse ab eodem Christo plenè impartitum nobis ex Euangelio constat. An si alicui populo, vel collegio, quale erat Apostolorum, vel septuaginta duorum à Christo iam constitutum, detur ab Imperatore, vel Rege ius condendi leges vllas; sumus adeò stolidi, vt suspicemur quemlibet è populo aut collegio à reliquis seiunctum per se posse huiusmodi leges sancire? Quis hoc dicat? Igitur quæ scribunt Hieronymus & Cyprianus, bene habent. Sed contra hæreticos omnia. Antea pares erant Apostoli cum Petro; vbi Petro dictum, Pasce oues meas, Petrus Apostolorum pastor, & omnium Christi ouium, non amplius par, sed maior, ab vno illo Apostolorum potestas manat, & pendet, singuli Apostoli nihil accepere potestatis à Christo, vniuersi vnà cum Petro accepere. Rursus tamen hinc obseruandum, duobus modis super Petrum Ecclesiam fundatam, & quantum ad potestatem, & quantum ad sanctimoniam vitæ. Potestatis est ferre leges, iubere, prohibere, punire, præfules

DISCRIMEN  
POTESTATIS  
DATAE PE-  
TRO ET APO-  
STOLIS.

Li. 1. cõ. Iouin.

Summa Resp.

creare, & alia huiusmodi, sanctimoniam est, precibus, exemplo vitæ cælestis, ac laboribus aliis Ecclesiam iuuare. Hoc non nisi gratum Deo esse potest. Primum potest exerceri vel ab eo qui sit alienus à gratia Dei. Secundam viam inierunt exempli gratia, Antonius ille Magnus Pachomius, Saba & alij innumeri in Oriente, Benedictus, Dominicus, Franciscus Assisias, Bernardus Burgundus, Franciscus Paulanus, Ignatius Loiola, horumque sectatores innumeri in Occidente, ita ut in conspectu altissimi sint hi maxima omnium Ecclesie fundamenta: nam nisi huiusmodi viros Deus Ecclesie suæ perpetua successione largiretur, quæ summa est ipsius benignitas; concideret illa prorsus. Atque hoc sibi voluit Origenes, cum scriptum reliquit: Verè ergo ad Petrum quidem dictum est, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, tamen omnibus Apostolis, & omnibus quibusque perfectis fidelibus dictum videtur: quoniam omnes sunt Petrus, & petra; & in omnibus ædificata Ecclesia Christi; & aduersus nullum eorum qui tales sunt, portæ præualebunt inferorū.] Hæc Origenes, qui tamen alibi, ut ostendimus, verè dicit Ecclesiam super solum Petrum fundatam. Sed vtrumque verum; alioquin (quod nullo modo dicendum) sibi Origenes dissideret.

Hom. 1. Mat.

Luc. 22  
V. argumētum,  
QVIA CHRIS-  
TVS INTER  
APOSTOLOS  
DIXIT ESSE  
MAIOREM ET  
PRÆCESSO-  
REM.

Sed veniamus ad argumentum quintum ex Euangelio desumptum, quo ostendamus Petrum principem fuisse totius Ecclesie constitutum. Cum suprema illa cœna contentio esset orta inter Apostolos, quis eorum videretur esse maior, dixit Iesus: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent inter eos, benefici vocantur; vos autem non sic. Sed qui maior in vobis, fiat sicut iunior; & qui præcessor est, tamquam ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permanistis mecum in tentationibus meis; & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeat is super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Ait autem Dominus: Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando confirma fratres tuos.] Hæc Lucas. Eadem contentio est aliàs orta, cum mater filiorum Zebedæ petiit à Iesu, ut filiorum ipsius alter à dextris, alter à sinistris sederet.

Sed in allatis verbis obseruandum primo loco Iesum asserere palam fuisse iam maiorem inter Apostolos, sic enim dixit, Qui maior est in vobis, fiat sicut iunior; & qui præcessor est, sicut ministrator est, inquit. Amplius aduertendum non fuisse maiorem, quod gradu honoris dumtaxat quasi senior iuniori præcederet; sed & maiorem, & præcessorem vtrumque Christus coniunxit.

Secundo loco ostendit Christus, cuiusmodi futurus sit hic maior & præcessor, & ait nequaquam futurum tyrannum, qui populos armis redigat in seruitutem. Reges, inquit, gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic.] Hæc Christus. Dominari est in seruos ac mancipia, quæ sui non sunt iuris, sed vendi possunt, veluti bello capta. Ideo Græcè est κυριόσων, quod est aliquid per vim redigere in potestatem. Apud Matheum reddidit interpretes κατακυριόσων, quod est insolenti aliquem dominatu premere. Et quod in Latino est, potestatem, Græcus codex habet ἐξουσίαν, id est, insolentius imperium. Vult igitur Christus inter suos Apostolos esse principatum, sed nullo modo qualis in seruos, sed qualis in ciues, non insolens imperium, sed modestissimum gubernandi genus. Ideo Chrysostrabus in huius loci interpretatione, Quoniam principes, inquit, mundi huius ideo fiunt ut dominantur minoribus suis, in seruitutem redigant eos, spolient, comedant, & vsque ad mortem abutantur vita eorum ad suas utilitates, & gloriam.] & mox: Sæcularem quidem principatum desiderare etsi ratio non est, vel causa est, quia etsi iustum non est, saltem vtile est.] Hæc ille.

Matth. 19.

Christus igitur ubi exposuit qualem nolit esse Christianæ Ecclesie principem, subiicit tertio loco qualem cupiat, ut qui maior est, fiat sicut minor; qui præcessor, sicut minister. quamobrem vult esse maiorem, sed fieri ad tempus veluti minorem. In Græco est, Fiat sicut iunior.] ut quemadmodum iuniores interdum, quamuis dignitate præcedant, tamen in priuatis congressibus, ubi non sustinent publicam personam, deferunt senioribus, consilia ab iis exquirunt; sic agendum ei, qui ex Apo-

A Apostolis est maior. Apposita est similitudinis nota, ut sciamus à præfule dignitatem re vera retinendam, & quamdam similitudinem minoris personæ extrinsecus adsciscendam. Quod verò dictum, sicut minister, in Græco est δταννος, quod significat eum qui ob aliquam causam est alicui in obsequio libero, & quamuis alioquin sit aut possit esse maior, tamen operas alij dat, ac studium suum: ut oculus seruit pedibus, cum tamen nobilior sit. Explicat id hoc loco Chrysostrabus: Ipsi honores, inquit, in Christo quidem prima facie videntur honores, reuera autem non sunt honores diuersi, sed sunt diuersa ministeria, ut puta honor oculi videtur ut illuminet corpus, sed ipse honor illuminandi non est ei honor, sed ministerium eius.] & mox: Vnde sicut pes libenter seruit oculo, quasi sibi seruenti, sciens, quia nisi oculus suo ministerio fuerit vsus, nec ipse suo poterit vti: & oculus libenter seruit pedi, quasi sibi seruenti, sciens, quia nisi pes suo officio fuerit vsus, nec ipse suo poterit vti. Sic & sancti inuicem sibi debent esse subiecti, ut minor maiori non inuideat, quod maior est, sed libenter ei obsequatur, quasi sibi seruenti.] Rursus item: Quod autem in hac vita discrimen dignitatis factum est inter sanctos, dignitatis, inquam, non sanctitatis, ut alter quidem sit Apostolus, alter autem Episcopus vel minister, vel laicus, contumacia carnis coëgit, ut peruersitas mundi & occulta operatio inimici exercentur. Quoniam diabolus imperans carni & mundo in multam libidinem adducit homines, quamdiu sunt in carne, & in mundo subdito ei, alios in lasciuiam, alios in delicias, alios in inuidiam, alios in auaritiam, alios in iram & superbiam: nisi ergo sint quos timeant, soluitur disciplina.] Hucusque Chrysostrabus. Et Christus exemplo sui ipsius adducto, qualem velit esse Ecclesie principem, demonstrat: volebat enim rem grauissimam maximè illustrare, & ait se esse in medio Apostolorum, sicut ministrum. Explicat quale sit ministerium suum, ut scilicet pararet eis dum viuebat laboribus suis in cælo mensam, in qua vnà cum eo recumberent, atque ederent, ac procuraret, ut ederent in regno cælesti iudicaturi duodecim tribus Israël. Cum vult itaque Christus eum, qui inter Catholicos maior est, ac præcessor, fieri sicut iunior, & ministrum, intelligit non de ministerio quod pertinet ad corpus, sed ad procuranda omnia spectantia ad æternam felicitatem, prudentia, sanctimonia, precibus, vitæ ipsius, ubi opus est, profusione. His in rebus Christus seruiēbat, in aliis utebatur Apostolis ministris sibi obsequentissimis, & humillimis, per eos cuncta transigebat, mansuetudine illos in officio continens, si res exigebat, durius increpans, vel ob minimum verbum: sicut Petrum à se reiecit, dicens, Vade retro Satan; ementesque & vendentes flagello è funibus facto expulit è templo, mensas numulariorum euerit, & cum ingrederetur Hierosolymam præcedebant Apostoli pedibus a fino insidentem, & ad eius pedes sua vestimenta sterpebant. Igitur Ecclesie præsul cunctos accipiet sibi meritò datos honores, seruiet in procuracione diuinorum, & huc refert omnia sua, cum gentes, gentiumque principes referrent omnia ad gloriam comparandam, & latè Imperij fines manu & bello propagandos, de beatitudine cælesti nihil agerent.

B quia nisi pes suo officio fuerit vsus, nec ipse suo poterit vti. Sic & sancti inuicem sibi debent esse subiecti, ut minor maiori non inuideat, quod maior est, sed libenter ei obsequatur, quasi sibi seruenti.] Rursus item: Quod autem in hac vita discrimen dignitatis factum est inter sanctos, dignitatis, inquam, non sanctitatis, ut alter quidem sit Apostolus, alter autem Episcopus vel minister, vel laicus, contumacia carnis coëgit, ut peruersitas mundi & occulta operatio inimici exercentur. Quoniam diabolus imperans carni & mundo in multam libidinem adducit homines, quamdiu sunt in carne, & in mundo subdito ei, alios in lasciuiam, alios in delicias, alios in inuidiam, alios in auaritiam, alios in iram & superbiam: nisi ergo sint quos timeant, soluitur disciplina.] Hucusque Chrysostrabus. Et Christus exemplo sui ipsius adducto, qualem velit esse Ecclesie principem, demonstrat: volebat enim rem grauissimam maximè illustrare, & ait se esse in medio Apostolorum, sicut ministrum. Explicat quale sit ministerium suum, ut scilicet pararet eis dum viuebat laboribus suis in cælo mensam, in qua vnà cum eo recumberent, atque ederent, ac procuraret, ut ederent in regno cælesti iudicaturi duodecim tribus Israël. Cum vult itaque Christus eum, qui inter Catholicos maior est, ac præcessor, fieri sicut iunior, & ministrum, intelligit non de ministerio quod pertinet ad corpus, sed ad procuranda omnia spectantia ad æternam felicitatem, prudentia, sanctimonia, precibus, vitæ ipsius, ubi opus est, profusione. His in rebus Christus seruiēbat, in aliis utebatur Apostolis ministris sibi obsequentissimis, & humillimis, per eos cuncta transigebat, mansuetudine illos in officio continens, si res exigebat, durius increpans, vel ob minimum verbum: sicut Petrum à se reiecit, dicens, Vade retro Satan; ementesque & vendentes flagello è funibus facto expulit è templo, mensas numulariorum euerit, & cum ingrederetur Hierosolymam præcedebant Apostoli pedibus a fino insidentem, & ad eius pedes sua vestimenta sterpebant. Igitur Ecclesie præsul cunctos accipiet sibi meritò datos honores, seruiet in procuracione diuinorum, & huc refert omnia sua, cum gentes, gentiumque principes referrent omnia ad gloriam comparandam, & latè Imperij fines manu & bello propagandos, de beatitudine cælesti nihil agerent.

C ut scilicet pararet eis dum viuebat laboribus suis in cælo mensam, in qua vnà cum eo recumberent, atque ederent, ac procuraret, ut ederent in regno cælesti iudicaturi duodecim tribus Israël. Cum vult itaque Christus eum, qui inter Catholicos maior est, ac præcessor, fieri sicut iunior, & ministrum, intelligit non de ministerio quod pertinet ad corpus, sed ad procuranda omnia spectantia ad æternam felicitatem, prudentia, sanctimonia, precibus, vitæ ipsius, ubi opus est, profusione. His in rebus Christus seruiēbat, in aliis utebatur Apostolis ministris sibi obsequentissimis, & humillimis, per eos cuncta transigebat, mansuetudine illos in officio continens, si res exigebat, durius increpans, vel ob minimum verbum: sicut Petrum à se reiecit, dicens, Vade retro Satan; ementesque & vendentes flagello è funibus facto expulit è templo, mensas numulariorum euerit, & cum ingrederetur Hierosolymam præcedebant Apostoli pedibus a fino insidentem, & ad eius pedes sua vestimenta sterpebant. Igitur Ecclesie præsul cunctos accipiet sibi meritò datos honores, seruiet in procuracione diuinorum, & huc refert omnia sua, cum gentes, gentiumque principes referrent omnia ad gloriam comparandam, & latè Imperij fines manu & bello propagandos, de beatitudine cælesti nihil agerent.

D Postremò atque hic aduertendum, ut ostendat apertissimè Christus, in quo sit potissimum munus Antistitis supremi, & quinam foret ille, ait omnes Apostolos excutiendos sicut triticum, conuersusque ad Petrum, quod esset (inquiunt hic Græci) post Christum petra Ecclesie, ac firmamentum, dixit, Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Viden' quod exigit ministerium præcipuum Christus ab Ecclesie primario præfule? ut suos fratres confirmet in fide, quæ rerum cælestium est ὑπόστασις, siue substantia, & fundamentum, ait Paulus. Exigit autem à Petro, quod is esset inter Apostolos maior, ac præcessor, eiusque successores futuri essent huiusmodi, super quem Ecclesia erat ædificanda tamquam super fundamentum. Constat itaque è prædictis inter Apostolos fuisse maiorem, & præcessorem, qui nihil duri & difficilis operis subterfugiat, ut bene sit suis subiectis; ita ut hac in re sit vti minister, à quo præcipuè desideratur, ut illos in fide confirmet, & contineat; quod ad Petrum spectat; idcirco is maior, ac præcessor.

Theoph.

Summa argum.

E Sed veniamus ad argumentum sextum ex Euangelio desumptum, in quo maximè apparet quod tractamus. Cum se Iesus post tertium resurrectionem discipulis suis ostendisset, simulque cum eis prandisset, dixit Simoni Petro, Simon Ioannis diligis De Sig. Tom. 2. V 2 me

VI. arg.

me plus his? Dicit ei: Etiā Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioānis amas me? & dixit ei, Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te, dicit ei: Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas; cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deū, & cum hoc dixisset ei, dicit ei, sequere me, cōuersus Petrus vidit illū discipulum quem diligebat Iesus sequentem, qui, & recubuit supra pectus eius, & dixit, Domine, quis est, qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. ] hucusque Ioānes, ē cuius verbis colligunt omnes Petro summam rerum de pascēdis ouibus, inquit Origenes, traditam; Cyprianus, super vnum ædificatam Ecclesiam, mādatumque vt pasceret oues; Arnobius, quam solus habuit Christus potestatem tributam; Chrysofomus, Ecclesiæ principatum, gubernationemq. per vniuersum mundum à Christo ei commissam; alij Græci, præfecturam totius orbis ei concessam.

Cap. 21.  
Orig. c. 6. ep. ad  
Rom. Cypri. de  
vnt. Eccl.  
Arn. plal. 238.  
Chryf. hom. 1.  
de pēnit.  
Theoph. in hūc  
locum.

Sed expendamus hic multa magni momenti. Et primo loco dicitur Petro, Pasce oues meas. ] Iubet igitur, vt pascat, incipiat ex illo ipso tempore quo hæc Christus dixit. Pasce, ait, non inquit, Pascas, aut aliquid huiusmodi quod respiciat futurum tempus. At eo tempore nullæ aliæ Christo oues erant, nisi Apōstoli, ac nonnulli præterea discipuli, in quibus præcipui septuaginta duo; quamuis vbi hæc Christus dixit non adfuerint nisi Apōstoli. In primis igitur Apōstolorum cura & gubernatio Petro commissa. ita obseruant hic Euthymius, & Bernardus libro secundo de consideratione ad Eugenium, Chrysofomusque, cuius hoc in loco inter alia sunt hæc verba. Quod si quis percūctaretur à quo Iacobus sedem Hierosolymitanam acceperit, responderem hunc ab hoc orbis totius magistro præpositum; & os erat Apōstolorum, & princeps, propterea & Paulus eum præter alios visurus ascendit. ]

Secundo obseruandum ter dictum, Pasce βόσκου τα ἀρνία, ποιμαίνε τα πρόβατα, βόσκου τα πρόβατα. Nomine verò agnorum, qui primo loco pasci iubentur, Græci intelligūt perfectiores, ouisq. imperfectiores, vt sciamus, & Apōstolos & Apōstolis minores Petro commissos. Ter interrogatus est multis de causis. Hanc affert Gregorius Taurominiæ Episcopus, quod spectent ad Petri gubernationem cuncti, siue afferant fructum trigessimum, siue sexagesimum, siue centesimū. & cum sit in Latino semper, pasce, in Græco est βόσκου ποιμαίνε; primo durius imperium, secundo mitius significatur, inquit Græci.

Theoph. Euthy.

Tertio obseruandum est, à sacris præfulibus exigi in primis caritatem in Deum: hæc verò sic occulta, vt neque is qui ea præditus est, agnoscat, exemplo Petri: ac fieri potest, vt qui Christū paulo antè reiecerit, quod Petrus egit, ardentissimè illa flagret. Hinc in electione Matthiæ dictum, Tu Domine, qui nosti corda hominum, ostende, quem elegeris, ] & Cyprianus ad Pupianum, à quo ipse superbiæ notabatur, & ob id spernebatur, Episcopus ait à Deo constitui, à subiectis non inquirendos eorum mores.

Theoph.

Quarto nulli à Christo gubernationis munus commissum, nisi hoc loco. Audi Ambrosium. Per hanc itaque, inquit, legem, qua iussit Dominus Petro pascere oues suas, & qua dedit ei potestatem pascendi, iubet item vnicique pastori pascere oues suas pro portione gregis cuique commissa, & attributa, & dat ei potestatem spiritualem pascendi: nec enim alia lex est in Euangelio, per quam potestas spiritualis gubernandi & regendi animas detur, nisi hæc. ] Hucusque Ambrosius, è cuius verbis liquet Apōstolis nullā vmq. datam potestatem, nisi retinendi ac soluendi peccata, prædicandi Euangelium, & baptizandi: at condendi leges, instituendi Episcopus, & alia id genus spectantia ad potestatem gubernandi, nullibi ius datum: soli hoc Petro commissum, tamquam principi Apōstolorum; ab eo in alios est deriuatum.

Lib. 4. ep. 2.

In pasto.

Quinto dictum, oues, & agnos, vt ostendat plenam Petri potestatem. Nullum namque animal est in potestate gubernantis ita positum, sicut agnus, & ouis. Ideo Dauid inquit, Qui regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph, & deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moyfi, & Aaron. ] & ipsi antiqui Reges suos vocare solebant pastores ποιμαίνας, vt est apud Homerum. Neque verò ouis vsquam tuto aut bene erit, nisi è præscripto pastoris. Erraui, ait Dauid, sicut ouis, quæ perit. quare seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. ] Pastor oues ducit ad pascua quæ velit, &

A & quando, & qua libet & quanto libet tempore ibi continet, reducit, includit in caulas, tondet, curat, morbidas à ceteris seiuungit, & familia his agit, de quibus latè Ezechiel, & Nazianzenus.

Ezech. ca. 37.  
Greg. in Ap.

Postremò cum dixisset Petrus post traditā sibi curam pascendi, ipsi Iesu de Ioanne, hic autem quid? respondit Iesus, Sic eum volo manere, donec veniā, quid ad te? ] quibus verbis quid sibi voluerit Christus, explicat Ioannes Chrysofomus. Cur recubitus, ait, illius meminit? nō ab re, sed vt ostendat Petri post negationem fiduciam: qui enim tunc nō est ausus Iesum interrogare, sed id muneris alteri delegarat, sic commissa sibi fratrum custodia, non modò alteri vicem suam mandat, sed & ipse magistrum interrogat, & Ioannes quidem tacet, ipse autem loquitur, præterea, & suam in eum præfert dilectionē. diligebat enim maiorem in modū Petrus Ioannem, quod ex sequentibus apparet, & per Euāgelistam eorum vinculū in actionibus demonstratur. Nā cum magna Christus Petro cōmunicasset, orbis terrarū curam mandasset, martyriū prædixisset, & maiorē erga eum dilectionem testatus esset, cum veller Petrus Ioannem socium & collegam, inquit, Hic autē quid? numquid eamdem viā ingredietur, & quemadmodū in cœna interrogare nō ausus, Ioannē sufficit, ita nunc par parī refert, arbitratus eum velle, sed non audere de sese sciscitari. ]

CHRISTVS  
ADEO VOLVIT  
PETRVM ES-  
SE APOSTOLO-  
RVMPRINCI-  
PVM VT NE-  
QVE IPSO EXI-  
GENTE VO-  
LVERIT HOC  
ALIIS APO-  
STOLIS COM-  
MUNICARE.

Hæc Chrysofomus: eadem, & aperius Leo Imperator cognomento Sapiens his verbis: Post resurrectionem ter Petrum percunctatus, an ab eo diligeretur, ouis suarum principē pastorem constituit, deditq. ei pascendi potestatem, petens ab eo pascēdi curā tamquam vicem redamandi. Idcirco enim aiebat, amas me; pasce agnos meos. Petrus verò cum intelligeret principatum illum magnum esse, & magnis indigentem viribus, videretq. Ioannem sequentem, illum dico, quem vehementer Christus amabat, Hic, inquit, quid? quod

perinde erat, quasi diceret, Me ne præfici vis caput discipulis; hūc verò à te dilectum, qui voluit sedere ad dextram, & matrem præmisit, quæ peteret vt vnus sederet ad dexterā, hic, inquam, quid facere his iubess? Ne igitur erroris occasionē aliqui arriperent, quod omnibus discipulis cōmuniter dixisset, Quæcumque solueritis, & quæ sequuntur, respondit Dominus, quasi increpans Petrum, Sic eum volo manere donec rursus veniam; quid ad te? tu me sequere: id est, sequere me hoc baculo pastorali. & sicut ego, cum eram vobiscum, seruabam eos, vt pater vester, & caput, ac magister vigilās pro vobis, sic tu esto mei loco, & sequere me, principatū & potestate ista fratres tuos confirmans. te enim volo esse loco meo. vnde manet vsque in hodiernum diem Petrus sequens Christum in successore suo. ] Hæc Imperator Leo: è quibus colligitur tantum abesse, quod hæretici volunt, æqualem fuisse Apōstolis cum Petro potestatem, vt neque volente Petro illam Iesus iis voluerit communicare, relinquens ab ipso Petro communicandam, quod sequuntur hic alij Græci. Apparet itaque ex hisce sex argumētis ab Euāgelio deprōptis Petri fuisse à Christo Ecclesiæ Catholicæ rectorē constitutū, neque ad Ecclesiæ ædificationem pertinere, qui super Petrum non ædificatur, neque illi aditum patere ad cælum, cuius clausus Petro sunt commissa cum maior ille sit, ac præcessor omnium Apōstolorum, cuius est Catholicos Episcopus confirmare in fide, & pascere oues Christi. Idcirco vbi Christus ait nomen immurandum Simoni, ac deinde immutat, magna præsignificat ei munera concedenda, vbi pollicetur se ædificaturum Ecclesiam super eum, traditurumque amplissimo iure clausus regni cælorum, maiora promittit. Vbi imperat, vt veluti maior ac præcessor confirmet in fide fratres, in qua non deficiat ipse, & pascat oues, & agnos, maxima illi elargitur. Atque ita Christus in muneribus Petro concedendis semper maiora & promittit, &

donat.

Nunc vt concludamus hoc caput, loco septimi argumenti quindecim honoraria à Iesu Petro data enumeremus, è quibus palām sit ipsum supremum Ecclesiæ Christianæ Antistitem fuisse constitutum. Ac primum sit illud. Euangelistæ cuncta honorum momenta sic expenderunt in Petro, vt semper cum primo loco nominent eū, tamen aliorum nullā videantur habere rationem, ac modò ante alios, modò post eos nominent. Id neque casu neque temerè factum dici potest. Nam semper ita vsurpatur, neque imprudenter aliquid ab omnibus sacris scriptoribus vsitatum & quidem semper, fas est putare. & tamen alioquin videretur Andree, qui prior est Christum secutus, locus esse primus.

QUINDECIM  
PETRI HONO-  
RARIA EXPRI-  
MENTIA IP-  
SIVS POTH-  
STATEM.

Quid quòd Christus, vbi volebat aliquem Apōstolorum nominatim compellare, & alloqui non interrogatus, numquam legitur aliquem compellasse nisi Petrum, semel dumtaxat necessaria de causa Thomam, cum dixit illi, Infer digitum tuum huc. ] Alias

Petro presente cuncti à Domino omittuntur, quòd in eo cunctos contineri vellet, ipsum. A  
que & successores eius, vt apparebit, à cunctis interrogari, vbi aliquid incidit, quod tran-  
figi sit necesse.

III. Ac ne putes nudum appellationis honorem solummodum illi datum, quoties Chri-  
stus plures Apostolos assumebat, in his primas Petro dabat; veluti cum duodecim dele-  
git, cum Petrum, Ioannem, Iacobum adduxit secum, qui interessent miraculo filia Archi-  
synagogi suscitanda; cum in monte Thabor diuinitatis radios emisit; cum Petrum, Ioan-  
nemque misit, qui Pascha apparerent, eosdemque cum Iacobo in hortum duxit ad pre-  
ces fundendas. è quibus etiam locis constat à Christo hos tres alios fuisse praelatos, Pe-  
trum verò reliquis duobus, tum ex aliis rebus, tum ex eo quòd in vltimis horti precibus  
Petrum relictis Ioanne & Iacobo propiore sibi Christus constituit. Ob id in actis Apo-  
stolorum cunctis hi tres præcellunt, Petrus vniuersis: meritoque Paulus ait, sibi visos Ec-  
clesiæ columnas Petrum, Ioannem, Iacobum. quamuis Iacobus hic non fuerit Ioannis  
frater ab Herode iam necatus, sed Episcopus Hierosolymorum.

IV. Præterea verò Christus tanti esse Petrum voluit, vt non modò in honoribus deferen-  
dis, ac rebus transgendis eum; cunctis prætulit, sed etiam sibi, quantum licuit, æqua-  
rit. Nam cum conuentus Christus, vt didrachma solueret pro se ac suis (omnis namque  
paterfamilias & magister illud pro se ac suis soluebat) Petrumque posset reliquis disci-  
pulis adnumerare, & vnum didrachma soluere, pro se scilicet, atque illis, quasi vno ma-  
gistro, atque vna familia, non id egit; sed vt testatissima esset Petri cunctis potestas, iussit  
Petrum capto pisci os aperire, stateremque aureum in eo repertum tollere, adiiciens, Il-  
lum fumens da pro me, & te. ] quasi duo forent eiusdem familiae principes, è quibus alter,

V. id est Petrus, ab altero scilicet Christo constitutus esset: atque ita duo penderentur, non  
vnum didrachma. sic interpretantur hunc locum Chrysostomus, Augustinus, Hierony-  
mus. Similiter cum Christus lauare vellet discipulorum pedes, à Petro, vt vult Augustinus,  
incepit. Chrysostomus credit id honoris tum Iudæ præter ordinem datum, vt ab incepto  
prodicionis consilio ac via reuocaretur; deinde reditum ad ordinem, ventumque conti-  
nuo ad Petrum. Chrysostomum Græci sequuntur: consentiunt tamen omnes primum lo-  
cum Petro debitum, & post extraordinariam impartitionem datum.

VI. Ad hæc accedit, quòd cum bis Apostoli scribantur in piscatione per totam nocte de-  
fatigati nihil cepisse, vtroque tempore iussu Christi à Petro non ab aliis iactum tractuq;  
rete, & magnam vim piscium captã scimus. Semel accidit hoc primis illis diebus, quibus  
Christum sunt secuti, cum Petrus insolito miraculo obstupescens reclamauit accidens  
ad genua Iesu, Exi à me Domine, quia homo peccator sum. ] tunc Petro dictum à Iesu, No-  
li timere, ex hoc iam eris homines capiens. ] Iterum postquam Christus surrexit à morte,  
& tum Petro dixit, Pasce oues meas. ] Ad eò Christus nihil non honoris Petro detulit  
in singulis rebus vel obscuris & vilibus, qualis piscatio dici potest. sed iis maxima euen-  
ta & mysteria significari, quamuis obscuræ & viles forent res, palam fecit, cum primò di-  
xit, Ex hoc iam eris homines capiens. ] & postremò addidit, Pasce oues meas. ]

VII. Ac ne putes maxima Petro denegata, datum est illi, quòd antea nemini nisi Christo,  
vt Apostolis præsentibus viuenti Christo super aquas ambularet. id nec Moyse, neque  
Eliæ, neque Eliseo concessum, qui diuisis aquis transferunt, Moyse quidem mare, Elias  
& Eliseus Iordanem. hoc obseruauit Bernardus.

VIII. Quòd si quæ mortem Christi sunt infecuta respicias: rediens in vitam Christus pri-  
mo ac soli Petro ex Apostolis palam rediuius apparuit, vt Paulus refert, ac Lucas.  
Nam sicut Petro primo patefactum est Christum filium Dei viui, sic cuncta mysteria præ-  
cipua patefieri illi voluit Christus, in quibus obtinet principem locum resurrectio, de qua  
Paulus ait, Si Christus non resurrexit, inanis est fides nostra. ] Hinc Chrysostomus, Qui  
Christum primus, inquit, confessus erat, non ab re primus etiam resurgentem vidit. ] Sic  
Angeli ad sepulchrũ dixerunt mulieribus, Dicite discipulis eius & Petro. ] Viden, vt An-  
geli præcipue Petri haberi rationem velint? Similiter prius Petro est apertum gentes ad-  
mittendas ad Ecclesiam Christi, abrogandam legem, cum Cornelium, totamque ipsius  
familiam sacris aquis abluuit, neque circumcisionis aut legis alia madata præscripsit. Hæc  
verò capita Christianæ religionis, Christum Dei filium re vera esse, eundem post illatã  
necem rediisse ad superos, abrogatam veterem legem, gentes Ecclesiæ adscriptas.

IX. Sed veniamus ad alia maximè singularia. Nam quanti illud, à Petro corporis solius  
vmbra

A vmbra ægrotos sanatos? id verò auditum numquam vel vlli antea, vel postea sic conti-  
gisse: ita vt Chrysostomus huc referat illud Christi dictum, fore, vt eius affectu maiora  
facerent, quam fecisset ipse.

Sed in hoc mirabili illud omnem superat admirationem, quòd vno dumtaxat è multis  
ægrotis obumbrato, cuncti, qui ob id in plateas deportati fuissent, sanarentur: sic nãque in  
actis Apostolorum, Ita vt in plateis eiicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis,  
vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur  
omnes à languoribus suis. ]

Amplius quamuis in actis Apostolicis dicantur ab Apostolis facta signa & prodigia,  
nullum tamen signum à quoquam factum narratur, nisi à Petro: vel igitur alij nulla vel  
propè nulla ac tenuia præ iis quæ edidit Petrus. ac sicut patres aiunt, ideo Ioannẽ Bapti-  
stam nulla patrasse miracula ne quid diminueretur de auctoritate Christi, sic de Christi  
Vicario Petro dici potest. ac præclare Ambrosius de claudio, qui primus à Petro est sa-  
natus, ait: Si Petrus petra est, super quam ædificatur Ecclesia, redẽ primus pedes sanat, vt  
sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamen-  
ta confirmet. ]

Accedit huc: cum plurimi post illapsum diuini flaminis in Apostolos ad Christi cultum  
perducerentur primis iis diebus vsque ad mortem Stephani, nemo tamen nominatim le-  
gitur perductus ab aliis Apostolis, cum Lucas referat prima Petri concione circiter tria  
hominum millia nomen Christo dedisse, secunda verò quinque millia. Nam licet aliqui  
per eos fuerint perducti, ob paucitatem tamen eorum nulla est habita ratio.

Neque silentio prætereundum, quòd est in actis Apostolorum. Petrus vbi adest, solus  
loquitur, plerumque tacentibus aliis, dictoque audientibus, vel eandem sententiam ser-  
mone eodem comprobantibus, aut alio modo corroborantibus, vt egit Iacobus, qui cum  
Petro censuit abrogandam legem, adiecit tamen retinenda ad tempus nonnulla, vt Iudæis  
aliqua ex parte, quòd esset Episcopus Hierosolymorum, mos gereretur. Hinc Chrysosto-  
mus ait: Vide vbi que Petrus circumcurfare, & primum inueniri: quando eligendus Apo-  
stolus, hic primus; quando loquendum Iudæis, non esse Apostolos ebrios, quando cu-  
randus claudus, quando concionandum, hic præ aliis est: quando agendum contra prin-  
cipes, quando contra Ananiam, quando ab vmbra sanationes fiebant, hic erat, & vbi  
quidem periculum hic, & vbi gubernatio, vbi autem tranquillitate res erant plene, com-  
muniter omnes. sic non exigit honorem maiorem. ]

Illud verò diuinissimum, loquente Petro ad Cornelium familiamque ipsius, cunctos  
diuino numine cælitus mirabiliter afflatos, ac protinus variis linguis locutos, quasi Spiritus  
ex Patre Filioque procedens quodammodo per os Petri in alios è superis emanaret.

Sed cõcludamus elegati obseruatione. Cum fuissent omnes Apostoli in vincula conie-  
cti, ab Angelo eduati sunt, dictumque vt abirent. at vbi Petrus inclusus est in carcere, non  
modò illum deduxit Angelus, sed etiam comitatus est. Hæc igitur maxima præ cunctis  
Petri honoraria cælitus illi communicata ante & post obitum Christi, vt palam fieret il-  
lum cunctis præesse. Maximi namque honores & dona alicui data maximum ipsius in  
cunctos principatum consignant, ac testantur, maximè si diuinitus contingant. vt solidi  
omnino appareant, qui Petri summam potestatem in Ecclesiam, vel impugnant, vel ne-  
gant. Sed veniamus ad huius potestatis munera potissima, ac nobilissima, quibus functus  
est Petrus post Christi ascensionem, quæ non nisi summi præfulis sunt, & à summo Eccle-  
siæ Pontifice fieri possunt.

Quatuor, quæ sunt summe potestatis, omnia illa Petrus egit post ascensionem Christi:  
ex quibus conficitur Ecclesiæ Antistitem supremum Petrum fuisse. Cap. 11.



Vnc quæ sunt ab aliis ad hoc argumentum maximè facientia profus  
omissa prosequamur. Ad principem supremum quatuor pertinent; Pri-  
marios præfectos creare, leges vniuersales cõstituere, aut abrogare, vlti-  
mo supplicio afficere, res communes & publicas administrare, v el admi-  
nistrandi ius præscribere. Videamus, an hæc exercuerit Petrus, dum vi-  
xit, ac primò an primarios ipse præfules in Ecclesia creauit.

Defuncto Christo supererat Apostolorum collegium; præstabant illi cunctis Christi  
cultori-

Chryf. hom. 19.  
in Matt. 5. Aug.  
serm. 6. de ver.  
Apostolorum  
Hier. in cap. 18.  
in Marth.

Luc. 7.

Lib. 8. de conf.  
ad Eug. cap. 8.

1. Cor. 15.  
Luc. 24.

Marc. 16.

Cap. 14. & 15.  
Act. Ap.

Act. 5.

X.

XI.

Serm. 68.

XII.

Act. 1. 4.

XIII.

XIV.

XV.  
Act. 5. & 12.

TRES APOSTOLI A PETRO ORDINATI MATTHIAS, BARNABAS, PAVLVS.

cultoribus. sublatus est de medio Iudas. Petrus igitur aduocauit coetum Christianorum: id verò supremi est principis, cogere concionem. Primus proponit oportere alterum subrogari in locum Iudae: & hoc etiam summi praesulis, referre primo loco. quid agendum designat, qui non sint substituendi, nimirum qui non aderant; decernit qui sint suffiendi, nempe eos qui adfuerint omnibus, quae Christus gessit, ex quo fuit à Ioanne baptizatus, usque ad eam diem. Haec verò quatuor supremi Antistitis praescribere electionibus certas leges. Ac si bene res inspicatur, viros etiam certos delegit. Neque enim potuit nisi vnus aut alter esse huiusmodi, qualem Petrus designabat. Nam quo tempore Ioannes Christum lauit, paucissimi Christum sequebantur. constat hoc ex Euangelio. ita vt post Apostolos verisimile sit non alios fuisse tales, nisi Matthiam, & Iosephum. Et sanè Petrus orationem suam concludens, quasi digito intento demonstras eligendos, ait, Oportet teste resurrectionis eius nobis fieri vnū ex istis. Quocirca Lucas nullā scribit electionē factam, sed continuò adiicit non elegerunt, sed statuerunt, *ἔστησαν*. Ac quieuerunt omnes iis, quae Petrus decreuit; quod valde auctoritatem ipsius sancit. sed cur non solus elegit Petrus? Audi Ioannem Chrysostrum: Quid? an non licebat ipsi eligere? licebat, & quidem maxime. verum id non fecit, ne cui videretur gratificari. ] & paulo post: Haec doctoris prouidentia, primus hic doctorem constituit, non dixit, nos ad docendum sufficimus: vsque adeò aberat ab omni inanis gloriae studio, & ad vnum tantum spectabat: quamquam autē habebat constituendi ius par omnibus, tamen haec congruenter fiebant ob virtutem viri, & ob hoc quòd tum temporis praefectura non honos erat, sed cura subditorum, ea res non patiebatur eos, qui eligebantur, efferrī, quod ad pericula vocabantur, nec eos, qui non fuissent electi, affici mærore. Tametsi nunc non eodem sit modo, sed prorsus diuerso. Ecce centum & viginti erant, & vnum dumtaxat postulabat è tota multitudine: merito primus omnium auctoritatem sibi vendicat in negotio, quippe qui cunctos habebat in potestate. Ad hunc enim dixit Christus, Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ]

Praeter hos duodecim sunt Apostolis annumerati Barnabas, & Paulus. & Barnabas quidem sortitus est Apostolicum munus ab ipsis Apostolis, cum missus est Hierosolymis Antiochiam: dictum namque est, *ἡ ἀποστολὴ*, id est Apostolum miserunt. Sed quinae Apostoli Apostolum Barnabam creauerunt, ac miserunt? Tunc nemo Apostolorum Hierosolymis erat, nisi Petrus, & Iacobus; patet ex eo quòd paulo antè idem Barnabas duxerat Paulum ad Apostolos, ac Paulus testatur scribens ad Galatas, se cum primū Hierosolymas venit non vidisse nisi Petrum & Iacobum, & mansisse vnā cum Petro quindecim diebus. Neceffe est igitur vel ab ambobus hisce creatus fuerit Apostolus Barnabas, vel ab altero ex illis. quòd si consentanea veritati, quam supra ostendimus, dicere velimus, neceffe est à Petro delectum fateamur. Lexander Barnabae vitam scripsit, & ait Barnabam sic à Petro vocatum, cum prius Iosephus diceretur. Ex eo igitur tempore, quo Barnabas est Apostolis adscriptus, multa cum Paulo itinera suscepit, & in omnibus ecclesiis quae ab iis fuerunt constitutae, presbyteri sunt ordinati; quod ad Apostolos, siue Episcopos pertinet.

Praeter Barnabam Paulus à Christo vocatus est ad Apostolicum munus, vt ipse ad Galatas scribit: numquam tamen quae propria sunt Apostolorum constat exercuisse, nisi postquam datas sibi dexteras afferit societatis à Petro, Ioane, & Iacobo: quamuis enim Christi doctrinam prius multis in locis disseminarit, quod & iis, qui Apostoli non erant, fas fuit, attamen presbyteros & Episcopos non antè creauit, aut manibus impositis Spiritum sanctum caelitus sacramento chrismatis in alios aduocauit, quàm datas sibi dexteras scribit: nam cum creatur aliquis Episcopus, aut etiam presbyter, dextera adhiberi solet, imponi capiti, darique ab Episcopo, qui Apostoli locum tenet. Quin in consecratione Episcoporum tres adesse solent Episcopi, sicut idem Paulus scribit, Dexteras sibi à tribus datas. quod accidit quo tempore est habitum Hierosolymorum Concilium post annos quatuordecim, quàm venerat eò primū Paulus, & idem testatur in epistola ad Galatas. Quamobrè postea cum moraretur Ephesi, nonnullos sacramento chrismatis confirmauit aduocans in illos manibus impositis Spiritum sanctum, Timotheum presbyterum creauit, & Ephesi Episcopat, ac Titum Cretae. igitur quamuis Paulus à Deo fuerit electus Apostolus, quod erat tamen Apostolorum proprium non prius exercuit, quàm fuerit à Petro in primis, ac si vis etiam simul à Iacobo, & Ioane, ordinatus. libet hinc adscribere, quae Clemens Alexandrinus, qui non longè absuit à temporibus Apostolorum, scribit, Petrum scilicet, Iacobum, & Ioannem post Saluatoris ad superos ascensum cum

Homil. 3.

Act. 12.

Act. 9.

Act. 14.

Act. 19. 1. Tim. 4. Tit. 1.

Refert Euf. l. 5. c. 15. & l. 11. c. 1.

**A** cum essent à Domino summum dignitatis adepti gradum, non de gloria & honore contendisse inter se, sed vnanimi consensu Iacobum Hierosolymorū Episcopum designasse. & rursus tradit, Iacobo, Ioanni, & Petro Dominum post ascentum suum singularem quādam impartitum cognitionem, quam reliquis illi Apostolis tradiderunt, ceteri Apostoli septuaginta duobus discipulis, è quibus Barnabas vnus erat. Haec ille. Ioannes quidem Chrysostrum scribit à Petro Iacobum fuisse Hierosolymorum Episcopum creatum. Nonnulli è Graecis Petri peregrinationem longissimam memoriae mandarunt; in ea recensent singulos Episcopos ab eo praecipuis vrbibus datos. Illud certissimum, eos, quos modò Patriarchas vocamus, qui quae olim cunctis Episcopis Ecclesiae suis in locis praesidebant, à Petro creatos, vt Alexandriae Marcum, Antiochiae Euodiam, Eusebio teste. de Hierosolymis namque est dictum, quamuis Episcopus Hierosolymorum antiquitus Episcopo Caezae pareret, cui praefecit Cornelium Petrus. Iam verò Antiocheno totus Oriens erat subiectus, vt aduersus Ioannem Hierosolymitanum scribit Hieronymus, ac Theodoretus. Alexandrino Aegyptus, Lybia, Pentapolis Cyrenae, ac postremò Aethiopia. Ex epistola porò prima Petri, colligitur apertissimè, ipsi in primis, ex quo Africae & Asiae primarios Antistites Alexandrinum & Antiochenum dedit, cordi fuisse Ecclesias Ponti, Galatiae, Cappadociae, Asiae, & Bythiniae. Igitur Metropolitanus primique omnium Episcopi ab ipso Petro constituti. non licebat autem sine Metropolitanorum consensu antiquitus ceteris vrbibus Episcopos habere, neque ipsis Episcopis aliquid grauius aggredi licebat inconsulto Metropolitanò: quod institutum fuisse ipsis Apostolorum temporibus apparet è Concilio Antiocheno, quod est habitum Iulio sedente, & ipso Niceno. Tribus itaque orbis totius partibus Episcopos primos à quibus cuncti penderent, Petrus dedit, Africae Alexandrinum, Asiae Antiochenum ( nam Constantinopolitanus longè post exortus) Europae Romanum, cui voluit, vt videbimus, Alexandrinum, Antiochenumque obedire. Apparet itaque ex his Petrum proculdubio totius Ecclesiae Christianae Pontificem supremum, quòd ipse primarios praesules illi creauit.

Veniamus ad secundum munus principis supremi, quod est leges vniuersales constituere, aut abrogare, qua in re videtur illud vnū esse instar omnium, quòd totius antiquae legis scita Petrus ipse substulit. Nam cum Cornelium Centurionem, familiamque ipsius Caezae monitu diuino baptizauit, sanxit, ne lege Moysis obligaretur, & quod Hebraeis fas non erat, posse cum gentibus ceteris cibum sumere ad eandem mensam. Cumque post haec Hierosolymam rediisset, nonnulli disceptabant aduersus eum, siue vt interpretatur Chrysostrum, ex postulabant, quòd haec egisset: vbi tamen ille rem narrauit, acquieuerunt omnes, ac per annos decem & amplius ita seruatum. Sed Antiochia mox eadem questio excitata, & facta: est seditio non minima, inquit Lucas, Paulo, & Barnabae aduersus eos qui legem à Petro latam refugere volebant. Ventum ad Apostolos Hierosolyma. Res in medium proposita. Vbi Petrus est locutus, tacuit, ait Lucas, omnis multitudo. Sed quoniam Iacobus erat Episcopus Hierosolymorum, ac neceffe habebat esse quotidie cum Iudaeis; vt eos alliceret (quod obseruauit Chrysostrum) neque contrariis moribus oculos ipsorum singulis horis offenderet, approbauit Petri quidem factum, sed bene esse dixit, morem geri aliqua ex parte Iudaeis, & tolli quidem Moysis legem, vt iam Petrus sanxerat ante annos decem, sed interim retineri nonnulla quae patebant oculis, & quae laedere possent animos Hebraeorum, qualis erat esus sanguinis, & suffocati. Itum in sententiam Iacobi, & communi decreto Petri lex vnā cum additamento Iacobi stabilita. quocirca & Tertullianus libro de Pudicitia, & Hieronymus scriptū reliquere ab omnibus Petri sententiam comprobata. Sed vt appareat adhuc fuisse Petri, leges vniuersales constituere, illud dicimus, actiones Petri sic ab omnibus Christianis obseruatas, vt illae quamuis essent praeter leges ab ipso Petro constitutas, tamen pro legibus obseruarentur, quamuis alij, & quidem Apostoli praecipui, in quibus Paulus, repugnarēt. Nam cum Petrus esset Antiochia, & nimium Iudaeis daret, eorumque ritibus antiquatis, gētes tamē ipsius exemplum relicto Paulo atque aliis sequebantur. Quocirca Paulus ausus est illi dicere, Si tu Iudaeus cum sis, & non iudaicè viuas, quomodo gentes cogis iudaizare? ] quibus verbis palam fit exemplum Petri fuisse gentibus instar edicti atque imperij. Nam qui cogebat gentes Iudaeorum caerimonias amplecti? num lege? nequaquam: num minacibus verbis? neque id similiter. exemplo igitur solo. At exigui temporis fuisse patet ex iisdem Pauli verbis, qui Petrum gentiliter ait vixisse. En quanti Petrus erat, en quanti

PETRVS PRIMARIOS EPISCOPOS ORBIS CREAVIT CVM CVNCTI PAREBANT.

Euf. lib. 4. cap. 1. & in annali.

Lib. 1. cap. 11.

PETRVS LEGES VNIUERSALES TVLIT ET ABROGAVIT. Act. 15.

Act. 15.

ius eius in legibus cōdendis vel auctoritate exempli solius. Sed quis sanxit, vt Metro-  
politano ceteri Episcopi parerent, ne quid graue inconsulto illo fieret, atque ita Antiochia  
no torus Oriens, Alexandrino tota ferè Africa, Romano, vt ostendemus cunctæ regiones  
obedirent, nisi qui eos constituit Petrus? quis, ne quid eorum, quæ ad pedes Apostolorū  
proiiciebantur, occultaretur, nisi Petrus, qui legis huius violatores sola denunciatione  
morti addixit?

Ex quo constat etiam partes Petri fuisse reos vltimo supplicio afficere: supremi autem  
principis est capitalem sententiam ferre. Ananiam namque & Saphiram quod est mira-  
bile dictu, sola denunciatione Petrus occidit. Nam cum Christiani omnes omnia cum  
venderent, & proiicerent pretium totum ad pedes Apostolorum, hi verò rerum suarum  
pretium non omne ad eos detulissent, sed partem referuassent, Petroque id interro-  
gati cælassent, Petrus iis dixit mentientibus, fore, vt protinus ob mendacium ei dictum mo-  
rerentur. Si gladio necasset, (id verò sacerdotibus haud licet,) nefas hæretici dixissent,  
Petrum scelestissimum, inclementissimum, atrocissimum vocassent: vt appareat diuinitus  
perfectum, sola denunciatione neci dedit. & nunc quidem nobis haud licet, quemquam  
supplicio vltimo afficere, membrumve præcidere. Sed vbi oportet est, constitutum, vt sicut  
patres, qui valde filios amant, non ipsi eos cædunt, neque enim finit amor, sed tradunt  
aliis cædendos, sic Episcopi paterno erga suos animo esse debent. cuius rei vt admo-  
neantur, non est iis permissum ferre in filios suos capitalem sententiam, vel membrū trun-  
care, sed eos tradunt profanis magistratibus puniendos. Adhuc si Ananiam & Saphi-  
ram profanis tradidisset Petrus, vocatā res in dubium fuisset, iure ne id fieri posset. sub-  
stulit omnem Deus ambiguitatem. Tantumque in aliorum vitam Petro ius dedit, vt  
maius excogitari haud posse videatur. Id verò, vt sciremus maximam Petri potestatem,  
quasi summi in Ecclesia præfulis, cuius est tamen aliter plectere subiectos sententia capi-  
tali. excōmunicatio est vltima Christianis pœna, id est decernere, nihil esse alicui cōmu-  
ne cum Christianis. Egit id Petrus cum Simone Mago, cui dixit: Non est tibi pars, neque  
sors in seimone isto. Sed quoniā quiuis audere posset huiusmodi sententiā, licet ea nulla  
esset, verba proferre; idcirco exstare voluit Deus insigne illud exemplum mortis Ana-  
niæ, & Saphiræ. Cur autem Simon non occisus, audi Chrysoctomum: Igitur, quomodo,  
inquit, illum non occiderunt, sicut Ananiam, & Saphiram? quia etiam olim is qui in sab-  
bato ligna collegerat, occisus est, vt alij erudirentur, neque alius postea est idem passus. ]  
Hæc ille, qui obseruat maximam Petri in omnes auctoritatem, simulque omnium maxi-  
mam in eum reuerentiam: nam cum mortuus Ananias ad eius verba concidisset, nemo  
ausus est id eloqui, & dicere Saphiræ vxori ipsius, quæ post horas tres aduenit infcia rei,  
domumque ingressa, ac Petro interroganti mentita protinus efflauit animam.

An verò spectaret ad Petrum præesse publicarum rerum tractationi, nemo ambiget,  
modò Ananiæ & Saphiræ euentum contempletur, quos non alia de causa mortis adi-  
dicatos diuinitus dixit, nisi quòd rationes earum peruertissent, ipsi exposcenti eas menti-  
ti essent, atque hæc satis omnino sunt in tanta antiquissimarum rerū obscuritate ad ostē-  
dendam Petri in Ecclesia supremam potestatem; quæ clarissima sunt, neque aliquid ha-  
bere possunt quæstionis: vt meritò dixerit Dionysius Areopagita, Petrum corypheum,  
atque antiquissimum verticem Theologorum, Origenes Ecclesiæ fundamentum, & soli-  
dissimam petram, super quam inquit Cyprianus, vna Ecclesia, & vna Cathedra Domini  
voce est fundata, vnde vnitas sacerdotalis est exorta. Nos autem possumus exclamare  
cum Hilario, O noua nūcupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque  
ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & Tartari portas, & omnia mortis claustra  
dissolueret: ò beatus cæli ianitor, cuius arbitrio clauces æterni aditus traduntur, cuius ar-  
bitrium terrestre præiudicata auctoritas sit in cælo. ] Hæc Hilarius.

Hæretici nihilominus stolidissimè, vt omnia, & pertinacissimè contendunt (videte im-  
pudentiam) Petro nihil amplius fuisse iuris in Ecclesia, quam ceteris Apostolis. Inquit  
enim scribi à Petro litteras ad alios quasi collegas, non quasi subiectos, quos comiter in  
prima & secunda epistola, quæ exstant, hortatur. Quis ferat istorum stultitiam? atqui &  
Pontifex item Romanus agit idem. Nam se seruū seruorū Dei nominat in principio lit-  
terarum, quas si dat ad Cardinales, fratres appellat, si ad Episcopos, & ad alios, filiorum  
loco ac nomine dignatur. Et Christus ait, Ite nunciate fratribus meis. Et vade ad fratres  
meos, & dic eis. ] Nūquid igitur Christus non Ecclesiæ princeps? Ita quod modestè est  
tribun-

A tribundum, quam maximè in Petro eluxisse colligit multis in locis Hieronymus, vertitur  
ab istis in iniuriam.

Quocirca ineptissimum est & illud, quòd Petrus, vbi est accusatus quòd accubuerit ad  
eamdem mensam cum alienigenis, moderatè tulerit, ac sese purgari: quasi id non sit lau-  
di maximè ducendum, & ab Episcopis cunctis semper agendum. At, inquiunt, missus est  
à collegis in Samariam; quod est minorum non superiorum. Sed, ò boni viri, nonne  
Spiritus sanctus dicitur à Filio mitti? Spiritus sanctus, inquit Christus, quem mittā vobis  
à Patre, ille vos docebit omnia. ] Nūquid igitur Filio minor Spiritus sanctus? Imperato-  
res ipsi nonne sapius à Senatu mittebantur, cum summa rerum peruenit ad eos? mittebā-  
tur autem non imperio coacti, sed precibus, atque vtilitate publica permoti. Absurdissi-  
mum præterea, quòd ex epistola ad Galatas colligere conantur nonnulli, Paulum Pe-  
tro æqualem, & sanè in plurimis æqualis, sicut & ceteri Apostoli: nam scientia, & sancti-  
tate, aut aliis huiusmodi: nūm præcesserit alius alium, non disputamus. Concedimus cun-  
ctos æquales. Potestate cunctis Petrus præcellit.

At, inquiunt, Paulus ait se ascendisse Hierosolymam, vt inuiseret Petrum, non vt præ-  
sulem, sed vt cum amico sua conferret. Hæc isti omnium stultissimi. Sed cuncti patres sen-  
tiunt, & res ipsa, vt Paulus refert, declarat, Paulum Hierosolymam profectum, non vt  
parem conueniret. Hinc Tertullianus ait ex officio Paulum & iure id fecisse; Ambrosius,  
quia dignum erat, vt cuperet videre Petrum, cui delegauerat Saluator Ecclesiarum curā;  
Hieronymus honoris deferendi causa factum dicit; Chrysoctomus, quòd Petrus esset os  
Apostolorum princeps, ac vertex ipsius cœtus; Theodoretus, vt tribueret principi Apo-  
stolorum, quem par erat, honorem. Ac ne putes temerè loqui tantos viros, expendunt  
Chrysoctomus & alij Græci verbum, videre, cum Paulus ait, se ascendisse Hierosolymā,  
vt Petrum videret: in Græco namque est *ἰδοῦναι*, quòd est, suspicere, cōtemplari; Quo-  
modo loqui solent, inquit Chrysoctomus, qui magnas, & splendoras vrbes cognoscendi gra-  
tia inuisunt, & singula passim contemplantur admirabundi. ] Quid quòd ait Paulus idem,  
se cum Petro & antecessoribus suis Euangelium contulisse, ne fortè in vacuum curreret,  
aut cucurrisset Græco est *ἀντιθέωμι*, deposui, quòd est vbi in manu alicuius deponimus ali-  
quid, vt quid faciendum sit ipse videat, ac præscribat. Hinc ait Tertullianus contulisse  
quasi cum auctoribus fidei.

Quòd autem volunt parem Petro Paulum, quantum ad potestatem, quòd ille fuerit  
ab hoc reprehensus, inquit enim Paulus, Reprehendi eū, quia reprehensibilis erat: ] tantū  
abeat, vt faciat pro hæreticis, vt nihil magis sit aduersus illos: nam cum refert hæc Paulus,  
hoc agit, vt auctoritatem suam commendet, ostendatque sibi conuenire cum ceteris Apo-  
stolis, maximè autem cum Petro. idcirco ait à se reprehensum Petrum acqueuuisse di-  
ctis suis. Quòd si parem reprehendisset, quid hoc magnifici haberet, quid præclari? Idcir-  
co hunc locum tractans Chrysoctomus ait: Iamque se ceteris Paulus honore parem osten-  
dit, nec se reliquis illis, sed ipsi summo comparat, declarans quòd horum vnusquisque  
parem sortitus sit dignitatem. ] & Ambrosius: Petrum solum nominat, & sibi cōparat, quia  
primatum ipse accepit ad Ecclesiam fundandam, se quoque pari modo electum, vt pri-  
matum habeat in fundandis gentium Ecclesiis, ita tamen, vt & Petrus gentibus prædi-  
caret. ] Sed vt ex ipsa Pauli epistola ad Galatas adhuc nos colligamus Petrum fuisse  
Apostolorum principem, præter ea quæ dicta sunt, obserua dici à Paulo ea verba: Quod  
operatus est Petro (Deus) in Apostolatu circumcisionis, operatus est & mihi inter gētes. ]  
Igitur omnes Apostoli, & discipuli septuaginta duo, quòd essent è circumcisione, subiecti  
erant Petro, eorumque ipse Apostolus erat in primis, quasi Apostolus Apostolorum:  
quòd etiam supra ex iis Christi verbis colligebamus, Pasce oues meas. ] Quòd ita tamen  
est verum, vt neque illud sit falsum, quòd Petrus idem dixit in Concilio Hierosolymita-  
no: Vos, scitis, inquit, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum gē-  
tes audire Euāgelium, & credere. ] Igitur circumcisionis omnibus præerat Petrus, & Apосто-  
lis ipsis, quin iis præcipuè; ita vt potissima ipsius cura esset, inspicere, ac præscribere quid  
illi agerent, aliique Episcopi, qui plerumque erant à Iudæis, neque enim deligebantur  
Neophyti. Deinde obserua, quòd ait Paulus de Petro, Ioanne, & Iacobo, qui videbantur  
columnæ esse, fatetur itaque hos Ecclesiæ columnas Paulus: & quòd inquit, videbatur, nō  
detrahit veritati, vt adnotarunt Hieronymus, & Chrysoctomus, sicut ipse de se Paulus di-  
cit. Videor autè & ipse mihi spiritum Dei habere. ] Denique quòd Paulus inuisit Petrū,  
vt

Chryf. homi. 3.  
& 22. in act. A. P.

Ep. ad Galat.

Tertul. lib. de  
præscriptione.  
Ambros. Hier.  
Chryf. eo. loc.  
Theod. hom. 13.  
in Ezech.Lib. 4. aduersus  
Marcio.

Ep. ad Gal.

Sup. lib.6. ca.3. vt cum eo doctrinam conferret, hinc diuinitus ostendimus institutum fuisse, vt cuncti A  
præsules, fidei, quam profiterentur formulam, vel apud ipsum Pontificem Romanum scri-  
pto consignarent, vel scriptam mitterent ad eum. Nunc itaque ad alia transeamus.

Ostenditur à Petro sui iuris successores reliquos Pontifices Romanos. Cap. III.



Bundè ostendimus à Christo ædificari Ecclesiam super Petrum, cui regni  
cælestis clauis tradidit, mandauitque vt oues suas pasceret: quocirca  
Christianus non est, qui non pascitur à Petro, neque ad Ecclesie ædificiū  
poterit pertinere. Nunc aperiatur à Petro ius suum relictum Pontifici-  
bus Romanis. Atqui hoc post ipsum Petrum, Paulum, & Ignatium, quo-  
rum testimonia adducemus ad finem, disertissimis verbis antiquissimus B

Lib.3. cap.3.

scriptor Irenæus testatur reliquit. Sed quoniam, inquit, valde longum est in hoc tali vo-  
lumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maximæ, & antiquissimæ, & om-  
nibus cognitæ, à gloriosissimis Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ  
Ecclesie, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam omnibus fidem  
per successiones Episcoporum venientem vsque ad nos indicantes confundimus om-  
nes eos, qui quoquomodo, vel per sui placentiam malam, vel vanagloriam, vel per cæ-  
citatem, & malam sententiam, præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Eccle-  
siam propter potentiorē principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc  
est, eos, qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est  
ea, quæ est ab Apostolis traditio. Fundantes igitur & instruentes beati Apostoli Eccle-  
siam, Lino Episcopatum administrandæ Ecclesie tradiderunt: huius Lini Paulus in his C  
quæ sunt ad Timotheum, epistolis meminit. succedit autem ei Anacletus; post eum tertio  
loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens. Hucusque Irenæus apertissimè scribit  
Ecclesiam Romanam omnium maximam, deinde eius fidem omnibus annunciatam vs-  
que ad sua tempora. Addit ea confundi cunctos hæreticos: subicit rationem, quia neces-  
se est omnem Ecclesiam ad hanc conuenire propter eius potentiorē principalitatem.  
quid ita? num quia orbi Roma dominaretur? num quia ad urbem cuncti negotiorum cau-  
sa confluerebant? non affert hanc causam Irenæus: Sed quia, inquit, fundarunt ibi Aposto-  
li Ecclesiam, instruxerunt etiam, ne dicas solummodo fundamenta iacta, ædificationem  
omissam, aut ædificium nudum relictum; Linoque tradiderunt Episcopatum Ecclesie ad-  
ministrandæ; ab iisdem Clementem sortitum eandem potestatem. Irenæus itaque scri-  
bit, ad Ecclesiam Romanam omnes debere Christianos conuenire institutione Petri, &  
Pauli. D

Li. de prescript.

Irenæi tempora proximè insecutus est Tertullianus, qui de Ecclesia Romana sic scri-  
ptum reliquit: Felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum suo sanguine profunde-  
runt. Quid est totam doctrinam, nisi quod Latini interpretantur, ipsum docere, quod in  
Ecclesiam Romanam totum est ab Apostolis profusum. atque id esse nequit, nisi Eccle-  
sia Romana per eos magisterium, quod illi in omnes habebant, sortita esset. Merito ita-  
que alibi idem scriptor vocat Episcopum Romanum, Episcopum Episcoporum.

Lib. 1. ep. 3.

Sed afferamus insignia hac in re Cypriani testimonia. is igitur loquens de Fortunato,  
qui condemnatus à Cypriano, & Episcopis Africæ, confugerat ad Cornelium Papam, pe-  
tens se absolui, ac restitui ad Episcopi munus, vnde fuerat deiectus, inquit: Post ista adhuc  
insuper pseudoepiscopo sibi, & hæreticis constituto nauigare audent, & ad Petri cathedra,  
atque ad Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis  
& profanis, litteras ferre, nec cogitare eos esse Romanos quorum fides Apostolo præ-  
dicante laudata est, ad quos perfidia non habet accessum. Audin' hæretice in Petri cathedra  
sedere Pontificem Romanum, cuius Ecclesia sit principalis, vnde vnitas sacerdo-  
talis sit exorta? veluti ab vno trunco multi prodeunt rami, ab vno Sole plurimi radij, ab  
vno fonte varij riuuli, sic ab vno Pontifice Romano, qui est instar Solis, fontis, ac trunci,  
prodeunt innumeri Episcopi, quasi radij, riuuli, ac rami, qui suam singuli partem teneant  
in solidum teneant non cum aliis Episcopis (Episcoporum namque singulorum distinctæ  
diceceses) sed cum Papa. Audi Cyprianum sic loquentem: Episcopatus vnus est, cuius  
à singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia vna est, quæ in multitudinem latius incremen-  
to facienditatis extenditur quasi Solis multi radij, sed lumen vnum, & rami arboris mul-  
ti, sed E

De vnit. Eccl.

A ri, sed robur vnum tenaci radice fundatum. Et cum de fonte vno riuui plurimi defluunt, nu-  
merofitas licet diffusa videatur exundantis copie largitate, vnitas tamen seruatur in ori-  
gine. Hæc ille, qui vnitatem sacerdotalem à Pontifice Romano supra dixit exoriri. Hinc  
idem rursus alibi vocat Ecclesiam Romanam matricem, & radicem Ecclesiarum: sic enim  
scribit ad Cornelium Papam: Singulos nauigantes hortati sumus, vt Ecclesie Catholice  
radicem & matricem agnoscerent. & alibi Imperatorem vocat æmulum principem Pon-  
tificis Romani, quod alter gentibus, alter Christianis modo tamen diuerso imperarent.

Lib.4. epist.8.  
Lib.4. epist.2.

psal.106.

Nunc audiamus Arnobium ætate proximum Cypriano. Audi, inquit ille, dicentem  
Dominum: Petre, ait, petiit Satanas, vt euentilet vos sicut triticum in area; ego autem in-  
tercessi pro te: quasi dicat, statui tibi procellam in auram, & feci vt fleat à te fluctus eius.

B Latatus est Petrus, quia siluerunt, & deduxit eum in portum voluntatis suæ in Ecclesiam  
sine dubio vbi exaltent eum in Ecclesia populi, & in cathedra seniorum laudent eum, quia  
posuit flumina in deserto, id est in deserto huius sæculi perambulans, quousque perueni-  
ret ad Romam, prædicauit baptismum Iesu Christi, in quo vniuersa flumina benedicun-  
tur vsque hodie à Petro ipse posuit exitum aquarum in sitim, ita vt qui exierit foras ab Eccle-  
sia Petri sui pereat. posuit terram fructiferam in falsuginem, sicut falsugo terram à fru-  
ctu reuocat, ita littera mundi à fructu spirituali reuocat mentes. Sed per Petrum in  
falsugine litterarum positam Romam, fecit eam fructum afferre. Vnde autem ipsa terra  
falsuginem haberet, expressit: à malitia, inquit, hominum habitantium in ea: & adiecit,  
posuit inquit desertum ab aquis, quæ peccata lauant, posuit in stagno aquarum: abundat  
aqua, baptismatis, martyrum, penitentie, elemosinarum, abundant in deserto isto, quod  
ante Petri aduentum siccum fuit, & aridum: hoc autem excultum est, cum constitueret-  
tur in eo ciuitas Ecclesie. Hæc ille.

C Post hæc proferamus in medium Concilij Nicæni decretum, quod sic est in Græco, vt  
habetur hodie concisum: Antiqui mores seruentur, qui sunt in Aegypto, Lybia, & Pen-  
tapolis, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quandoquidem  
& Episcopo Romano est hoc consuetudo similiter, & in Antiochia, & in aliis provinciis  
sua priuilegia & auctoritates Ecclesie seruantur. Hæc in illo Concilio, è quo habe-  
mus idcirco Alexandrino sua iura seruanda, & aliis similiter Ecclesiis, quia consuevit ea  
illis conseruare Episcopus Romanus, vt interpretatur Nicolaus. Igitur ab eo pendebant  
omnium Ecclesiarum status ac iura. Hanc verò illius canonis esse interpretationem ger-  
manam constat è synodo Chalcedonenſi, in qua iudices electi à synodo de hoc canone  
agentes dixerunt: Expendimus omnem primatum, & honorem præcipuum secundum cano-  
nes antiquæ Romæ Deo amatissimo Archiepiscopo cõseruari. & inepta esset ratio, si se-  
quatur aliã interpretationem: nam quod Rufinus refert, ita vt apud Alexandria, & in  
vrbe Roma vetusta consuetudo seruetur, vt vel ille Aegypti vel hic suburbicarium Eccle-  
siarum sollicitudinem gerat, aut nomine Ecclesiarum suburbicariarum, Ecclesie omnes  
intelligentur, quod Romano omnes Pontifici parerent: inusitatum namque Latinis hoc  
vocabulary, neque in Romæ suburbanis vlla vniquam ciuitas fuit, aut Rufinus est ha-  
lucinatus. Athanasius namque in epistola ad omnes Orthodoxos testatur in Græcia &  
Oriente Concilij Nicæni exempla cuncta fuisse ab Ariani conremata, Romæ verò fue-  
runt abseruata; & suis verbis Rufinus canones illos Nicænos contexuit: Turrianus ex  
Arabico codice, qui Alexandria fuit allatus, ita illum canonem dedit post alios in lucem:  
Sicut ille qui tenet sedem Romæ caput est, & princeps omnium Patriarcharum, quando  
quidem ipse est primus, sicut Petrus cui data est omnis potestas in omnes principes, Chri-  
stianos, & omnes populos eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini nostri super cunctos  
populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam, & quicumque contra dixerint excommu-  
nicentur. Hæc in eo Concilio, è quibus apparet Romanum Pontificem omnium Episco-  
porum supremum præfulem, ideoque Petri successorem.

1. epist. ad Mi-  
chaelem.

Act. 16.

D Concinit his Romanorum Concilium Syluestri temporibus habitum, in hæc verba: Ne-  
mo enim iudicabit primam sedem, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiã desiderat tẽ-  
perari, neque ab Augusto, neque à Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudica-  
bitur. Subscripsere Episcopi ccc. xxxi. v. presbyteri xlv. & v. diaconi, & duo sequentes, Au-  
gustus Cõstantinus, & Helena mater eius. Hucusque Cõciliũ Romanũ. Quod si Romana  
sedes firma est, & omnium sedium desiderio iustitia debet inde administrari, proculdubio  
successit illa in vniuersũ Petri ius. Quocirca Athanasius indignatus aduersus Cõstantiũ, q

Cap. vlt. mo.

Liberiū Roma abductū p vim relegauerat, primū, inquit, ne Liberio quidē Romano Epi scopo pepererunt, nulla reuerentia ducti, vel quod sedes illa Apostolica esset, vel quod Roma metropolis esset Romanę ditionis. ] Audin' Romanam sedem Apostolicam? at nō ne aliā ab Apostolis fundatæ? ita proculdubio. Cur igitur ea dicit Athanasius? non aliā sanē ob causam, nisi quod ibi auctoritas esset principis Apostolorum. Dein verò quid adiicit, ideo Liberio parendum, quia Roma erat metropolis Romanę ditionis? infulsa ratio, nisi dicamus eam ditionem pertinuisse aliquo modo ad Liberium, quod scilicet esset supremus Antistes.

Cap. 4.

Audi quid Osio referente sancitum fuerit in Cōcilio Sardicensi. Si quis aliquādo Epi scoporū in aliquo negotio condemnandus fuerit visus, & existimet se non malam, sed bonam causam habere, vt etiam rursus iudicium renouetur. si vestræ dilectioni videtur Petri Apostoli memoriam honoremus, vt de iis qui iudicauerunt, scribatur Iulio Romano Episcopo, & per propinquos prouinciæ Episcopos, si opus sit, iudicium renouetur. ] Hæc ibi; è quibus palam fit Episcopum Romanum Petri successorem, id enim sancitum vt Petri memoria honoretur. Aduertendum verò hīc constitutum non vt esset appellatio tantum, id enim non erat opus constitui, sed vt omne iudicium renouari posset volente Pontifice Romano.

Stephanus Africæ Archiepiscopus de sententia trium Cōciliorū prouinciæ illius scribit ad Damasum verbis huiusmodi: Beatissimo Domino, & Apostolico culmine sublimate sancto Patri patrum Damaso Papæ & summo omnium præsulum Pōtifici. ] & mox addit referuata illius sedi Episcoporum iudicia, sinemque grauiorum negotiorum in honorem beatissimi Petri.

Tom. 2. ep. 57.  
Amb. in c. 3. to. 1  
Aug. cont. epist.  
Fund. cap. 4.

Nā, vt inquit Hieronymus, Damasus erat Petri successor super quē ædificata erat Ecclesia; idēq. Damasus, vt Ambrosius scripsit, erat Ecclesiæ, quæ est domus Dei, rector. Idcirco bene Augustinus, In Ecclesia, inquit, me tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pasce oves suas post resurrectionem Dominus commendauit vsque ad presentem Episcopatum successio sacerdotum. ] & rursus: Si ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius, & verè salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figuram propter Apostolatus sui primatum gerenti Dominus ait, Super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non vincent eam? Petro enim successit Linus. ] & mox: Liberio Damasus, Damaso Syricius, Syricio Anastasius, qui nūc super eandem cathedram sedet. Idē repetit contra Iulianum Pelagianum. ] sed & ante Augustinū Optatus Mileuitanus. Negare non potes, ait, scire te in vrbe Roma Petro primo cathedrā episcopalem collatam, in qua federit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas appellatus est: in qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne ceteri Apostoli singulas sibi defenderent: vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo in cathedra vnica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui succedit Linus. ] & post Liberio Damasus, Damaso Syricius hodie, qui noster est socius. ] Audin' vt Optatus dicat Pōtificem Romanum Petri successorem sic Ecclesiæ præsidere toti, vt vna sit in tota Ecclesia cathedra, nō plures. bene igitur Prosper cecinit:

*Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris  
Facta caput mundi, quidquid non possidet armis,  
Religione tenet.*

Hinc Episcopi Galliarum scripsere à sede Romana fontem religionis & originē manasse. & Episcopi secundæ Masiæ Leonem vocarunt verè caput Episcoporum. ac Valēntianus Imperator ad Theodosium scribens testatur Petri successorem Episcopū Romanum, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas cōtulerit. & synodus Chalcedonensis ait Leonem præesse sacerdotibus, sicut membris caput. & Imperator Iustinianus in leges retulit Papam omnium esse Ecclesiarum caput, neminemque esse qui dubitet apud Romam summi esse Pontificis apicem, & secundum quatuor synodorum diffinitiones sanctissimum senioris Romæ Papam primum omnium sacerdotum.

Sed ne singulis recensendis finis prolixiores, satis erit attulisse vniuersaliū Conciliorum testimonia. & quoniam de quatuor primis testatur Iustinianus, in synodo Constantinopolitana secunda sic habetur de Episcopo Romano: Anthimus deceptibilibus rationibus vsus promisit se omnia facere, quæcumque summus Pontifex magnæ sedis Apostolicæ decerneret. ] & in sexta scriptum est: Antiquæ Romæ, & Apostolicæ sum-

Act. 4.  
Act. 18.

A mitatis pontificalis Antistes pro se litterarum paginam, eosque qui sustinerent eius personam, sacerdotes constituit. ] & in octaua conuentus Episcoporum tercentum septuaginta decreuit honorandos Patriarchas, præcipuè sanctissimum senioris Romæ, neque oportere sententiam dicere etiam in synodo vniuersali contra summos senioris Romæ Pōtices. ] at in Concilio Lateranensi secundo sic est decretū ab Episcopis quadringentis, Metropolitanis septuaginta, præsentibus legatis Occidentalis, atque Orientalis Imperij, Regum Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, Cypri, & aliorum Regum, vt primas Ecclesia Romana, quod Dominus disposuit, haberet. ] Idem cōstitutū in Cōcilio Lugdunensi, quod est actum Gregorio Decimo sedente, vt Gregoras testatur. Idem confessi sunt Græci in synodo Florentina, cui Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus interfuit, & manu sua scriptum reliquit, beatissimum patrem patrum, ac summum Pontificem, Romęque veteris Papam Domini nostri Iesu Christi Vicarium esse.

Cap. 7.

Lib. 9. cap. 1.

B Verum dimissis aliis volo adscribamus dicta quorundam Patriarcharum Orientaliū, quæ transtulit è Syriaco Andreas Masius Bruxellanus vir excellentis doctrinæ. Anno igitur millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo Romam venit Moses Mardeus legatus Patriarchæ Antiocheni, qui sic in sua professione scriptum reliquit: Obtestor patrem patrum, & pastorem pastorum, benedictionem vniuersæ Reipublicæ Christianæ, portantem clauis regni, ex quo profuit suauitas, Iulium Tertium, qui accipit signaculum Trinitatis, vt dignetur accipere hanc meā professionem meo nomine, atque etiam nomine Patriarchæ nostri. ] & anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio Nestoriani Romam miserunt Patriarcham electum, vt confirmaretur à Papa; qui sic in sua professione: Patri patrum, & pastori maximo concinnanti mitras, vngenti que sacerdotes, & cingenti zonis, Petro temporis nostri, ac Paulo dierum nostrorum, & cingulo comprehendenti cœtum Christianorum, qui es loco Petri Domini nostri. Tu sedes in sede alta, & sublimi principis Apostolorum tenentis clauis regni cælestis, cui ore suo salutari Dominus noster dixit, Quidquid ligaueris in terra, erit ligatū & in cælis; & quidquid solueris in terra, erit solutum & in cælis; & super eum fundauit Ecclesiam suā, aduersus quam portæ inferi non præualebunt in generatione & generationem. Nunc porrò tibi eam dedit Christus Deus noster, & seruator noster, vt sedeas super eā. ] Hæc ille, ac plura huiusmodi, quæ similiter est testatus anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo Abdifu Patriarcha Assyriorum Orientalium, cui Persæ, Medi, Armeni, Indi que parent, qui que Romam venit Pio Quarto sedente. Atque hæc satis superque ad hanc rem nobis esse videntur.

D Nihilominus quando incepimus ad rem propositam comprobendam ab Irenæi testimonio vetustissimi, & sanctissimi scriptoris, volo adducamus illo antiquiorem Ignatium, qui sic in epistola ad Romanos præatur: Ecclesiæ sanctificatæ & illuminatæ in voluntate Dei, quæ fecit omnia quæ sunt secundum fidem, & dilectionem Iesu Christi Dei, & saluatoris nostri, quæ & præfidet in loco regionis Romanorum Deo dignæ, eminentia dignæ, memoria dignæ, beatitudine dignæ, laude dignæ, fundatæ in dilectione, & fide Christi, paternum nomen habenti, spiritiferæ, quam & saluto. ] Hæc Ignatius, qui cum scribar ad Trallianos, Magnesianos, Tharsenses, Philipenses, Philadelphenses, Smyrneses, Antiochenos, Ephesios, & Ecclesias eorum multis nominibus laudet, nullam tamen vocat illuminatam in voluntate Dei, nullam dicit præfidere, nullam appellat eminentia dignā, nullam scribit paternum nomen habere; sola hæc Romanæ tribuit Ecclesiæ: illa igitur sola, si Ignatio credimus, præfidet, eminent, ac paternum nomen habet. Si illa præfidet, ergo aliæ subiectæ; si eminent, sub sunt; si paternum nomen habet, filia sunt. alioquin neque emereret, neque præfideret, neque nomen haberet paternum, ac falsò Ignatius ea scripsisset. Sed illud præterea obseruādū. Nā quod quidā verterunt, Eminentia dignæ in, Græco est αἰγιόχοιο τοῦ θεοῦ, quod reddi potest, ac melius, Dignæ super quam ædificetur. sic enim respicit illud, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. ] veluti & illud, Beatitudine dignæ, sermonem Christi ad Petrum, Beatus es Simon Bariona.

Adduximus Ignatij testimonium, quo palam fit, Ecclesiam Romanam cunctis præfuisse veluti matrem. quid si probemus idem è Petri & Pauli epistolis, qui hoc totum inuerunt? An non satis superque erit quod hīc est tractandum? Audiamus Petrum, qui in epistola vltima quam dedit ad omnes Ecclesias, & ob id à Græcis Catholica appellatur, sic ait: Propter quod incipiam vos semper commonere de his, & quidem



scientes, & confirmatos vos in præfenti veritate. Iustum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, salutare vos in commonitione, certus quod velox est depositio tabernaculi, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis. ] Hæc Petrus prope vitæ finem, quem sibi à Christo significatum dicit, inués, credo, occursum ipsius ad illum locum, cuius exstat adhuc monumētum Romæ, cum dixit ei Christus Roma profugienti, Vado Romam, vt iterum cruci affigar. cuius rei, vt supra diximus, meminere Origenes, Ambrosius, Hegesippus. Hic ego percunctor omnes, quomodo Petrus operam dederit vt post obitum suum Ecclesiæ cunctæ semper commonerentur: nam speciatim se id facturum pollicetur, & quis vniquam Petri nomine id egerit? Hoc enim necesse: alioquin nō minus Petrus, quàm quiuis ad hæc operam posuisse dicitur. Duo sunt igitur necessaria, & aliquis hoc semper egerit, & egerit ex præscripto ipsiusmet Petri. Atqui solus Pōtifex Romanus hoc cōfecit, vt vidimus vbi actū de cōfirmatione fidei, cōfutatione hæreticorum, reparatione diminuti cultus: ergo de mandato Petri ius ipse habet in cunctas Ecclesias commonendi, & videndi vt illæ memores sint mandatorum Petri, ac Dei. alioquin fidem fefellerit Petrus. Atque aduertendum, quod ait Petrus, Incipiam semper commonere. Ergo iam moriturus inquit se incipere: incepit autem per litteras, & alias huiusmodi vias; ergo per easdem profecutus est, vt progressus initio respōdeat; nā quo ad alia iamdiu inceperat. indicat autem consuetudinem illam, qua fuit institutum, vt quiuis Episcopus ad Episcopum Romanum formulam fidei scriberet, & ab illo rursus acciperet de qua supra meminimus; quin illum morem, vt ad Episcopum Romanum grauiora cuncta referrentur, de quo Cyrillus Alexandrinus Patriarcha ad Cælestinum. addit semper commonere: ergo necesse est numquam destiterit, ne Petrum mendacem dicamus. En igitur vt Petrus innuat Pontificem Romanum suum successorem in Ecclesiarum omnium cura habenda.

Videamus, an Paulus alicubi hoc tangat. Audi eum sic scribentem ad Philippenses, eorumque Episcopum Epaphroditum, aut alium huiusmodi, cum Romæ in vinculis esset, vt ex ipsa epistola apparet: Etiam rogo, inquit, & te germane compar, adiua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & ceteris adiutoribus meis. ] Hæc Paulus; in quibus obseruandum, quod cum in Latino sit, Adiutoribus meis, ] in Græco est *συνεργοίς*: quo verbo Paulus semper vocat Episcopos, vt eadem epistola Epaphroditum Episcopum Philippensium *συνεργόν*. sic in epistola ad Romanos Aquilam, Vrbānū, Thimotheum, & in alia ad Colossenses Aristarchum, Marcum Barnabæ consobrīnum, Iesum Iustum adiutores suos, siue *συνεργός* vocat, quod omnes Episcopi essent. Igitur Clemens, de quo ibi loquitur, erat Episcopus. Sed quid erat, quod Clemens adiuuaret eas mulieres, quæ Philippis erant tam longè ab vrbe positæ? nisi quod Clemens non modò erat Episcopus vrbis designatus, sed & ad eū pertinebat iā habere omnium curā? Nam quid nominatim Clementis mentionem facit? cur non aliorum? cur non propinquorum Philippis? nisi quod nominatim pertinebant omnia huiusmodi ad illum, ad ceteros non nisi generatim, vel suis in diocæsis, ac locis? Par est summi Antistitis futuri certò meminisse, ceterorum in vniuersum. Verba autem fieri illo in loco à Paulo ad Episcopum, liquet ex iis, Germane compar, Græcè *γῆρσιε σὺς υγιε* id est, qui mecum ducis reuera idē iugum: in quo rident ( quod adnotauit Cagnæius ) Græci nonnullos, qui ibi vxorem Pauli significari volunt, cum vox sit generis masculini, vt aiunt, & nihil ad rem de vxore. Narrat porò Tertullianus Clementem à Petro Romæ Episcopum ordinatum, idem tradit Epiphanius, sed adicit ipsum noluisse, nisi post obitum Lini, & Cleti, onus omne subire: consentit iisdem Rufinus. Innuit igitur etiam Paulus ipse Episcopum Romanum futurum ad quem speciatim pertineret omnium cura. Ex his verò omnibus colligere possumus apertissimè, initium facientes ab ipsis Apostolicorum temporum viris, ac scriptoribus, in confesso fuisse apud omnes Romanum Pontificem Petri esse successorem, summumque Antistitem Christianorum, idque etiam ex epistolis Petri & Pauli satis indicari. Nunc cetera ad eandem rem facientia videamus.

Tertul. lib. de præscript. c. 3. a. Epiph. her. 27. præf. Recogn.

Expli-

A Explicatur ad Pontificem Romanum pertinuisse semper Episcopos Ecclesiæ totius ordinare ac deponere. Cap. 1 V.



Stendimus omnium testimonio à Petro relictos sui iuris successores Pontifices Romanos. Nūc aperiamus ipsos semper vsos hac suprema potestate ab ipsis Ecclesiæ nascentis incunabilis post obitum Petri, ac Pauli: quod scriptionis argumentum non satis hucusque est ab vilo tractatum: vt appareat quàm sint impudentes, qui totius antiquitatis ignari, superbissima scientiæ opinione inflati, ausi sunt scribere. Pontificem Romanū

sibi hæc paulatim præter consuetudinem & ius omne arrogasse. Et quando primarios magistratus creare, vt diximus, & apparet, principis est supremi; primarij verò magistratus in Ecclesia sunt Metropolitanis Episcopi, nullis alijs subiecti Metropolitanis, ceterive alioquin Episcopi, qui de more aut priuilegio nullum solent agnoscere superiorem; hinc omnestotius orbis Metropolitanæ Episcopi, qui huiusmodi essent, Episcopive alij ab aliorum potestate exempti nullo modo poterant ordinari, nisi de consensu Pontificis Romani, aut eius, cui suas ille partes in locis remotioribus delegasset; solebat autem plerūque alicui è Metropolitanis delegare. Exempli gratia tempore Leonis Papæ, Theſsalonicensis Metropolitæ Apostolicæ sedis erat delegatus in Oriente, vt apparet ex epistolis Leonis ipsius. Metropolitæ porò aut alij Episcopi antiquitus, vt erat in more, electi, ad Pontificem Romanum vel eius delegatum fidei formulam transmittabant, quam cum probasset Pontifex Romanus, ac rescripisset, tunc electus erat in ordine Episcoporum, Episcopus ordinatus, & ritè consecratur, quasi iam confirmatus; idemque faciebant Episcopi alij suis Metropolitanis subiecti: atque ob id Tertullianus libro de præscriptionibus ait, quotidie Ecclesias, vt Ecclesiæ fiant, à matrice Ecclesia mutuari fidem. quid est Ecclesiæ fiant? Ecclesiæ singulares hoc solummodo inter se distinguuntur, quod Episcopos habent suos; habent autem, cum à Metropolitana Ecclesia fides ex rescripto, vt diximus, comprobatur. Hinc in Nicæno Concilio reperitur antiqua illa consuetudo, & sanctio, ne fas sit Episcopum ordinare absque sententia Metropolitanis. At Romana Ecclesia, quod primarios Metropolitanos Episcoposve exemptos ipsa cōfirmaret, ob id à Cypriano vocatur matrix, ac radix Ecclesiarū, & à Concilio Ephesino *ἐπίγρμα ἐκκλησιῶν*, id est firmamentum Ecclesiarū. Ob id Irenæus de Ecclesia Romana inquit: Ad Ecclesiam Romanam propter potentiorem eius principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. ] Hæc ille: De his verò litteris, quibus Episcopi confirmabantur, egimus supra fassus capite de fidei confirmatione, vbi testimonio Cypriani ad Cornelium Papam scribentis ostendimus hunc morem fuisse diuinæ traditionis, & Ecclesiasticæ institutionis; quem inuiolabiliter omnino seruatum, ita vt sine Episcopi Romani licentia secus ordinare Episcopos haud liceret, testantur duo maximi Imperatores, Theodosius Orientis, & Valentinianus Occidentis, rescripto, quod adhuc exstat in Codice Theodosiano, quod libuit adscribere, vt quiuis videat nihil à nobis temerè affirmari.

Ad Anast. ca. 6. ep. 11. 52.

Li. de vnit. B. 5.

In nouelli C. Theodos. tit. 14.

Imp. Theodosius & Valentinianus A. A. Accio viro Illustri, Comiti, & magistro vtriusque Militiæ.

Certum est, & Imperio nostro vnicum esse præsidium in supernæ diuinitatis fauore, ad quem promerèdū, præcipuè Christiana fides, & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur sedis Apostolicæ primatum sancti Petri meritum, qui princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis, sacra etiam synodi firmiter auctoritas, ne quid præter auctoritatem sedis istius illicitum præsumptio attentare nitatur: tunc enim demum Ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum agnoscat vniuersitas. Hæc cum hactenus inuiolabiliter fuerint custodita, Hilarius Arelatensis, sicut venerabilis Leonis Romani Papæ fidei relatione comperimus, contumaci ausu, illicita quædam præsumenda tentauit, & ideo Trāsalpinas Ecclesias abominabilis tumultus inuasit, quod recens maxime testatur exemplum. Hilarius enim, qui Episcopus Arelatensis vocatur ciuitatis, Eccle-

De Sig. Tom. 2.

X 3 hæ

fiæ Romanæ vrbis inconsulto Pontifice indebitas sibi ordinationes Episcoporum sola temeritate vsurpans inuasit. Nam alios incompetentem remouet, indecenter alios inuitis & repugnantibus ciuibus ordinauit; qui quidem, quoniam non facile ab his, qui non elegerunt recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam, muros, in hostilem morem, vel obsidione cingebat, vel aggressione referabat, & ad sedem quietis pacem prædicatos per bella ducebant. His talibus & contra Imperij maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicæ sedis admittis per ordinem religiosi viri vrbis Papæ cognitione discussis, certa in eum ex his, quos malè ordinauerat, lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritas in Ecclesiis non valeret? Sed nostra quoque præceptio & ratio probauit, ne ulterius, vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari sola mansueti præfulis permittit humanitas, ne cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Antistitis liceat obuiare. Ausibus enim talibus fides & reuerentia nostri violatur Imperij. nec hoc solū, quod est maximi criminis, submouimus; verum ne leuis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis quàm aliarum prouinciarum (audiāt hoc hæretici, & menti insigant) contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ vrbis æternæ auctoritate tentare, sed illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit Apostolicæ sedis auctoritas, ita ut quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis euocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur, per omnia seruatis, quæ diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt. Acci. P. K. A.

Hæc igitur Imperatores illi; è quibus apparet ius fuisse Pontifici Romano omnium prouinciarum Episcopos ordinare, idque de veteri consuetudine, quamuis Imperatoris sanctio non accederet. Quocirca videmus adhuc seruari nostra maiorumque nostrorum memoria, ut Patriarchæ Anthiocheni, Alexandrini, Romam vel mittat, vel accedat, quod à Pontificibus Romanis confirmetur. Idem facit omnium remotissimus Patriarcha Seleucienſis prope fluuium Tygrim sedes habes, Assyriis, Armenis, Persis, Medis, & Indis præpositus, cuius exstant litteræ in bibliotheca sancta Sixti Senensis, quas è Syriaco, ut diximus, Andreas Mafius vertit. Quamuis, ut putamus, nonnulli aliquando è Patriarchis istis, vel causis legitimis impediti, vel ignoratia aut etiam contumacia adducti, defuerint muneris sui. Ex his porrò constat, quæ sit (ut interpretatus est etiam Nicolaus Primus ad Orientis Imperatorem scribens) sententia canonis illius Nicæni, quo sancitur seruanda Metropolitibus, ut Alexandrino, Antiocheno, & aliis, sua iura, quia sic est Pontifici Romano consuetum: liquet enim è superioribus, spectare ad Pontificem Romanum omnium prouinciarum Episcopos ordinare. sic vsque ad sua tempora inuolabiliter obseruatum restantur Imperatores illi.

Sed Pontifex Romanus ne quid ob moram longiorem fieret detrimenti, in remotioribus locis vices suas alteri mandare solitus erat. Seruari vult itaque Concilium Nicænum, quod Pontifex Romanus Metropolitibus concedit, & concesserat. Metropolitibus autem mittere solebant ad Episcopum Romanum nomina Episcoporum, qui eligebantur; nisi illi forsitan, quod rarò accidebat, Romam profecti essent; & de omnibus rebus illum gratioribus & certiores faciebant, & consulebant, ut ostendemus. Quod nomina Episcoporum delectorum mitterent, liquet ex epistolis Cypriani, qui sic ad Cornelium Papam, Miseram tibi proximè nomina Episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia Catholica fratribus præ sunt. quod ideo de omnium nostrorum Concilio placuit scribere, ut erroris diluendi, ac perspicuendæ veritatis compendium fieret; & scires tu, & collegæ nostri, quibus scribere, & litteras mutuo à quibus vos accipere oporteret. Ob id Basilius rogat Athanasium, ut certiores faciat Episcopos Occidentales (intelligit Romanum, ut ex epist. 65. & 74. constat) ne sine discrimine quorumuis Episcoporum communionem ex Oriente profectorum suscipiant, sed vna semel electa parte, reliquos è consentientium testimonio admittant, & non cuius sub prætextu orthodoxæ doctrinæ fidei formulæ scribendæ ad stipulentur. Hæc ille de Episcopis, qui Romam pergebant, ut ipsorum fide confirmata pro Episcopis Catholicis haberentur. Nunc quædo ostēdimus Romani Pontificis fuisse Episcopos electos confirmare, explicemus & illud, absque ipsius consensu haud licuisse Episcopos deponere, totūque hoc ad eum pertinuisse, hoc namque & principis est proculdubio supremi. Audi

A Audi Cyprianum, qui sic ad Stephanum Papam: Marcianus Arelate consistens Novatiano se coniunxit, & à Catholicæ Ecclesiæ vnitatem, atque à corporis nostri & sacerdotij conjunctione discessit tenens hæreticæ præsumptionis durissimam prauitatem, ut feruis Dei pœnitentibus, & dolentibus, & ad Ecclesiam lacrymis, & gemitibus, & dolore pulsantibus diuinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia, & subsidia claudantur. ] Et post: Quapropter facere te oportet plenissimas litteras ad Coepiscopos nostros in Gallias constitutos, ne vltra Marcianum prouicacem, & superbum, & diuinæ pietatis ac paternæ salutis inimicum collegio nostro insultare patiantur. ] & rursus: Dirigantur in prouinciã, & ad plebem Arelate consistentem à te litteræ, quibus absento Marciano, alius in locum eius substituatur. ] & mox: Significabis planè nobis, quis in locum Marciani Arelate fuerit constitutus, ut sciamus ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere deberemus. ]

B Hucusque Cyprianus; è quibus apparet solius Romani Pontificis fuisse deponere Episcopos, ac simul eum numquam sibi ius istud contrafas arrogasse: alioquin Cyprianus non ad eum scripsisset, sed ad Episcopos Galliarum, aut alios, quibus id iuris fuisset.

Narrat Eusebius scriptum à Cornelio Papa ad Fabium Episcopum Antiochenum, fuisse tres Episcopos Italicos à Novatiano inductos ut ipsum manibus impositis ordinarent Episcopum. Quocirca eorum duos fuisse à Cornelio dignitate priuatos, alios in eorum locum subrogatos, tertium verò ut laicum admissum ad communionem.

Exstat epistola Cypriani ad Episcopos Hispaniæ, laudans quod Basilidem Martialeque Episcopos lapsos, & idololatriæ libellis contaminatos deposuissent: sic enim sanxerat, & data potestate faciendum mandarar cum ceteris Episcopis Cornelius Papa: & quoniam Basilides ac Martialis confugerant ad Stephanum Papam falsa narrantes, ut ibi testatur Cyprianus, ac restituti ab illo fuerant; consultus Cyprianus respondit non esse admittendos; quod falsa dixissent. è quo colligirur spectasse ad Papam restituere Episcopos deiectos, simulque qui deponendi forent, qui non, sancire. Aduerte verò quanti fieret auctoritas Papæ; quod Episcopi Hispanici, quamuis illa restitutio esset nulla, quippe quæ foret contra mentem Romani Pontificis impetrata falsis narratis, non tamen audebant vel illos reicere, vel id Pontifici significare, & nihilominus est certissimi iuris nullius esse roboris subreptitia rescripta. Paulus Samofathenus Antiochiæ præful asserbat Christum fuisse hominem dumtaxat, non Deum. Constat autem ex epistola Cypriani ad Stephanum, & Episcopos Hispaniarum, fuisse à Cornelio Papa sancitum, ut hæretici Episcopi, & in idololatriam lapsi deponerentur, aliique substituerentur.

Conuenere omnes Episcopi Orientis, Paulo deiecto Domnum subrogarunt, ac rem totam Dionysio Papæ significarunt, rogantes, ut electo, ac designato, sic enim nominant, neque vocant ordinatum, scriberet litteras cõmunione, de quibus egimus capite de confirmatione. Cumque Paulus egredi nollet è domo Patriarchæ, Imperator Aurelianus ea de re sententiam rogatus præcepit, ut domus ecclesiæ illi illustreretur, quibus Italiæ Christiani, & vrbis Romæ Episcopi præscriberet tribuendam; quod Eusebius, qui vixit iis temporibus, sanctissimè decretum dicit: ut videas neque impios Imperatores voluisse, vbi non insaniebant, quidquam de summi Pontificis Romani auctoritate diminuere.

Cæcilianus fuit Episcopus Carthaginensis, Africa totius Antistes; eius historiam latissimè prosequitur Augustinus litteris ad Donatistas datis qui, & testatur se vidisse acta illa quæ seruabantur adhuc apud proconsules. Aduersus eum septuaginta Africa Episcopi vnà cum Secundo Tingitano Numidiæ præfule Concilium Carthagine cogerunt, quasi imperante Diocletiano metu edicti perterritus sacros libros impiis comburendos tradidisset. noluit vocatus ad illud accedere Cæcilianus tum alias ob causas, tum præsertim (hæc sunt Augustini verba) quod sibi videret apud Ecclesiam trāsamarinā priuatis inimicitias, & ab vtraque diffensione alienam incorruptum, & integrum ex amen suæ causæ remanere, vbi si nihil agere vellent ipsi se ab orbis terrarū innocentissima communionē præciderent. & paulo antè reddens Augustinus rationem, cur nihili fecerit Cæcilianus se depositum ab eo Concilio, cui præerat Sabinus, aliumque loco suo electū, scribit, eum non curasse id totum, cum videret se, & Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ vigit principatus, & ceteris terris, vnde Euangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras esse coniunctum, vbi paratus esset causam suam dicere, si aduersarij eius ab eo illas Ecclesias alienare conarentur. ] & rursus ostendens Augustinus potuisse Milciadem Episcopum Romanum ad se aduocare illam causam; An forte

Lib. 3. epist. 13.

Lib. 6. cap. 35.

Lib. 1. epist. 4.

Lib. 3. epist. 13.  
Lib. 1. epist. 4.IMPERATORUM  
RES IMPERII  
TESTATEM  
ROMANI PONTIFICIS  
NON AVSIVNT  
MINVERE  
LARE.  
Epist. 162.

fortè, inquit, non debuit Romanæ Ecclesiæ Milciades Episcopus cum collegis transmarinis Episcopis illud sibi usurpare iudicium, quod ab Afris septuaginta, ubi Primas Tingitanus præfedit, fuerat terminatum? quid, quod nec ipse usurpauit? Rogatus quippe Imperator iudices misit Episcopos, qui cum eo federēt, & de tora illa causa quod iustum videretur, statuerent. Cum verò rem diffinisset Milciades, & alios Episcopos confirmasset, alios aliis locis præfici iussisset, Donatistæ ausi sunt (inquit Augustinus) apud Imperatorem accusare tantæ auctoritatis iudices, quod malè iudicassent. ac Constantinus dedit aliud Arelatense iudicium, aliorum scilicet Episcoporum, non quia iam necesse erat, sed eorum peruersitatibus cedens, & omnimodo cupiens tantam imprudentiam cohibere.] hucusque Augustini verba, è quibus liquet Africani Concilij non fuisse Episcopum Carthaginensem deiicere solius Africæ Metropolitanam, sed Romani Pontificis.

Imperante Constantio pulsi fuerunt Arianorum factione, Concilioque Episcoporum multorum coacto, cuius erat princeps Eusebius Nicomedienfis, è sedibus suis Paulus Episcopus Constantinopolitanus, Athanasius Alexandrinus, Asclepas Gazensis, Marcellus Ancyranus, Lucius Hadrianopolitanus Episcopi, qui ferè eodem tempore Romam venerunt, rem totam deferentes ad Iulium Papam, simulque opem implorantes: id Socrates ita scribit. Iulius verò, quoniam Ecclesia Romana priuilegium præter ceteras obtinebat, litteris suis ad Episcopos Orientis liberius per scriptis illorum partes tueri studet in Orientem litteras misit, quò & suus cuique honor restitueretur; & eos, qui illos temerè abdicaerunt, grauius reprehenderent. Illi decedunt Roma, litterisque Iulij Episcopi confisi ad suas ipsorum ecclesias redeunt; litteras, ad quos scriptæ erant, mittunt. Sozomenus autè sic: Quorum criminationes cum Episcopus Romanus intellexisset, & omnes fidei Concilij Nicæni consentientes reperisset, in communionem recepit: & cum propter sedis dignitatem cura omnium ad ipsum spectaret, singulis ecclesias suas restituit, scriptisque ad Episcopos Orientis, eosque inculcauit quòd se inconsulto de viris hisce iudicassent, ecclesiasque perturbassent, cum decretis Concilij Nicæni stare nollent.] Theodoretus eadem in hunc modum: Eusebiani de criminibus, quæ falsò contra Athanasium confinxerant, per litteras certiores (Iulium) fecerunt. Ille Ecclesiæ canonem secutus, & eos iussit Romam venire, & diuinum Athanasium, vt ipse pro se in iudicio responderet, vocauit; qui vt primus fuit accersitus, eò maturè contendit. Tragediæ verò auctores ideo Romam nõ sunt profecti, quòd intellexerunt sua mædacia manifestò fore deprehensa.] Hæc isti scriptores Græci, ne quis dicat Romanos, Italos, aut Occidentales. Audistin' igitur impie hæretice, vt Episcopi Primarij ad Pontificem Romanum, quasi ad legitimum iudicem, cuius solius sit ipsos deponere, cõfugiant? quoniam Ecclesia Romana præter ceteras obtinet priuilegium, inquit Socrates, & propter sedis dignitatem cura omnium ad eum spectat, ait Sozomenus, & in hoc Põrifex Ecclesiæ canonem sequatur, scribit Theodoretus. Defuncto Iulio Liberius successit, quo tẽpore Occidentis Imperium propter obitum Constantis delatum est ad Constantium Arianum, à quo rursus pellitur Athanasius. Sed cū id nullius esse momẽti ille sciret, quòd Liberius Papa dissentiret, adduci illum per vim ad se iussit. quid inter Papam & Imperatorem contigerit, explicat Theodoretus. Sed quod ad propositum pertinet, audi Ammianum Græcum, qui his temporibus vixit, à cultu Christi auersum. Hoc, inquit, administrante Leontio, Liberius Christianæ legis Antistes à Constantio ad comitatum mitti præceptus est, tamquam Imperatoris iussis & plurimorum sui confortium decretis obsistens in re quam breui textu percurram. Athanasium Episcopum eo tempore apud Alexandriam vltra professionem altiùs se efferẽtem, sciscitarique conatum externa, vt prodidẽre rumores assidui, coetus in vnum quæsitus eiusdem loci multorum (synodus, vt appellant) remouit à sacramẽto, quòd obtinebat: dicebatur enim fatidicarum sortium fidem, quæve augurales portenderent alites scientissimè callens aliquoties prædixisse futura. super his intẽdebantur, & alia quoque à proposito legis abhorrentia, cui præsidebat. Hunc per subscriptionem abiicere sede sacerdotali paria sentiens ceteris iubente principe Liberius monitus perseveratè renitebatur, nec visum hominem, nec auditum damnare nefas. vltimum sèpè exclamans, apertè scilicet recalcitrãs Imperatoris arbitrio. Id enim ille Athanasio semper infestus licet sciret impletum, tamè auctoritate, qua potiùtur, æternæ vrbs Episcopi firmari desiderio nitebatur ardenti.] Hucusque Ammianus. En igitur; Constantius erat orbis totius Romani Imperator, erat hæreticus, habebat secum Concilium plurimorum suæ factionis Episcoporum, & tamen nõ

audet

audet Pontifici Romano auctoritatem in Episcopis deponendis minuere, vel abrogare. A Negabis hic hæretice auctoritatem Pape? numquid es aut potentior aut insolentior Constantio Imperatore Romano? flagitiosior Ariano?

Valens Imperator cum faueret & ipse Arianis, omnia tumultibus miscuit, quo tempore suffectus est Alexandria Athanasio defuncto Petrus. Is à Præfecto prouinciæ exturbatur sede, adnente Euzoio Ariano Episcopo Antiocheno. Lucius hæreticus in illam obtrusus. Petrus Romam ad Papam venit. Quid actum sit, ita Sozomenus: Concilij Nicæni fautores, qui ciuitates incolebant, denuo animis confidere cœperunt, & maximè omnium Alexandrini, qui sunt in Aegypto. Nam Petro tum Roma cum litteris Damasi, quæ & decreta Concilij Nicæni & Petri creationem confirmabant, reuerso, ecclesiam tradiderunt.] & Socrates his verbis: Per idem tẽpus simul atque Valens Imperator Antiochia decesserat, omnes qui vbique persecutionis tempore iactabantur, & Alexandria potissimum magnopere sunt recreati, propterea quòd Petrus Roma cum litteris Damasi Episcopi eò reuersus erat; quæ quidem & Mosis fidem confirmabant, & Petri creationem. Populus igitur illis confisus expellit Lucium, Petrum verò in eius locum introducit.]

Arcadio imperante Ioannes Chrysofomus è sede Constantinopolitana est eiectus, procurante Eudoxia Augusta à synodo, quam coegerat Theophilus Episcopus Alexandrinus. Chrysofomus hac in re sic ad Innocetium Papam: Obsecro vt scribas, quòd hæc tam iniquè facta, & absentibus nobis, & non declinantibus iudicium, non habent robur, sicut neque sua natura habent. Illi autem, qui iniquè egerunt, poenæ Ecclesiasticarum legum subiaceant.] Innocentius audita re cum multa nequidquam tentasset, vt restitueretur Ioannes, tandem excommunicauit, qui hæc aduersus Ioannem patraffent: Innocentij iudicium secutæ sunt omnes ferè ecclesiæ Orientis, atque Occidentis, testibus Georgio Alexandrino, Nicephoro, & Prospero in annalibus; Ioannis nomen erasum ax albo Episcoporum, sed sententiam Papæ amplexi Alexander Episcopus Antiochenus, deinde Atticus Constantinopolitanus, ac Cyrillus Alexandrinus reposuerunt.

Cum Siccis Episcopus Apiarius ab Africano Concilio depositus appellasset ad Zozimum Papam restitutus est communioni Christianorum, missique in Africam Faustinus Episcopus, Philippus, & Atellus presbyteri, qui causam cognoscerent. Visum id in solitum Africanis, vt exteri mitterentur ad huiusmodi rem cognoscendam. Adductum est, vt iis abundè satisfieret, id cautum Concilio Nicæno, cuius cum decreta ab Arianis essent combusta in Oriẽte, vt Athanasius epistola ad Orthodoxos testatur, nihil tale quæ ex Oriente afferebantur continebant speciatim, quòd Africani exigebant; illud tamen apertè cauebatur, ideo cunctis ecclesiis conseruanda priuilegia, quia Romanus Episcopus ea conseruare solitus erat. exposulabant verò Africani, non quòd ille causam cognosceret, sed quòd inuitatum quiddam ageretur cum ipsis, & exteri præter morem mitterentur, non Africano alicui causa delegaretur: neque tamen totum id recusarunt. Nam postquam res est ad exitum producta, sic Aurelius Episcopus Carthaginensis ad Cælestinum: Exsecutores quoque clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typum in Ecclesiam Christi, quæ hunc simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere. De fratre vestro Faustino (amoto iam pro suis nefandis nequitias de Christi Ecclesia delendo Apiario) securi sumus quòd eum (probitate & moderatione tuæ sanctitatis salua) paterna caritate vltèrius Africa minimè sustinere pariat. Ius igitur erat Papæ restituere Episcopos spoliatos, modò ius exigeret, interim tamen appellatium causa examinanda. Idcirco inquit Aurelius Africanos de Faustino securos esse; cum delendum cognorit ex Ecclesia Apiarium, ita vt eum non sit amplius Africa passura sustineri. interponit ea tamen verba, Modò velit probitas ac moderatio Papæ; à quo petit non omnino ne mittat, sed ne quibuscumque petentibus mittat: nam id sciebat à Papa fieri posse, quamuis nihil statueret Concilium Nicænum. Idcirco in eadem epistola sunt hæc verba: Præfato itaque debito salutationis officio, impediò deprecamur, vt deinceps ad vestras aures hinc venientes nõ facilius admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem vltra velitis excipere, quia hoc etiam Concilio Nicæno diffinitum faciliè aduertat venerabilitas vestra.] Viden' vt non petat, sed deprecetur, & quidem impediò, non vt Papa non admittat, sed vt non faciliùs; quia cautum Concilio Nicæno, numquid ne admittat? nequaquam, sed ne faciliùs admittat. Prosequitur Aurelius, & ait: Nam et si inferioribus clericis, vel laicis

Lib. 15. c. 11.

Lib. 3. cap. 7.

Lib. 15.

Lib. 6. cap. 39.

Lib. 4. cap. 30.

Inter epistolas Chrysi.

laicis videtur ibi præcaueri, quanto magis hoc de Episcopis voluit obseruari, ne in sua A  
prouincia communione suspensi à tua sanctitate vel festinatò, vel properè indebitè? ] &  
mox: Presbyterorum quoque improba refugia (sicut te dignum est) repellat sanctitas  
sua, quia & nulla patrum diffinitione hoc Ecclesiæ est derogatum Africanæ; & decreta  
Nicæna, siue inferioris gradus clericos, siue ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertis-  
simè commiserunt. ] Non impendio igitur deprecatur, vt Papa repellat refugia presby-  
terorum, sed improba refugia: hac enim parte cõmissi suis Metropolitanis. Hæc abun-  
dè, vt quibusdam stolidis satisfaceret deprimentibus Papæ potestatem.

Greg. Tur. lib. 3. Britius Martini successor expulsus è sede Turonensi, ad Papam confugiens, ab ipso est restitutus.

Cum Nestorius Patriarcha Constantinopolitanus esset in hæresim lapsus, sic Cæle- B  
stinus Papa ad Cyrillum Alexandrinum Patriarcham: Adiuncta tibi nostræ sedis au-  
toritate ipse, qui vice nostra potestate que fungeris, sententiam hanc summa seueritate  
pronunciabis, vt ni intra decem ab hac admonitione dies prauas suas conciones confes-  
sione mandata excretur, confirmetque eam se de Christi Dei que nostri ortu fidem tene-  
re, quam tum Romana Ecclesia, tum sanctitas tua, tum etiam Catholica religio prædi-  
cat, tu Ecclesiæ ipsius curam prouidentiamque suscipias, discatq. se omnibus modis no-  
stro cõetu pellendum, qui ne medentium quidem auxilium admittere voluit. ] Cyrillus  
autem sic ad Ecclesiam Constantinopolitanam: Nisi Nestorius ad terminum à sanctissi-  
mo Romanæ Ecclesiæ Episcopo Cælestino præfixum nouis suis dogmatibus abstineat,  
& scripto anathemate detestetur quæ apud vos & locutus est, & libellis inseruit, siue vt  
infereretur subornauit, nihil cum sacerdotibus Dei habiturus cõmercij, sed omnino fu-  
turus est alienus. ] At Synodus Ephesina sic in Nestorium sententiã tulit: Tum Ecclesiæ  
canonibus, tum epistola sanctissimi patris nostri, & collegæ Cælestini Episcopi Ecclesiæ  
Romanæ necessariò compulsi, idque non sine crebris lacrymis, ad hanc seueram senten-  
tiam contra te venimus. Itaque D. N. Iesus Christus, contra què blasphemias loqui non  
dubitauit Nestorius per illud sanctum Concilium cecidit, statuitq. eum, & episcopatus  
dignitate abdicandum, & ab omni conuentu sacerdotum penitus excludendum. Cum  
verò Ioannes Episcopus Antiochenus cum triginta Episcopis coacto conciliabulo de-  
posuisset Cyrillum Episcopum Alexandrinum, & Memnona Ephesinum, habuit irritam  
Synodus Ephesina depositionem, scriptitque in hæc verba ad Papam Cælestinum: Ver-  
rùm vrillius temeritatem vinceremus animi lenitate; etiam si illam iustissimè ac legitime  
passus esset sententiã, reseruauimus etiam pietatis tuæ iudicio; ita tamen vt interea cõ-  
munionis eos redderemus expertes, omni que sacerdotali potestate priuaremus, ne suis  
quemquam lædere posset sententiis. ] Hucusque Synodus: ij tamen omnes, cum resipuis-  
sent, à Cælestino vnà cum Ioanne Antiocheno restituti fuere.

Dioscorus Episcopus Alexandrinus coacta Ephesi Synodo Episcoporum plurimorū  
ex omnibus orbis partibus, Theodosio iuniore Imperatore tum ei fauente, Flavianum  
Episcopum Constantinopolitanum, Eusebiumq. Dorileorum Præsulē contemptis Leo-  
nis Papæ litteris deiecit. Quocirca Concilium Chalcedonense sic in Dioscorum senten-  
tiam tulit: Sanctissimus ac beatissimus Archiepiscopus magnæ & antiquæ Romæ Leo  
per nos & præsens Concilium, cum beatissimo & omni laude celebrando Apostolo Pe-  
tro, qui est petra & basis Catholicæ Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ fundamentum, spoliavit  
Dioscorum omni dignitate episcopali, & omni sacerdotū ministerio prorsus abdicauit. ]  
Eodem modo abdicati Iuuenalis Hierosolymorū, Thalassius Cæsareæ in Cappadocia,  
Eusebius Armeniæ, Eustachius Berythi, Basilius Seleuciæ in Isauria Episcopi, quòd  
Dioscoro in conciliabulo illo fauissent, qui tamen restituti fuere per legatos Leonis.  
Dioscoro abdicato subrogatus Proterius, huic occiso Timotheus Aelurus, cuius ele-  
ctionem contra canones factam Leo improbauit, ac Timotheus Salophaciolus datus  
Episcopus, huius successor Talaia cum synodicam de more, vt cõfirmaretur, Simplicio  
Papæ misisset, non autem Acacio Constantinopolitano, eiectus est per vim è sede sua ab  
Imperatore hæretico Zenone, impulsu Acacij, substitutusque Moggus: Talaia confugit  
ad Simplicium, qui acriter Acacium obiurgauit, Talaiam Nolæ Episcopum dedit.

Mortuis interim Simplicio & Ioanne Pontificibus, Felix Papa Acacii priuat, cui sub-  
stitutus Euphemius Patriarcha Felicis nomen, quod Acacius è tabulis Dypticis erase-  
rat, reposuit. Flauitas autem Moggo hæretico, & Episcopo Alexandrino subrogatus ac-  
cipere

Socr. lib. 7. c. 35.  
Niceph. lib. 14.  
cap. 39.  
Cyrill. in epist.

Euz. lib. 1. c. 4.

Euz. lib. 3. c. 4.

A cipere sedem noluit absque Episcopi Romani consensu, vt harum rerum scriptores Libe-  
ratus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, tradunt: è quibus etiam cognoscimus Anthimum  
spoliatum iustis de causis ab Agapeto Papa, Menamque consecratum; sed cum Theodo-  
ra Augusta Anthimum restitui vellet, neque id extorquere posset à Siluero, & Vigilio,  
multas turbas excitauit.

Agaperus idem gradu Episcoporum deiecit Petrum, Seuerumq. Apamearum præsu-  
les, effugationibus Orientalium maximè impulsus, vt è Concilio quinto apparet.

Similiter Theodosius Alexandriæ Antistes ob hæresim sede turbatus, ac Paulus inter-  
uentu Pelagij Apocrifarij Romani ordinatus, ac postea iustis de causis spoliatus, Zoilus-  
que ab eodem Pelagio suffectus.

In Concilio præterea sexto depositus est Macarius Patriarcha Antiochenus, què sub-  
mouerat Ecclesiæ cõtu Agarho Papa. Similiter & Paulus Patriarcha Constantinopoli-  
tanus à Romano Pontifice est priuatus ob hæresim Monothelitarum.

Et vt finem faciamus; cum sine assensu Papæ Ignatius Constantinopolitanus Episco-  
pus dignitate spoliatus esset, in octauo Concilio vniuersali restitutus, Photio deiecto de  
iussu Hadriani Papæ; ac rursus stabilitum communi decreto, Papa inconsulto Patriar-  
chas non posse deponi anno DCCC. LXVIII.

Ex his igitur omnibus apparet Pontifici Romano ius fuisse in omnes Patriarchas &  
Antistites primarios, neque illo inconsulto spoliari eos dignitate licuisse; ipsi autem, &  
ordinare, & abdicare, & restituere legitimis de causis, quas cognorit, fas semper fuisse,  
cum sit Petri successor, cui soli dictum, Pasce oues meas. Ceteris autem Apostolis vniuer-  
sis quidem, atque vnà cum Petro coniunctis, non autem singulis dictum, Sicut misit me pa-  
ter, ego mitto vos: & quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis,  
retenta sunt. Atque ita nullus Episcopus habet aliquid pleni iuris, vel habere potest, nisi  
à Pontifice Romano Petri successore, aut ab ipso simul, atque vniuersitate Episcoporum:  
vt bene sit à Cypriano dictum Romanam Ecclesiam esse Ecclesiarum matricem, ac radi-  
cem, vnde vnitas sacerdotalis exoritur; Pontificem Romanum esse instar Solis, fontis, &  
trunci, à quo Episcopi procedunt, quasi radij, riuuli, ac rami.

Ostenditur solius Romani Pontificis fuisse vniuersales leges ferre, Concilia sanc-  
re, ad illum primos quosque honores vel in minimis semper delatos,  
nihil illo, inconsulto graue ab vlllo Episcopo tractari com-  
quam licuisse. Deinde obiecta quadam  
diluuntur. Cap. V.



Elíquum est vt explice mus Pontifici Romano ius fuisse leges vniuersales  
ferre, quibus alligarentur omnes Christiani; adduc amulque certissima  
testimonia non ipsorum Pontificum, sed exterorum.

Petrus obiit anno ab ortu Christi septuagesimo o, vt quidam volunt. At  
centesimo trigesimo sexto, narrat Eusebius in Chronico, ieiunium Qua-  
dragesimæ à Telesphoro institutum, ac præceptum. Ignatius ad Philip-  
penses scribit multo antè, vt illud seruent, quia continet, inquit, imitationem conuersionis  
Christi. & Hieronymus aduersus Montanum tradit ex Apostolorum traditione profes-  
tum. Telesphorus igitur nouo præcepto illud stabiluit, & renouauit, & ita semper hu-  
cusque permansit.

Anno centesimo quadragesimo sexto narrat Eusebius à Pio sancitum vt Pascha die  
Dominico celebraretur; idemque tradit ab Hegesippo hæc scripta de se ipso; Cum  
Romæ essem, mansi ibi vsque ad Pontificis Aniceti tempora, cuius tum quidem  
Eleutherius diaconus erat. Huic successit Sother, quo extincto Eleutherius munus  
Episcopi cepit. Nulla Episcoporum sedes successione ab Apostolis deducta, nulla  
ciuitas, in qua non obseruata essent omnia, vt lex præscriperat, docuerant Prophetæ, &  
Dominus ipse prædicauerat. ] Igitur cum testetur Hegesippus, tempore Aniceti, qui Pio  
successit, cunctas Ecclesias conuenisse in iisdem legum præscriptis, necesse est has leges  
ab omnibus receptas. Rursus aduertendum sic ab Irenæo scriptum, sedente Aniceto Po-  
lycarpum, quem totius Asiæ principem vocat Hieronymus, Romã venisse, & de Paschate

Lib. cap. 14.  
Niceph. lib. 15.

Zon. tom. 1.

Lib. 5. cap. 14  
apud Euf.

con-

contulisse cum Aniceto. & cum hic persuadere haud posset Polycarpo ut suum morem A deponeret, & Pascha celebraret Luna quarta decima, ad extremum permisit hoc illi ob reuerentiam tanti viri, & communio concessa. Viden' igitur, ut Polycarpus cum lege Pij se obligatum videret, Romam venerit ab vltimis Asiae locis suprema aetate, ut ab ea solueretur, permittiturque illi mos suus ob reuerentiam? & tamen sciebat à Ioanne, qui ipsum, teste Irenæo, Smyrnæ Episcopū crearat, illum sibi morem relictum: alioquin quid tam longum iter suscepisset, relicta Ecclesiæ cura, postremis annis, nisi scisset illa se sanctione obligatum? Victore sedente cum Blastus Romæ hæreticos esse diceret, qui quarta decima Luna haud celebrarent, testibus Eusebio ac Tertulliano; Pontifex ut illi occurreret, communi eam consensu magis stabiliri curauit; & habito Romæ Concilio rursus sanxit die Dominica agi festum Paschæ; scripsit, ut omnibus similiter in locis de more conuentus agerentur, quod factum est anno iuxta nonnullos centesimo nonagesimo nono. Cuncti subscripsere; solus Polycrates Ephesus cum nonnullis Asianis contraria fuit opinione, quamuis monitus ut reliquos sequeretur: idcirco à Victore ex Ecclesiæ coetu depulsus. Ex illo Quartadecimani pro hæreticis reputati, quod non parerent Pontificiæ constitutioni.

Tertullianus cum faueret hæreticis quibusdam contententibus adulteros, quamuis crimen admissum detestentur, tamen ad penitentiam non admittendos, & secundas nuptias non accipiendas, & audisset à Pontifice Romano edictum propositum quo secus caueretur, sic libro de pudicitia: Audio etiam edictum esse propositum, & quidē peremptorium. Pontifex scilicet maximus, quod Episcopus Episcoporum dicit: Ego & mœchix & fornicationis funes dissoluo. O edictum, cui adscribi non poterit bonum factum. & vbi proponetur liberalitas ista? Ibidem, opinor, & in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis? Illic huiusmodi penitentia promulganda est, vbi delinquentia ipsa versabitur. illic legenda est venia, quod cōspectius intrabitur. sed hoc in Ecclesia legitur, & in Ecclesia pronuntiatur, & virgo est. absit absit à sponsa Christi tale præconiū. Hæc Tertullianus indignationis plenus, apertè testificans leges Pontificias, tametsi ab ipso damnatas, nihilominus pertinere ad Ecclesiam totam, quæ Christi est sponsa.

Cum presbyter Nouatianus doceret lapsos reijciendos, quamuis crimen detestatos & confessos, Cornelius contrarium decreuit: subscribere omnes. Marcianus Episcopus Arelatensis contrarium docebat. Id vbi rescuiit Cyprianus, Cornelium certiore facit, & vrget, ut eum deponat. Ab eodem Pontifice decretum lapsos Episcopos spoliari munere omni sacerdotum. id ab omnibus obseruatum, Cyprianus testatur.

Atque ut auctoritatem Romani Pontificis videas, idem Cyprianus, simulque Africa vniuersa sanxerunt ab hæreticis baptizatos iterum baptizandos. Contrarium sentiebat Stephanus Papa. Cypriano omnes ferè populi Orientis adhærebant, nec pati poterant Pontificiam opinionem, persistit in sententia Stephanus, donec omnes sibi parère tandem iussione proposita coegit, Eusebio teste. Hinc Hieronymus: Conatus est Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena; & idcirco hæreticorum baptisma reprobans ad Stephanum tunc Romanæ vrbis Episcopum, qui à beato Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanam Synodum direxit: sed conatus eius frustra fuit: denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquā consuetudinem deuoluti nouum emisere decretum. Hæc Hieronymus, ne dicas ideo superiores leges seruatas, quod ita Papæ cum ceteris conuenisset.

Ac ne in re clara nimij sumus, satis erit ostendisse omnia vniuersalia Concilia à Pontificibus confirmata, ipsiq. Pontificios legatos præfuisse. Concilio quidē Nicæno Osius Episcopus Cordubensis, Victor, ac Vincētius presbyteri, nomine Pontificis Romani ante omnes subscripserunt, ac litteris ad eum datis ita petierunt omnes: Ad vestra sedis augmentum adcurrimus roborari, & precamur vestri oris consortio cōfirmari. In Concilio Sardicensi adfuerunt Episcopi ex Occidente tercentum, ex Oriente septuaginta sex, & Iulio Papæ significarunt se latius explicasse, qua in Synodo Nicæna continebantur. Concilium Constantinopolitanum primum non fuit vniuersale, sed loco vniuersalis est habitum: in eo sic Episcopi omnes ad Damasum scripserunt: Quæ cum legitimè & canonicè apud nos acta obtineant, ut in eis pietas etiam vestra læta & gratulanda acquiescat obsecramus. Ita refert Theodoretus: Ephesinæ Synodo præfedit Cælestini nomine Cyrillus Alexandrinus, Euagrius teste. In eius litteris ad Papam datis sic habetur: Quoniā necessi-

Lib. 3.

Euseb. lib. 5. c. 24.

Euseb. lib. 5. c. 24.

Lib. 1. ep. 7.

Lib. 5. c. 4.

PAPA CONCILII VNIVERSALIBVS PRÆSEDIT.

Lib. 5. cap. 91. Eug. lib. 1. c. 4.

A necessitas postulauit, ut quæ consecrata sunt in hac sancta Synodo, omnia ad cognitionem sanctitatis vestrae referrentur, necessariò scribimus. Chalcedonensi præfucere Leonis Papæ nomine Paschasinus ac Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter. In litteris ad Papam datis ita scriptum: Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium; & firmitas tua filiis, quod deest, adimpleat. In Cōcilio quinto Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus ad Vigilium, qui tum Constantinopoli detinebatur, dixit: Petrus, præfidente nobis V. B. de tribus capitulis quæri & conferri. Sextæ Synodo præfuerunt Theodorus & Georgius presbyteri, & Ioannes diaconus nomine Agathonis Papæ. Leo Secundus acceptis ab Imperatore Constantino litteris, ut acta confirmaret, sic rescripsit: Hæc veneranda sedes Apostolica concorditer & vnanimiter his quæ diffinita sunt ab ea consensit, & beati Petri auctoritate confirmat. Septimæ in Nicæa Bythinæ præfederunt loco Hadriani Papæ Petrus archipresbyter, & Petrus monachus. ad Hadrianū sic Tharastus Patriarcha scripsit: Ab omnibus nobis, qui diuina voluntate cōueneramus, cōfessa est vera, & calumniæ expers professio, quæ & à nobis ad vos est missa. Octauæ Cōstantinopolitanæ præfuerunt Donatus & Stephanus Episcopi, & Marinus diaconus nomine Hadriani Papæ, de cuius voluntate Donatus idē subscripsit, atq; acta Cōcilij promulgauit. Atq; hæc octo Cōcilia vniuersalia in Græcicis regionibus coacta, quibus si adnumeret Sardicensis, erunt nouem: sed illud idem cū Nicæno, quantum ad decreta; de reliquis nihil est quod afferamus noui: sunt namq; habita in oris hisce nostris. Pater itaq; Pontificis esse Romani, leges vniuersales aut ferre, aut ferendis præesse, easq. cōfirmare.

Hinc Socrates, Sozomenus, Nicephorus, & Cassiodorus in tripartita historia testatur, solius esse Pontificis Romani Concilia sancire, siue ordinare. Chalcedonense testatur actione prima in Dioscorum, neque licuisse neque vquam factum ut Synodus esset sine auctoritate Pontificis Romani.

Quid plura? litteræ, quas decretales vocant, Pōtificum Romanorū pro sacris habitæ sunt, & in ecclesijs publicè olim veluti sacrosanctæ legebatur: testis est Dionysius Episcopus Corinthi in epistola ad Sotherē, & Eusebius Cæsariensis. & in quinto Cōcilio Cōstantinopoli celebrato speciatim dictū; Suscipimus & epistolas Præfulū Romanæ sedis Apostolicæ. E quibus oibus liquet Pōtifices Rom. Petri in potestate suprema successores esse.

Sed adhuc planum faciamus, primos illis honores vel in minimis, nedum maximis istis, semper delatos. & quidem si percures omnes historiae Ecclesiasticæ libros, quos ante Synodum Nicænam composuit Eusebius Cæsariensis; videbis, vbi plures simul Episcopi nominantur, nisi temporum ratio secus exigat, præponi cunctis Romanos. Adducamus aliqua Eusebij loca. libro tertio, capite duodecimo, refert Linum, atque Anacleum, quem facit eundem cum Cleto Græcos secutus, Romanæ Ecclesiæ præfuisse; & quarto Domitiani anno Anianū Alexandrinæ, duodecimo Romanæ Clementē, & cap. 28. & seq. prius scribit Clemēti defuncto suffectū Euaristū, deinde Simeoni Hierosolymitano Iustum, cū tū c. 26. mortē Simeonis retulisset. Et quā in chronico scripsit anno Traiani nono Primū subrogatū Cerdoni Episcopo Alexandrino, duodecimo autē Traiani anno successisse Euaristo Alexandrū; hinc ut tēporis habeat rationē, lib. 4. cap. 1. ponit prius Cerdoni Primū, deinde Alexandrum successisse Euaristo; sed cap. 4. statuit primo loco Xystū Alexandro, deinde Primo Iustū suffectū; & decimo anteponit Thelesphorum, Hyginū, Piumq. Romanos, Eumeni, Marco, & Colandioni Alexandrinis; & decimo octauo Anicetū ac Sotherē Celandioni & Agrippæ Alexandrinis, atq; Neroni, Cornelio, & Theophilo Antiochenis. lib. autē 5. cap. 21. Eleutheriū & Victorē Iuliano & Demetrio Alexandrinis, & Serapioni Antiocheno. & dein Zephyrinum, Calyxtum, atq; Vrbanū Asclepiadi, ac Phileto Antiochenis; & alibi Pontianū, Antherū, & Fabianum Zobino, & Babylę Antiochenis, Demetrio Heracleę, & Dionysio Alexandrię Episcopis. & mox Xystū Dionysio Alexandrino, Demetrio, & Paulo Antiochenis. deniq. Felicē Eutychianū, Caiū, Marcellinū Dōno, Timotheo, & Cyrillo Antiochenis. Atq; ita cūctis in locis sepe primè datur Episcopis Rom. ab Eusebio Cæsariensi, quæ vocat Hieronym⁹ antesignanū Arianorū. tāta vis est veritatis, ut neq; heretici aduersus eā loqui audeant vllō modo. Ac ne putes ab ipso dūtaxat huius honoris Pont. Rom. debiti haberi rationē, inspicere litteras à Cōcilio Antiocheno scriptas ad oēs Episcopos, quas ponit Eusebius idē; eius inscriptio est huiusmodi: Dionysio, Maximo, & oibus vbiq; in orbe terrarū collegis, Episcopis, presbyteris, & vniuersis & Catholicis sub cælo Ecclesię. Audin' ut primo loco Dyonyfi⁹ Roman⁹, secūdo Maximus Alexandrin⁹ Præful nominetur? Atq; hi speciatim,

De Sig. Tom. 2. Y reliqui

Soc. lib. 2. c. 13. Sozo. lib. 3. c. 9. Nice. lib. 9. c. 5. Cassio. lib. 4. c. 9. & 19.

LITTERÆ PONTIFICVM ROMANORVM SVNT HABITÆ PRO SACRIS. PRIMI HONORES VEL IN MINIMIS PONTIFICI ROMANO DELATI.

Lib. 6. c. 21.

Lib. 7. c. 22. c. 26

Lib. 7. c. 24.

N I H I L V M - Q V A M G R A - V E A C T V M N I S I C O N S V L - T O P O N T I F I - C E R O M A N O .

reliqui verò gnatiim. Quod diximus ex his exēplis, possumus ex aliis aliorū cognoscere. A Oitendamus nunc quod est ab aliis omisum in hoc genere scribendi nihil unquam grauius accidisse in orbe Christiano, quod non sit ad Episcopum Romanum ab alijs delatum, vt ex eius consilio res transigeretur. Afferamus huiusce rei testimonia illustrissima. Audi Cyprianum, qui se purgat cum Cornelio Pontifice, quod non ei quādam significarit. Quod tibi, ait, de Fortunato isto pseudoepiscopo à paucis & inueteratis hæreticis constituto non statim scripsi, frater carissime; non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos festinato statim, quasi magna & metuenda ferri. ] Cyprianum sequitur Stephanus Archiepiscopus Africę cum tribus alijs prouincię Concilijs, qui sic in suis ad Damasum litteris: Antiquis regulis censum est, vt quidquid horum, quamuis in remotis, vel in longinquo positus agatur prouincijs, nō prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestrę fuisset deductum. ] Nunc adducamus Græcorum testimonia. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus cum videret Nestorium Constantinopolitanum nefaria sentire, & cauere vellet, ne pestis eius longè serperet, nihil aggredi est ausus antequam certiozem faceret Cælestinum Papam, ad quem sic inter alia scribit: Quoniā verò & Deus sobrietatem à nobis in hisce rebus exigit, & longæ consuetudines Ecclesiarum suadent communicare cum sanctitate tua, iterum necessariò scribo illud, significans, quod Satan etiamnum omnia perturbat. ] Viden' igitur fuisse non solum antiquas consuetudines, sed longas, non interruptas scilicet; nam potest aliquid esse vetus, sed interruptum, non longo vsu continuatum? Viden' non fuisse consuetudinem, sed consuetudines non Ecclesię vnus, sed Ecclesiarum, vt res graues cum Pontifice Romano communicarētur; sic enim in Græco, quæ peruertit hæreticus quidam interpret in Latino, *ἡ τὰ μακρὰ ἐστὶ τῶν ἐκκλησιῶν πίεθεισιν ἀνακοίνωσθαι τῇ σὴ δόλοτῆτι*. Hanc consuetudinem retulere in leges duo Imperatores, Orientis alter, alter Occidentis, Theodosius & Valentinianus, sancientes, ne cui Episcopo omnium prouinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ vrbs æternæ auctoritate quidquam tentare. Meminit illius Imperator Iustinianus, vt est in Codice ipsius, ad Ioannem Papam scribens: Nec patimur, inquit, quidquam ad Ecclesiarum statum pertinere, quamuis manifestum & indubitatum sit, quod mouetur, vt non etiam vestrę innotescat sanctitati. ] Iam verò cum dicat Antiochenum Concilium, quod est habitum Iulio sedente, nihil aggredi debere magni momenti Episcopos sine Metropolita, eamque esse patrum primorum sanctionem; proculdubio cum Romana Ecclesia sit radix & matrix omnium Ecclesiarum, vt inquit Cyprianus, id iuris in omnes habebit. patet igitur ad Episcopum Romanum ueluti Petri successorē pertinere Episcopos, vti velit, ordinare, haud potuisse absque illo vquam primarios Antistes deicere, deiectos restitui ab ipso potuisse, fas illi esse vniuersales leges ferre, Concilia conuocare, confirmare, primos illi honores vel in minimis datos, nihil à quoquam Episcopo agi grauius posse ipso inconsulto.

Nunc videamus quā friuola aduersus hæc hæretici dicant. Et primò aiunt à Gregorio Magno reiectum nomen Vniuersalis; quod nō commississet, si reuera princeps Ecclesię fuisset. Sed nos quidem concedimus id ab eo factum, non tamen sequi, quod aiunt: nomina gloriosa, iactantiamque præferentia repulit ille, potestatem retinuit, cuius causa multas ad Imperatorem Mauritium litteras dedit, explicans se Petri reuera successorē, rotiusque Ecclesię Antistitem, quamuis hac in re nullo modo se iactaret. Et quod aiunt iidem hæretici ab Ambrosio & Hieronymo non magni factas Ecclesię Romanę consuetudines quasdam, nihil ad rem facit. In Ecclesia namque Romana permittere potest Pontifex vt sint aliqui mores, quibus obseruandis alij non obligētur vllō modo: neque enim sunt pro lege, nisi id iubeat Papa. Neque verò quemquam moueat, quod toties obiicere solebat Lutherus, Cyprianum in quæstione de baptismo iterando dissensisse à Pontifice Romano Stephano. Nam quod Donatistis idem iactantibus respondet Augustinus, dissensit ille quidem, sed dixit semper se paratum sententiam mutare, simulatque Ecclesia aliud sanxisset, neque se velle credere aliquid contrarium decretis, mentique illius; & Pontifex Romanus lege lata nihil antea promulgauit, quā proposita opinione sua, omnium Episcoporum, qui secus iudicabant, vota exquisierit, & ad sua decreta adduxerit, quantum patet ex historijs, vt rem scilicet maximā maxima cum maturitate tractaret ac transigeret. Atque ego possum absque hæresis nota discrepare in re quæ nondū fit diffinita certò à Pōtifice Romano, quādiu is legē nō promulgat auctoritate Pōtifficia, edicitq. vt ita credatur, quāuis increpet me, atq; obiurget; quod tamen arrogatū alicui adscri-

O B I E C T A HÆ R E T I C O R U M R I D I C V L A C O N F V T A N T V R .

In nouel. Cod. Theod. tit. 14.

A adscribi posset: non enim Pontificem Petriq. successorē agit, cum id agit, quod quouis potest, sed cum Pōtifficia auctoritate sancit aliquid, ac præscribit legis edicto, quod sit ab omnibus credendum, vel sequendū. sic etiā nihil hæreticis prodest, quod nonnulli è Catholicis scriptū reliquerint aliquid contrariū posterioribus Conciliorū Pontificū decretis. Hæreticus enim dici nullo modo potest, qui sentit aliquid, subiicitq. illud Ecclesię Pontificiæq; auctoritati, vbi non liquet illi secus fuisse sancitū. Illud verò absurdum, fieri nō posse, vt vnus orbi tori regendo sit satis idoneus. Nam si solus esset Pontifex, fortè verū dicerēt; sed habet Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas suos, plurimos etiā atque innumeros adiutores. At, inquiunt, iniuria Christo fit, si vnus princeps constituatur Ecclesię. Vide absurditatem. nihil æquè conuenit diuinæ bonitati, quā vt quod est in Euangelio, laudare possimus Deum, qui potestatem talem dedit hominibus; idq. etiam summæ sapientiæ. sic enim, quod latè disputat Cyprianus libro de vnitae Ecclesię, facilius cunctæ dissensionis tolluntur, vt schismatis, inquit ille, tollatur occasio. ] Hinc philosophi ipsi dixere optimum gubernationis genus esse vnus principatū, vt supra explicatū est. Ex quo maxima vis Dei elucescit, q. facit vnus moris, ait David, homines habitare in vna domo, sub vno patrefamilias. Quid, aiunt fiet, cum schisma est in Ecclesia, plures asserunt se Pontifices? an non hoc ostendit non esse opus vno Pontifice, non vnum esse verum? Ridiculè, quasi verò cum plures apparent Soles, quod sæpè contigit, neque appareat qui sit re vera Sol ipse, nō vnus sit Sol re uera. Illud ineptum, quod quidā dicunt Paulum dixisse, Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę; vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium. ] cum tot igitur vna Paulus dicat, vnum caput numquā dicit. Atqui Paulo non fuit in animo omnia vna dicere: Eucharistia namque vna, caritas, testamentum vetus, similiter & nouum, ceteraq. innumera; neque tamen quod ea non recenseat Paulus, aliquis ea non esse dicere audebit. Sed alia nunc ad præsens argumentum maximè facientia inspiciamus.

Pontifex Romanus est Petri successor iure diuino; errare non potest in vniuersalibus morum, fidei & sanctionibus. & argumenta contraria soluntur. Cap. VI.

D Hæretici cum se conclusos vndiq. videant, huc tandem cōfugiunt omnes, ut dicāt Pontificem Romanum iure diuino non succedere in vniuersum ius Apostolorum principi Petro. sed contrarium Cyprianus disertis verbis tradit libro de vnitae Ecclesię, Chrysostomus lib. 2. de sacerdotio aperte dicens à Christo commissas oues suas tum Petro, tum Petri successoribus. Idem sentit maximū illud Concilium Chalcedonense sexcentorum triginta Episcoporum, cum scripsit ad Leonem. Dioscorus contra ipsum, cui vineæ custodia à Salvatore commissæ est, extendit insaniam. Hinc Afri Episcopi cum testari vellēt se cōmunicare Episcopo Romano, qui tunc erat Bonifacius, dixere: Nō potest, sententia Domini prætermitti dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā. & hæc quę dicta sunt rerum probantur euentibus, quia in sede Apostolica extra maculā semper est Catholica seruata religio. ] Et Sergius Cypriensis Episcopus ad Theodorū Papā; Christus, inquit, Deus noster, ò sacer vertex, firmamentū à Deo fixū, & immobile, atque tituli formā lucidissimam vestrā Apostolicam sedem cōstituit. Tu es enim (sicut diuinum veraciter pronunciat verbum) Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesię columnæ cōfirmatæ sunt. ] Concinit his Theodorus Studites, qui sic ad Paschalem Primum: Audi Apostolorum caput, pastor ouium Christi, à Deo electe clauiger regni cælorum, petra fidei, super quam ædificata est Ecclesia Catholica; ] deniq. eodē spectant verba Arnobij, quæ supra attulimus, & aliorū qui Romanā sedem faciunt eamdem cum sede Petri; præcipue verò Leonis Imperatoris cognomēto sapientis, Orientaliū Patriarcharū, Concilij Lateranenfsis secundi. Omitto quod Leo I. ad Anastasiū Thefsalonicensem scribit, à Pontifice Romano curam vniuersis Ecclesijs principaliter ex institutione diuina deberi. Epistolæ verò Leonis veluti sacræ receptę fuerūt à Synodo quinta. Similiter Nicolaus Primus idem scripsit ad Imperatorem Michaëlem, priuilegia Ecclesię Romanæ à Christo donata, à Synodis verò non donata, sed celebrata atque honorata. hæc verò epistola ab octauo Concilio est approbata.

De Sig. Tom. 2. Y 2 Conue-

Tom. 2. con.

In Synodo tinq. Cap.

Ep. 32.

**I.** Conuenit autem rationi diuino iure Pontificē Romanum Petro succedere. Christus enim dixit: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. ] quæ quidem verba ad vnum pastorem in terris à Christo constitutum, cui pareant cuncti, pertinere, tradit cum multis aliis Cyprianus, & liquidò patet: loquitur enim Christus de gentibus in vnum cogendis cum populo Iudæo, ita vt ambobus præsit vnus: alioquin & gentibus antiquitus, si quæ ritè colebant Deum, licet Iudaicas cæremonias haud sequerentur, & Iudæis vnus præerat Deus, non autem pastor vnus in terris. Loquitur itaque Christus ibi de vno in terris pastore.

**II.** Quòd si successor vniuersum ius sortitur, quod habuit is, cui succeditur; & Petrus id habet à Deo; idem successor continget, vt absint iure diuino Pastores.

**III.** Proculdubio Deus Petro dixit: Pasce oues meas. ] ob id Petrus hac in re pascit oues Christi: successoremque sibi hac potestate diuinitus concessa delegit: igitur hic erit electus potestate cælesti, non humana.

**IV.** Et nonne explicauimus supra, à Christo id muneris Petro attributum, vt vni ex Ecclesia? Per Petrum sortitur itaque Ecclesia à Christo Deo, vt habeat qui pascit oues ipsius.

**V.** Et Christus quidem dixit Apostolis: Ero vobiscum vsque ad cõsumptionē sæculi. ] quod pertinere ad Apostolorum successores ambigit nemo, & nos ostendimus signo de sanctionibus vniuersalium Conciliorum. Nam cum ipsismet Apostolis tum viuentibus est Christus in æternum tempus, non modò vsque ad consummationem sæculi.

**VI.** Quid verò erit cum ceteris Apostolorum successoribus, non autem cum Petri successore? quis hoc dicat? & quis etiam dicet esse cum successoribus Apostolorum Christum iure humano, non diuino, aut illum dumtaxat hominem, non Deum?

**VII.** Paulus Apostolus ait alloquens Episcopos: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ] At Spiritus sanctus est Deus, & Pontifex Romanus multo magis Episcopus, quam ceteri, cum sit, vt aiebat Cyprianus, Sol, fons, ac truncus, Episcopi autem radij, riuuli, rami. Ab illo, addit idem, sacerdotalis vnitas, Ecclesia Romana matrix ac radix Ecclesiarum. Et ipse igitur Pontifex Romanus posuit à Spiritu sancto. Quòd si sacerdotalis iuris est diuini, vt est clarissimum; nonne iuris erit diuini, à quo vnitas sacerdotalis?

**VIII.** Audi rursus Paulum: Christus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cõsumptionē sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. ] En igitur vt à Christo dati sint Apostoli, quicumque erunt, in æternum. at Episcopus Romanus non modò Apostolus, sed eius sedes speciatim vocatur Apostolica ab omnibus antiquis; & ab eo ceteri Apostoli, Episcopi scilicet, ordinantur & confirmantur, vt explicauimus.

**X.** Quæ ratio sanè partis ad partem, & totius ad totum, ac veluti quatuor dupla ad duo, ita octo si conferantur cum quatuor. Quocirca sicut minores sacerdotes iure diuino sortuntur huiusmodi ministerium; sic maiores etiam sortiri idem, nemo poterit negare.

**XI.** Synagoga quidem cælitus hoc erat adepta, vt vno summoque prædita esset sacerdote. ipsa verò Ecclesiæ nostræ erat vmbra, vt ait Paulus ad Hebræos. Igitur habebit hoc vmbra informis & obscura, denegabitur imagini illustrissimæ ac perfectæ?

**XII.** Ecclesia Christiana debet accedere præ cunctis ad similitudinē regni cælestis, in quo vnus præsidet vniuersis, vt meritò vocari possit regnum cælorum.

**XIII.** Paulus certè scribit de Ecclesiæ coetu ac corpore: Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore, sicut voluit. quòd si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non potest autè dicere oculus manui, Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, Nō estis mihi necessarii. ] Audin' à Deo positum caput in hac Ecclesia, quæ degit in terris, & quidem caput, quod dicere non possit pedibus, Non estis mihi necessarii? quod Christus, qui caput est primarium, dicere potest. Quocirca non de Christo illa verba, sed de vno in terris capite sunt accipienda, quod est Vicarium caput.

**XIV.** Deniq. hoc multis est oraculis prædictū, fore, vt vnus populo diuinit' præsit. Huc enī ptinēt quæ Deus pmisit Dauidi, è semine eius non defuturū qui sedeat in ipsius throno in terris. illa adduximus supra, vbi actū de cõiunctione regni. Nos verò sumus è semine Dauid per Christū, non modò propter eumde spiritū, sed etiā propter idē corpus, in quod

per

**A** per Eucharistiam conuenimus omnes. Afferemus huc Hieremiæ prædictionem, quæ ad hoc argumentum maximè facit. Hæc dicit Dominus: Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronū domus Israël; & de sacerdotib' & de Leuitis nō interibit vir à facie mea, qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium, & cædat victimas omnibus diebus. ] & mox: Hæc dicit Dominus: Si irritum potest fieri pactum meū cum die, & pactū meum cum nocte, vt nō sit dies & nox in tempore suo; & pactum meū irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sacerdotes ministri mei. Sicut enumerari nō possunt stellæ cæli, & metiri arena maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos. & factum est verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Numquid non vidisti quod populus hic locutus est, dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, proiectæ sunt, & populum meū despexerunt, eo quòd non sit vltra gens coram eis. Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diē & noctē, & leges cælo & terræ non posui, equidē & semen Iacob & Dauid serui mei proieciam, vt non assumā de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, & Iacob. ] Hucusq. Hieremias, siue Deus, prænunciaturus futurum, vt munere diuino nō intereat vir qui sedeat super thronum domus Israël, qui fuit proculdubio in terris, eritque Dauid filius, qui in throno illius regnet: & multiplicabitur semen Dauid ad hunc finē, scilicet, vt semper sit aliquis, qui sedeat in eius throno: & idcirco de semine Dauid assumuntur principes, ne dicas vnum assumendum à Deo, plures assumuntur, quorum alter alteri succedat, tenens Christi Dauidiq. regnum in terris. Si quis verò plura vult oracula ad hanc rem spectantia, collegimus illa vbi actum de regno eodem Dei & Ecclesiæ.

**C** Atque hinc ridiculum est illud, quod obijciunt hæretici, non esse diuini iuris potestatem Pontificis Romani, quòd Concilia & Imperatores illā sanxerunt. neque adiciunt ideo ab ijs sancitam, quia contulit Christus. Alioquin cum iubeant iudem vt sancti simus, honesti, vetent homicidia, adulteria, furta; tequeretur vel hæc diuino iure haud vetari, vel illa nō suaderi & imperari. Est itaque iuris diuini suprema Pontificis Romani potestas.

**D** Sequitur vt videamus Pontificem Romanum labi non posse in vniuersalibus morum fideiue decretis. Potest ille esse hæreticus, hæretica scribere, docere, prædicare, nō tamen vniuersali lege sancire. Nam quo ad prima non agit Petri successorē, atque ideo potest errare; quo ad secundum Petri agit successorē, ad quem solum spectat vniuersales leges constituere: atque ideo diuinitus illi præclusa omnis via, qua posset Ecclesiæ ædificium quouis modo labefactare & concutere. Id ita esse constat ex ijs Christi verbis: Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ] In quibus verbis aduertendum singulare & inusitatū munus hoc esse, quod Petro conceditur: non enim legitur Christus adhibuisse speciatim preces, nisi ad maxima, singularia, & insolita; vt cum quatruiduanum Lazarum suscitauit, Apostolos elegit, in horto ducendus ad mortē supplicauit Patri. deinde videri fidē Petri magis labefactatā, quam reliquorum. Nam quāuis Petrus animo semper adhæserit Christo, verbis tamen abscessit ab illo, longè magis quam ceteri Apostoli, excepto Iuda. Quocirca magis eius fides apparuit concussa: atque ita non modò fratres non cõfirmasse, sed minuisse, & infirmasse Apostolorum fidem Petrus videtur, animū namq. haud illi videbant. Quodnam munus igitur maximum, singulare, insolitum dicemus ei datum? Illud necesse est dicamus, quod experimento cõpertum supra ostendimus, & patres tradunt Petri successorē in fide semper stetitisse, atq. vniuersalibus sanctionibus Catholicæ doctrinæ errare nō posse: alioquin esset falsum, quod ait hic Christus; & Pauli fides non minus illustris, q̄ Petri, qui à Paulo est reprehensus, q̄ nimium daret cæremoniis vetustis; & fidē, cuius sunt aliqui gradus (est enim magna & parua fides) quam Christo debebant primi illi Christiani, minueret.

**E** Iam verò cum supra concluderimus supra Petrum ædificari quotidie Ecclesiā à Christo, & supra eius successores fundetur, & aduersus eā sic fundatam polliceatur Christus fore vt portæ inferi non praualeant; sequitur futurum, vt successor Petri, cum successorem aget, id est cum Pontificia auctoritate decerneret, errare non possit: alioquin portæ inferi aduersus eum praualerent, atque aded' aduersus Ecclesiam, quæ illi innititur tamquam fundamento.

Quòd si velis antiquorum Patrum tanta in re testimonia, en tibi primus Cyprianus, qui sic scriptum reliquit: Ad Romanā fidem perfidia non habet accessum. ] En Hieronymus sic affirmas: Scitò Romanam fidem Apostolico ore laudatam huiusmodi præstigias

De Sig. Tom.2.

Y 3 non

Hier. 33.

PAPA ERRARE NON POTEST, CVM PAMPETRIQUE SUCCESSOREM AGIT, LEGES SCILICET VNIERSALES SANCIT. Luc. 22.

Sing. 6.

II. Matth. 16.

III. Ab auctoritate Patrum. Lib. 3. ep. 3.

Hier. ep. 3. contra Ruf.

In psal. contra par. Donat.

non admittere.] Epiphanius autē statuit inquit per Episcopos Romanos semper ostendi, quod manifestum est in fide. Quod si semper ostenditur, nullo unquam tempore errabunt. At Augustinus, Numerate, ait, ab ipsa sede Petri, & in illo Patrum ordine quis cui successit videte.] & mox addit causam: Ipsa est petra, quam superbæ nō vincunt inferorum portæ. ] Hæc Augustinus, affirmans apertè Petri sedem esse eam, quam non vincant inferorum portæ. Episcopi verò Africani idem testati sunt, cū de Episcopo Romano Bonifacio pronunciarunt: Non potest sententia Domini prætermitti dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & hæc quæ dicta sunt rerum probantur euentibus: quia in sede Apostolica extra maculam semper est Catholica seruata religio.] Et Episcopi Tarraconenses ad Hilarium Papam: Ad fidem, inquit, recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, vnde nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur. ] Denique Bernardus ad Innocentium Secundum: Oportet, ait, ad vestrum Apostolatū referri pericula quæque, & scandala in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum reſarciri damna fidei, vbi non possit sentire fides defectum: cui enim alteri aliquando dictum est: Ego rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua? ] Eadem dicere multi Pontifices doctrina & sanctimonia vitæ præstantes, illud, Rogavi pro te Petre, vt non deficiat fides tua, ] ad Petri successores Pontifices Romanos apertè referentes: vt Lucius Primus martyr in epistola ad Episcopos Gallie & Hispanie, Felix Primus ad benignum, Leo Primus sermone tertio de assumptione sua ad Pontificatū, Agatho Papa in epistola ad Constantinum Imperatorem, quæ lecta est in Synodo sexta, actione quarta, & postea ab omnibus actione octaua est probata; Nicolaus Primus ad Imperatorem Michaëlem, Leo Nonus ad Petrum Patriarcham Antiochenum.

IV. Quia Concilia confirmat.

Sed adhuc idem firmissimo argumento corroboratur. Ad Pontificem Romanum spectat confirmare Concilia vniuersalia, vt vidimus, ergo errare non potest: alioquin Ecclesia labi posset, quod libro decimo sexto fieri non posse latè ostendimus.

V. Concilia maxima errarunt.

Adde aliud. In confesso est apud omnes, Concilia frequentissima sine assensu Pontificis Romani coacta errasse, vt ostendimus, vbi actum de Conciliis. Similiter in confesso est apud omnes, cuiusvis sedis præcipuos Patriarchas habuisse hæreticos & hæresiarthas; ergo nisi deretur Pontificem Romanum labi non posse, atque ob id numquā lapsum, aut lapsum, nihil differt synagoga antiqua ab Ecclesia Christi, & vtraque repudiari à Deo potest; quod dicebamus fieri haud posse, cū de Conciliorum sanctionibus agebamus. Nam si dicas, Papa errare non potest, cū Concilio adhæret, & similiter Conciliū, cū Papæ: quid fiet, si inter se diffideant? Atqui ostendimus clarissimè, ambobus inter se dissentientibus, errasse Concilium, non Papam. ergo iudicium Papæ certum, & tutum omnino.

VI. A promissis Petri.

Sed quid, si explicemus id à Petro in epistolis modestissimè dictum? pollicitus namque est hoc ad vniuersos Christianos scribens in epistola vltima: Propter hoc incipiam vos semper commonere de his, & quidem scientes, & confirmatos in præsentī veritate. Iustum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione, certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.] His verbis probauimus supra polliceri Petri, se per suos successores Pontifices Romanos facturum, vt cuncti fideles admoneantur officij sui, ac veritatis sequēdæ. quocirca & ait, Incipiam vos semper commonere.] Atqui si Petrus semper commonebit, id autem præstat per suos successores, hi non possunt errare; sicuti neque Petrus, qui summam veritatem Deū nunc inter superos aspicit, & contemplantur. Quod si Petri successor aberraret à veritate, nō semper commoneret Petrus, atque ita promissis haud stare.

VII. A Pauli dictis.

Quid si dicamus & à Paulo idem præsignificatum in epistola ad Romanos vltimis ijs verbis: Ei autē qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & reliquis quæ sequuntur? quorum sententiā quoniam latè explicauius, vbi de antiquitate fidei disseruimus, eodē reuicimus lectorem, ne toties actum agamus.

VIII. Sed quid opus multis? Christus Petro clausas regni cælestis promisit, affirmans omnino fore ratum in cælo quidquid ille in terris egisset. Dedit autem Christus hæc clausas Petro, ne dicamus eum fallacem; Petrus successorī reliquit, qui est Pontifex Romanus, vt vidi-

A vt vidimus: ergo quod ager hic, erit in cælo ratum. Atqui Deus nō habet rata illa, in quibus erratur. Itaque Papa, vbi successorem Petri agit, non potest errare. Successorem verò dicimus agere, cū id agit, non quod quiuus agere potest, aut homo, aut præsul, sed quod solus vniuersalis Antistes, vniuersalia scilicet decreta ad Ecclesiam vniuersalem spectantia sancit, ac promulgat.

Quæ cū ita sint, mirum quantum torqueant ingenia sua hæretici, vt aliquid alicunde exprimere possint, in quo demonstrant Pontificem Romanum lapsum: & quamuis non nisi inepta producant, tamen ea refellamus. Afferunt igitur Ioannē Vigesium secundum palam docuisse à iustis Deum non videri vsque ad extremum iudicij diem. addunt ab eo cautum ne quis Parisiis dignitatem doctoris adipisceretur, nisi in hanc sententiam iurasset. Sed isti nullo modo asserere possunt à Ioanne legem promulgatam hac de re, qua Christianis ita credendum præscriberet. Nam sentire, dicere, scribere, docere hæretica Episcopum Romanum posse, quatenus singularis quidam homo est, fatemur, sentire verò quatenus Pontifex, & iubere auctoritate Pontificia credantur vt edita vniuersali sanctione, negamus.

Cælestinus, inquit isti, definiuit matrimonium dissolui, cū labitur alter è coniugibus in hæresim, idque in decretalia relatum aliquando scribit Hostiensis. Sed hoc falsum. Nam sensit id Cælestinus vt singularis homo, quod Innocentius scribit, non retulit in ius, quo præciperet id Christianis sequendum.

Similiter quod aiunt, ab Alexandro Tertio dictum quosdam suos prædecesores iudicasse matrimonium nondum consummatum, quamuis contractum fuerit per verba temporis presentis, dirimi posse, si contrahatur aliud eodē modo, ac consummetur, nihil ad re facit. aliud namque est iudicare, aliud cōstituere ab omnibus Christianis faciendū. in hoc Papa Petri agit successorem, in aliis nequaquā, cū nō refert Christi Vicarij personam.

Quod verò Alexander rescribens Ostiensibus, ac Velitrensis diffinit alienum à generali Ecclesie consuetudine, & à diuina lege, patrumque sanctorum institutis, vt testamenta, nisi quinque aut septem testium fuerint subscriptione firmata, penitus rescindantur, & excommunicat si quis ea rescindit; iudicibus rescribit vt duos aut tres dumtaxat exigant testes, & decreta canonica non ciuilia in his causis sequantur: nihil obest: quamuis non reputetur hæretica consuetudo, qua iudices hodie plures exigant, quam duos aut tres testes. in iis enim, quæ sunt facti, non æternæ veritatis, lex Pontificis Romani contrariis moribus antiquari potest. Sicuti lex vetus, quamuis diuina profus, est obliterata, cū diuersa tempora diuersos exigant mores. Aliud porro est esse alienum ab Ecclesie consuetudine, aliud hæreticum. Nam mochari, furari, mentiri, & omnia huiusmodi scelera aliena ab Ecclesie iussis, non tamen hæretica, qui illa perpetraret. Adde Alexandrum rescribere ditioni Romanæ subiectis, non regie, aut imperatorie, ideoque iis solum modo hoc præscribere. Quamquam iudices etiam ditioni Romanæ haud subiecti non rescindant omnino huiusmodi testamenta, sed negant actionem in foro externo, nō autem in foro conscientie, cui multa iudices relinquunt propter interuenientes fraudes, aut interuenire solitas maximè in testamentis.

Vrgent hæretici adhuc, & aiunt: Innocentius hæc scripsit: Qui viduas acceperūt vxores, ad summum sacerdotium agnoscimus peruenisse. quod contra legis esse præcepta nullus ignorat; cū Moyses clamet, Vxorem virginem sacerdos accipiat. contra quod præceptum diuina auctoritate subnixum nulla defensio opponitur, nisi consuetudo vestra, quæ ex ignorantia profecta est. ] Et Innocentius Tertius alibi cū quamdam legem Deuteronomij retulisset, Sanè, ait, cū Deuteronomium secunda lex interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari. ] hæc illi Pontifices, quæ sunt contra Euangeliū: subiiciunt hæretici, quo sublata dicuntur antiquæ legis decreta. Sed si quid decernunt illi Pontifices, decernerent antiquam legem seruandam in iis quæ pertinent ad decem legis præcepta, quæ tantum abest vt soluerit Christus, vt potius dixerit, Nō veni soluere, sed adimplere. ] ac deinde addit exempla, de quibus intelligat præceptis, nimirum de decem: quamuis non afferantur à Pontificibus illæ rationes quasi necessariae, sed vt propositio conuenientes. Sic Paulus adducit exemplum mulieris, cui vir est defunctus, vt ostendat abiicienda antiqua, argumentaturque ab explosa lege ad statuendam nouam. eodem modo similitudinibus passim cōfirmat suū propositum desumptis à veteri testamento. Amplius oracula adducit, quæ recta aliud respiciunt

I. Obiectio.

Resp.

II Obiectio.

Resp.

C. quæto de diuor.

III. Obiectio.

Resp.

IV. Obiectio. ?  
Cap. cū esse, de test.

I. Resp.

II. Resp.

III. Resp.

IV. Resp.

V. Obiectio.

Ca. r. extra qui vid.

Ca. puenerab. extra qui fil. sint.

I. Resp.

II. Resp.



respicit, & accommodat ea subiecto argumento, ut illum versiculum, In omnem terram A exiit sonus eorum: ] qui pertinet ad diem, & noctem, Paulus Apostolis adaptat. Recte omnia. nam prisca sunt umbra nostrorum, omnia vero nos ducunt ad contemplanda ac percipienda diuina.

VI Obiect.  
Extr. au. exit.  
Extr. cum inter  
nonnullos.  
Resp.

Afferunt iidem hæretici: Nicolaus Tertius decreuit Christum verbo & exemplo docuisse abdicationem omnium rerum, tam propriarum, quam communium: & contrarium docere videtur Ioannes Duodecimus. Sed nihil efficiunt. Verum namque est, Christo fuisse res proprias, & communes, sed à quibus erat penitus animo abdicatus, quasi nullo modo haberet, sed Dei quo ad omnia prorsus essent. Atque ita vterque verum decreuit, neque dissident inter se. Hinc Nicolaus dixit Christo nummos fuisse, ut egentibus opem ferret: Ioannes idem scripsit. neque enim sibi arrogauit quidquam Christus, nisi quatenus Deus volebat quo ad necessariam piamque distributionem de sententia Dei, quamuis haberet interdum multa.

VII Obiectio.  
Cap. à quodam  
d. f. 4.  
Ca multa. c. si  
vera dist. ca-  
dem.

Rursus adducunt à Nicolao responsum Bulgaris, baptismum in nomine Christi non iterandum; & Zacharias & Pelagius contrarium sanxerunt. Sed respōderi forte potest, ab iis Pontificibus nihil decretum fuisse lege lata, vel, nisi hoc placeat, dicimus vtrumque dici verum posse. In primordiis namque instituendę religionis Christianę inter gentes eiusmodi baptismus non iteratur; idque ut diuulgetur, & colatur Christi nomen: quod etiam contigit Apostolorum temporibus. At quibus in locis cœpit incrementa Christi cultus, recte Pelagius & Zacharias sensere.

VIII Obiect.

Nihil est etiam quod obiiciunt Gregorium scripsisse ad Augustinum Cantauriensem Episcopum, quod Gregorius quoque Tertius significauit Bonifacio Episcopo Moguntino, posse à marito, cui mulier ob morbum reddere debitum nō potest, aliam duci: quod Gratianus dixit Evangelicę cōtrariam doctrinā. Nā loquitur illi Pontifices de coniuge, quę ante Christi numen agnitum ducta fuerit, aut de ea, cui morbus fuerit semper huiusmodi, qui à coitu impederit, qualis est frigiditas, maleficium, coarctatio. Quamquam nemo ex istis Pontificibus quidquam lege lata decernat; atque ideo nihil ad rem nostrā. Audacter itaque nimis atque impudenter est locutus Gratianus.

22 q. 7.  
I Resp.  
II Resp.  
III Resp.

IX Obiect.

Sed addunt isti: Gelasius in quodam libello contra Nestorium, & Euthycem, diffinit in sacramento altaris post consecrationem remanere substantiam panis ac vini. Atqui libellus ille non est Gelasij Pontificis Romani, sed alterius, qui Gelasium multo ante præcessit. Nam dicit ille suo tempore quæstionem de duabus naturis Christi fuisse recētem quod non diceret, si liber esset Gelasij Romani, cum quæstio hæc anno quadringentesimo quadragesimo octauo maximè exagitaerit Orientem, ita ut tum Flauianus Episcopus Constantinopolis sede fuerit eiectus cum multis aliis in impia synodo Ephesina. Gelasius sedit post annum quadringentesimum nonagesimum tertium. Adde quod conatur auctor multis ostendere duas in Christo naturas; plurimos afferens testes; neque, quod caput erat, Concilij Chalcedonensis facit mentionem, quod est habitum anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, & hanc controuersiam luculentissimè tractauit, ac terminauit. Igitur non modò fuit ante Gelasium, sed ante Concilium Chalcedonense. Præterea cum Damasus nominat, vocat Episcopum Romanum, nihil aliud addens; quod est contra morem Pontificum Romanorum constantem, qui solent addere, Felicis memorię, vel sanctę, prædecesorem nostrum, vel his similia. Adhuc vtitur testimonio Eusebij Cæsariensis, ut Catholici, quem Gelasius ipse in canone inter hæreticos reponit, & Hieronymus epistola ad Pammachium, & Oceanum. Quin etiam Gelasius Romanus quinque libros amplissimos ea de re scripsit; ille exiguus est libellus, ac forsā Gelasij Cæsariensis, de quo Hieronymus: nam Græcus scriptor videtur, cum nullos ferè à Latinis adducat. Quocirca falluntur, qui opus illud Gelasio Romano attribuunt, quod in eo sit scriptum, Sedem Apostolicam vestra dilectio teneat vnanimiter. Apertūque est médium, ac reponendum est, Fidem Apostolicā. Sed ut demus illum librum Gelasij esse Romani; nihil efficitur: neque enim lege lata, ac publicè emissa in eo quidquam decernitur: quod est agere Pontificem Romanum Petri successorem.

II Resp.

X Obiect.  
I Resp.

Neque similiter ad rem facit, quod Honorius Papa uti hæreticus fuerit damnatus aetione vltimę septimę synodi vniuersalis. Fatemur enim Pontificem Romanum ut singularem hominum posse in hæresim labi, non autem hæreticam legem Pontificia auctoritate sancire, aut hæreticum esse quatenus Pontifex est. Quin apparet ex eodem Concilio

II Resp.

lio Honorium nullo modo hæretica scripsisse, sed vetuisse ne contentio illa de duabus voluntatibus in medium produceretur: quia cum plurima in vtramque partem dici possent, rixas esset paritura. Quocirca si damnatus fuit Honorius, ideo damnatus fuit, quod visus sit illa epistola partem Monothelitarum facere quodammodo probabiliorē, quam tamen haud est prorsus secutus, ut ex illa constat. sunt tamen qui velint hæc omnia à Græcis conficta: & hanc sententiam postremò multis esse verissimam probat Robertus Bellarminius. Sed hac in re nihil nos statuimus.

Postremò quod hæretici dicunt, Liberium subscripsisse hæreticę prauitati, ut in annalibus retulit Hieronymus; nihil obest. Nam neque hic hæreticum edictum proposuit obseruandum. Præterea verò illud à Liberio extorquebatur dumtaxat per hæreticos, ut damnationi, siue expulsiōni Athanasij subscriberet, quod ex Ammiano constat, quod igitur ait Hieronymus eum subscripsisse hæreticę prauitati, intelligendum quantum ad expulsiōnem Athanasij, quem reum faciebant Ariani aliorum criminum, non hæreseos. Somenus tamen ait, cum reductus est Liberius Romā, quod populus Romanus eius absentiam ferre non posset, ut supra diximus, ab Arianis sparsos fuisse rumores, sed falsos, quasi is reduceretur, quod eis cōsensisset in eo quod petierant. Atque hæc sunt hæreticorum argumenta aduersus propositam veritatem, Romanum Pōtificem scilicet haud posse labi in vniuersalibus fidei morumque decretis: hac namque in re solummodo Petri agit successorem; nam cum reliqua agit, ea proculdubio agit, quæ vel ceteri homines, vel præules agere possunt, & agunt; atque ideo in his non fungitur officio Petri successoris, cuius respectu datum est illi Christi precibus hoc maximum priuilegium. Multa alia hæretici garrunt adhuc, quæ nos omittimus, quod ea sint minoris momenti; quæ si quis videre cupit, consulat pulcherrimas disputationes Roberti Balarmini excellenti ingenio ac doctrina viri, qui nugas istorum latissimè constat.

XI Obiect.  
I Resp.

Lib. 15.  
II Resp.


Lib 4 cap. 10.  
III Resp.

Ad summam certissima Ecclesię Dei in terris nota est Petri magisterium, Romanique Episcopi potestas, cui qui parēt, rectam doctrinam sequuntur, & in Ecclesia Dei sunt. Hoc argumento & signo aiebat Irenæus se confundere omnes, qui præter quàm oportet colligunt. Ob id Ecclesiam Romanam felicem vocat Tertullianus, quod ab illa dignosci possit veritas, quam Petrus & Paulus in eam profuderunt. Cyprianus ait, Nouatianū nō esse in Ecclesia, quod Pontificem Romanum non agnoscat. Optatus hac de causa hæreticos esse reputat eos, qui successoribus Petri non obediunt. sic Augustinus ait, non esse dubitandum, quin nos cōsideamus in Ecclesię gremio, cum simus in ea, quæ per successiones Episcoporum culmen auctoritatis obtinet. Epiphanius eandem notam profert Episcoporum Romanorum: quia, inquit, per hos semper id quod manifestum est in fide ostenditur. Hieronymus autem sic ad Damasum: Cum successore, ait, Petri, cum discipulo crucis loquor; ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini suę, id est cathedrę Petri communiōne consocior; super illam petram ædificatam Ecclesiam scio: quicumque extra hanc agnum comederit, profanus est. ] & mox: Quicumque tecum nō colligit, spargit: hoc est, qui Christi nō est, Antichristi est. ] Ambrosius refert in oratione de obitu fratris, Satyrum fratrem quæsisse vtrum nam Episcopus loci, ad quem venerat, cum Catholicis, hoc est cū Ecclesia Romana conueniret; & hoc in illo Ambrosius commendat. Concilium Toletanum primum excōmunicat, quicumque aliud agit in baptismo, quàm sancti Petri sedes. Quid multa? Paulus ipse, ut doctrinam suam probet in epistola ad Galatas, hoc vtitur argumento, sibi conuenire cum Petro, apud quem manserit quindecim diebus, Euangelium suum conulerit cum illo, dextras sibi datas societatis ab illo, & Ioanne, & Iacobo; denique adeo suam doctrinā Petro probatam fuisse, ut is Paulo monenti cesserit, dum nimium tribuit Hebręorum cęremoniis, siue quod ita inter vtrumque conueniret, ut Græci atque Hieronymus voluerunt; siue quod periculum foret, ne Petrus iis nimium daret, cum tamen esse aliquid dandum per ea tempora Paulus exemplo suo ostenderit, cum Theotheum circumcidit post synodum Hierosolymitanam, templumque ingressus est Iacobo monente ritulque Iudaicos obiiuit. Stet itaque fixum, hanc esse illustrissimam Ecclesię notam, cathedram Petri.

Lib. 3. cap. 3.

Tertul. de præ-  
script.  
Cypri. li. 1. ep. 6.  
Opt. lib. 2. ad-  
uer. Par.  
Aug. li. de vtril.  
cred.  
Hier. epist. 57.  
tom. 2.

FINIS LIBRI DECIMI OCTAUI.



## DE SIGNIS ECCLESIAE DEI LIBER DECIMVS NONVS.



### SIGNVM OCTVAGESIMVM PRIMVM.

Cura Papæ in Catholicis tuendis.

*MAXIMUM STUDIUM QVOD PONTIFEX ROMANVS  
Semper adhibuit, vt Catholicorum regna starent, id maxime ostendit  
à nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. I.*



Nnata est homini superbia. Superbi est nolle alteri parere, aut subiici vlllo modo, velle cunctis præesse; & quando id re fieri haud potest, existimatione sui saltè persequi illud cõtedit, & quo maior est superbia, eo maiora semper appetit. Hinc cum videt aliquem positum in aliquo sublimis dignitatis ac potestatis loco, cui sit subiectus, circumspicit si quod sit in illo vitium, vel fuerit aliquando manifestum. ni id sit, si quid in peiorem partem possit accipi, aucupatur: vbi hæc defuerint, numquid illi summæ virtutis desit, circumlustrat, vt ex aliquo scilicet loco miser arripiat aliquid, ex quo possit vtcumque de se maiorem concipere opinionem, quàm de iis quibus se inferiorem videt, atque ita sese illis præponere. Quod si qua res minima, maxima ve, sit vera ne an fucata, appareat, rum verò exclamationes ab illo attolluntur, tragediæ excitantur aduersus principes ac præfectos, aduocatur orbis totus ad videnda & irridenda patrum nostrorum, veluti olim Noë, pudenda nudata. Hæc verò in re tantus est hæreticorum furor, ac dementia, vt quando superbi est nolle suum crimen agnoscere, & fateri (omnibus enim præferri vult) si quid in se vitij est, vel in alijs, illud continuò ad rectores trãserat, iis adscribat omnem culpã, à se, suis, ac reliquis omnibus totum crimen auertat, vitio illorum peccatum dicat, malo exemplo, præpostera gubernandi ratione, atque alia huiusmodi innumera. in quibus maxime incredibilis & inaudita hæreticorum nostræ ætatis impudentia superbissima, qui denique eò prolapsi sunt, vt dixerint omnium malorum causam Deum, atque id veluti præcipuum suæ religionis, an impietatis dicam? proculdubio impietatis summæ decretum tradiderint. Ad eò effrænis est istorum superbia, ad eò nolunt suum crimen agnoscere. Hæc sunt certè Lutheri, & Caluini, nobilissimæ & ingeniosissimæ sanctiones: & miramur istos Pontificibus summis detrahere, Apostolis, ac sanctissimis viris tot vitio dare, omnem cultum cælitus abrogare? Miseret me sanè nobilium nationum, quæ incidere in huiusmodi pestes, & execranda cunctis sæculis portenta. Non possum non sæpius eorum infelicissimas omnium calamitates deplorare, Deique summam benignitatem, & potentiam ad eorum subleuandas miseras, & ærumnosissimos casus, precibus assiduis implorare. Hem, fieri potuit, vt tot Germani, Angli, Scoti, Bohemi, Vnghari, Dani, Sueci, Gotthi, Noruegienses, Prussi, Lithuani, Liunionij eò cæcitatatis peruenerint? Sed finem dolori nostro ponamus. Non est enim hic istarum rerum locus. Pudet me ex alia parte aliquot scriptorum, qui Catholicis adnumerantur; de antiquis namque loqui non est nostrum, qui in

**A** in historiis conscribendis, vbi ventum ad consilia principum explicanda, rationes agendarum vel actarum rerum diligentius inuestigandas, mirum quàm sæpè sint audaces, & quandoque impudentes, pleraque interpretantur in peiorem partem, multa vitio adscribunt, de superiori loco verba faciunt, sententias proferunt; & quasi penitus intimos eorum sensus inspexerint, religiosè decernunt. Vidimus superioribus libris, vbi agebamus de signis primæ coniunctionis, ab Ecclesiæ Catholicæ alumnis cultum Christi inter omnes gentes latissimè propagatum, & amplificatum; contrà per hæreticos; in quas illi oras peruaserint, diminutum atque extinctum, rursus autem per nostros reparatum. Vidimus ad culmen omnium virtutum peruénisse Catholicos, è contra turpissimos hæreticorum in omnibus vitijs, quæ Catholicis obiecerunt, progressus, eorumdemque flagitia, sicut & omnium gentium, maxime omnium miseranda. Videbimus admirabilè Regum, **B** Regiarum gentium, Catholicarumque nationum in omnibus felicitatem. Ad hæc omnia contemplanda suo munere nobis aditum Deus aperuit. Nunc inspiciamus quanta diligentia & cura Pontifex Romanus semper sit conatus imperia & regna Catholicorum tueri, & conseruare. Hæc verò omnia certissimis testimonijs singillatim confirmemus. Nihil enim, nisi certum atque indubitatum prorsus, afferemus. atque ita constabit quàm falsò asseruerint secus de Pontificibus aliquot Romanis nonnulli scriptores parùm pij cuncta in peiorem partem semper interpretantes. Verùm quoniam propositi argumenti tractatio est amplissima, illam diuidemus in sua capita, ac primò explicabimus gneralia quædam, mox ad singula aperienda accedemus. Et quidem cum ostenderimus infrà diuinis oraculis prænunciatum, fore, vt qui Ecclesiæ Dei studiosi fuerint Reges, iis Deus faueat, eorumque posteris, necesse est, qui voluntati huic diuinæ ac promissioni suffragatur, is agat causam Dei, pro Deo sit; & qui omnium maxime suffragabitur, is omnium maxime pro Deo stabit. Talis autem Pontifex Romanus, vt liquidissimò apparebit; qui potissimum studuit huic rei, vt regna Catholica starent, ni Reges huiusmodi essent, ad quos Christus ait, vt obediant, Ecclesiæ seruiant, apprehendant disciplinã, alioquin perituros. Qua in re quàm paternè Pontifex se gesserit, cõtumaces, & Ecclesiæ iniurias puniendo, clarissimè suo loco ostēdemus; simulque patebit malè actum cum gentibus, ac Regibus illis, quos Pontifex Romanus haud castigauit. Nam quos pater haud corripuit, efferatissimus hostis dilaniauit. Hunc effugit, quem Pontifex summus paterna virga ad officium compulit, ac reduxit. Veniamus ad rem. Pontificis summum studiũ fuisse, vt Catholica regna vigerent, illa ostendunt, quòd regna ipsum colentia, siue Catholica, vt explicauimus, quo ad quinque omnium felicissima fuerunt: quo ad virtutes, id è signis primæ coniunctionis constat; quantum ad exitus ipsorum Regum, quantum ad eorum posteritatem, denique quod pertinet ad subiectos, eorumque pacem, quæ è suis signis apparebunt, sed afferamus specialia quædam. Igitur huic resistit illud argumento, quòd ipsius Pontificis iussu ab omnibus clericis, ac religiosi viris pro hac re potissimum preces ad Deum funduntur in missa, vt pax sit Catholicis cunctis: quod Paulus faciendũ monet, quo quietam & tranquillam vitam agamus; firmitas autem regnorum pax, & quies. Hinc cum suprã enumerauerimus schismata viginti nouem numerant alij triginta, vnũ in duo diuidentes; & propter hæc schismata creati fuerint Antipapæ quadraginta plus minus; cædes, ac pugnæ multæ factæ fuerint à factiosis, quoties tamè Antipapa venit in potestatè legitimi Pontificis, nullus ex iis est neci datus, quinimmo plerũq; honorificè tractatus, vt ostendimus signo de mansuetudine. Ex quo fit Pontificibus summis summæ curæ esse tranquillitatem, & pacem, summo odio cædēs hominum, propter quas regna corruunt. Nam quas proferas Regum successiones, qui tanto tempore fuerint tot dissidia Regum aduersus ipsos arma summentium passi, qui id egerint semper? Atqui si ambitiosus est Pontifex, & tranquillitatis inimicus, in eo maxime necesse est appareat huiusmodi, vt Pontifex sit atque habeatur, neque ab vlllo id vnquam reuocari in dubium possit; cuncta illi pereunt, ac labefactantur, si hoc perit aut labem facit. Huic succedit, quòd cū Pontifex summus fuerit sæpè coactus arma militaria aduocare aduersus impetus Regum contumacium, & iniuriosorum, pro sui, aut Ecclesiasticorum iurium tuitione, quod quoties omisit populi Regibus iis subiecti traditi sunt diuinitus in manus efferatissimarum nationum, numquam contigit, vt aduocarit post tot annorum sæcula gentes vllas hæreticas, aut vlllo modo à Christi cultu alienas. Id est apertissimo argumento, nihil illum velle sibi esse cum impijs commune, se causa tantum diuina moueri. Et quidem nemo nega-

Psal. 2.

Psal. 2.  
Ila. 60.

VI. argum.

VII. argumẽtũ  
à mansuetudine  
in Antipapæ  
adhibita.VIII. à repudia  
tis hæreticorum  
aut hostiũ Chri  
sti auxilijs.

negabit, à Regibus plurimis, qui se Catholicos sunt professi, aduocata auxilia hæreticorum principum: sed illud præterea constat ex historiis, à maximis Regibus petita & adhibita gentium à Christi cultu alienarum aduersus Christianos Reges auxilia. & tamen magis curæ esse debent Pontifici summo diuina iura, eorumque tutela, quam cuiuslibet Regi profana. De Imperatoribus Cōstātinopolitanis certum Turcas in ab iis Europā accersitos, vt ostendimus signo de hæreticorum cædibus. Choniatas tradit ab iisdem Turcas in Asia immisos aduersus Fridericum Imperatorem, vt signo de confirmatione docuimus: similiter & aliàs aduersus Conradum Imperatorem. Luitprandus testatur ab iisdem Imperatoribus aduocatos in Apuliam, aut Calabriam, Sarracenos aduersus principes quosdam Christianos. Hinc factum, vt ab iis oppida quædam in iis locis maximo Christianorum damno occuparentur. Mittamus Græcos. Arnulphus Germaniæ Rex & Imperator Hungaros exciuit è suis sedibus aduersus Morauia Regem Christianū: quare factus aditus efferatissimæ tum genti, & Christianis inimicissimæ ad innumeras vassitates inferendas Germaniæ, Galliæ, & Italiæ, quod scribunt Regino, Luitprandusque eorum temporum scriptores, ac post alios Dubrauius. Neque verò Hispani potuerunt effugere, quin eis fuerit Rex, qui Sarracenorū copias aduersus legitimū Regē adduceret. de Comite Iuliano haud loquor: nobis enim sermo de iis, qui se Reges gessere, ac pro Regibus habiti sūt. Mauregattus anno septingentesimo octuagesimo tertio Sarracenos accersit aduersus Alphonsum II. quem regno expulit, & in extremā Cantabriæ partem compulit, & quotannis tributum soluit Sarracenis ob id virgines quinquaginta, ac plebeios totidē: regnavit annos quinque, menses sex. De Ioanne etiam Rege Hungariæ res nota, quod Turcas in Austriacos exciuit: ex quo factum, vt Turcæ maiorem partem regni illius occuparent. vt alios mittamus ab Angliæ præfensa Regina Elisaberta sollicitatur adhuc Turcarum Rex in Hispaniæ Reges. Illud itaque valde mirandum, à Pontificibus summis nullo vnquam tempore simile aliquid actum vllō modo per tot sæcula, cum tot perpeffi sint iniurias hostiles, quot ac quantas retulimus, à Regibus scelestis, de quibus vltionem sumere iustus videbatur, non modò quod sacra iura violarent, sed etiam quod aduersus patrem sumerent arma. Adde quod neque aduersus hæreticos ipsos opem laturas gentes à Christi cultu alienas acciuit; quod maximè faciendum videbatur. Atque hæc sanè p̄fici haud possūt, nisi ab ardentissimo studio cōseruādi regna Catholica, aut quoquo modo Christiana: illi namque magis sunt regna Catholica cordi, qui minus aut numquā aduersus ea, vel ad sui defensionem, vel ad castigationem contumacium, Catholicæ doctrinæ, siue Christi inimicos aduocauit. Huiusmodi verò Pontifex Romanus, vt apparet. Quamobrem nescio quid aliquibus venerit in mentem dicere ab Innocentio cōcitatum Sarracenorum Regem in Fridericum ex epistola quadam, cuius exemplum refert in Metropoli sua Crantzius, è qua constat Papam scripsisse ad Regem Sarracenorum de pace inter ipsum & Christianos componenda; at illum respondisse, se id facere non posse incōsulto Friderico, quod ita cum ipso Friderico conuenissent. atque ita liquet à Friderico concitatum illum in Christianos ipsos, non contrā, vt vel imperiti, vel impij quidam volunt. Ad hæc facit, numquam legi vllum Pontificem in acie pugnasse, aut ense in bello strinxisse. Legūtur aliqui in exercitu summo iure fuisse aduersus criminosos principes, vt Leo Nonus vir sanctissimus, aduersus Northomannos, quod Cōtractus testatur, atque alij aduersus alios: præliatos tamen esse illos, aut gladium vibrasse in bello, scriptorum nullus affirmat, quin neque manu sua occidisse quemquam, nisi Ioannē Duodecimum, quod tamen haud certæ fidei, vt signo de mansuetudine ostendimus. Hæc verò omnia apertissimè concludunt alienissimos à cædibus fuisse Pontifices, vel in rebus suis, ac diuinis, summopere illis cordi fuisse principum Christianorum quietem, ac regnorum Catholicorum statum, quæ quiete & tranquillitate stant, ac firmantur. His succedit, quod cum populi, & vrbes quæ nunc Pontifici Romano in Italia parent, spōte ad Romani Pontificis regimen & dominium redierint non vlla vi coacti anno septingentesimo vigesimo septimo, vt aperuimus signo de admirabili progressu Ecclesiasticæ potestatis, & clariùs adhuc infra dicetur; numquā tñ consinia ditionis huius amplificauit Pontifex, quin de illa plurimum amisit: vbi namque nunc Ducatus Beneuentanus, qui magnam partem Neapolitani regni olim continebat? vbi Thuscia? vbi tot, quæ ad Mathildim pertinebant in Gallia Cisalpina, quæ donauerat illa Pontifici Romano? Id autem nullo regno, quod in Europa nunc vigeat, accidisse, paulo pōst constabit, vt sua consinia haud dilararit. Hinc effi-

IX. ab iisdem repudiatis aduersus hæreticos.

Pontifex nullus legitur in acie pugnasse, aut ense strinxisse.

A ditione sua numquam dilata.

A efficitur Pontifices summos alienarum rerum nullo modo cupidos fuisse, suis contentos, sua dumtaxat defendisse, detrimentum in illis etiam passos. Huic proximum est illud, quod nullis armis quæ possidet acquisiuit Pontifex Romanus; vltro illi data, vt mox aperiretur, armis illa quidem Catholicorum defendit aduersus prædones, non acquisiuit. At qui si singula orbis terrarum regna contempleris; etiam si sit aliquis Rex, cuius maiores regni præcipuam partem ab initio haud armis pararint (quamuis pleraque armis fundata) tamen armis ad illud maximam adiectionem factam videbis. Id nemo inficiabitur, qui vel primoribus labris historias degustarit. Ex hoc autem liquidissimo apparet, Pontifici Romano Catholicorum regnorum incolumitatem maximæ curæ fuisse, odio fuisse bella, quibus nihil sibi acquisiuit, nihil antiquis adiecit. Germaniæ Rex nihil antiquitus in Italia iuris habebat, bello sibi quod nunc obtinet peperit. idem de reliquis infra ostendemus. Illud etiam facit ad illustrandum quod proposuimus; quoties iniuriosi Reges, ac principes, quibus de assensu Pontificis est motum bellum, destitère ab iniuriis inferendis, & ablata restituerunt ex animo veniam petentes, Pontifex omni studio id contendit plerumque, vt illis nulla molestia inferretur, pax conciliaretur, nihil damni præterea sentirent.

B Hinc factum, vt quoties à superiori aliquo Pontifice actū fuerit aliquid acerbins, per eius successores plerumque emendaretur: cuius rei mox explicabimus causas. Nunc circumspice Europam, plurima regna videbis euerfa à maioribus eorum Regum, qui nunc rerum potiuntur, à Pontifice Romano nullum prorsus. An non hoc verum? Gotthia proprio antiquitus Rege gaudebat, armis illam sibi Sueciæ Reges adiecerunt. Noruegiæ erat idem, à Danis ea subacta, abolitum Noruegiæ regnum. Diximus olim Morauia Regem suum fuisse: Arnulphus Imperator effecit, ne esset. Hungaris ea regio tum cessit. Franciæ Reges occiso Sigismundo Burgundiæ regnum deleuère, & in suam gentem transfulère. Carolus item Caluus, Rege Aquitaniæ Pipino in monasterium detruso, Aquitaniæ regnum substulit. In Anglia septem numerabantur olim regna; vi bellica in vnum recidère. Ab Hispanicis, præterquam quod in ipsa Hispania, & insulis, vt Balearibus, erant plura regna, quorum nonnulla armis extincta, Neapolitanum præterea regnum in formam prouinciæ redactum. Veneti idem fecère olim Cypro. De Pontificibus Romanis cum tam diu rerum sint in Italia potiti, tantum potuerint apud omnes auctoritate, aliquid huiusmodi dici haud potest. Id verò clarissimè signat incolumitatem Catholicorum regnorum summæ curæ illis esse: quamuis idem Pontifex minores quosdam ditionum titulos, quos aliqui in se non bene videbantur transfulisse; suppresserit aliquando. Ad hæc omnia accedat, numquam consilio ipsius euenisse, vt vllum regnum ex vna in aliam nationem bellica vi transfret, nisi toto æuo propter grauissimas causas duo; cum tamen viderimus à Regibus superioribus ab aliena gente in suā multa regna translata. Italiæ siue Longobardorum, & Neapolitanum; illud à Longobardis in Gallos, hoc à Sueuis in eisdem Gallos translatum, Pontifici Romano approbante, & adnitente. Videamus ob quas causas. Diximus anno septingentesimo vigesimo septimo Romanos cum sibi subiectis populis in Italia Pontifici Romano se dedisse. id necessariò & iustissimè factum mox aperiemus. Ex illo haud destitère vnquam Longobardorum Reges inuadere in vrbes Pontificiæ ditionis. Numeremus quoties id acciderit. Atque illud sit primo loco contigit quod anno septingentesimo trigesimo nono, quo Luitprandus Rex quatuor oppida Gregorio tertio abstulit, & castra ad vrbes posuit; sed precibus Caroli Martelli Francorum Ducis abscellit. Secundo idem anno septingentesimo quadragesimo tertio in exarchatum irrupit; sed Papæ à Pontifice conuentus, ac rogatus, destitit ab inceptis. Hæc Luitprandus. Tertio Rachis Longobardorum Rex anno septingentesimo quadragesimo nono Pentapolim aggressus Perusiam obsedit, à Zaccharia placatus ad meliorem mentem rediit. Post Rachim quarto loco Aistulphus Rex anno septingentesimo quinquagesimo secundo Rauennam & Exarchatum occupauit, Romam se oppugnaturum minatur, nisi tributum pendat, cum sæpiùs admonitus haud resipisceret, aduocatus à Stephano Papa Pipinus Franciæ Rex armis illum ad officium compulit anno septingentesimo quinquagesimo quarto: sed quinto, cum mox abiisset Pipinus, neque ablata reddidit, & in Romanorum territorium excursiones fecit. Rediit anno sequenti Pipinus, & Exarchatum restituere, & ab iniuriis destitère coëgit. Ventum ad Desiderium Regem om-

XII. quod nullis armis quæ Pontifex habet acquisiuit.

XIII. à venia data resipiscens.

XIV. à nullis regnis per ipsū suaueris.

XV.

XV. nullum regnum ex vna in alium reg. transtulit.

nium pessimum . Hic opera Stephani Secundi , vt loco suo explicabimus , regnum A Longobardorum retinuit . Videamus quid loco beneficij reposerit ; atque vt omittamus Pontificia comitia nefandis eius artibus miserrimè turbata , quod Sigonius diligentissimè persequitur anno septingentesimo sexagesimo sexto , & sequenti , & ob id graue Ichisma ortū , similiter Ecclesiasticas res in Istria & Rauenna variis diffidiis ab eo conflatis confusas , sexto loco idem Desiderius simulata religione Romam profectus potentissimos quosque Romanos , suis , vt putabat , conatibus aduersaturos mandauit per insidias occidi . Septimo in oppida exarchatus irrupit , ea vi cepit anno septingentesimo septuagesimo secundo ; & inde infesto exercitu omnibus in potestatem adductis Romam contendit : admonitus à Pontifice , & Pontificis rogatu à Carolo Franciæ Rege , vt absteret , id se facturum promisit , sed nihil minus . Quocirca idem Carolus in Italiam venit , Desiderium cepit , Italię regnum sibi acquisiuit , quod filio Pipino mox tradidit administrandum . Atque has ob causas regnum Longobardorum , quod & Italię nominabatur , ab ipsis in Gallos translatum . Nunc quomodo idem contigerit Neapolitano videamus . Ac primo loco nemo non scit , quàm vexarit Alexandrum Tertium Fridericus Aeneobarba , & quàm iniustè , haud alterius iudicio standum , quàm Friderici ipsius , qui deinde veniam petiit , crimen est confessus . Secundo Henricus Sextus Friderici filius Constantiam duxit vxorem : id Pontificis Romani opera & indulgentia factum , res est vulgatissima . Ex huiusmodi matrimonio consecutus ille regna Neapolis , ac Sicilię . inde multa crudelissimè in multos Episcopos & Archiepiscopos patrauit , in bona Ecclesiastica inuasit , & alia atrociam admisit ; ob quę , vt refert Fazelus , asper est dictus , ac non desistens ab Innocentio Tertio est excommunicatus , vt Villaneus tradit . Coniatis , qui his temporibus vixit , scriptor Græcus , inaudita crudelitatis exempla Henrici huius C narrat . Tertio Fridericus Secundus Henrici istius filius , quot & quanta à Pontificibus Romanis beneficia retulerit , & quot maleficia reposerit , infra loco suo dicitur . Illud constat , ipsum versibus scriptis testificatum sibi esse in animo Pontificiam sedem excindere ; eos retulimus signo de spiritu prophetiæ : & sanè moriens factiones Gibellinorum reliquit , à quibus id perficeretur , quę ferè annos tercentum miserrimè Italiam vexarunt . Inauditum scruitię inuentum , quę quanta in eo fuerit , legat , qui voler , Crantzius scriptorem Germanum ; Italicis namque haud crederem . Vniuersali Concilio Episcoporum Lugduni coacto condemnatus est Fridericus , & Imperio depositus : strangulatus est deinde à filio Manfredo , quod Villaneus & alij scribunt , vt regna Sicilię inuaderet , & Neapolis . mox idem Manfredus Conradum Germanię Regem fratrem suum Clystere venenato interemit , haud contentus necem patri intulisse . D Quibus peractis , à nullo in Ecclesiasticos maleficio abstinuit , in Ecclesię terras , & omnia iura inuasit : atque hæc quarto loco ponentur . Cui verò non hæc intoleranda videbuntur ? A quo scelere se continuit Manfredus ? Urbanus igitur de consilio omnium Cardinalium è Francia Carolum sancti Ludouici fratrem aduocauit , regnaque Neapolis , ac Sicilię illi concessit sub annum millesimum ducentiesimum sexagesimum secundum : atque has ob causas translata hæc regna per Pontifices è familia Sueuica in Gallicam gentem . Vix illis iustiores inueniri posse nemo non videt . Ad Berengarij scelera comprimenda , non tamen ad euertendum ipsius regnum fuit euocatus Otho à Papa , sed prius fuerat vocatus ab Archiepiscopo Mediolanensi . & Rex Italię , seu Longobardię fuerat , antequam Romam veniret , coronatus , quod post alios Sigonius tradit . E Ex his in vniuersum constat Pontifici summę curę fuisse Catholicorum regnorum incolumitatem . Illud autem summum dicitur , cui nihil conferri potest , cui nihil inuenitur æquale . Peto igitur ab omnibus Pontificum Romanorū inimicis , vt aliquos profertat è tota antiquitate siue Reges , siue Imperatores , & eorum successiones , quibus hæc , quę Pontificibus Romanis euenere , adscribi possint . Nam qui Reges aut Imperatores tot sæcula regnarunt , & à nece eorum , qui aduersus ipsos æquè regium nomen & potestatem sibi vsurparint , temperarunt , vt Papæ legitimi egere cum Antipapis ? Qui minus , aut numquam , vel ad sui defensionem , vel ad hostium coercitionem , aut hæreticos , aut alienos omnino à Christi cultu accersuit , vt Pontifex Romanus ? Qui minus in acie pugnavit , aut enses strinxit in bello principum summorum , vt idem ? Qui minus principum magnorum suam ditionem dilatauit ? qui nihil armis est adeptus ? qui magis respiscens ignouit ? nulla regna subuertit ? quis è supremis principibus tot sæculis

Vill. lib. 5. c. 17.  
Con. lib. 2.

Vill. lib. 6. c. 90.

A lis in aliam gentem pauciora regna transtulit ? quis inimicissimis omnium sibi imperiis magis è summis principibus quàm Pontifex Romanus fuit ? Diuinitus autem maxime prouisum vt Papa cogatur quodammodo Catholicorum regnorum incolumitati fauere . Illud sanè præcipuum , quod nulli magis debet esse cordi pax , à qua in primis regnorum pendet incolumitas , quàm illi qui Christi locum tenet , qui pacem suis reliquit , deinde penes se habet omnium nationum regnorumque Cardinales , de quorum consilio semper graua cuncta transigi solent , quibus certè suarum nationum regna sunt cordi , & quod ipsi haud valent , aliis Cardinalibus , vt efficiant , suadere possunt . In his verò potentissimi aliquot , qui à Pontifice in rebus magni momenti haud timeant , quominus à re iniqua eum deterreant . Ipsi porro Papæ maturiori sunt ætate : quod in causa est , vt non ita gratiæ vel odij perturbationibus agitentur , vt iuuenes , studiis religionis ac pacis assueti ; denique vitæ breuioris ; ita vt si quid ab iis , vel eorum ministris fuerit peccatum à successoribus facilè corrigatur , neque mala longius serpere possint , & vires acquirere . Quocirca vidimus post Alexandri Sexti mortem cuncta rescissa , quę Cæsar eius filius præter fas tentarat . Hinc studia succedentium Pontificum sæpè diuersa experimur , quasi omnibus Deus satisfieri velit , qua datur , ac iure fieri potest . Illud haud omittamus . Nulli Regi , Imperatori , aut nationi curæ magis fuit incolumitas Imperij Romani , siue totius , siue diuisi in Occidentale & Orientale , vt Papæ : tamen à nullo magis Pontifex Romanus est omnibus iniuriis prouocatus , & eius potestas oppressa , quàm ab istis , vt vtrumque capitibus sequentibus apparebit : ergo illo summo studio Catholica regna tuetur . Nam si hæc quę expertus est inimicissima omnium defendit , multo certè magis alia quę illi fauere . Non omittamus illud , quòd cum regnum quodlibet concidat non aliam ob causam quàm ob flagitia Deo exosa ; illa verò corrigantur vel blandis , vt cum discipulis sibi obedientibus , alijsve ad penitentiam venientibus agebat Christus , vel duris , vt idem Christus flagello eiecit ementes & vendentes è templo , mensas euertit , ac similiter milites ad se venientes ad terram prostravit , Paulus verò Elymæ mago vi diuina oculorum vsum abstulit , Petrus mortis denunciatione sola ob res furto occultatas Ananię & Saphirę ipsam vitam , vterque autem precibus Simoni vires volandi , vnde ille mortem oppetiit ; quoties Pontifex Romanus haud potuit hac vltima ratione coercitionis reuocare Reges & Imperatores ad meliorem frugem & mentem , illorum regna ad extremum corruerunt , & in efferatissimarum gentium potestatem sunt adducta . Id apertissimè apparebit signis de infelicitate hæreticarum nationum , Regum , & familiarum , cladibusque Regum Catholicorum . ita concidit Imperium Romanum Occidentale olim , & mox Orientale : sic aditus factus efferis nationibus , & Mahometanis in multa regna . Quocirca cum Pontifex Romanus non enses ipse vibrans , nam de iussu Christi vnà cum Petro illum vaginæ inclusit , omnino seposuit , sed per aliorum Regum Catholicorum potestatem venit in virga ferrea , vt apprehendant Reges , & populi haud pij , & contumaces disciplinam ; id agit , ne illi pereant , & instar vasis figulini , vt ait Dauid , confringantur . Quòd si flagello è funibus facto eiecisset olim Papa instar Christi è Britannia Pelagianos , non Angli illam cepissent , datis ad internecionem ferè omnibus Britannis , vt Beda in vita Augustini scribit ; si Donavistas , Manichæos , aut alios contumaces ex Africa , non Vandali tamdiu illam vexassent ; si Vitizam Rodericumque Reges impios , atque eorum sectatores , qui Papæ obedientiam abiecerant , ex Hispania , numquam Mahometani illam cepissent , sicuti neque Orientale totum Imperium , atque Africam illi subiectam , cunctaque Bulgarię Bosnię & Vualachię regna : si Zenonis hæretici Imperatoris hæreticos ministros ex Italia potuissent expellere , neque Herulis neque Gotthis illa patuissent ; si è Gallia Cisalpina Episcopos rebelles eiecisset , numquam Longobardis illa cessisset ; si sacrilegos è Gallia Lugdunensi , Northmanni haud illam tot cladibus illatis inuasissent . Denique si ex Hungaria profligare hæreticos potuissent , Turcæ illam tenere haud valuissent , omnia regna stetitissent , quę corruerunt , vt locis adductis clarissimè explicabitur . Quocirca cum Pontifex Romanus venit in virga aduersus aliquem principem aut populum , qui Christi cultum profiteatur , id agit , ne adducantur in potestatem gentium efferatissimarum , & Christo aduersantium , ne tãquam vas figuli confringantur . Non modò namque ante oculos habet exempla superiora , quę nos persecuti sumus latè signo de interitu fidei , & infelicitate hæreticarum nationum , sed &

XVII.  
Oportet rationes  
ob quas necesse  
est esse vera que  
sunt dicta.

XVIII.

Psal. 2.

Num. 25.  
Psal. 109.

illud Heli, qui cum filios suos delinquentes haud coerceret, factum est ut ipse miserabiliter periret, à Philistæis filij occiderentur, Iudæi atrocissima clade profligarentur, ac vincerentur, arca Dei caperetur. Quamobrem licet instar Phinees non arripiat manu sua pugionem aut ensē, stat tamen vnā cum Phinee, & suos castigans, Deum placat, ut cesset quassatio, & reputatur illi in iustitiam in generatione, & generationem, Sicut omnia integra perseverant, quæ in illius fide & auctoritate hucusque permanserunt. Iam verò si pax est, quæ maximè regna confirmat, neminem videas in toto orbe Catholico, qui magis studeat, ac studuerit semper paci inter Catholicos Reges conciliandæ, vbi exoriuntur inter eos bella, quàm Pontifex Romanus: quod è sequentibus clarissimè apparebit. Sed quis est, quæso, qui Reges Catholicos federe vinciat, vbi opus est, aduersus Christianæ religionis & communes hostes, nisi Pontifex Romanus? id, ut plurima, eaque innumera exempla omittamus, ostendit anni superioris societas inita aduersus Selymū Turcarum Regem inter Venetos Philippumque Hispaniarum Regem, cum victor ille insolentissimus ad insulas Echinadas est profligatus.

XVIII.

XIX. à pacis cō-  
cubatione inter  
Catholicos.  
XX à fœderum  
coniunctione.

XXI.

Vide Rober.  
Monach. & Gu-  
gliel. Tyr.

XXII.

Gugl. Tyr. li. 18  
lib. 4.

Et quis primus id inuenit, ut propositis regni aterni præmiis populos cruce signaret, & aduersus Christianæ pietatis inimicos concitaret, nisi Pontifex Romanus? Anno m. xcv. Vrbanus II. cum foret Henricus III. Pontificiæ sedi infestissimus, Philippus autem Rex Galliarum excōmunicatus ab eodem Papa ob illicitas nuptias, qui duo potētissimi omniū in Europa Reges tūc erant, ausus est omniū primus populos cruce signare, & torpētibus totius orbis Christiani Regibus, domiq; per otium summum frigeſcētibus, copias innumeras in Oriētem mittere, à quibus Asia, Syriaq; recepta, & è Maomethanorū potestate plurimæ prouinciæ liberatæ. Quis ad eā rem militum religiosos ordines, qui bella perpetua pro communi salute Catholicarum nationum aduersus impios gererent, instituit, nisi Pontifex Romanus? quis institutos solus retinuit, nisi idem? Audi an ita sit. Cum Mahometani Hierosolymam Syriamque tenerent vniuersam, ante illam celeberrimam expeditionē in Concilio Claramontano indictam, mercatores Amalphytani ex Italia sapius in Orientem nauigabant, & merces importantes obtinere à Rege illarum regionum, ut prope Sepulchrum locus eis assignaretur, in quo possent domum hospitalem peregrinis excipiendis fabricari, & ædem; monasterium, familiamque totam sancto Ioanni dedicauere, ac multi fuere, qui religionis causa semetipsos huic vni rei deuouerent, ac totam vitam obligarent, aduenis scilicet accipiendis, & adiuuandis. Postea verò quàm nostri Hierosolymam cepere, illi exemplo ipsorum & cruce se signarunt, & ad bella etiam proficisci cœperunt, ac paulatim maiora cogitantes, ordinem constituentes, legibus suis ad perpetuitatem munierunt, & à Pontifice maximo obtinuerunt ne cui forent subiecti, nisi præfecto, siue ut vocabant, magno magistro, quem creassent ipsi, & Apostolicæ sedi, ut illorum temporum scriptor Guglielmus Tyrius tradit. Galli, qui tum plurimi omnium versabantur in iis locis, Italos imitati, & ipsi ordinem suum mox constituerunt ad templi defensionem, & vias ab hostilibus incursionibus turandas, ut securi omnes ad templum venire possent, idemque ab Apostolica sede obtinuerunt, & Templarij dicti sunt. Ad eos exstant epistolæ quædam sancti Bernardi. Germani post Italos, & Gallos, cum Hierosolymas & ipsi cum maximis copiis venissent, ducente illas Friderico Primo Imperatore, ædem sanctæ Mariæ construxere, Theutonicorumque ordinem legibus suis informarunt, & à Cælestino Papa idem quod reliqui superiores impetrarunt. Hos longè post in Hispania Castellani secuti sunt, ordinemque sancti Iacobi excitarunt. Vltimi fuere Lusitani, qui ordinem Christi fundarunt. Atque ita quatuor hisce nationibus ordines militares fuerunt, Italici, Gallici, Theutonicis, Hispanis; in quas qui admittebatur, tria vota Deo nuncupabant, obediētiae, paupertatis, & castitatis, quo liberi ab omni cura terrenarum rerum, coniugumque effœminatis amplexibus, & caritate liberorum, possent bellicis rebus studiosus operā dare. Nunc videamus post hæc fundamenta iacta, inuentosque ordines à Pontificibus Romanis ad Christiana tutelam, qui fuerint ordinum istorū progressus, & quomodo nonnulli ex iis interciderint, vnus remāserit ordo S. Iacobi, qui hic solus fuerit omniū maximè in potestate Pōtificis Romani. Philippus Pulcher Galliarū Rex effecit, ut Clemēs V. Gallus haud satis bonis artibus eligeretur anno m. ccc. v. ut è Villaneo appareat, quæ hæc tēpora attigit. Hic, ut antea cōuenerat cū Philippo, si p. cum Pōtifex fieret, sedem in Gallias trāstulit. Tum milites Tēplarij mirū in modū locupletes erant, & magister templi Lutetiæ morabatur (nullum namque erat templum quod tueri posset,

A posset, cum Mahometani illud in potestatem adduxissent) præeratque Iacobus Mola Burgundus familiæ Templariorum, ut Papyrius Massonus scribit: quo tempore nonnulli ex illis, ut res humanæ semper in deteriora labuntur, haud omnino honestè viuebant, quod erat aliquorum vitium, transtulit Rex ad vniuersitatem totam, & siue iure, siue iniuria perpulit Pontificem tunc in Galliis in ipsius potestate constitutum, & prorsus illi obnoxium, ut extinctioni illius ordinis assentiretur: quod latè post alios Papyrius Massonus in vita Philippi Pulchri prosequitur. Templariorum bona maxima ex parte militibus Hospitalis adiudicata; sed necesse habuerunt multo illa ære redimere à Regibus ac principibus, ut Villaneus inquit. Tunc Lusitani iam Portugalliæ regnum constituerant, & à Pontifice obtinuerunt, ut quæ templarij bona possederant in eorum regionibus, ordini sancti Iacobi addicerentur. Atque ita euersus ordo Templariorum, & maximè euectus Hierosolymitanorum, siue Hospitaliorum sancti Ioannis: atque hinc factum, ut Galli inter eos plurimum possint ob latissimos fundos, quos habet in Galliis, qui antiquitus erant Templariorum. Theutonici milites sanctæ Mariæ à Friderico II. ut ostendimus superiori capite, abducti è Syria trāstati sunt de auctoritate Gregorij IX. in Prussia; qui Liuniensibus sibi adiunctis latissimè Christianā rē promouere in iis locis vsque ad annum m. d. xxv. quo magnus Theutonicorum magister Albertus cum plurimis suorum fœdè prolapsus in hæresim Lutherana, matrimonio sibi contra voti leges vxorē iunxit, idemque plerique militum secuti ad interitum deduxere ordinē nobilissimū. & Albertus quidē Prussia rededit in Ducatum; quæ Regi Poloniae omnino subiecit: Liunia capta à Moscouitis, ut latè describit Tilmānus Brendebachius libello de bello Liuniensi, quam superioribus annis fortissimus Poloniae Rex Stephanus Battorius recepit, & regno Polonico adiecit. Sic igitur ordo Theutonicorum abolitus, cuius tamen aliquæ reliquiæ dicuntur exstare. Supersunt ordines Hispanici, qui aduersus Mahometanos in Hispaniis multa gessere, & in Africa etiā maximè Lusitani. Sed ex quo Mahometani ex omni Hispania sunt eiecti, hi sic effecere non ante multos annos, ut Pontifex indulgeret, ne posthac voto astringerentur continentiae, qui militia familiarique ipsorum nomen darent, sed virgines ducere possent, vnique se vxori adiungere. Reges deinde ab iisdē Pontificibus omni studio cōtēderūt, ut ipsi essent perpetuò magni magistri; atque ita amplissimos fundos, quos vocant Commendas, largiri quibus vellent, ipsi possent. & quamuis extincti non sint omnino ordines Hispanici, nulli tamen nunc eorum progressus aduersus publicos Christianæ religionis hostes; cum nullas proprias bellorum expeditiones faciant in eos. Hic igitur progressus & exitus ordinum trium, qui religionem, militiamque simul, voto se astringentes, profitebantur. In quibus adhuc obseruandum; Templarios capta Syria in nullis confinibus hostium Christianæ fidei constitisse, ut aduersus eos pugnarent & continenter bella exererent, sed in Galliam commigrasse, breuique abolitos; Theutonicos sedes quidem fixisse in confinibus hostium Christianæ pietatis, sed quæ Germaniam contingerent. Similiter Hispani in Hispanicorum regnorum limitibus confedere.


Villan. lib. 9.  
cap. 22.

B Hierosolymitani dumtaxat anno millesimo trecentesimo octauo, quo tempore abolitur Templariorum nomen, classe comparata Rhodum cepere: & inde cunctos Christianæ religionis hostes in Asia, Europa, & Africa infestos habere quotānis cœperunt. Mox inde eiecti Melitam sibi munierunt, inde soluentes publicos inimicos continenter fatigant. Rursus aliud obserua. Ordines Theutonicorum atque Hispanorū haud faciliè admitterunt vniquam nationis exteræ villos homines, maximè ad commendas. non ita Hierosolymitani, qui ex omnibus, ut possumus videre, gentibus sunt conflati, & ad omnia ordinis munera cuius est aditus liber. Ex his omnibus sit Pontifici summo summæ esse curæ publici boni totiusque Christianæ religionis tutelam aduersus publicos Christi hostes, ut è tribus, quæ narrauimus, patet. Nam primo loco, qui ordines maximè ab ipso pendent, & pependunt, ij hucusque persistunt, ut Hierosolymitanorum, qui maximè ei fuere subiecti, quod non essent intra limites alicuius Regis, aut Imperatoris, ut Templariorum, Theutonicorum, Hispanicorum. Secūdo non aduersus regni alicuius Catholicici aut quoquo modo Christiani inimicos solummodo pugnarunt Hierosolymitani, qui maximè omnium Papæ sunt subiecti, sed aduersus hostes cuiuslibet regni, & Imperij, quod Christum sequi profitetur: ut est Græcum, quod hæreticum cum foret, tamen ab ordine Hierosolymitanorum maximè est adiutum. Tertio hic ordo omni nationi patuit, non ita Theutonicus, & Hispanicus; quod scilicet commune bonum maximè spectaret.

C Hierosolymitani dumtaxat anno millesimo trecentesimo octauo, quo tempore abolitur Templariorum nomen, classe comparata Rhodum cepere: & inde cunctos Christianæ religionis hostes in Asia, Europa, & Africa infestos habere quotānis cœperunt. Mox inde eiecti Melitam sibi munierunt, inde soluentes publicos inimicos continenter fatigant. Rursus aliud obserua. Ordines Theutonicorum atque Hispanorū haud faciliè admitterunt vniquam nationis exteræ villos homines, maximè ad commendas. non ita Hierosolymitani, qui ex omnibus, ut possumus videre, gentibus sunt conflati, & ad omnia ordinis munera cuius est aditus liber. Ex his omnibus sit Pontifici summo summæ esse curæ publici boni totiusque Christianæ religionis tutelam aduersus publicos Christi hostes, ut è tribus, quæ narrauimus, patet. Nam primo loco, qui ordines maximè ab ipso pendent, & pependunt, ij hucusque persistunt, ut Hierosolymitanorum, qui maximè ei fuere subiecti, quod non essent intra limites alicuius Regis, aut Imperatoris, ut Templariorum, Theutonicorum, Hispanicorum. Secūdo non aduersus regni alicuius Catholicici aut quoquo modo Christiani inimicos solummodo pugnarunt Hierosolymitani, qui maximè omnium Papæ sunt subiecti, sed aduersus hostes cuiuslibet regni, & Imperij, quod Christum sequi profitetur: ut est Græcum, quod hæreticum cum foret, tamen ab ordine Hierosolymitanorum maximè est adiutum. Tertio hic ordo omni nationi patuit, non ita Theutonicus, & Hispanicus; quod scilicet commune bonum maximè spectaret.

Atque hīc non est illud omittēdum; à Pio Quarto, sublatis iam Hispanis, ac Theutonicis ordinibus duobus quo ad antiqua instituta, propriasq. expeditiones in publicos Christi hostes, duos deinde ordines excitatos, qui singulis annis in Mahometanos mouerent, ac soluerent; alterum sancti Stephani, efflagitante id Cosmo Mediceo Florentiæ tunc & Senarum Duce, alterum sancti Lazari, cui modò Dux Sabaudia præest; impellente nimirum Deo, ut quod aliunde auferebatur, id aliqua ex parte per suos Pontifices alium de restitueretur. Stet igitur, nullius vniquam principis aut Regis tantum fuisse studium ut Christiana regna conseruarentur, quantum Pontificis Romani. Hinc ab orbe condito haud videas tot regna & imperia in vnam religionem conspirantia tamdiu durasse, atque adeò cunctis pensatis floruisse, ut ea, quæ Pontifici Romano paruerunt; qui tamen ut maximè illorum curet incolumitatem, numquam tamen quantum debet, efficiet. Nam quis est, qui loco illius Pontificis, æquè ac debeat, pro dignitate respondeat, aut respondere in terris possit, & laudabimus eum?

*Summum Studium Pontificis Romani in conseruando Imperio Romano, & maximè Occidentali, antequam rueret omnino, Orientalique in Italia locis. Cap. I I.*



Vm Romani Imperatores, sacra nostra infensissimè odissent, & persequerentur, Christiani tamen Deum rogabant ne imperium Romanum corrueret, ut Iustinus in Apologia ad Antoninum, Tertullianus, & ceterique multi testantur. Quo sanè tempore Christiani haud poterant alia via imperij Romani incolumitatem, atque adeò neque Pontifex Romanus iuuare. Neque verò preces huiusmodi cassæ fuerunt, aut inutiles. Notissima namque est celebris illa victoria, quam Marcus Aurelius de Marcomannis, & Quadis, qui nongenta septuaginta quinque millia armatorum aduersus Imperium Romanum collegerat consecutus est ob supplicationes legionis Christianæ, quæ Fulminatrix est dicta. Meminit eius Xiphilinus in Dione, meminit Eusebius. Iustinus epistolam recitat Antonini ipsius ad Senatum, qua fatetur id quod dicimus. Quinimmo apparet Imperium Romanum tum maximè felix fuisse, cum temperatū est à cæde Christianorum, ut signo de prodigiis apertissimè constat.

Postquam verò Constantinus nobis se adiūxit, extulitque maximè, quatenus dabatur ipsi, auctoritatem Papæ, Episcoporumque, eius omnia pacatissima fuere. At sequentes Imperatores Pontificiam potestatem maximè attenuarunt, atque ut eorum quisque illi detrahebat, sic Deus è contra Imperio istius, ut clarissimè ostendimus signo de pœnis contumacium Catholicorum.

Ventum denique ad Honorium Imperatorem, cuius omnia, quòd puer esset, à Stilichone administrabantur. Hinc late leges hoc tempore Pontificiæ auctoritati infensissimè, ut signo eodem de pœnis diffusius explicabitur. Sed fieri haud potest, ut qui sacra non veretur, pareat vilo modo profanis. Stilicho enim, quo administrate detractum est maximè Pontificio iuri, animum ad imperium occupandum, filioque Eucherio Christiani nominis apertissimo hosti tradendum, adiecit: & hoc consilio in eius intima barbarorum maximos exercitus aduocauit; ut Numatianus Christianorum inimicus, qui vrbis præfectus fuit, & Orosius horum temporum scriptores, Marcellinusque, & Iornandes testantur. Atque ita perfidia Stilichonis effectum, ut Visigothi facillè Galliarum maximam partem, mox Hispanias, Vandali verò Africam occuparint. Hæc prima, ac potissima Imperij Romani labe.

Eluxit tamen his temporibus Romani Pontificis studium in sustinendo Imperij Occidentalis casu. Innocentius namque cum videret Alaricum Regem Gotthorum Romæ imminere, ei que maia multa iratum minari, ad Honorium tum Rauennæ agentem perrexit, ut inter eum atque Alaricum pacem componeret; cuius cum satis æquas pro temporibus illis conditiones Imperator respuisset, neque cōsilio sanctissimi viri paruisset, factum est, ut Roma anno quadringentesimo decimo miserrimè diriperetur. Ac veluti propius Pontifex Romanus Occidentale Imperium iuuat, sic longè postei eius legati. Palladius namque à Cælestino Papa Scotis, ut Prosper testatur, Episcopus datus, suis verbis effecit

CURA LEONIS PRIMI IN IMPERIO OCCIDENTALI TVENDO.

A effecit ne auxilium daretur Anglofaxonibus contra indigenas Britannos, quòd in sua scripta retulit Polydorus. Sed barbaris haud multo post imperium fœdè lacerantibus, cum similtas maximè exitialis Reip. exorta esset in Galliis inter Albinum & Actium, qui Attilam memorabili illo prælio in Catalaunicis campis vicit, Xystus Pontifex cum videret quanto illa detrimento futura esset, Leonem diaconum misit, qui illos inter se conciliaret; quod sedulo ille præstitit, ut Prosper horum temporum æqualis adnotauit anno quadringentesimo quadagesimo tertio. Idem verò Leo mox, cum Attila copias innumeras secum ducens in Italiam irrupisset, obuia quæque flammis ferroque vastans, & iam Padum traiecturus esset, occurrit illi, effecitque cunctis admirantibus, ut barbarus Rex placatus ad sua rediret. Præterea verò cum Genfericus Romam direpturus esset, impetrauit, ut à cædibus & incendiis abstineret, quod Miscellæ auctor testatur. Verùm quando Imperatoribus sedit Pontificia iura vel nullo vel vltimo loco habere, diuinitus (ut ostendimus signo de pœnis contumaciæ Catholicorum) est permillum, ut Occidentale imperium ad tempus rueret.

Sed illud vna proculdubio Pontificij iuris sanctione stare poterat, in qua maximè peccatum. Catholicis namque illud iussum, ne quid habeant cum hæreticis commune; Imperatores autem nonnulli, aut eorum consiliarij tantum abest, ut hoc obseruarint, ut potius rerum quidem militarium summam prorsus ad hæreticos Arianos, ciuiliū verò magna ex parte detulerint. Tres homines fuere, qui per summam perfidiam tandem res Romanas in Occidente euerterunt ab anno quadringentesimo vsque ad quadringentesimum septuagesimum sextum. Stilicho primus, quòd è suis sedibus excitos Vandalos & Gotthos, à quibus imperium Romanum concisum, Galliis, Hispania, Africa occupatis, Roma atque Italia direptis; in ipsius viscera immisisset. quocirca iussu Honorij Rauennæ occisus anno quadringentesimo octauo. Ricimer secundus omnium pessimus incredibili flagitio tres Imperatores sustulit, Maiorianum anno quadringentesimo sexagesimo primo, mox ferro Anthemium socerum suum quadringentesimo septuagesimo secundo, Seuerum veneno quadringentesimo sexagesimo quinto, ut Cassiodorus adnotauit. Orestes similia Ricimeris exemplo ausus, Iulio nepote Imperatore in Dalmatiam fugato, Momillum filium suum Imperatorem creauit. In eo defecit imperij Occidentalis maiestas anno quadringentesimo septuagesimo sexto, barbaris omnia audentibus ac perturbantibus, cum Romanæ res in summum ludibrium, summamque diminutionem per istos Stilichonem, Ricimerem, Orestemque fuissent adductæ. Omnes verò hi primis omnium dignitatibus ornati à suis Imperatoribus, militum Magistri fuerat, & exercitus maximos duxere. Idem è nationibus hæreticis prognati non alios ferè milites sub signis habebant, quam suarum nationum, Gotthos, Alanos, Hunnos, Vandalos, & huiusmodi alios Arianorum labe contaminatos, à quibus prodita ac perdita imperij Occidentalis amplitudo. Stilicho Vandalus natione fuisse perhibetur, Ricimer, ut Sidonius scribit, patre fuit Sueuo, matre Gotthica: ab hoc ædes sanctæ Agathæ in vrbe, ut ex inscriptione adhuc apparet, ornata, quæ fuit Arianorum, quod Gregorius in Dialogo scribit. Orestes item Gotthus. Præstabat itaque sanctionibus Pontificiis obedire, hæreticas istas gentes auersari; atque ut ad Arcadium scripsit Synesius Episcopus Cyrenarum, Romano imperio ab antiquis temporibus subiectas vel inuitas adscribere, quam barbaris istis atque hæreticis gentibus bellicas res committere; euentus namque docuit, ab illis omnia per immanem perfidiā subuersa. Ac sanè idem contigisset imperio Orientali, quod Occidentali, nisi Catholici viri occurrissent. Nam quis ignorat quanta Gainas Gotthorum Dux, qui Arcadio Imperatori Orientis seruebat, molitus est aduersus eum tyrannide arrepta? Socrates ea recenset. Eadem machinati sunt Aspar, & Ardaburius, & ipsi Gotthi Ariani, copiarumque militarium duces, in Imperatorem Leonem, qui Marciano successit: ea Zonaras tradit. Sed hi prudentia Imperatoris fuerunt extincti, nihilque efficere potuerunt, quamuis non abfuerit suspicio Marcianum fuisse veneno sublatum dolo Asparis.

Ex his liquet imperium Romanum præter alia concidisse, quòd monitis Pontificiis paritum non fuerit; in quibus est, cum hæreticis nihil habendum commune; ac satius futurum fuisse, si Imperatores hominum suorum Catholicorumque habuissent delectum; neque istis, quibus nulla fides, vilo modo fidissent.

Nunc explicemus à Pontifice Romano speciatim positam fuisse in eo curam, ut iam prostra-

Polydorus lib. 3

HAERETICORVM PERFIDIA IN EUERTENDO IMPERIO OCCIDENTALI.

Lib. 6. c. 6.

CURA PAPAE  
IN RESTITV-  
ENDO IMPE-  
RIO OCCIDEN-  
TALI.

SYLVERII.

prostrata imperij Romani celsitudo in Occidente erigeretur. Nam cum Theodoricus A  
supremis vitæ diebus à pristina animi moderatione deficiisset, & inter alios Ioannem  
Papam in custodia, in qua deinde obiit, detinisset, occisis præter omne fas integerrimis  
viris Symmacho & Boethio; Theodorici autem successores quotidie in peiora labe-  
rentur; Iustinianus à nonnullis etiam Gothis inuitatus Belisarium cum exercitu misit  
in Italiam. Quo tempore Sylverius Pontifex fuit in causa, vt vrbs illi Romana tradere-  
tur, quod Procopius Belisarij comes testatur. Urbis deinde Romanæ exemplū tota Ita-  
lia secuta, vt idem scribit: quod Sylverio Imperatores Orientales debent. Ingratissimi  
post hæc Iustinianus ac Belisarius in Sylverium Papam. Nam cum Theodora Augusta  
ab illo exigeret, vt Anthimum hæreticum sedi Constantinopolitanæ restitueret, idque  
ille pernegaret; Augusta Belisario scripsit, vt Sylverium prodicionis insimulatum rele-  
garet, Vigiliumque substituendum curaret. Iussa Belisarius perfecit. Sed cum neque Vi-  
gilius Augustæ assentiretur, Roma ob id iniuriosè Constantinopolim abductus, vbi per-  
māsse scribunt vsque ad annum quingentesimum quinquagesimū tertium. ex eo, quot  
clades Italia, in primis verò vrbs Roma, miserrimè experta? Hæc suo Pontifice orbata à  
fundamentis propè per Totilam subuersa, illa cuiusvis generis vastitates perpessa. tan-  
tis malis factus est finis eodem tempore, quo Iustinianus finē fecit insaniendi in Pontifi-  
ces Romanos. Nam cum scribant anno quingentesimo quinquagesimo quarto permis-  
sum à Iustiniano Vigilium Romam reuerti, eodemque obsessi in Cassino, & inclusi om-  
nes, qui in Italia supererant Gothi, & capti Constantinopolim sequenti sunt missi. At-  
que hæc omnium optimè postremò Sigonius est persecutus. Iustinianus porrò haud cō-  
tentus hæc admisisse in Sylverium & Vigilium, illud præterea decreuit, ne Pontifex Ro-  
manus Imperatore inconsulto consecrari posset.

Neque tamen Pontifices Romani tantis ab Imperatore Iustiniano contra ius omne  
iniuriis affecti destitère Imperatoribus Græcis in Italia fauere. Hinc cum Narfes Sophiæ  
Augustæ acerbissimis litteris irritatus in Italiam Longobardos euocasset, Romaq. Nea-  
polim plenus irarum secessisset; Ioannes Tertius Papa eò, vt summum ducem placaret,  
ne quid in Imperatoris res asperius moliretur, contendit. Voti compos factus est Ponti-  
fex. sed Narsetem mors abstulit anno eodem, ne mala per Longobardos inuehenda suis  
consiliis posset auertere.

IOANNIS III.

GREGORII I.

Vide Sigon. li.  
de regno Ital.

Cepere Italiam Longobardi magna ex parte: Agilulfusque eorum Rex anno quin-  
gentesimo nonagesimo quarto Romam cœpisset, nisi Gregorij Magni interuentu datis D  
ille induciis ab obsidione recessisset. Idem contigisset anno sexcentesimo secundo, & se-  
quenti, nisi Gregorius idem pacem faciendam litteris suis curasset. Quas tamen ob res  
hoc præmij retulit à Mauritio Imperatore, vt & simplex, id est, honesto vocabulo factus,  
fuerit appellatus; & Imperator idem Ioannis Patriarchæ Constantinopolitani superbia,  
qua sibi ille aduersus Pontificem Romanum Vniuersalis nomen vsurpabat, vnde initium  
pessimæ secessionis, studiosè fouerit; & nihilominus peiora moliti sunt in Papas, qui su-  
perioribus succedere Imperatores; contra Papæ ampliora Imperatoribus beneficia  
præstitere.

BONIFACII  
QUINTI.

Anno enim sexcentesimo decimo sexto, Heraclio imperante, Eleutherius Exarchus  
Italiae dominatum inuadere, assumpto Regis nomine, machinatus est; ac rem sanè ab-  
soluisset occasione accepta ex obitu Pontificis Deusdedit, nisi Bonifacius Quintus con-  
tinuò substitutus eius impetū repressisset: quo factū, vt milites exosi facinus, eum pereme E  
rint. Quid beneficij repositum pro hac re Pontificibus? illud nimirum, vt anno sexcen-  
tesimo trigesimo septimo Mauritius dux militum & Isacius thesaurum Lateranensis ec-  
clesiæ sacrosanctum diriperint, partemq. illius ad Heraclium miserint. Post hæc Con-  
stantinus Heraclij nepos anno sexcentesimo quadragesimo nono Olympiū Exarchum cum  
exercitu in Italiam misit, vt Martinum Papam, quod Monothelitis aduersaretur, cape-  
ret, victumque Constantinopolim mitteret. aut si hæc perficere non posset, occideret;  
Immisit Olympius, qui Pontificem nudato gladio, dum missam celebraret, interimeret,  
sed is repente luminibus est orbatus. quo miraculo percussus Exarchus veniam petiit,  
rem patefecit. Pontifex tum demum fore eum in sua gratia dixit, si cum exercitu quam-  
primū in Siciliam traiceret, atque inde Sarracenos expelleret. quod ille transegit.  
Atque ita Martinus vltus est Constantis impium facinus, Siciliam de manu Sarraceno-  
rum suo consilio liberans, ei que restituens. Id perfolurum præmij Martino? vt mox de  
iussu

A iussu eiusdem Constantij captus, & in exilium missus fuerit Chersonesum, vbi decessit;  
& mox Roman veniens Imperator idem templa omnia vrbs cunctis ornamentis ditio-  
ribus spoliavit. Huius deinde Imperatoris nepos Iustinianus iunior anno sexcentesimo  
octuagesimo septimo habuit exarchum Italiae Ioannem, à quo diui Petri ædes flagitio-  
sissime plurimis atque opulentissimis ornamentis est nudata. Idemque Imperator anno  
sexcentesimo nonagesimo tertio Zachariam Protospatharium cum exercitu Romam  
proficisci iussit, vt Sergium Papam captum Constantinopolim mitteret. quod vbi Itali  
rescuerunt, copiis vndique coactis Romam profecti Zachariam diu quesuere ad necē;  
sed is à Pontifice occultatus vix Italorum fremetium manus euasit. Rursum anno septin-  
gentesimo decimo tertio Philippico hæretico imperante, cum Petrus ab eo missus esset,  
vt urbem, Ducis nomine, quod nouum erat, administraret Romani re insolita offensi, ac  
B mali aliquid ab hæretico Imperatore excogitari suspicati, illum non admisisse, ventum-  
que ad cruentam pugnam, quam Pontificis interuentus diremit, effecitque ne omnino  
Petrus periret; qui tamen septingentesimo decimo quarto, Arthemio Catholico impe-  
rante, est admisisse à Romanis.

Sergij.

Ventum denique ad Imperatorem Leonem hæreticum, qui anno septingentesimo vi-  
gesimo tertio Gregorium Secundum, quod eius hæresi aduersaretur occidendum cura-  
uit, primò per Marinum, deinde per Paulum Exarchum. qua re cognita, Pontifex ad  
fui, & vrbs tutelam Longobardos & Italos aduocauit, à quibus copiæ Exarchi fuxæ ac  
fugatæ. & tamen immemor iniuriarum tot ac tantarum Gregorius, cum Luitprandus  
Longobardorum Rex Rauennam Imperatori anno sequenti eripuisset, mox ipse sexcen-  
tesimo vigesimo quinto ope Venetorum recepit, & Paulo Exarcho reddendam manda-  
uit; quod etiam factū constat. Paulus Diaconus omnia tum restituta Romanis ait, nulla  
de Exarcho mentione facta. Verum cum Leo innumeras Catholicorum strages ob hæ-  
resim suam passim in Oriente faceret; Gregorius tanta flagitia detestatus anno septin-  
gentesimo vigesimo sexto Italiam ab eius obedientia remouit omnino, quod videret  
eodem Imperatorem in Italia facturum. Quocirca Itali Imperatorem nouum deligere  
decreuerant, nisi Pontifex obstitisset: ij nihilominus omnes Imperatoris duces vel expu-  
lere, vel extinere. Misit in Italiam Leo cum maximis copiis Eutyrium, qui Pontifi-  
cem interimeret, quem Romani re patefacta comprehensum necare constituerant, nisi  
Pontifex obstitisset, ac dimittendum liberè iussisset. Ac tum Romani cum sibi subiectis  
urbibus Pontifici Romano obedientiam iurarunt. Beneficii accepti, vitæq. seruata obli-  
tus Exarchus cum Luitprando Rege Longobardorum aduersus Gregorium arma so-  
ciauit, Romamque obsidione cinxit, vni Pontifici extinguendo intentus: qui tamen vr-  
be egressus in castra Regis intrepido pectore sic allocutus est illum, vt ab incepto desti-  
terit, quin & Exarchum vrgerem, vt vitam Pontifici, quod promiserat, adimeret, ad eum  
colendum adduxerit.

GREGORII II.

Rursum obliuiscitur iniuriarum Gregorius. Anno namque eodem, cum Tiberius qui-  
dam in Hetruria imperium sibi arrogare veller, nonnullis populis sacramentum apud se  
dicere iussis; is de consilio Gregorij ab exercitu Romanorum continuò est oppressus,  
Eutyrio tum Romæ degente, neque rem tantam modis vllis expediente.

Defuncto Gregorio Secundo Tertius est substitutus anno septingentesimo trigesimo  
primo, qui legatum ad Imperatores Leonem & Constantinum cum litteris misit, hor-  
tans, vt ab hæresi illa resipiscerent. Is contra ius gentium in custodia detentus. Missus al-  
ter eodem modo habitus: quin copiæ aduersus Pontificem ac Romanos missæ; sed clas-  
se ventis disiecta nihil effectum. quod igitur potuit Imperator id egit: triburum quoddā  
trium sesquialentorum, quod Sicilia, Apulia, Calabria templo sancti Petri pendebat in  
sicum redegit: nihilominus tot maleficiis vexati Pontifices haud destitere casum ruen-  
tis in Italia imperij Occidentalis sustinere: anno namque septingentesimo quadrage-  
simo tertio Luitprandus Longobardorum Rex Casenam, & aliquot Aemiliæ oppida cepit,  
Rauennam obsidione cinxit. In Eutyrio tantum roboris nullo modo erat, vt Regi  
obstiteret posset: per legatos à Zacharia Pontifice impetravit, vt auctoritate sua rebus  
imperij labētis opem ferret. Egressus vrbe Pontifex Regem Papiæ cōuenit, & vt adem-  
pta Exarcho restitueret, & obsidionem solueret, impetravit anno septingentesimo qua-  
dragesimo tertio. & rursum idem, cum Rachis Longobardorum similiter Rex Pentapolim  
iam tum Rauennæ subiectam cepisset, eidem Exarcho restituendam auctoritate sua  
perfecit

GREGORII  
III.

Zacharia.

perfecto anno septingentesimo quadragesimo nono: sed septingentesimo quinquagesimo secundo tandem Aistulphus Rex Eutyrium Exarchum omni in Italia ditioe ipoliavit, neque adduci potuit ut illi quidquam redderet, neque à Stephano Papa per litteras ac legatos sepè admonitus Constantinus Copronymus opem ferre curavit. atque ita nihil in Italia iuris ampliùs Imperator Orientis habuit, præterquam in Calabria, Apulia, & Sicilia, quarum regionum hanc quidem Sarraceni haud multo post occuparunt, illarum nonnulla oppida mox etiam in suam potestatem adduxere, quæ postea Northmanni duce Roberto Guiscardo cuncta receperunt.

BENEFAC  
TIA PONTIFICUM  
RO. IN IMPE  
RATORIBUS ET  
HORVM MALE  
FACTA IN PA  
RAS.

Hæc igitur omnia Romani Pontifices pro Imperatoribus Orientis, & Imperatores Orientis aduersus Pontifices Romanos, quæ diligentissimè ac fideliter scriptis est complexus post alios Sigonius. Nunc animù quis aduertat, an in toto orbe sit aliquis inuētus vniquæ siue populus, siue princeps, qui tot ac tanta, quo ad fieri potuit, effecerit pro Imperatoribus Orientis, aut etiā fuerit conatus, quot ac quanta Pontifices Romani, nullus inuenitur. Nonne igitur summum ipsius hac in re studium elucefcit? Age verò circumspice omnia, & vide an populus aut princeps aliquis per hæc tēpora tot ac tantis iniuriis affecerit Pontifices Romanos, ut Constantinopolitani Imperatores. Nullus occurrit. En ut omnino summus amor hac in re Pontificum Romanorum. Innocentius, Cælestinus, Leo, Xystus, ne quid in Occidente imperio deperiret, conati sunt, quo tempore nihil non iuri Pontificio Imperatores auferebāt. Syluerius fuit maximè in causa, ut Roma, atque Italia in potestate Iustiniani adduceretur: ipse pro hoc relegatus, sede exturbatus; electio Pontificum Romanorum ad arbitriū Constantinopolitani Imp. delata; Vigilus & ipse captus, ac Constantinopolim contumeliosè perductus, Ioannes III. quantum potuit, Longobardorum irruptioni suo consilio occurrit. Ter Longobardi Imperatori Romam abstulissent, nisi Gregorius Magnus in tempore adfuisset. Ob id ipse à Mauritio Imperatore pene fatuus appellatus: ab eodem aduersus Gregorium, & Pontifices Romanos, Patriarcharum Constantinopolitanorum superbia in titulo Vniuersalis Patriarchæ promota. Bonifacij Quinti nomen obtinuit, quominus Eleutherius Exarchus imperium sibi in Italia aduersus Heraclium adsumeret. Pro hac re Isaacius Exarchus Imperatoris eiusdem Lateranense templum sedè diripuit. Constantinus Heraclij nepos Martinum vincitum ad se adduci iussit, hic procurauit, ne Sicilia à Sarracenis occuparetur, & tamen ob hæc captus, & in Pontum relegatus. Ioannes Exarchus sancti Petri ædem scelestè diripuit. Iustinianus iunior Sergio Pontifici mortem est machinatus: beneficio Pontificis, Zacharias, qui missus fuerat ad eum necandū, euasit inimicorum manus. Idem Philippicus misso Petro in Pontificem est conatus: eadem Petro beneficia à Pontifice Romano, quæ Zachariæ, contigere. Leo hæreticus Imperator copias cum Paulo Exarcho misit, ut Gregorius Secundus occideretur: res irrita fuit: Gregorius contra exarchatum Rauennæ à Longobardis occupatum illi restituit; ne Itali Imperatorem alium aduersus eum crearent, effecit; ne Eutyrius eius Exarchus interficeretur, curauit. Ab eodem ad necem quæsitus iterum, Tiberium, qui in Hetruria sibi imperium arrogabat oppressit. Aduersus Gregorium Tertium missi exercitus, legati ipsius bis violati, prouentus sacri ablati. Zacharias Pontifex bis auctoritate sua effecit, ut exarchatus Rauennæ à Longobardorum Regibus Imperatori bis ereptus redderetur. Quis maiora à Pontificibus Romanis beneficia in Imperatores Orientis, quis maiora ab Imperatoribus Orientis maleficia in Pontifices Romanos requirit? Sed audi maiora.

*Explicatur summum studium Pontificis Romani in conseruando imperio Orientali. Cap. III.*



Vm Leo Iconomachus, ut vidimus, Catholicorum in Oriente maximas cædes faceret, & eadem in Occidente moliturus esset; Gregorius Secundus, ut eius furor coërceret, Italiam, Paulo Diacono teste, auertit ab eius obedientia: idem tamen eius impetu represso fuit in causa mox, ut exarchatus à Longobardis occupatus ei gubernandus redderetur. Idemque bis effecit postea Zacharias Papa. Quocirca Pontifices satis habuerunt, ut à cædibus ille temperaret, neque curarunt ut Italia ab eius obedientia omnino de-

scilce-

A scisceret. hinc in Imperatoris Constantinopolitani potestate remansere Sicilia, Sardinia, Calabria, & Apulia, quæ regiones & insulæ Italiae adnumerantur. sed proculdubio fatius fuisset, si hæc ab illius fide discessissent. Quid ita? quia nimirum, quod supra dicebamus, quæ regna Pontificis Romani seueritas haud castigat, incidunt illa, ubi hæreticis parent, in efferatissimarum gentium potestatem. En tibi ante oculos pauca è multis exemplis istarum regionum. Sardinia namque, ipso Gregorio Secundo sedente, Luitprando regnante, à Sarracenis occupari coepit, & mox prorsus occupata in eorum fuit imperio, usque ad annum ferè millesimum decimum quintum, quo Pisani Pontificis edictis impulsam de manu Sarracenorum receperunt. Sicilia verò, Michaële Balbo imperante, qui etiam hæreticus Iconomachus fuit, à Sarracenis est occupata, ut Curupalates est testis, & eodem ferè tempore ab iisdem Sarracenis nonnulla Calabriae & Apuliae oppida capta.

Quæ cum Gregorius Quartus videret sub annum octingentesimum trigessimum, haud destitit Ludouicum Imperatorem, filiumque ipsius Lotharium vrgeri, ut Siciliae opem ferrent. Renuerunt illi afferentes esse illam Constantinopolitani Imperatoris: mox conuentum, ut communibus impensis expeditio fieret. Sed cum Papa interim cunctos ad id hortaretur, Bonifacius Corsicæ Comes in Africam transmittens, multis præliis Sarracenos fudit: quare coacti, qui in Sicilia erant, in Africam sunt reuersi, atque ita Sicilia liberata; mox tamen rursus occupata. Prorsus actum fuisset de tota Calabria & Apulia, nisi Basilius Macedo Catholicus post annum octingentesimum sexagesimum septimum legatos misisset ad Pontificem Romanum, & Ludouicum Secundum Imperatorem, ut ope ipsorum Sarraceni expellerentur ex Apuliae & Calabriae locis, quæ occupant, ut idem Curupalates scribit. Quamobrem Ludouicus è plurimis Calabriae & Apuliae locis Sarracenos depulit, tum Basilij legatione, tum Papæ hortatu impulsus: nihilominus haud prorsus exigi è Sicilia & Italia Sarraceni potuerunt, nisi per Northmannos, cum iam Græci Photij malis artibus ab Ecclesia Catholica paulatim coepissent alienari; donec anno millesimo quinquagesimo tertio, Monomacho imperante, ausus est Michaël Patriarcha nos excommunicare. Tum sedebat Leo Nonus, cuius exstant his de rebus grauissimæ litteræ ad Imperatorem & Patriarcham. Atque his temporibus, teste Zonara, & Curupalate, Asia tota à Turcis capta; ita ut Imperatores Græci nihil nisi in Græcia possiderent. En tibi rursus eorumdem maleficia in Pontifices Romanos, Pontificum verò Romanorum beneficia in illos.

Diximus Asiam totam, scriptoribus id Græcis testantibus, à Turcis occupatam Monomacho imperante, atque hoc tempore similiter à Græcis nos exemplo prorsus inuitato excommunicatos: & anno millesimo nonagesimo quinto ab Urbano Secundo in Claramontana Synodo est indicta expeditio sacra in Orientem aduersus Sarracenos, ad Hierosolymam Syriamque recuperandam. Latini milites per Græciam atque Asiam facientes iter, suis armis, suo Marte, ut aiunt, ac sanguine, Asiam Græcis recepere, Turcasque ex illius dominio depulerunt. Huius expeditionis meminit Zonaras, sed à nostris Asiam de manu Turcarum liberatam, & Imperatori Constantinopolitano restitutam tacet. Totius rei meminit Robertus monachus, qui his temporibus vixit, & plurima horum, quæ gesta sunt, vidit ac ne putes nostros de rebus nostris mentiri, Gregoras Græcus scriptor palam fatetur, & suis scriptis testatum reliquit, Orientem, qui à Turcis tenebatur, fuisse ab Alexio Comneno receptum ope Gallorum, qui ad huiusmodi expeditionem sunt profecti. Ad summam post hanc expeditionem, receptamque per nostros Asiam, per annos propè ducentos Græcorum Rex, & imperij Orientalis salus ac dignitas fuit in tuto, nihil extimuit à Turcis aut Sarracenis, quod scilicet nostri Pontificibus Romanis vrgetibus nouas subinde copias mitteret aduersus Mahometanos, Turcas, ac Sarracenos; atque ita istorum cunctos impetus nostri excipiebant ac retundebant; Græci ab omnibus inimicorum iniurijs ac molestijs quiescebant, quod sepè Coniatas ac Gregoras suis Græcis exprobrare nullo loco omittunt.

Sed quis per hæc tempora Græcorum in nostros, à quibus tanta beneficia recipiebant, summa scelera recensere aut excogitare posset? In huiusmodi rebus nulla fides habeatur Latinis: ipsa Græcorum verba hæc scribentium recensimus suo loco. Igitur cum nostri sub annum millesimum nonagesimum sextum traicissent in Asiam, Alexius Imperator Hugonem Magnum Regis Franciæ fratrem, plurimosque è nostris duces bona fide

GREGORII  
IV. CVRA IN  
TVENDO IM-  
PERIO ORIAN-  
TALI.

VRBANI II.

Greg. lib. 4.

PONTIFICVM  
SEQUENTVM.



fide Constantinopolim profectos comprehendit, ac detinuit; reliquis subsequenter, A  
duce Bohemundo, innumeras struxit invidias, annonam negari præcepit, exercitus per  
dolum in illos submisit. sed cum cognouisset omnia à nostris superari, copias suas dele-  
tas, obuiam legatos ficto animo summa fraude destinavit, Hugonem cum suis liberos  
esse iussit, interim tamen nihil non hostile in nostros destitit moliri: quamuis fœdus ini-  
tum fuisset de urbibus Asiæ per nostros capiendis, atque Imperatori tradendis. Quæ af-  
secutus Imperator haud omisit omnia in nostros mala machinari. Nam cum capta Hie-  
rosolyma Vuilhelmus Pictauisum Comes, & Aquitanæ Dux, Hugo Magnus, Stepha-  
nus Carnutenis Comes, & alter Stephanus Burgundiæ Comes cum multis copijs re-  
uerterentur per loca Imperatoris iter facientes, Alexius idem multas eis insidias est mo-  
litus, per Turcas sapius est adortus, vt Guglielmus Tyrius narrat.

Lib. 10. c. 22.

Defuncto Alexio successit Ioannes anno millesimo centesimo decimo nono. Hic quã- B  
do nostris aliter obesse non poterat, Ciliciam, quam iam quadraginta annos princeps  
Antiochenus possidebat, inuasit & occupauit; Antiochiam obsedit; fœdus certis con-  
ditionibus, quas Tyrius refert, sanxit cum nostris. Coniatas tradit à Ioanne expeditionem  
factam in Ciliciam, vt vlceretur Armeniæ Regem, qui nescio quid hostile gesserat  
in Imperatorem. Sed quid Armeniæ Regi cum principe Antiocheno, ac Cilicia ip-  
sius prouincia? Idem tradit ab Imperatoris exercitu Antiochiam circumuallatam, subur-  
bana ipsius direpta, omnia quæ manibus corripere possent abstracta: & huius expeditionis  
Antiochenæ nullam tradit aliam causam, nisi quod Imperator vellet Antiochiam con-  
iungere Constantinopoli, Hierosolyman petere, & finitimos barbaros profligare. Ho-  
nestæ nimirum causæ. Addit idem direptionem huiusmodi factam, ex quo Imperator  
inierat pacem cum principe Antiocheno, & omnibus honoribus intra Antiochiam fue-  
rat exceptus ac cultus. Et tamen audet his expositis obijcere nostris factum Latinum, & C  
præidentes animos, quod noluerint Antiochiam tradere Imperatori petenti.

EUGENII III.

Postero anno millesimo centesimo quadagesimo tertio successit Ioanni defuncto  
filius Manuel; & millesimo centesimo quadagesimo septimo, Eugenio Tertio, ac diuo  
Bernardo hortante, Conradus Imperator cum maximis copijs per Græciam & Asiam  
faciens iter, est in Orientem profectus; cum Bosphorum traiecit, Manuel Imperator  
(hæc sunt ipsa Coniatae verba) in locis opportunis & angustiis tramitibus insidias collo-  
candas censuit, quibus non pauci ex ijs exercitibus perierunt: quin & ciues portis clau-  
sis forum Alemannis non præbuerunt, sed funibus de muro suspensis pecuniam prius at-  
trahebant. ] & post: Verum pessimi incolæ, & inhumanitate singulari præditi, ne mini-  
mum quidem dimittebant, sed auro argentove attracto, atque in sinibus recondito, ex  
mœnibus se subducebant; quidam etiam calce farina immixta cibum pestiferum red-  
debant. Id vtrum iussu Imperatoris factum fuerit, vt ferebatur, compertum non habeo.  
Vt vt sit, iniquum & nefarium facinus fuit. Illud certè constat, eius iussu ex improbo argē-  
ro monetam esse cusam, quæ ijs daretur, qui ex Italico exercitu aliquid vendituri essent.  
Breuiter, vt dicam, nullum mali genus fuit; quod Imperator non vel ipse in eos machi-  
naretur, vel aliis machinandi auctor esset, vt scilicet eorum posteris perpetuis monumen-  
tis ab inuadendis Romanis deterrerentur. Idem & Turci imitati sunt, Manuelis litteris  
ab bellum Alemannis faciendum concitati. ] Hæc Coniata: è quibus colligitur pessimus  
in nostros animus Græcorum, qui openi ferri ipsis aduersus Turcas, & communes  
religionis hostes, à quibus deinde miserrimè sunt oppressi, nihil aliud esse quam inua-  
dere Romanos, id est ipsos Græcos, interpretabantur. Narrat deinde Coniata idē for-  
tia Imperatoris Conradi gesta, & mirificè laudat ob profligatos in Asia Turcas ad flu-  
uium Meandrum: quamuis eius exercitus flagitiosissimis Græcorum machinationibus  
ferè totus fuerit absumptus.

Anno millesimo centesimo octuagesimo vita migravit Manuel Imperator, creatusq;  
eius filius Alexius ferè impubes, qui mox per summum scelus est ab Andronico Com-  
neno Manuelis patruæle occisus. Atque hic Andronicus iussit Latinos omnes Constans-  
tinopoli cōmorantes trucidari. tunc cadauera nostrorum effossa dispersa; agrori, qui in  
sancti Ioannis decumbebant, crudelissimè occisi; Ioanni Cardinali legato Pontificio ca-  
put abscissum, & ad caudam canis immundæ ad contumeliam ligatum, & per urbem  
mediam raptatum: denique nullum genus iniuriarum potuit cogitari, quod à Græcis in  
nostros non fuerit illatum sine vlla omnino causa. Coniata hac innuit, Tyrius autem  
latè

Lib. 22. c. 22.

A latè recenset. Idem tamen Coniata Andronicum istum flagitiosissimum & crudelissi-  
mum omnium fuisse scribit. quocirca paulo post ab Isaacio Angelo imperio & vita  
priuatus est anno millesimo centesimo octuagesimo quinto.

Post hæc millesimo centesimo octuagesimo septimo Fridericus Imperator litteris ac  
legationibus Gregorij Octauo impulsus maximas copias in Orientem duxit. Idem Co-  
niata refert, vt Isaacius Angelus Imperator innumeris iniurijs Fridericum, dum iter  
per Græciam & Asiam cum militibus faceret, prouocarit, & impedire sit conatus,  
immisis in illum copias, itineribus obstructis, commeatu denegato, quo minus in  
Asiam traicere posset; & Palæstinam petere aduersus Mahometanos pugnaturus.  
Quamobrem multis auctor idem vituperat Isaacium Angelum, mirificis verò lau-  
dibus effert Imperatorem Fridericum. Hæc igitur Græci per annos ferè centum, in  
Pontificis studiosos, qui ad communes hostes ex eorum sinibus expellendos tendebant.  
Hæc Romani Pontifices; Romanorumque Pontificum hortatibus missæ nostrorum in  
Mahometanos copiarum cum Græcis egere.

GREGORII  
VIII.

Sed audi maiora. Isaacius Angelus, hic de quo egimus, ab Alexio Angelo fra-  
tre est oculis & imperio priuatus, & in vincula coniectus. Alexius Isaacij filius ad  
Venetos confugit auxilium petens aduersus impium patruum. Veneti, inita cum  
Balduino Flandriæ Comite, ac multis alijs principibus societate, tyrannum deici-  
unt imperio; Isaacioque, à quo tanta Fridericum diximus perperam, nostros tot  
iniurijs exagitatos, Alexioque eius filio restitunt. Græci, cum pati haud possent  
nostris debita stipendia exsolui, seditionem faciunt, Alexio duce, Murzuflo auctore,  
qui occupare ob hæc imperium meditabatur, quamuis multis affectus beneficijs ab  
Imperatore adolescente. Hunc igitur homo peridus strangulauit, cum iam bis illi  
venenum frustra bibendum dedisset; imperiumque inuasit. Tantum facinus auer-  
sati nostri, cum viderent post hæc etiam Murzuflo à nullis in eos conferendis ini-  
urijs abstinere, Constantinopolim capiunt anno millesimo ducentesimo quarto, pu-  
niunt, & imperium ciuitatis multos annos æquali iure tenuerunt, quod Græci scri-  
ptores haud insicantur. Atque hæc Veneti & Flandri, quorum nihil ad Pontifi-  
cem Romanum spectat. Illud ipsius proprium, quod cum Græci in Asiam transtu-  
lerunt imperium, & in ea, dum Flandri Constantinopolim tenuerunt, regnarint, haud  
cessauit nouas itentidem copias aduersus communes hostes submittere: quo factum vt  
Græcis in Asia quies esset.

Greg. lib. 5. c. 1.

Quin cum anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo Michaël Paleolo-  
gus Constantinopolim recepisset, Balduino Secundo depulso; Carolus autem Neapo-  
lis Rex exercitum classemque maximam compararet, vt Paleologum deijceret, ac  
Balduino affini suo Constantinopolim reciperet; Michaël veritus potentiam Caro-  
li, summamque in militaribus rebus peritiam, & in cunctis expediendis solertiam,  
ob hæc adductus in desperationem, teste Gregora Græco scriptore, qui sub hæc  
tempora vixit, ad Gregorium Decimum confugit, Catholicæ se pietati ex animo  
adiunxit, & ab illo impetrauit, vt Imperator Constantinopolis ab ipso confirma-  
retur, & ab incepto consilio Carolus auerteretur. Tantum fuit Romani Pontificis  
studium in seruando Græcæ nationi imperio Constantinopolitano, vt præterito de  
sede Pontificia optimè meritò Carolo, cui tamen multæ difficultates ad tantum opus  
perficiendum obiiciebantur, Paleologum confirmari Pontificio decreto Imperatorem  
Constantinopolis, & Caroli decretum Pontificium egrè ferentis omnes conatus fuerint  
omnino ob id retardati, quod Ioannes Villaneus etiam testatur.

GREGORII XI.

Lib. 2. c. 44.

Præterea vt imperium Græcis omnino stare, cum Tartari his temporibus in Asiam se  
effudissent, tres eorum Reges à nostris ad cultum Christianum traducti, vt ex historijs  
Haytonis apparet. A Regibus hilce Persæ, Turcæ, ac Sarraceni domiti ita atque attriti,  
vt aduersus Orientale imperium Michaële Paleologo viuenti nihil unquam mouerint.  
Obiit ille anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio.

Eo defuncto, Græci vnà cum Andronico ipsius filio ad ingenium suū redire, à nobis  
omnino discersere; & paulo post Turcæ viribus resumptis primū ex Orthomanica gēte,  
que ipsos prorsus euertit, Orthomanū Regem creauerūt; vt idē Gregoras testatur, qui tñ  
eū vocat Athman; legendū verò, Othman. Sed quāuis hæc Græci, nō ita Rom. Pontifices.

BONIFACII  
VIII.

Nam Bonifacius Octauus nihil non conatus fuit, vt Christiani Reges ad Hierosolymitanā expeditionem proficiscerētur, quod anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono notat Nauclerus. Anno præterea millesimo trecentesimo octauo milites sancti Ioannis, vt vocantur, classe comparata Rhodum insulam, quam Turcæ multo antè occuparāt, cum quinque adiacentibus insulis, ceperunt, sedemque ibi sui ordinis constituerunt, quò facilius hostes Christiani nominis, qui in Asia confederant, & in Græciam iam traiecerant, extrema quæque illi minitantes ac molientes, inuadere possent, continuis præliis laceffere, distingere, & ab inferendis Græciæ iniurijs abducere. Quocirca Otthomanus id videns, anno millesimo trecentesimo vigesimo secundo misit Orchanem filium, qui insulam expugnaret additis innumeris copijs, quæ per nostros deletæ fuerant. Ioannes Villaneus refert idem tentatum à Turcis anno millesimo trecentesimo vigesimo, sed omnes fuisse à nostris profligatos. Idem conatus est longo post tempore Abufacus Aegyptius, sed maxima accepta clade est turpiter fusus. Idē contigit Mahometi Secundo, donec anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo Solymanus insulam redegit in suam potestatem, militesque in Melita sedes fixerunt. Interim tamen haud destitit Pontifex Romanus alijs modis ruenti imperio Orientali opem ferre.

Lib. 9. c. 18.

IOANNIS XXII.

Anno namque millesimo trecentesimo trigesimo tertio, Ioannes Vigessimus secundus, Rex item Franciæ, & Veneti classē miserè aduersus Turcas, qui Chersonesum occuparant in Europa, multis prælijs fuderant Græcos, & animo iam cuncta deuorant. A nostris felicissimè res gesta. Turcæ victi multa loca recepta, vt narrat Gregoras, & è nostris Ioannes Villaneus. Et tamen Imperator Constantinopolitanus sub annum millesimum trecentimum vigesimum discordias in Italia aduersus Pontifices Romanos suis opibus fouebat, quod Villaneus testatur. Sed paulo post Græci ipsi Turcas in Europā vocarunt, dissidentibus inter se ac pugnantibus ob imperium Andronico seniore ac iuniorē, mox etiam liberis huius. haud tamen destitit Pontifices Romani ob id Græcis opem ferre.

Greg. lib. 7.

Io. Vill. lib. 11. c. 18.

Villan. lib. 9. c. 13.

Villane.

Anno enim millesimo trecentesimo quadragesimo quarto sumptibus Pontificis potentissima classis aduersus Turcas in Asia missa: à principio victores nostri: Smyrna capta: mox per imprudentiam magna clades accepta. anno tamen sequenti nouæ copiæ à Pontifice sunt missæ.

Villan. lib. 12. c. 38.

GREGORII XI.

EUGENII IV. Crom. lib. 13.

Bonif. Dec. 3. lib. 5.

Dec. 3. lib. 6.

NICOLAI V.

Post hæc Sigismundus Hungariæ Rex anno millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, collectis ex omni Europa militum maximis auxilijs, à Pontifice autem Romano summa pecuniæ vi præter exercitum, aduersus Baiazetem profectus in confinibus Græciæ miserabiliter ad Nicopolim fusus est. sed & antè legitur Gregorius XI. qui anno millesimo trecentesimo septuagesimo primo sedere cepit, pecunia Græcorum res iuuisse aduersus Turcas, vt è Cromerio colligitur. Eugenius deinde Pontifex totus in ea cura fuit, vt Græcorum imperium à Turcis haud euertetur. Quocirca Ioannes tum proprijs Hungarico regno à Turca illatis damnis permotus, tum Romani Pontificis auctoritate ad id instigantis excitatus, sæpius Turcarum innumeris copias fudit; missa similiter classis in Hellepontum, cui Franciscus Albertus Cardinalis præerat. atque actum prorsus fuisse de imperio ac rebus Turcicis, nisi Amurathes maximis propositis conditionibus à Rege Hungariæ & Polonia Valadislao pacem mercatus esset. quam cum postea Iulianus Cardinalis rescindendam ob litteras ab Imperatore Constantinopolitano missas curasset; & nostri neque tot, neque tam validis copijs in Turcas perrexissent, collatis ad Varnam signis anno millesimo quadragesimo quadragesimo quarto, ingens à Turcarum exercitu clades accepta, maiori tamen hostium cæde: Rex & Pontificius legatus Iulianus interfecti. totam rem latè Bonfinius persequitur. Neque tamen destitit Eugenius Turcas, quantum poterat, premere, Græcis auxilia ministrare.

Idem præstitit Nicolaus Quintus, à quo missi ad omnes Europæ Reges legati, vt arma concordibus animis in Turcas sumerent. in his ad Germanos ter Aeneas Syluius in tribus eorum conuentibus diuerso tempore habitis, Ratisponensi, Francfordiensi, & Nouæ ciuitatis nihil non egit, vt id perficeret. Platina scribit vltimo conuentu tantum abfuisse, vt Germani in id assentirentur, vt potius Imperatorem aduersus Pontifices commouerint. at Nicolaus iratum Græcis Deum sciens, cum videret Græcos numquam

A quam ad fidem rediisse, quamuis in Concilio Florentino Episcopi ipsorum plurimi, duobus exceptis, subscripsissent, litteris eos monuit, fore, vt intra triennium, quando numquam resipuissent, res ipsorum ruerent, vel ipso inuito, & omnia pro ipsis faciente; quod ita euenit, Constantinopoli capta à Turcis anno millesimo quadragesimo quinquagesimo tertio; ex quo nos Michaël Patriarcha est ausus excōmunicare quadragesimo; ex quo exarchatu priuatus est Copronymus, & Italiæ regno, excepta Apulia & Calabria, septingentesimo. Neque tamen ob hæc Græci, quicumque à nobis dissentiant, errores suos vilo modo agnouere, aut agnoscunt, & ad huc nos hæreticorum loco ducunt, & auersantur.

Nihilominus euerso imperio Constantinopolitano, Pontifices Romani omnes, qui Nicolao paulo post annum à capta Constantinopoli secundū successere, nihil aliud in primis curarunt, quam vt, si quo modo possent, vel illud restituerent, vel eius reliquias cōseruarent; & Calyxtus quidē Tertius, qui Nicolao suffectus est anno millesimo quadragesimo quinquagesimo quinto, voto se ad id astrinxit; missoque in Hungariam Ioanne Cartiali legato Cardinali, & Ioanne Capistrano; innumeras copias coëgit; & anno millesimo quadragesimo sexto Turcarum Regem Mahometem victoria celeberrima fudit. Aquileiensem Patriarcham magna classe instructa aduersus eundem misit, qui triennio multa illis damna intulit, nonnullas insulas cepit. mandauit præterea, vt toto orbe Christiano Christiani sono campanarum in meridie admonerentur, eaque hora cuncti genibus flexis Deum precarentur, quò suis victoriam daret aduersus Turcas. Nihil denique legationibus ad omnes Europæ Reges missis, quo pace inita in euersores Orientalis imperij conspirarent, sacris concionatoribus in omnes prouincias, qui cælestium præmiorum spe populos ad hoc excitarent, dispersis omisit. parum tamen profecit, quod nostri inter se pugnarent, & quod magis admirere ac lugeas, Græci ipsi, dissidentibus inter se Thomæ & Demetrio Paleologis defuncti Imperatoris Constantini fratribus, pugnabant, Horum discordiis factum, vt Turcæ reliquas imperii euersi partes facile ad se transferrent. Denique triennio toto, quo sedit Calyxtus, hoc vnum in primis egit.

CALISTE III.

Eum secutus est Pius Secundus, qui nihil aliud toto quo sedit quinquennio & mensibus aliquot contendit, quam vt Græciæ subueniretur: Concilium Mantuæ ad hoc indixit; & quamuis mox excitata fuerint bella grauissima inter Germanos & Hungaros, Castellanos & Aragonenses, Eduardum & Henricum de Angliæ regno certantes, Renatum Andegauensem, Ferdinandumque Neapolis Regem; tantus tamen fuit eius ardor, vt classem magnam instruxerit, inuito cum Venetis foedere, exercitum maximum compararit, Anconamque ipse ad id bellum profecturus perrexit. ibi, dum Venetorum naues expectat, vita decessit, Cardinales ad inceptum profectum adhortatus. ij naues Christophoro Mauro, quibus in Turcas pergeret, tradidit, ingentem pecuniæ vim ad Matthiam Coruinum Hungariæ Regem transfere, vt stipendia militibus aduersus Turcas persolueret.

PII II.

Pio substitutus est Paulus Secundus, in cuius gestis describendis Platinæ haberi fides haud potest, quòd totus sit in deplorandis iis, quæ Pontifex in illum statuit. Cambinus tamen libro secundo rerum Turcicarum scribit continuatum foedus initum cum Venetis in Turcas à Paulo Secundo: quin è Matthia Palmerio & Crantzio habemus ab illo maximum positum studium, vt pax inter Christianos aduersus Turcarum Regem componeretur; & quando inter eos non conueniebat, anno millesimo quadragesimo sexagesimo octauo ab ipso formulam illius certis adiectis conditionibus promulgatam, & qui dissentirent communionem priuatos, & sequenti missam in illos classem cum Venetis inuito federe, à qua sunt nonnulla feliciter gesta. sed postero anno Pōfex vita migravit, Xyxtus Quarto successore.

PAULI II.

Crant. Saxoli. 12. c. 7.

Hic simulatque creatus est, quatuor Cardinales summa cum potestate ad omnes Europæ principes misit, vt ipsos ad concordiam, pacemque adductos in Turcas impelleret. nihil profecit. Interim Græcorum mutuis dissidijs, bellisque intestinis, cum nostri similiter inter se pugnarent, nihil reliqui est factum ex imperio Constantinopolitano, cuncta Græcorum Turcus occupauit. Xyxtus nihil illis amplius potuit præstare, quamuis hæreticis; nisi extorres, omnibus rebus spoliatos, omnium egentes excipere, miseris illorum subleuare. amantissimè id fecit. Inter alios Andream Paleologum

SIXTI IV.

logum & Leonardum Zoceum Epiri despotas Romæ honorificentissimè habitos aluit: A  
Sophiam Thomæ Paleologi filiam Rhutenorum Duci in matrimonio collocauit, sex  
millia aureorum dotis nomine de suo donauit. Ecquis igitur toto æuo tot ac tanta pro  
Græcis, qui nihil non in Pontifices Romanos mali omiserunt unquam, conatus est, vt  
Pontifex Romanus? Numquid tot ac tanta eis præstitit eorum Patriarcha, qui tanta  
pollere auctoritate dicitur inter eos, qui Græcorum placita sunt secuti? num Reges  
illi Bulgarorum, Vualachorum, Bosnensium? num magni illi Duces Moscouitarum?  
num Georgiani, Iberes, Albani, aut quicumque magis adhæsere opinionibus ipso-  
rum, horum quidquam illis præstitere? num quis istorum millesimam partem præ-  
stitit pro Imperio Orientali & Græcanicis rebus? num millesimæ millesimam? Rogo  
igitur lectorem, vt inspiciat ea quæ signo de confirmatione fidei ad finem collegi-  
mus à Pontificibus Romanis per annos quingentos & amplius præstita ad tutan-  
dam inter Græcos Catholicam veritatem aduersus Arianos, Macedonianos, Ne-  
storianos, Eutythianos, Monothelitas, Iconomachos, & alios impios; deinde eo-  
rumdem Pontificum maximam curam in concilianda inter nos & ipsos pace per an-  
nos ferè totidem; & cum his, quæ hîc diximus, coniungat, & videat quàm verè Pon-  
tifex Romanus dicere de ijs possit. Quid potui facere Græcis, & non feci eis? an  
quod expectaui vt facerent vvas, & fecere labruscam ne dicemus, an teterrimum  
venenum?

*Summum studium eiusdem Romani Pontificis in reparando imperio Oc-  
cidentalî, & conseruando. Cap. IV.*



Gebatur annus ab ortu Christi octingentesimus primus, cum Leo Ponti-  
fex Romæ sedebat, Constantinopoli verò rerum potiebatur fœmina  
Irene, quæ excæcato filio suo Constantino, & de imperij gubernacu-  
lis deiecto aucta est omnium prima, inuitato prorfus exemplo, sola ha-  
benas eius assumere ac moderari, cum Sarraceni vndique circumsta-  
rent, & Orienti Occidentique extrema quæque minarentur, Hispanias,  
Sardiniam, Siciliam, Calabriæ & Apuliæ loca nonnulla inuasissent, Africam & Orientem  
ferè totum tenebant; è Septentrione verò Bulgari quotidie incursionibus Græ-  
ciæ confinia vastabant, Slauini Dalmatiam, Hunni Auares Noricum, Phrisij & Saxones  
Galliæ Belgicæ limites. Quæ contemplatus omnia Leo Tertius, cum videret quantum  
virtutis foret in Carolo Francorum Rege, statuit imperatoriam maiestatem restituere  
Occidenti, illam bene de se & tota Rep. Christiana merito Carolo Romæ deferre. At-  
que ita post annos tercentos viginti quinque per Leonem Tertium tanta dignitas Oc-  
cidenti restituta, & Carolo Francorum Regi imposta; tenuit imperio Carolus Gallias,  
Germaniam, Pannonias, Daciam, Istriam, Dalmatiæ, Italiæ, Hispanicæque magnam par-  
tem; quæ omnia ex Eginarcho Caroli scriba, Ademaro, & Reginone constant.

Ex illo id maximè curarunt Pontifices Romani, quorum fuit de consensu omnium po-  
pulorum & Regum, cui vellent eam largiri, vt imperatoria potestas & dignitas, quoad  
eius fieri posset, ad Reges Europæ, qui viribus ac religione in primis præstarent, atque  
ideo res Christianas magis promouere possent, tantamque personam tueri, deferretur.  
Id sic esse omnino è subiectis apparebit. Post Carolum Magnum Ludouicus eius filius  
imperauit, ad quem cuncta regna paterna sunt translata. Ludouicus adhuc viuens Lo-  
tharium curauit à Pontifice Paschali Imperatorem coronari anno octingentesimo vige-  
simo tertio. mox obiit, Lotharioque primogenito maxima & potentissima regnorum  
tunc portio obtigit Lotharingia, Burgundia, Prouincia, Italia. Hic similiter adhuc vi-  
uens filium primogenitum Ludouicum à Sergio Secundo Imperatorem creari studuit  
anno octingentesimo quadragesimo quarto: hic imperium solus suscepit anno octingen-  
tesimo quinquagesimo quinto, Italiæ soli est dominatus. Gallia in quatuor princi-  
patus tum diuisa: Aquitanix Pipinus, Lotharius Lotharij Imperatoris filius Lo-  
tharingiæ, Burgundiæ & Prouinciæ, Carolus eiusdem Lotharii filius, reliquæ  
Galliæ Carolus Caluus; at Ludouicus Ludouici Pii filius, horum omnium pa-  
trius, Germaniæ superiori, cuius tum regnum nouum non admodum florebat,  
quod

A quòd tum prouincia illa non satis foret exulta; atque ita Lotharij filius Ludouicus  
omnibus hisce quinque, cum solus Italiæ dominaretur, longè potentior. Obiit Ludoui-  
cus hic anno octingentesimo septuagesimo quinto. In Germania tum defuncto iam Lu-  
douico tres eius filij, diuisis inter se regionibus, Ludouicus, Carolomanus, & Carolus  
Crassus regnabant. Gallias solus tenebat Carolus Caluus. Comites Tusculani tunc  
erant in vrbe potentissimi, ac maximis opibus florentes: illi omnia tentarunt, vt Ioan-  
nes Octauus imperij titulum ad ipsos transferret, atque Italiæ regno, quod vnà cum  
imperio hucusque coniunctum semper fuerat, & plerumque postea fuit, potirentur: reie-  
cit eorum postulata Pontifex, & Carolum Caluum Francorum Regem tunc omnium,  
vt clarissimè apparet, in Europa potentissimum, missis Episcopis Iaderico Velitrensi,  
Formoso Portuensi, Ioanne Arelatensi, Ansegiso Senonensi, ad imperij insignia Ro-  
mæ accipienda inuitauit, vt Papyrius Massonus ex antiquis monumentis tradit. sed  
quando nihil est, de quo malè suspicari suspiciosi homines, vt est mos quorundam, si ve-  
lint haud possint; Regino ægrè ferens Carolo Caluo id dignitatis & imperij datum,  
non aliis, ait ob munera id factum; Carolus namque Caluus maxima in Pontificem be-  
ne de se meritum munificentia est vsus. Atqui ad hoc Caluus honorifica legatio-  
ne est inuitatus, è Caroli Magni posteris erat tum natu maximus, & omnium po-  
tentissimus; & quæ mens in primis esset tum Ioanni, tum ceteris Pontificibus,  
res ipsa, cum potentissimos omnium deligerent, ni cetera obsisterent, apertissimè  
declarat.

C Anno deinde octingentesimo septuagesimo octauo, post obitum Calui, Lambertus  
Spoleti Comes Vuidonis Ducis filius, assumpto in societatem Adelberto Thuscix Co-  
mite designato, Romam specie religionis ingressus, Pontificem Ioannem vrgere cœpit,  
vt ipsi decus Augustale concederet. At ille fuga elapsus in Franciam Ludouicum Bal-  
bum Franciæ Regem, atque vnicum Calui filium dignitate imperatoria honestauit. Hic  
vnum dumtaxat annum regnauit, ac decessit adolescentibus duobus relictis, Ludoui-  
co & Carolomano, grauidaque vxore Adheleide, è qua natus posthumus Carolus Sim-  
plex. Quocirca Ioannes idem Papa Imperatorem creauit Carolum Crassum, qui di-  
midium Germaniæ tenebat; nam reliqua post mortem Carolomani fratris Ludouicus  
potiebatur, Crassus natu maior electus. præteriti autem sunt, quos reliquerat ex se fi-  
lios Balbus, quòd adolescentuli essent, neque idonei ad tuendos Galliæ fines aduersus  
quotidianas Northmannorum prædationes. Mortuo deinde Ludouico fratre, Crassus  
D Germaniæ regnum solus inuit, eique defunctis Ludouico & Carolomano Franciæ Re-  
gibus adolescentulis absque sobole tutela tradita Francici regni, & Caroli Simplicis  
posthumi.

E Anno autem octingentesimo octuagesimo septimo in conuentu Triburiensi ab Epi-  
scopis ac proceribus ob ignauiam Crassus regno Germaniæ est spoliatus, succedensque  
illi Arnulphus; sed ante annum tertium qui est octingentesimus octuagesimus quartus,  
Hadrianus Papa impulsus à Comitibus Tusculanis, cum perspicerent iam cuncti nihil  
esse in Carolo neruorum, vastantibus Northmannis Galliam & Germaniam, Sarrace-  
nis Italiæ, atque huic maximè nihil auxilij unquam ferre Crassum; nam Germaniæ  
& Galliæ, quantum potuit, tulit; statuerat, vt moriente Crasso sine liberis regnum Itali-  
cis principibus vnà cum titulo imperij traderetur. Atque ita mitiores Italici principes  
ac Pontifices Romani in Regem Germaniæ, quàm Germani ipsi principes & Episcopi.  
Hi Carolo Crasso ante obitum abrogarunt regnum, & quidem hæreditarium; neque  
liberorum, quos ad huc poterat suscipere, habuerunt rationem, quod fuit in cau-  
sa, ut ille animi dolore paulo post obiret. Itali verò decreuerunt, imperium, re-  
gnumque Italicum, quod non hæreditario, sed electionis iure deferebatur, nul-  
lo modo adimendum vel viuenti Crasso, vel eius filiis, si quos moriens reliquisset:  
vt videas ex hoc tempore amorem Pontificum Romanorum in Germaniæ Re-  
ges. Videbant porrò Itali ac Pontifices Romani in Galliis hoc tempore puerum re-  
gnare nullius roboris & consilij Carolum Simplicem, neque è stirpe Caroli Magni su-  
peresse vllos præterea legitimos nepotes; idcirco Hadrianum Pontificem compulere, vt  
decerneret, Crasso sine filiis moriente, Italiæ regnum, imperiumque Italicis deberi; neque  
Arnulphi habendam rationem iudicarunt, quòd is nothus esset Carolomani Baioariæ

Regis, neque ipsius similiter habuissent in successione rationem patrum ipsius Crassus & Ludouicus. Anno namque octingentesimo octuagesimo cum vita migrasset Carolomanus, Arnulpho filio ipsius notho concessa est à patris ditio tantum Carentani, quod eam pater illi largitus esset, ut Rhegino adnotauit, Ducisque nomen, haud Regis tulit. Creatus itaque post obitum Crassi Rex & Imperator Vuido Spoleti Dux anno octingentesimo nonagesimo primo, & coronatus à Stephano Quinto. Qua in re videas adhuc Italos noluisse abrogare vel regnum, vel imperium Crasso viuenti, quamuis Germani abstulissent; sed ipsius mortem, quamuis omni dignitate spoliati, expectasse. Verum cum differerent inter se Itali in concedendo Italiae regno, ac Formosus Pontifex variè à Comitibus Tusculanis exagitaretur; Arnulphum verò, cuius antea patrum in regnorum successione rationem non habuerant, ad regnum Germaniæ à proceribus in conuentu Triburienfi electum, plurimum inter Christianos posse videret; idem Pontifex Formosus Arnulphum Vuidone defuncto à Germania euocauit, quem & Imperatorem metu, ut quidam dicunt, adactus coronauit anno octingentesimo nonagesimo sexto, qui est post obitum Crassi octauus. Cum verò Arnulphus duabus rebus, Luitprando teste, maximè nomen suum commaculasset, quod sacrilegijs omnia conturbasset, & Hungaris effertissimis tum gentibus aditum in Germaniam aperuisset, vnde illi plurimos annos innumeras Germaniæ, Galliarum, & Italiae vastitates intulere: præterea inter eius filios Zuenobolcum & Ludouicum maxima, ut Rhegino, qui his vixit temporibus, scribit, essent excitata bella de regno certantes; idemque in Galliis dissidium foret inter Carolum Simplicem, Balbi posthumum, & Odonem, quem contra Carolum consanguineum suum excitat cum nonnullis Arnulphus ad regium nomen; quæ quidem dissensio plurimos annos durauit: ob hæc necessariò Pontifices Romani imperij dignitatem Italicis principibus illam maximè ambientibus detulerunt ab anno octingentesimo nonagesimo sexto, vsque ad nongentesimum vigesimum, per annos scilicet non amplius viginti duos. Anno etenim nongentesimo Ludouicus Prouinciæ Rex, iustitiæ & integritatis opinione admodum florens, Rex Italiae ab Archiepiscopo Mediolanensi, & mox à Benedicto Quarto Imperator est coronatus, qui haud multo post à Berengario Primo est miserimè excæcatus; qui anno deinde nongentesimo decimo quinto à Ioanne Decimo Imperator est creatus, cum iam in Galliis plena omnia forent seditionum, nondum finitis discordiis inter Carolum Simplicem, & eius successores, liberosque Ludouicum Lothariumque ex vna, ex altera autem parte Odonem, Robertum, & Rodulphum successores Odonis, teste Aimoino. In Germania porro nihil erat quieti ab intestinis bellis, perperuisque Hungarorum vastationibus, Slauinorum, & Bohemorum, ut è Rhegino constat. Berengario Primo post hæc occiso sub annum nongentesimum vigesimum tertium, Pontifices Romani imperatoriam potestatem nemini vsque ad nongentesimum sexagesimum secundum per annos triginta nouem detulerunt. In Italicis enim non multum videbant esse roboris ac præstantiæ, ut tantam personam sustinere possent; neque inter se illi villo modo conueniebant. in Galliis erant omnia perturbata, ut qui Rex esset, aut acciperetur, dignosci non posset ob disidia, quæ supra attigimus. In Germania domesticis bellis, & externis Hungarorum, Slauinorum, Bohemorumque omnia feruebant. donec anno nongentesimo sexagesimo secundo, ne tanta in Occidente dignitas tot annos inter mortua omnino concideret, cum iam Rex Otho Germaniæ cunctis Europæ Regibus præstaret, cunctis hostibus vndique debellatis, à Ioanne Duodecimo in Italiam euocatus, ad imperij dignitatem est euectus.

Hucusque è quatuor maximè apparet summum studium Romani Pontificis in conseruanda imperij dignitate in Occidente. Nam primo loco post tot annorum spatia inter mortuam Leo Tertius reduxit, atque ut gratiam Carolo Magno referret ob accepta beneficia, illi eam meritissimo omnium est largitus. Secundo illam semper ad potentiores Europæ Reges detulerunt: tales enim suis temporibus post Carolum Magnum & Ludouicum Pium, Lotharius II. Caluus, Balbus, Ludouicus Prouinciæ Rex Gallici sanguinis, Crassus & Arnulphus Germaniæ Reges, Vuido, Lambertus, ac Berengarius I. Italicis Reges. Tertio iidem Pontifices, quamuis variè à principibus Italicis exagitari, tamen illis eam noluerunt vnuquam largiri, exteris potius quasi dignioribus: & inuiti quodammodo fecerunt, causis tamen grauibus intercedentibus, ut aliquando Italicis eam potirentur; e quibus tamen tribus duo, Lambertus, & Berengarius Primus, maximè ob egregias virtutes à Luitprando lau-

A do laudantur. Quarto Pontifices Romani eandem dignitatem diffidiis ignauiaque, aliorum iam diu per annos propè quadraginta extinctam, rursus in lucem reuocarunt, & ad Germanos transtulerunt anno nongentesimo sexagesimo secundo.

Ex hoc tempore confedit in Germania Imperium, neque Pontifices Romani adduci vllis vnuquam modis aut cogi potuerunt, ut illud aliò transferret: quòd hætenus illorum maximæ fuerint vires ad hanc dignitatem tuendam, & magnis Christianæ pietatis laudibus plurimi eorum floruerint apud omnes. Adnotabimus hæc tempora nonnulla, in quibus Romani Pontificis animus eluxit omnino contententis ut tanta dignitate Germaniæ Reges excelleret, vel inuitis penè interdum Germanis ipsis.

Ac primo loco cum vita migrasset Ortho Secundus Romæ anno nongentesimo octuagesimo tertio, filiusque Ortho Tertius annorum XVI. in Germania foret, Crescens Patricius Romano nihil non egit adnitente populo Romano, ut Imperator à Pontifice Ioanne XV. renunciaretur. Renuit id Pontifex; quocirca ab eodem Roma pulsus, & in Hetruriam confugiens, ad Orthonem misit, qui illum de tota re certiore faceret, & nomine suo peteret, ut Romam veniret ad accipiendam Romani Imperij dignitatem, resque Italiae constituendas. Venit ille anno nongentesimo nonagesimo quinto, & sequenti, cum iam mortuus esset Ioannes XV. & XVI. à Gregorio V. est coronatus Imperator.

Secundo loco post obitum Orthonis Tertij, cum principes Italicis infestis armis copias eius Italia exegissent, Ardoinus Eporediæ Marchio Italiae Regem se creari à principibus Italicis curauit, ac tenuit illud annos tredecim, exercitumque ab Henrico Germaniæ Rege missum duce Orthone vicit; neque tamen illum Papa vllus è quatuor, qui eo tempore sederunt; Ioannes Decimus octauus, Decimus nonus, Gregorius Quartus, Benedictus Octauus, Imperatorem decreuit, expectarunt omnes aduentum Henrici, illique hunc honorem referuarunt. Non enim tunc villo modo Imperator dicebatur, nisi qui manu ipsius Pontificis coronaretur; ob id in diplomatibus & litteris antiquis Imperatorum signantur ac numerantur anni, quibus quisque regnauit, diuersi ab his, quibus imperauit; quarum rerum multa exempla habes apud Crantziū, Nauclerum, Cuspinianum, Sigonium: ut magis mirere Crantziū, Naucleri, Cuspiniani, & similibus sententiam, qui Imperium vel hæreditarium, vel nationi alicui regnoque attributum contendunt: Spiræ adhuc extare monumenta aiunt Henrici Secundi, Tertij, & Quarti, è quorum numero dignoscitur exemptus Henricus Auiceps Germaniæ Rex pater Orthonis Magni: alioquin Secundus in sepulchris illis inscribendus esset Tertius, atque ita ceteri sequentes, quod nullo modo factum, sed fusiùs hæc Panuinus.

Secutum est aliud tempus, quo Henricus Tertius à tribus Pontificibus, Stephano Nono, Nicolao Secundo, Alexandro Secundo, simoniæ crimine est notatus, ab Alexandro etiam Romam est vocatus anno millesimo septuagesimo ad causam dicendam. quo defuncto cum Saxones ac Thuringi vellent Henrico ob ipsius malefacta deposito alium Regem creare, cohibiti sunt à Gregorio Septimo litteris, quæ adhuc leguntur datæ Kalen. Ianuarij M. LXXV. missique ab eodem Gregorio anno millesimo septuagesimo quarto Nurembergam legati Episcopi, Hostiensis, Prænestinus, Curiensis, Cumenis, vna cum matre Regis, ut Lambertus scriptor Germanus, qui his temporibus vixit, testatur, qui illa omnia cognoscerent, de quibus Henricus à populis accusabatur, & à tribus illis Pontificibus fuerat notatus; è quibus Stephanus & Nicolaus, ab ipso Henrico Pontifices dati, Germani erant, integerrimi omnes, Stephanus verò & Alexander etiam miraculis illustres. Absolutus est ab excommunicatione Henricus per legatos, in quam incurrerat ob admissam simoniam: communi que consensu præfulum, principumque Germanicorum, & Henrici ipsius constitutum fuit, ut tota res Romæ cõposita die cognosceretur, sed indictam expeditionem nullo modo Henricus, inquit Lambertus, absoluere curauit. quin interim curauit Gregorium nocte Natalis Romæ, dum missam celebraret, capi, qui mox à populo Romano est liberatus. Amplius anno millesimo septuagesimo sexto, ut idem scriptor testatur, cum legatione missa, ut decretum fuerat de communi sententia, Romam vocaretur Henricus, tantum abfuit, ut ex composito pareret, ut potius contumeliosè à se repulerit legatos, conuentuque conuocato aliquot Episcoporum fuerit ausus Gregorio Septimo abrogare Pontificatum, idque illi per quosdam verbis ac litteris iniuriarum plenissimis denunciare. Quocirca Gregorius, aduocato Concilio, Henricum excommunicauit, regium ius illi abstulit; in Germaniam legatos misit, qui omnium gestorum rationem reddere.

AMOR PAPÆ  
IN GERMANOS  
ET VEN-  
DA INTER IL-  
LOS IMPERII  
DIGNITATE,  
AC POTESTA-  
TE.

Vide Crantziū  
lib. 1. Saxo.

redderent, ac potestatem facerent principibus volentibus eum iamdiu deponere, & aliū A  
 creare. Cunctis igitur Triburiis conuenientibus, Henricus scelerum suorum conscius  
 se dicto fore audientem promisit; indictumq. Augustæ Concilium, quò Pontifex acce-  
 deret anno sequenti. Iterum cum sciret Gregorium petere Augustam, occurrit illi ad  
 Canuffium, & maxima dimissione ab excommunicatione se absolui, omnem obedientiā  
 pollicitus, impetrauit. Sed protinus ad scelera pristina reuersus, cum fide securitatis da-  
 ta interuentu Rodulphi Sueuorum Ducis accedentes, ad se plures Episcopos & proce-  
 res in custodiam misisset anno millesimo septuagesimo septimo, qui insecutus est, tum Ro-  
 dulphi, cui fides est in primis violata, tum ceterorum sic irritati sunt animi (quæ omnia  
 restatur, qui in iis locis eo tempore vixit, Marianus Scotus) vt Henrico deposito, Rodul-  
 phum crearent, qui consecratus est à Sigefrido Archiepiscopo Moguntino, & confirma-  
 tus anno postero à Gregorio Septimo. Sic igitur ob sua scelera Henricus regio potesta-  
 tis iure deiectus à Gregorio, qui id per multos annos vetuerat, cum bis in publicis conuē-  
 tibus Norimbergæ & Triburiis fidem datam fregisset, & specie fidei datæ multos princi-  
 pes in custodia detinisset, Gregorio Septimo ter illisset, eū capere per alios, & Pōti-  
 ficatu fuisset ausus exspoliare, deiectus denique propter innumera scelera, ob quæ ab an-  
 no millesimo septuagesimo, vsque ad millesimum septuagesimum octauum, plurima  
 bella, sacrilegia, incendia exorta, præsertim in Thuringia, & Saxonia, incredibiles omnium  
 hominum strages, innumeræ direptiones, ac vastationes, ob electionem Rodulphi, quem  
 postea prælio vicit, in furorem versus Henricus exercitu coacto in Italiam venit Roma  
 expulit Gregorium, & aduersus illum successoresque eius quatuor Antipapas, Gibertum  
 qui Clemens est dictus, Albertum, Theodoricum, & Maginulfum creauit. quanta verò  
 fuerint eius scelera, qui volet ex aliqua parte cognoscere, legat Dodechinum, & Lamber-  
 tū. vnū sit fati attulisse cunctis sæculis, credo, inauditum. Erat Henrico vxor Adelehis:  
 eam cum cœpisset odio habere, iniuriis multis affectam misit in carcerem, plurimos-  
 que immisit qui eam constuprarent. Num satis hoc? Accersit filium suum Conradum,  
 impellit vt horrendum facinus & ipse aggrediatur; nolentem iniuriosè à se repellit. ob  
 id optimus iuuenis à patre desciscens anno millesimo nonagesimo tertio, in Italiam ven-  
 nit, & summa omnium gratia de Urbani Pontificis auctoritate Italiae regnum iniuit, an-  
 nos nouem administravit, & Rogerij Siciliae Regis filiam sibi matrimonio iunxit. Hæc  
 Dodechinus & Helmoldus Germani scriptores illis temporibus proximi. Is verò est Hel-  
 moldus, vt in tota historia, quam texit, anfas omnes arripiat, vt Pontifices Romanos dila-  
 ceret, præcipuè Gregorium Septimum, ita vt afferat etiam Bennonis ineptissima com-  
 menta, quæ meritò Crantzio deridet, & quibus cuncti historici aduersantur, & apertissi-  
 mè inter se pugnant. Obiit Henricus anno millesimo centesimo sexto, cum sedissent in-  
 terim Gregorius Septimus, Victor Tertius, Urbanus Secundus, & qui superuixit  
 Paschalis Secundus: qui omnes innumeras confictati iniuriis poterant Imperij titulum  
 transferre à Germania in alios, noluerunt tamen. Vixere iis temporibus Robertus, qui  
 Apuliam, Calabriam, Siciliamq. dominatu suo tenebat, ac tantè fuit potentia, vt Isaacio  
 Angelo Comneno Imperatori Constantinopolitano bellum intulerit, ac multas in Epy-  
 ro vrbes abstulerit, copiis eius fufis, ac caesis. Roberto successit filius Rogerius. Ambo pro  
 Pontificibus aduersus Henricum inuidi steterunt: poterant in eos Papæ de se optimè meri-  
 tos Imperij dignitatem transferre: ne id facerent, amor in Germanos fecit. Vixit eodem  
 tempore Philippus Gallorum Rex, qui & iisdem Pontificibus studuit, eoq. regnante  
 expeditio illa Hierosolymitana, quam Germani tum deridebant, auctore Vrspergensi su-  
 scepra. Ad eundem regis vndique ornamentis & opibus instructissimū poterant Au-  
 gustalia insignia deferre iidem Pontifices, & post annos centum viginti plus minus ad  
 Gallos Imperium reuocare, in quibus iam diu extinctum Caroli Magni meritum reuixerat  
 ac steterat annos octuaginta, donec ad Germanos est translatum, & maximè cum à nullo  
 superiorum Pontificum coronatus fuisset Imperator Henricus, quare tantum Romanus  
 Patricius, non autem Imperator hucusque fuit appellatus, vt Contractus, qui his tem-  
 poribus viuebat, scribit. Non fuit id amor in Germanos, vicit ille iniurias omnes, atque  
 ærumnas. Iure, ad extremum namque tantus in Pontifices Romanos amor Germanorū  
 fuit, vt plurimi ipsorum fauerint illis, reliquerint suos.

Quartum tempus est cum Henricus Quartus Romā venit Paschale sedente, cui promi-  
 serat se inuestituris Episcoporum renunciarum per legatos missos à se ad Concilium  
 Trecentse,

A Trecentse, atque iterum postea cum Romam pergebat apud Aquampendentē. sed post-  
 quam fuit in urbem Rex admissus, præstare nihil voluit: quin Papam cum Cardinalibus  
 capriuum Roma, præliis nonnullis, in quibus multa hominum millia occisa, inter  
 Romanos & Germanos commissis, abduxit ad montem Soractis, vbi, cum quæ vellet exi-  
 gere, à Papa impetrare non posset, iussit ante eius cōspectum productis Episcopis, & Car-  
 dinalibus caput amputari, ni Papa, quæ petebantur, concederet. Intrepidus, & ad eandē  
 mortem paratus Pontifex hortabatur omnes ad subeundam pro Christo necem libentis-  
 simè; sed collacrymantium precibus mollitus, subscripsit regis postulatis, antea tamen  
 protestatus se metu id omne largiri. Inde reductus in vrbe coronauit Henricum, Impe-  
 ratoremque creauit anno millesimo centesimo vndecimo. Quo perfecto, cum malè à cū-  
 ctis audiret ob ea, quæ Henrico concefferat, Cōcilium cōuocauit ad Lateranum, in quo  
 B rem vti erat exposuit, & cōi decreto omnia cum Henrico acta rescissa sunt anno millesi-  
 mo centesimo duodecimo, eodemque missi ab Alexio Comneno Orientis Imperatore le-  
 gati Romam, quibus iniuriam ab Henrico Pontifici & Romanis illatam doluūt, gratias  
 iis egit, ac laudauit, quòd Pontificem tutati essent, se cupere à Pontifice coronam Impe-  
 rij sumere. Rursus anno millesimo centesimo decimo sexto, Concilium in Laterano vni-  
 uersale est habitum, in quo iterum rescissa acta cum Henrico, & ipse est excommunica-  
 tus; qui Romam veniens Burdinum Antipapā creauit. Inde discedens Romanos quosdā  
 aduersus Pontificem confirmavit. Ab his Gelasius Paschalis successor anno millesimo  
 centesimo decimo octauo expulsus in Gallias profugit. Denique non prius composita  
 pax diu multumque tentata, donec anno millesimo centesimo vigesimo secundo Henri-  
 cus respuit, Calixto sedente, & absolutus ab excommunicatione. Hoc igitur tempore po-  
 terat iustissimis de causis ob fidem violatam, manus iniectas indignissimè in Pontificem,  
 C & Cardinales, ab Henrico ad Alexium, qui id petebat, Occidentis Imperium transferri,  
 poterat ad potentissimum Galliarum Regem Ludouicum Crassum, qui Gelasium Ca-  
 lixtumque Roma profugos benignissimè exceperat. quin cum Calixtus in vniuersali  
 Rhemis Concilio Henricum excommunicasset, Henricusque diceretur in eum copias  
 mouere, Ludouicus armatorum ducenta millia pro Pontifice aduersus Imperatorē edu-  
 xit; ac ni Henricus veniam petisset, in Germaniam profecturus erat, vt è Sugerio illorum  
 temporum scriptore narrat Papyrius Massonus. haud tamen maxima Pontificum Roma-  
 norum caritas in Germanos vllō modo potuit infirmari, vt alios iis præferrent. Hæc ex  
 Leone Hostiensis, qui his temporibus vixit, rebusque hisce interfuit, Otthone Frisingensi,  
 D Crantzio, & Sigonio.

Quintum tempus est cum Fridericus Primus tres Antipapas, Victorem, Paschalem,  
 Calixtum defendit, ac constituit aduersus Alexandrum Tertium, ab anno millesimo cen-  
 tesimo quinquagesimo nono, vsque ad millesimū centesimū septuagesimū sextū, ipsumq.  
 vti potuit prius excommunicandum cum suis sectatoribus curauit anno millesimo cente-  
 simo sexagesimo. quare coactus Alexander anno millesimo centesimo sexagesimo secū-  
 do in Concilio Claramontano Victorem, Fridericum, factionemque ipsorum contra ex-  
 communicauit. At Fridericus Roma & Italia expulsi à se Pontificis fautores omnibus  
 modis est persecutus, incredibiles Itolorum cædes edidit, plurima vastauit, urbem nobi-  
 lissimam Mediolanum subuertit. Iure ne, an iniuria hæc omnia patrarit, vt omnes omit-  
 tamus, ipsius iudicio stetur, qui mox suum crimen agnouit, fassus est, veniam petiit. Quid  
 ni potuisset tunc Alexander Tertius Augustale decus tribuere Guglielmo Siciliae & Nea-  
 polis Regi, cui Rex Tuneti tum pendeat in Africa tributum, qui sicut eius maiores à su-  
 periorum Imperatorum malefactis superiores Pontifices, sic ipse Alexandrum tutatus est  
 aduersus Fridericum, vt gratia referretur filio benemerito Regum optimè meritorum?  
 Quidni idem dari potuisset Galliarum Regi potentissimo Ludouico Crasso, qui pro Pō-  
 tifice Alexandro Tertio aduersus Fridericum copias duxit, Concilium aduocauit, præ-  
 fertim cum iam tot Pontificum superioribus annis à Regibus Germaniæ fugatorum Gal-  
 lia facta esset tutissimum perfugium, ac præsidium, ac tot Gallici Reges à Pipini ætate  
 pro Pontificibus Romanis tanta gesserint, ipsi omnium primi Imperium iam diu extin-  
 ctum inierint? Quidni idem concederetur Manuelli Cōstantinopolitano Imperatori, qui  
 legatione honestissima missa, amplissimi tunc Imperij obedientiam, viresque Alexandro  
 Papæ, si Occidentis ipsum vellet Imperatorem creare, aduersus Fridericum Papæ inimi-  
 cum obtulerat temporibus ad eò turbulētis? Quidni Alexander Tertius aduersus vnum  
 Impe-

Imperatorem Fridericum constitueret, vel vnum duntaxat Imperatorem, quando Fridericus aduersus vnum Alexandrum Papam constitueret tres Antipapas? Vetuit caritas, qua Pontifices Romani amplectebantur Germanicam nationem; neque de illius honore, quamuis maxima ex parte inimicæ, quidquam diminutum volebant, atque ita Imperij maiestas mutabilitati obnoxia facilius in Occidente exstingueretur: neque sanè erat ob vnus Imperatoris, qui mox suum crimen agnouit, delictum, nobilissimæ nationi, cuius magna pars à Pontifice Romano stabat, aliquid dignitatis antiquitus à maioribus imperitæ diminuendū; & beneficiis à Pontifice vincendi sunt omnes, si fieri potest. Superiora post alios Crantzius ac Sigonius latè persequuntur.

Sextum tempus est Friderici Secundi. Huius frater Henricus Quintus, Friderici Primi filius, habuit in matrimonio Constantiam filiam Siciliæ Regis, quæ neque volebat, neque poterat eum ducere, nisi Pontifex Romanus eam religione, qua obligabatur, suo decreto absoluisset, vt Fazelus multis probat. Absoluit Pontifex Romanus: ex quo factum, vt Henricus consequeretur Neapolitanum, ac Siculum regnum. obiit Henricus, Constantiæque vxor paulo post eum consecuta est, Fridericum puerum in tutela Innocentij Papæ Tertij relinquens anno millesimo centesimo nonagesimo octauo. Ob id cum Ottho Imperator ab eodè Papa Romæ coronatus, ad Imperiumq. euectus Apuliam inuasisset, quæ ad puerum Fridericum spectabat; neque sæpè, vt Crantzius scribit, admonitus ab incepto desisteret; Pontifex ipsum excommunicauit, exercitumque aduersus illum misit. Ac tantum fuit huius Pontificis studium in protegendo Friderico, vt referat Abbas Vrspergensis Pontificibus Romanis non admodum æquus; studiosissimus autem totius familiæ Suevicæ, è qua fuit Fridericus, eū missa legatione significasse Otthoni, si puero redderet quæ occuparat, eiq. nihil molestiæ inferret, se dimissurum ipsi Otthoni nonnullas vrbes, & oppida, quæ Ottho ipse contra iuramentum præstitum Ecclesiæ in Thuscia & Piceno abstulerat. Hæc Abbas Vrspergensis, qui his temporibus Romæ fuit: vt admireris quorundam scriptorum impudentissimam peruerstatem, qui malè administratæ tutelæ Innocentium accusant, quasi is Siciliæ & Apuliæ regnum sibi tributarium reddiderit, cum constet apertissimè ex omnibus historiis iam inde à Roberto regiones illas Apostolicæ sedi censum soluisse & infeudatas fuisse, vt è Leone Hostiensis, Pandulpho Colenatio, Ritorio, Sigonioq. apparet. Quinimmo Pontifex idem Fridericū, Constantiūq. Reges Siciliæ & Neapolis confirmauit, quod adhuc superessent, qui ad se illud regnum spectare contēderēt, sicut etiam Celestinus Tertius, qui ante Innocentium fuit, Henrico Quinto, atque eius vxori Constantiæ illud regnum contulit Taneredūque Nothum filium Rogerij Regis, qui illud inuaserat, excommunicauit. Neque verò satis habuit Innocentius ita tueri, vt diximus, puerum Fridericum aduersus Otthone; quinimmo perfecit, vt Otthone deiecto (quando is haud respicebat) à principibus Germaniæ deligeretur Fridericus Germaniæ Rex anno millesimo ducentesimo decimo, vt Abbas idem restatur; pollicitusque est illi Imperatoriam dignitatem, quam noluit tamen conferre, antequam profectus in Germaniam Germaniæ Rex vngeretur, ne scilicet aliquis fieret Imperator, qui prius Germaniæ Rex haud esset. Quocirca anno millesimo ducentesimo vigesimo, cum iam Rex consecratus fuisset Fridericus, Romam veniēs ab Honorio Augustalia insignia recepit. Hæc vbi consecutus est, multos Episcopos suis locis mouit, alios auctoritate contempta Apostolica constituit, quod illos inimicos reputaret, hos amicos. Eiecti ad Pontificem confugere, conquesti sunt. Papa misit ad Fridericum monens ne ea perpetraret; si quis Episcopus ei non videretur satis æquus, se prouisurum vt alius sufficeretur ipsius studiosus. Cūq. id sapius Pontifex repetisset, tantum absuit, vt ille mores mutaret, aut in bonam partem quæ dicebantur acciperet, vt contumeliosissimè à se repulerit legatos, iniuriola in Papam verba protulerit, ac peiora sit molitus: excommunicatus est igitur ob has causas, vt illorum temporum scriptor Ricordanus tradit. Quin post obitum Honorij nulla re laceffit, Gregorio Nono sedente, armis inuasit Ecclesiasticæ ditionis vrbes. Quocirca Gregorius excommunicationis in ipsum sententiam cœpit renouare anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, vt adnotat Vrspergensis. Mox interuentu Ioannis Brennæ Regis Hierosolymitani pax facta: is namque Iolem vnicam filiam dato regni Hierosolymitani iure dotis titulo collocauit Friderico in matrimonio, atque ita Fridericus arma deposuit. Necessè namque erat vt Pontificis ad hoc cōsensu accederet, quod regnum illud Ecclesiæ feudū foret, vt signo de progressu Ecclesiasticæ potestatis est dictum, neque quisquam posset

L. i. Saxo. c. 33.

Vill. lib. 4. ca. 6  
& seq.

In vita s. Ludouici.

posset habere, nisi de permisso Pontificis Romani. Muneribus itaque placatus nunc rediit ad mentem Fridericus iureiurando pollicitus celerem professionem ad Hierosolymas recuperandas; sed paulo post ad pristinos mores reuersus. confobrinam namque Ioles vxoris, quæ in aula morabatur, constuprauit; coniugem verò suam, quod ea de re cum patre cōquesta esset verberibus malè acceptam in carcerem detrusit, in quo dicta est ipsius iussu interiisse. Cū verò incredibiles sumptus facti fuissent à Gregorio, & cunctis ferè principibus, ad expeditionem conficiendam, cuius dux ipse Fridericus fuerat destinatus, vt iurarat; atque is de die in diem rē traheret, quinimmo cunctis iam profectis, ac mare tenentibus, Fridericus cum suis ferè omnibus Brundisium, delusis aliis, & indignantibus repetiisset; Gregorius illi rursus excommunicationem denunciat. At ille principibus quibusdam Romanis conductis Papam Roma, vt Vrspergensis ait, expulit, Raennamque Germanos proceres aduocat. Papa necessariò sibi timens ob tot ac tanta maleficia Friderico obiecit Ioannem Brennæ, quem Raennæ Exarchum cōstituit, perfecitque, ne quis è Germanis Raennam posset accedere, vt auctor est Vrspergensis, qui in annum millesimum ducentimum vigesimum tertium hæc refert, Friderici tamen procrastinationes iniquas, & indignè habitam coniugem cum cōsobrina filio praterit, refert è Ricordano Villaneus. His confectis Fridericus nihil curans absolueretur nec ne ab excommunicatione, vrbe expulso Papa, & plurimis qui eum vexarent concitatis, rursus Brundisio soluit, habitoque secretiori cum hostibus tractatu aduersus ipsos etiam Christianos Hierosolymam recepit ea conditione, vt sepulchrum templumq. Domini, cuius causa tanta gerebantur, cum munitissimis quibusque locis in potestate essent Sarracenorum; quod cunctis indignissimum proculdubio visum. ab eius porro copiis, & ducibus, aliorum Christianorum copiæ, quæ aduersus Sarracenos, in quos nihil ipse mouit, militabant, per insidias, cum nil tale expectarent, profigatæ; oppida, & vrbes, quæ alij Christiani iā diu è manibus hostium erepta tenebant, iis omnia vi ablata: induciæ sine sociorum consensu in decennium cum Sarracenis pactæ. Ipse vrbem ingressus satis habuit coronari. discedens ducem reliquit, qui non nisi aduersus alios Christianos, qui in Syria aliquid haberēt, bellum gessit. ex quo factum, quod omnes scribunt, vt Sarraceni omnia breui reciperent. hæc Ricordanus, & Villaneus, & Crantzius scriptor Germanus, qui & in Metropoli sua refert epistolam Sarracenorum Regis ad Papam, qua rescribit ad eum Rex se non posse inconsulto Friderico pacem componere cum Christianis, quod ita secū conuenisset; atque ita Fridericus illum Regem concitaret in Christianos, pactusque fuerat ne cum iis pax iniretur se inficio. hæc ex illa epistola, cuius tamen sensum non assequitur Crantzius, vt legenti apparebit. Addit idem Crantzius Friderici filium Conradū in Germania extulisse hæreticos quosdam, qui per Germaniam circumcursantes prædicabant nullis Episcopis & sacerdotibus obediendum, nullis Ecclesiæ legibus, soli Friderico, & Conrado. Præterea cū vidisset idem Fridericus antea à Pontifice omnia absumpta in expeditionem sacram, nihil roboris militumque fortiorum superesse illi, cū Brundisio soluisset, cumque iam per Francipanes Roma, vt scribit Vrspergensis expulisset, duces in Apulia reliquit, qui ditionis Pontificiæ loca inuaderent, quod & Paulus Aemilius testatur. sed Ioannes Brenna, cui Pontifex exarchatum commiserat, acriter omnia tutatus, hostilem exercitum fudit, multaque in Apulia & Calabria occupauit, in quæ Fridericus reuersus exercitum mouit. Hic quidam scribunt anno millesimo ducentesimo trigesimo infidiosam fictamque pacem inter Imperatorem Pontificemque, interuentu Theutonicorum magistris, & Leopoldi Austriæ Ducis, conciliatam. In causa fuit quod Longobardi in eum conspirarant, Bauariæ similiter Dux, quem satellite immisso Sarracenicæ nationis occidit anno millesimo ducentesimo trigesimo primo, vt Trithemius refert, & in eius successorem Otthonem anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio cōmouit copias Henrici filij Germaniæ Regis designati. sed neque in hoc filio satis fidei fuit. aduersus enim patrē sumpsit arma anno millesimo ducentesimo trigesimo quarto, & sequenti à patre captus in carcere mox necatus. Has ob causas pacem maximè Fridericus expetiuit, & ad filium debellandum litteris vsus est Apostolicis, vt Crantzius tradit. Neque verò hic Friderici filius Henricus bene cum Ecclesia sentiebat, sed similis hac in re patri erat, vt liquet è Trithemio scriptore Germano. Post hæc superiorū rerū timore solutus Fridericus rediit ad ingenium suū, Ecclesiā & Ecclesiasticos (placare omnibus modis illū studente Pontifice, quæ Crantzius scribit) vexare contra iuramentum pacemque cœpit;

Crantz. lib. 8.  
Saxo. cap. 6.

cepit; non desistens excommunicatur: at ille plurimos Antifites, in quibus nonnulli A Cardinales, multiq. Episcopi, qui ad Concilium, quod Gregorius indixerat, proficiebantur, captos, diuque in custodia detentos habuit anno millesimo ducentesimo trigesimo septimo: & ad excindendam omnino Pontificiam potestatem, quod sibi esse in animo verbis editis, quos signo de prophetia spiritu recitauimus est testatus, Guelphorum & Gibellinorum factionibus in Italia inductis publicas ac perpetuas Italorum Lanienas instituit. sed cum defuncto Gregorio, ac paulo post Celestino successus fuisset Innocentius Quartus amicus Frederici, anno millesimo ducentesimo quadagesimo primo Lugduni habitum est Concilium, in quo spoliatus est omni Imperatoria ac regia potestate Fredericus de auctoritate omnium Episcoporum, qui innumeri interfuerunt illi synodo. forma excommunicationis, in qua enormia & incredibilia Frederici delicta, præter illa quæ diximus, narrantur, ab Alberto Crantio scriptore Germano recitatur, subtracent Cuspinianus, & Nauclerus, cumq; aduocati Episcopi, è toto orbe Christiano omnibusq; bene discussis, auditisque Frederici aduocatis, qui ad Concilium missi accesserant, sententiã in ipsum tulissent, electus est à Germanis Germaniæ Rex Hêricus, & mox Guglielmus, eoq; interfecto Germaniæ regnum ad externos delatum ab electoribus, creatique in dissidio Richardus Anglici Regis frater, & Alphonso Castellæ Rex anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octauo. Sed tantum fuit Romanorum Pontificum studium in Germanicam nationem, vt neutri Augustalia insignia concesserint, quod non æquo animo ferret ad externos illa peruenire. Quinimmo Gregorius Decimus ad discordias cõprimendas cõpulit electores ad alium è sua gente adsumendum, nequidquam reclamante Alphonso Castellæ Rege: ac tunc electus Germaniæ Rex Rodolphus Habspurgensis anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, vt Nauclerus testatur. Hoc igitur tempore vel inuitis Germanis, qui ad extraneos Germaniæ regnum detulerunt, Imperatoriam potestatem Romani Pontifices in Germania conseruarunt, quamuis nullo non genere iniuriarum à Friderico vexati fuissent, eorumque potestas ad extremum interitum cunctis modis oppugnata, cum puer ipse aduersus Imperatorem Orthonom acerrimè à Pontificibus defensus fuisset, per ipsos Rex Siciliae ac Neapolis electus foret, per ipsos euectus ad Imperium, ter in eos contra fidem & fas exercitum mouisset, nihil non conatus vt funditus auctoritas ipsorum subuerteretur, cum totos ferè triginta annos bellum gessisset aduersus Pontifices Romanos. qua in re illud obseruatione dignum, ab Henrico Tertio pugnatum aduersus Papas annos ferè viginti tres, à Quarto vndecim, à Friderico decem & septem, qui omnes sunt octuaginta & vnus. Imperium penes Germanos fuit ab anno nonagesimo sexagesimo secundo, vsque ad millesimum ducentesium quinquagesimum, quo obiit Fridericus, annos ducentos octuaginta octo: vt miseris tot annos tam pauco tempore ob Imperatoribus Germanis oppugnatam Pontificiam sedem, & iniuriam perstitisse in eos amorem Pontificum Romanorum.

Septimum tempus est, cum anno millesimo trecentesimo octauo Albertus Imperator electus per insidias nepotis est occisus, & Clemens Quintus Auenione morabatur, eò nãque sedem Pontificiam transtulerat: quo cum Germaniæ proceres in electione dissentirent, Philippus Galliarum Rex cognomèto Pulcher occasionem auertendi ab eis Imperij, & ad Gallos, in quibus à principio per annos octuaginta fuerat, transferendi nactus, maximas copias coëgit, vt Auenionem petens, ni precibus posset, vi assequeretur, ipsum Pontificem cogere ad transferendum in Gallos rursus Imperium. Id vbi peruenit Pontifex, de consilio Cardinalis Pratenfis continuò proceres Germanos clam certiores tota de re fecit, vrgens illos, & impellens, vt quamprimùm in Rege deligendo consentirent, ne quid interim nouare aliquo modo cogeretur. Delectus tunc Henricus Luceburgensis, cui suffragatus est Clemens. Hæc post alios Conradus Vecerius in vita Henrici.

Octauum tempus est, cum defuncto Henrico Luceburgensi electi sunt anno millesimo trecentesimo decimo quarto, dissidentibus inter se Germaniæ proceribus, ex altera parte Ludouicus Bauarus, ex altera autè Fridericus Austriacus, cui Bauarus promiserat se ipsius electioni pro virili fauendum, quod haud serauit. Nonnulla inter eos atrocita prælia fuere. pacem conciliare inter eos semper conatus est Pontifex, neque alicui in re maximè dubia apertè voluit fauere. Cum verò Ludouicus non confirmatus à Pontifice omnino Imperatorem se nominaret; præterea in grauissimis causis opem ferret in Italia aduersus Pontificem, maximo rei Pontificiæ detrimento, nonnullis perduellibus, & quod

caput

A caput est hæreticis, amplius à Ioanne filio Regis Bohemiæ, inquit Trithemius, vxorem abstulisset, quasi ille impotens esset, & auctoritate propria Orthoni filio suo, qui secundo gradu affinitatis attigerat Ioannem, coniunxisset, vt ducatum Carinthiæ, & Tyrolis spectantem ad illam mulierem dotis nomine potiretur; his commotus Papa Ioãnes XXII. scripsit Ludouico (hæc sunt verba Trithemij scriptoris Germani) multis vicibus rogãdo, monendo, & comminando, quatenus vxorem viro suo restitueret, & pro corona Imperij suscipienda ad se in Auenionem veniret: sed Imperator contemnens Papam, nec mulierem viro suo restituit, nec venire in Galliam consensit. ] Hæc ille, qui paulo post adiicit venditum hunc ducatum à Ludouico Ioanni, & per vim mox ereptum; præterea scripta Papæ, nomine Ludouici, multa probra: in his quod esset bestia de mari ascendens: hoc tamen ait, scribam confessum in scio Ludouico scriptum. Hæc Trithemius, qui sub hæc rem pora vixit, homo Germanus: subtracent penè omnia Nauclerus & Cuspinianus longè posteriores atate Trithemio, cui consentiunt Crantzius, & Dubrauius. ob hæc dato triu mensium spatio ad causam dicendam, Papa Bauarum excõmunicauit Auenione, anno m.ccc.xxii. post annos igitur nouem nihil aduersus illum Papa egit, & omnium maximis de causis ad illa agenda, quæ egit, est cõpulsus. appellauit Bauarus, & quod intolerandum nouumq. simul, appellauit ad concilium generale, cum Papa (atque hoc nouum) Romæ erit: nam visus est id habere in animo quod fecit, Romam petere, Antipapam creare, atque, vt Germani aliquot scriptores volunt, misit oratores ad Ioannem XXII. inter quos & Papam nõ conuenit. Quo tẽpore Carolus Galliarum Rex maximè semel atque iteru cõtendit, vt Imperator renũciaretur; idq. à Põtifice petiit, vt Villaneus scribit, sed nihil est cõclusum. At Ludouicus acta quædã & scripta emisit, quibus Ioãne XXII. multorum criminu & hæreseos arguebat, & damnabat, nullo Episcoporum generali cõcilio interueniente; quod hucusq; nemo Imperator egerat, anno m.ccc.xxii. quo rursus tẽpore Galliarum Rex conatus est Italiæ regnũ sibi Põtificio decreto adiungere; nihil impetrauit: sequenti vita migravit Fridericus Austriacus. At Ludouicus haud cõtentus illa scripta cõtumeliosa & falsa edidisse in Põtifice, anno m. ccc.xxii. Romã veniens, Antipapam aduersus eũ creauit Petrum Corbariensem, qui se Nicolaũ V. vocauit; decretuq. promulgauit, quo Ioãne deponeret, vt hæreticu; & alia quædã sua constituit. Excõmunicatus est post hæc Bauarus à successoribus Ioãnis XXII. Benedicto XII. & Clemente VI. à quibus tamen numquam deiectus omnino Imperatoria potestate ita Bauarus; vt electoribus imperaretur, vt alium deligerent, aut Papam ipsi eligerent, nisi anno demum millesimo trecentesimo quadagesimo sexto, quo Põtifex Auenione rem retulit ad Cardinales, ne quid temerè & inconsulto tractaret; & cum multi acriter obsteret, à maxima tamen parte id sancitum, vt electoribus indiceret, alium crearent. Nam cum duo grauissima omnium in Põtifices ab ortu Christianæ religionis inaudita Bauarus admisset, illum numquam confirmate Pontifices voluerunt, nisi is supplex ad eos accederet, & omnia sua in manu ipsorum poneret, quod egerat ante ipsum Henricus III. cum Gregorio VII. Canussij. euectus tũc Carolus Bohemiæ Rex. quæ omnia diligentissimè Villaneus spectatissimæ fidei scriptor, qui his temporibus vixit & publicis rebus tractandis plurimum intererat, persequitur. Annos igitur vigintitres ab excommunicatione primũ lata Pontifices Romani subistere ab indicenda noui Imperatoris electione cum tamen hic exemplo admodum nouo post annos quatuor, absque vilo vel inito Episcoporum cõsilio, quod visi sunt facere ex parte magna Ortho primus, & Henricus, vt Luitprandus & Contractus scribunt, Antipapam aduersus Ioannem Vigesium secundum creauit, vt idem Villaneus refert, neque Cuspinianus aut Nauclerus negant hæc, sed quæ Ludouicus perpẽtrauit, iis leuia videntur, ac more suo toti sunt in Pontificibus accusandis. Ex his apparet summum Romani Pontificis studium in conseruanda hac inter Germanos dignitate, denegandaq. sapius Romanis, Italicis, Gallis, Græcis, Hispanis, Anglis. Hi namque omnes diuersis temporibus illam conati sunt ad se transferre, vt supra vidimus, & quidem Angli, & Hispani, volentibus Germanis; quod & ab amore in illam nationem proficiscitur, & ardenti desiderio dignitatis ipsius tuendæ in Occidente, ne scilicet dum sapius ex vna in aliam gentem regnumve transferretur, quasi crebræ mutationi obnoxia facillimè reueret, atque à potentissima omnium Catholicorum, & cunctis opibus instructissima natione, qualis hucusque fuit Germanica, facilius conseruaretur. Et quamuis nullis non iniuris ab aliquot Imperatoribus Germanis ipsi Pontifices fuerint miserrimè consistati, tamen ab hoc proposito

De Sig. Tom. 2.

Bb numquam

Trithem. in Chron.  
Nirsing.Lib. 9. c. 248. &  
205.

Lib. 1. c. cap. 73.

numquam destitēre. Quamobrem libet adhuc nonnulla adiciere, vt ardentissimum Pontificis Romani in Germanos amorem, studiumque incredibile conseruandæ inter illos dignitatis huius admirēre. ac primum sit illud: nullius nationis Imperatores, aut Reges vmq̄uā fuēre ab ortu religionis Christianæ, qui tot Antipapas, nulla habita ratione presbyterorum Cardinalium Romanorum, quorum fuit semper in primis electio, creant aduersus legitimos Papas, vt quidam Germani Imperatores. Diximus, aduersus legitimos Papas: nam legitimos fuisse, ipsi postea Germani Imperatores, & orbis totus Catholicus comprobant. Constituti verò sunt ab Imperatoribus Germanis hi Antipapæ, ab Henrico Tertio aduersus Alexandrum Secundum Cadolous anno millesimo sexagesimo secundo, & ab eodem aduersus Gregorium Septimum Clemens millesimo octuagesimo, & post Clemētem Albertus, Theodoricus, Maginulfus aduersus Gregorij Septimi successores; ab Henrico Quarto aduersus Paschalē Secundum Burdinus, qui dictus est Gregorius Octauus, m. c. xvi. denique à Bauaro Petrus Corbariensis, qui sunt Antipapæ septem, quos presbyteri Cardinales Romani, quorum semper fuit in primis electio Pontificū, nullo modo elegēre, sed nec eligere potuissent. Quocirca omittimus tres illos Antipapas, quos Fridericus I. nominatos ab aliquibus presbyteris Romanis Cardinalibus (id est quibus titulus ecclesiæ alicuius in vrbe à Pōtifice legitimo fuerit cū dignitate aliquomodo attribuit) velut legitimos coluit, & à suis colēdos decreuit, Victorē scilicet, Paschalem, & Calixtū tertios dictos, omittimus similiter Leonē VIII. ab Orthone I. factum, qui quamdiu vixit Ioannes XII. pro nullo Pontifice habetur à quibusdam: nam postea legitimi loco est reputatus. At memoratos septem Germani ipsi Imperatores dein de nullos duxerunt, & ipsi eos pristinis electoribus despectis (hoc enim dicimus valde obseruandum) cōstituerūt aduersus Pōtices legitimos ritē iam creatos, quod nullus Imperatorum Regumve vmq̄uā tāto tēpore sic est aggressus, & ausus, quamuis plurimi fuerint hæretici in Oriente Imperatores, qui Romæ dominabantur, ac Reges hæretici in Italia, vt Ostrogotthi, qui similiter Roma potiebantur. Secundum sit illud: nullus Rex aut Imperator vmq̄uam prorsus sibi vsurpauit electionem Pontificis Romani, quod Germaniæ Reges fecerunt. Odoacer Herulorum Rex, cū Romæ, & Italiæ præfesset, primus est ausus edicere, de cōsensu tamē Papæ, ne Pōtifex absque regij legati præsētia cōsecraretur, idēq̄, ad discordias tollēdas; quod & Iustinianus iussit, ne inconsulto Imperatore Pōtifex electus consecraretur. Omnium primi nonnulli Germaniæ Reges id sibi cōtra omnē cōsuetudinem adsumpserūt, vt Papas soli darent, electoribus antiquis omnino neglectis. Id Leo VIII. ab Orthone I. euectus, viuente adhuc Ioanne XII. cū Roma ab Orthone armis teneretur, illi concessit anno nongentesimo sexagesimo tertio. quocirca abeunte Imperatore, Romani arma sumpsēre, Pontificem expulerunt, & domiti ab Orthone reuerso, idē rursus discedente aggressi, iterum victi, nolent, vellent, ac quieuerunt, donec Italia excederet. Eo profecto Cincius ciuis Romanus est ausus, Benedictum VIII. in carcerem conicere, in quo & decessit anno nongentesimo septuagesimo quarto. atque ita per annos propē quadraginta omnia turbulentissima fuēre propter iniquos Romanorū animos, & inconstātes electiones, Pōtificesq̄, aut expulsos, aut intrusos, vsque ad annum m. l. i. quo Ortho III. Primi nepos est defunctus. Hæricus nāque Primus vir sanctissimus, qui Orthoni III. successit, hoc iure vti noluit. quatuor autē schismata oborta sūt ob huiusmodi morē cōtra antiqua instituta ab Orthone inductum, id est, inter Leonē Octauum, & Benedictum Quintū, secundum inter Benedictū V. & Dōnum II. tertium inter Bonifaciū Septimū, & Benedictum VII. quartum inter Gregorium V. & Ioannē XVIII. atque ita Ortho noua hac consuetudine maiores discordias adduxit per annos xl. ob hæc enim numquā Romæ maiores cædes, & numquā tamdiu schismata durarunt, quater diuersis annis prælia idcirco cruentissima cōmissa inter Orthonom copias, & Romanos; quæ omnia post alios omniū diligētissimē Sigonius scribit: quinimmo quod antea nūquā contigit, intra annos vnde-cim duo Pōtices in carcere vel inedia, vel alio modo necati sūt à Romanis, Benedictus VI. ab Orthone II. datus, & Cincio Romano in carcerem detrusus, & Ioānes XIV. à Bonifacio VII. Quod si in rebus agendis experimēto credēdum, (vt cuncti faciēdū norunt) nūquā peius Ecclesiæ Romanæ cōsultū, q̄ p̄ huiusmodi legē, Bonifacius porro Septimus aduersabatur partibus Orthonū, vt è Petro Damiani, q̄ his tēporibus vixit, colligi potest. Non igitur Ecclesiæ malis medēdū Pōtificiæ auctoritatis diminutione, sed amplificatione. Romani laici olim fuerant in causa multorum malorum, dum se electionibus Pontifi-

Lotharius Imperator de sententia eiusdem Pontificis etiā sanxit ob eandem causam.

A cum p̄ totis modo admiscebant: eas ad se transfulerunt Germani, peius egerunt. sacra sacris relinquentes, profani sint procul. Sed rursus m. xlv. Henricus II. Gregorio VI. spontē se abdicante idē sibi ius arrogauit, quod ablatū successit sibi ipsius filio Henrico III. à Gregorio VII. & sequentibus Papis. Rursus tamen irrito conatu conatus est idē sibi ius arrogare Henricus Quartus, cū Burdinum creauit, & Bauarus cū Petrum Corbariensem. Liber itaque suspicere molestiam Caroli Magni, qui ius legendi Pontificis ab Hadriano, & populo Romano oblatum remisit, accipere noluit, quinimmo neque alios Episcopos eligendi sibi ius voluit retinere, vt è Capitularibus apparet, ab ipso & Ludouico editis anno dccc. xli. Lotharius tamen Imperator Ludouici filius anno dxxx. xxv. de auctoritate Eugenij II. sanxit, ne Pontifex cōsecraretur absque præsētia Regis, si Romæ foret, alioquin regij legati, ad tollenda diffidia. Id sublatū ab Hadriano VI. impulsu forōdam Romanorum, maximis deinde turbis cōcitandis in eligēdo Pōtifice per annos quinquaginta, à Formoso scilicet vsque ad Marinū I. causam dedit, cū leges, quæ nūc vigēt, haud exstarēt. Ad summā Germani Imperatores primi ante omnes post tot annorū spatia ad se solos ius Pōtificis legēdi trāstulere. Papæ nūquā iure legēdi Germaniæ Reges, quāuis possent, vsi fuēre, tātū cōfirmādi Imperatores, legēdi potestātē semper intactā proceribus Germaniæ, quibus illā ipsi cōmunicauerāt, reliquerūt, & tamē ipsi Imperatorū dignitatē Germaniæ dederunt, neq; tot iniuriis prouocati abstulerūt. Tertium sit illud, nullius nationis Imperatores aut Reges toties exercitum Romā duxēre aduersus Pōtices Romanos, vt quidā Germani. Ortho I. semel aduersus Ioannē XII. anno c. lxxi. Henricus III. bis aduersus Gregoriū VII. m. lxxxii. & sequenti Henricus IV. item bis aduersus Paschalē II. m. c. xli. & m. c. xvi. Fridericus I. semel aduersus Alexandrū III. anno m. c. lxxv. Secundus autem bis in Gregoriū IX. & Innocentiū IV. qui vrbe expulsus à factiosis, Fridericiq̄, amicis, aufugēre. Hinc quartū: à nullius nationis Imperatoribus aut Regibus toties Romā direpta, vt à quibusdā Germanis: à superioribus enim plerumque spoliata & vastata, cū mouēre aduersus Pontifices Romanos exercitum; vt omittamus, aliās ab aliis eandem miserimē foedatam. Quintū sequitur: à nullius gentis Imperatoribus aut Regibus tot Papæ Roma exacti, vt ab aliquot Germanis. atq; vt mittamus Ioannē XII. ab Orthone eiectum, pulsus est vrbe, ab Henrico III. Gregorius VII. Victor III. Urbanus II. à Quarto Paschalis II. Gelafus II. Calixtus II. à Friderico I. Alexandr. III. à Secūdo Gregorius IX. & Innocentius IV. Sextum sit illud, nullius Imperatoris aut Regis edictum ad hoc speciatim promulgatum legitur, in quo nomine Imperatoris Pōtifex vltus Romanus veluti hæreticus nominatim damnetur, nisi Hærici III. & Ludouici Bauari.

D Græci Imperatores multos Romanos Pontifices habuēre olim pro hæreticis; sed nomine proprio ipsi lege lata id decernere aduersus vllum nominatim, quod meminerim, non sunt ausi, Patriarchis & Episcopis suis id videndum reliquēre. Decretum ab illis nomine Pōtificio; factum secuti sunt Imperatores, aut subscripsēre post eos. Septimum: nullius gentis Imperatores aut Reges ausi sunt decreto, quod nomine Imperatorio aut Regio fuerit sanctū, Papā deponere vilo vmq̄uā tēpore, vt ausus est Henricus III. Gregoriū VII. recitat eius decretum post alios Sigonius: & Ludouicus Bauarius, cuius sententiā refert Villaneus, in Ioannem XXII. Atque hæc ex auctoribus supra adductis, & tamen numquam Germania vel tot Imperatores hæreticos vel vilo modo tam flagitiosos dedit; vt Oriens, & Græcia, quod signo de flagitiosa & impura hæreticorum Regum vita, & capite de bonis Germaniæ apparet. Est igitur maximē defendendum, è nobilissima & optima natione Imperatores vltos tantæ elationis ac superbiæ aduersus sedem tā benemeritā de Germania, totā studiosam conseruandæ in illa supremæ dignitatis, produisse. Quid autem mirum, quando tot Angeli cunctis bonis prius ornatissimi, & in his excellentissimus Lucifer, è cælis sedibus profecti ad infera sunt detrusi? Summa res Imperium. vix est vt homo tanta dignitate ornatus interdum non obliuiscatur sui, & insolenter se efferat in memor propriæ conditionis, aut imprudens. Res humanæ non diiudicāda è summo quod fieri posse considerat mens nostra; alioquin nullibi consisteret, cū semper progredi vltius illa possit, sed ex aliarum, quæ sunt, comparatione, summa summis, mediocria mediocribus conferendo, diiudicāda. Nunc quando è decem argumentis apertissimē constat incredibile studium Romani Pontificis in conseruanda Occidentis Imperatoria potestate, maximē, verò potentissimæ Germanorum genti; nunc explicemus eorundem summam curam in conseruando Germaniæ regno, quod est ab Imperio, diuersum.

Ostrogotthi Ariani Italiā tenuerunt plurimos annos nihil vmq̄uam tale aggressi.



Summum Studium Romani Pontificis in conseruando & amplificando Germaniæ Regno. Cap. V.



Multis modis Germaniæ regnum tueri & extollere conati sunt semper Romani Pontifices: exempli gratia pacem conciliando inter Reges eius, & aliarum regionum Christianos, ne scilicet mutuis inter se præliis attriti conciderent, eorumque regna viribus extenuatis ad barbaras gentes, & Christianæ pietatis inimicas transferrētur, quæ in confinibus Germaniæ semper confedēre. Hinc etiam maximè parua nobilissimo regno incolumitas per eos, quos Romani Pontifices misere diuersis temporibus ad propagandū Christi cultum inter efferatas nationes Germanicis regionibus infestas. Ad eamdem maximè contulerūt monasteria curantibus iisdem constructa passim inter easdē, quibus cōtingit, vt animi illarum nihil nisi arma & cædes meditantium, religione perfusi mitigarētur. Præterea scholæ, quæ bellicosissimis nationibus regni illius exordia perturbantibus amplissimæ sunt in vrbe à Pontificibus summis apertæ assignatis ad habitandum non ædibus modo, sed etiam vicis ipsi, vt ostendimus: confirmarunt etiā cum sacrosancta auctoritate promouerunt in Italia Regum Germanicorum arma, qua populi permoti facilius Imperiū eorū sunt secuti. Huc accedit Imperatoria dignitas in eisdē Reges ab iisdem collata, quæ suo splendore Italicos, vt in eorum Regū se fidem conferrent, excitabat. Eodem refertur institutio ordinum quorundam militariū, quos Pontifices summi non modò approbarūt, sed maximè prouexerunt. Postremò auxiliares militū copiæ à Pōtificibus missæ subsidio Germanicis Regibus aduersus p̄duelles, aut nominis Christiani hostes, apertissimè ostendunt, nulli extero in toto orbe terrarū tam cordi fuisse Germanici regni amplitudinē, vt Pontifici Romano. Quin nulli extero principi ab orbe condito fuit v̄quā tantæ curæ vllū regnum, vt Germanicum Pōtifici Romano: ac rectè positum est à nobis, summū fuisse studium huius illius conseruandi, & amplificandi. Age rē propositā clarissimis euentis ac testimoniis consignemus. & omittamus antiqua illa tempora, quibus est in Germaniam missus à Gregorio II. Bonifacius, vt eius innumeras gentes ad Christū traduceret; de hac nāque re egimus capite de bonis Germaniæ. Anno dcc. lxxxv. cum Thassilio Bauariæ Dux à Carolo defecisset, Hadrianus Papa Formosū ac Damasum legatos ad eum misit, quibus ille permotus ad Carolū Vormariā venit, sacramētūq. sese illi obstrinxit, vt historia Aimoini testatur. sed cum mox idem rursus à Carolo defecisset, peteretq. anno dcc. lxxxvi. ab Hadriano, vt rursus pacē cōponeret; Hadrianus eius perfidiā subodoratus ita cōposuit, vt illū ex cōmuniaret, si antiqui fœderis pactioibus haud stare: quod cū nō fecisset, arma in eū Carolus sumpsit in monasteriū detrusit, Baiaoriā regno adiecit. Deindē dcc. lxxxvii. cum Carolus iā Germanici regni fundamēta iaceret, de præcepto Hadriani Papæ sic ipse Carolus loquitur in priuilegio, quod Crätzius in Saxonia, & Metropoli recitat, cōstitutus est Ecclesiæ Bremēsis primus Episcopus Vuillehadus vir sanctissimus. Hæc Metropolis in iis locis excitata plurimos dedit diuersis tēporibus Episcopos, à quibus, vt è Crätzio liquet, cūcti Boreales populi ad Christianā pietatē eruditi. Vuillehadus hic antea cōgnitus Romæ erat Hadriano Papæ, vt ex eodē scriptore liquet. Post hæc anno dcc. lxxxviii. cum Saxones sæpius domiti nūquā cōquiescerēt, ac violata fide sæpius in Carolū arma sumerēt, ob id ab eodē Imperatore maxima Saxonica nationis trās Albim positæ pars in Galliā trāslata. Ac sub ea tēpora Romani Pōtiffes Romæ Saxonibus vicū dederūt habitādū, scholāq. in qua illi erudirentur assignarūt, vocatus propterea locus ille Saxonū vicus, vbi nunc sunt amplissimæ domus S. Spiritus in Saxia. Hinc in vitis multorū Pontificum mentionem fieri videas de Saxonum scholis, quæ Imperatoribus iā designatis, cum Romam pergerēt, occurrere solebāt. Defuncto deinde Carolo Magno, Ludouicus eius filius transtulit è Corbeia Galliæ monasterio sanctissimos viros, & Corbeiam Saxoniam construxit, è qua Episcopi Bremenses, & Hamburgenses Christi doctrinā in cūctis Aquilonaribus terris latissimè propagarunt. Præterea verò anno dcc. xxxi. de cōsensu Gregorij IV. Metropolim Hamburgensem quæ Bremēsi est adiuncta, cōstituit, creatusq. primus Episcopus Håburgēsis Ansharius, cui Gregorius IV. supremi Pōtiffis munus in omnibus Septētrionis regionibus vsq. ad extremas orbis oras delegauit. Ac p̄ hæc tēpora Vuigibertus Vidichindi illius Saxonū Ducis, qui toties armis Carolū fatigauit; proles, ac postea Vuilbertus eiusdē Vuigiberti filius p̄specta Pōtiffi Romanorū in Saxones,

Alm. lib. 4. c. 23. & 79.

Sal. li. 2. cap. 15. Metr. lib. 1. c. 6.

Cræt Met. li. 10 cap. 20.

Axones, quorum principes ipsi erant, propensa voluntate, simulque religionis gratia Romam venerunt. Porro anno eodem, quo metropolis Hamburgensis est erecta, cum ferulis discordia exorta esset inter Ludouicum Pium, & filios eius, è quibus Ludouico administranda commissia est Germania, quam deinde regio nomine primus tenuit; Gregorius Quartus dissidij tanti componendi causa, quod regnis omnibus, & maximè nouis extremum struere posset interitum, in Franciam perrexit. Tum verò nonnulli conati sunt falsis rumoribus Pontificis aduenientis famam perstringere, Imperatoremque in illum concitare: ac nisi optimus eius animus mox apparuisset, malè omnino fuisset habitus ab Imperatore; neque tamen potuit effugere; quin primos congressus acerbiores experiretur. Cognito deinde eius sanctissimo studio, honorificè exceptus nihil omisit, vt filios patri conciliaret. Nihil profecit. Adempta Ludouico per filios omnis regia potestas, Pontifex tantum facinus indignissimè ferens summo animi mœrore discessit. Recepit deinde Imperium, regnumque Ludouicus adnitentibus cunctis Episcopis, ac proceribus, & quando Gregorij in se benevolentiam fuerat expertus, & per Episcopos maximè est perfectum, vt pristina dignitati restitueretur; continuo misit ad Gregorium, qui illi redditam sibi potestatem significarent; idque eo magis fecit, quod Lotharius filius Pontifici maximè infestus fuisset non aliam ob causam, nisi quod ille patri fauisset. Hæc idem scriptor Crantzius quocirca si auctores tempora haud confundunt, anno eodem Gregorius studuit paci conciliandæ inter Ludouicum Pium, & filios, simulque Ecclesiam fundauit, cuius Episcopi cunctis Aquilonaribus populis Christiana fide imbuedis operam sedulo nauarunt. Vbi Ludouicus Pius vita migravit, inter eius liberos Ludouicum Germaniæ Regem, Lotharium Imperatorem, Lotharingæq. Regem, Carolum Franciæ, Pipinumque Aquitaniæ bellum truculentissimum exarsit anno octingentesimo quadragesimo secundo, Gregorio IV. adhuc viuente. tum missus à Pontifice ad animos fratrum pacandos Georgius Archiepiscopus Rauēnas, qui trecētis equitibus comitatus, quamuis fratres cruentissimum prælium in agro Altissiodorensi nullis cōsiliis acquiescentes commiserint, tandem pacem composuit inter eos, quæ perfecta, vt Rhegino adnotauit, anno eodem, idque opera eiusdem legati trāfactum post alios Crätzius, Nauclerus, & Rubeus scripsere, qui tamen in hoc labi videntur, quod hæc acciderint Sergio sedente. è fœdere inito Germania tota obtigit Ludouico. Nicolaus Magnus federe cepit anno octingentesimo quinquagesimo octauo: per quæ tēpora Ludolfus è Vuidichindi Saxonum Ducis stirpe prognatus, auusq. Hærici Aucupis, proauus Orthonis Magni, Pōtiffis permisso, Innocentij Papæ reliquias in Saxoniam transtulit, vt Crantzius è vetustis annalibus profert. Nicolaus coniunxit in vnum Ecclesiam Bremensem, & Hamburgensem, & à Colonienſi Episcopi auctoritate exemit, Ansharium Corbeia monachum sedi præficiens, & mox eo defuncto Rhembertum, vt Crantzius adnotauit. Ab his porro Anshario & Rhemberto innumerae gentes in Germania, Daniaque, & finitimis oris Christo conciliatae, quod etiam Saxo Grammaticus scriptis consignauit. Idem præterea Nicolaus misit in Germaniam Cyrillum, & Methodium, qui Bohemos, Bulgaros, ac plurimas his propinquas nationes Christianæ religioni adiuxere, atque ita Germanico regno per hæc maxima vis parua, maximæ vires adiectæ, neq. tamè occasiones multæ defuerūt discordiis inter consanguineos Reges Galliæ, Italiæ, Germaniæque, in quibus tollendis plurimum Romani Pontifices laborauerunt. Aimoinus enim narrat ab Hadriano Secundo ter missos legatos ad Carolum Caluum, Ludouicumque Germaniæ Reges, qui inter ipsos atque alios Ludouicij Pij liberos pacem conciliarent, contentionesque ob regna exortas tollerent. Præterea sub annum octingentesimum septuagesimum octauum, interuentu Ioannis Papæ, qui Hadriano successit, vt ex eodem scriptore colligitur, iterum pax firmata inter Ludouicum Balbum Franciæ, & Ludouicum iuniorem Germaniæ Regem, quod etiam Sigonius in annales retulit. Eamdem bis conatus fuerat stabilire Ioannes idem per legatos suos anno octingentesimo septuagesimo sexto, & octingentesimo septuagesimo septimo, vt ex Aimoino liquet, inter Carolum Caluum Franciæ Regem & Ludouicum Germaniæ iuniorem Crassi fratrem: sed frustra: nam octingentesimo septuagesimo septimo cruentum prælium commissum, in quo Caluus est profligatus. Quocirca quo I Papa haud potuit inter Caluum & Ludouicum per legatos, neque post conuentū Trecentem, cui Pontifex ipse interfuit, est perfectum inter Balbum, & eundem Ludouicum anno octingentesimo septuagesimo octauo. Obiit deinde Balbus anno sequenti, Sig. Tom. 2. Bb 3 filioque

Idem Sax lib. 2. c. 26. & 27.

Lib. 5. 14. 15. 16.

Rub. lib. 4. Crant. Sax. li. 2. cap. 27.

Saxo. li. 6. c. 19.

Met. lib. 1. cap. 38 & lib. 2. c. 2. Sax. lib. 9. Crant. met. lib. 2. cap. 2.

Lib. 5. cap. 34. 26. 33.

Lib. 5. c. 38.

filiosque adolescentulos reliquit, Ludouicum, & Carolomannum, tum Pontifex Ioānes Carolum Crassum Alemanie Regem nomine ac dignitate Imperatoria honestauit, qui fuit annus octingentesimus nonagesimus nonus, ipso Iesu Christi natali. Atque ita Germanie regna tantæ dignitatis ac potestatis accessione Pontificum Romanorum studio cœperunt amplificari. Accidit post hæc, vt anno octingentesimo octuagesimo septimo in conuentu Triburiensi à Germanie proceribus Carolus Crassus omni potestate fuerit spoliatus; Arnulphus Carolimanni nothus ei substitutus; illi conuentui nullus Italicus aut Pontificus legatus adfuisse legitur. Tum maxima exorta, deiecto Crasso, contentio de Italia regno inter Berengarium Fori Iulij ducem, Vuidonemque Spoleti. Nemo ex illis ad Imperij potestatem à Pontificibus euectus per annos quatuor; donec anno octingentesimo nonagesimo primo Vuido iam victor Berengario fugato coronatus est à Stephano Quinto, sed anno octingentesimo nonagesimo quarto, Vuidone defuncto Formosus, qui Stephano successerat, neminem Imperatorem creauit, sed Arnulphum in Italiã vocauit, qui antea contenderat irrito conatu, vt è Luitprando constat, sibi illam subigere, nunc à Pontifice accersitus adduxit in potestatem, & ab eodem Pontifice coronatus est Imperator, id vi factum nonnulli scribunt. Vt vt res sit, illud certissimū, ab Arnulpho, & militibus eius indignissima multa perpetrata, cūcta flagitiis repleta, vt auctor idem testatur. Atque ita consilium Pōtificis amplificandę Germanicę ditionis in Italia prorsus est dissipatum. in odium namque cunctorum incurrens Arnulphus Italia est exactus, maximè cum Berengarium contra omne fas luminibus priuare statuisset. Romã venit vnà cum Arnulpho, Ludolphi Saxonis, de quo supra meminimus, filius Ortho, quod ex eodem Luitprando apparet. Hic Otthonis Magni auus exstitit. Bis igitur Romani Pontifices in Reges Germanie Imperatoriam dignitatem hucusque transtulerunt; ex qua factum, vt illi Italia regno simul etiam potirentur: hæc enim tum plerumque coniungebatur, atque alterum erat alterius adiumentum. Bis facto Germanorum contigit, vt Pontificum propensissima in eos voluntas voto excideret. Nam cum creatus est à Ioanne Carolus Crassus Imperator, Germani ipsi illum potestate omni deiecerunt. Iterum cum Caroli Crassi successor Arnulphus est ab iisdem Pontificibus Imperator creatus, culpa ipsius contigit, vt Italia expelleretur, quod Luitprandus Germanicorum Regum studiosissimus scriptor memorie mandauit. En quantum reuera studium Papæ in tuendo atque amplificando Germanie regno. Formosus idem, vrgente, vt ait Crantzius, Arnulpho, Episcopum Bremensem Colonienſi subiecerat; quod non paruum promouendis Christiane religionis rebus in Aquilonari terra detrimentum afferbat. Quocirca Sergius, qui anno nongentesimo quarto sedere cœpit, eundem à Colonienſis potestate exemit, & quinque illi suffraganeos Episcopos attribuit, quo expeditius Christiana doctrina latè propagari posset, vt idem testatur. Tum sedebat Bremæ Adalgarius vir sanctissimus. Ante Sergium Stephanus Sextus idè perficiendum commiserat Archiepiscopo Fulconi; res tamen ad exitum nõ est perducta. Per hæc autem tempora, viuentibus adhuc Cyrillo, & Methodio, latè inter Bohemos Christi cultus amplificabatur. Vt enim Dubrauius scribit, Cyrillus de auctoritate Hadriani Papæ Methodium fratrem Velegradensium Ecclesie præfecit, quamuis postea Romam contendens ibi decesserit anno nongentesimo septimo, cui successus Ioannes post annos quinque sedente Anastasio Tertio. Agapetus Pontifex creatus est anno nongentesimo quadagesimo quinto. Ad hunc Froto Danorum Rex misit legatos petens vt mitteret, qui in Dania Christi religionem propagarent. Id Saxo scribit: Adicit Crantzius ab eodem Agapeto concessum Adalgago Archiepiscopo Hamburgensi, vt Apostolicæ sedis nomine in Dania Episcopos ordinaret; ac tum primum ordinati ab illo Episcopi Haroldus in Sliasuuico, Liasdagus in Ripa, Rembrandus in Arusia. Hoc igitur tempore Papæ Germanica regna cōfirmarūt finitimis populis ad Christū perducendis, & prouincia huiusmodi Germanicis Episcopis cōmittēda, cum tamē ad ipsos Papas ex vltimis oris Reges ad eam rem mitterent legatos, refert idem Crantzius, à Brunone Archiepiscopo Colonienſi maximè tentatum, vt Ecclesia Hamburgēſis Colonienſi subiiceretur; quod Papa omnino perficere recusauit. Idem Pontifex Agapetus misit ad Orthonem Germanie Regem, petens auxilium aduersus insolentem Berengarij Italia Regis dominatum, qui plurima Ecclesiasticæ ditionis oppida inuaserat. Idem periit postea ob eandem causam successor Agapeti Ioannes Duodecimus pollicitus se illi Augustalem dignitatem concessurum: & ob id anno nongentesimo sexagesimo tali se sa-

Lib. 1. ca. 7. §. 9.

Metrop. lib. 1.

Saxon. lib. 9.  
Crantz. lib. 3.  
c. 17. Metr.

cra-

A cramento obstrinxit, quod post alios Sigonius refert: Tibi Domino Ioanni Papæ Ego Rex Ottho promitto & iuro per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & per signū hoc viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, me, si permittente Domino, Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & te rectorem ipsius, pro viribus meis exaltaturum; neque vt honorem, quem habes, amittas, auctorem aut impulsorem futurum. neque Romæ vllum decretum facturum de iis quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, tibi redditurum; & cuiusque Italicum regimen commiserō, iurare iussurum illum, vt adiutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri pro viribus suis. Hæc Ottho, qui sequenti anno in Italiam profectus cuncta facillè adduxit in potestatem, & nongentesimo sexagesimo secundo Romæ à Pontifice coronatus est Imperator. Vterque iurauit, hic se in auctoritate Ecclesiæ Romanæ semper futurum, ille se numquam Berengarij ceterorumque hostium Pontificibus adhæsurum. Roma discescit Imperator, vt reliquias iniri belli persequeretur. Absente illo ad Ioannem defertur Orthonem populos, qui ecclesiasticæ ditionis essent, iuramento sibi obligare contra præstitum iuramentum, quod Ottho haud negauit, vt è Luitprando apparet inimicissimo Berengarij & Ioannis: tantum dixit se non posse Pontifici aliquid restituere, nisi prius id sibi subiecisset. Tum Ioannes Adalbertum Orthonis hostem Romam vocauit, legatosque ad Imperatorem Constantinopolis, & Hungaros, si Luitprando credendum, misit. Vbi hoc reſciuit Ottho Romæ cum exercitu contendit, Episcoporum conuentum vi aduocauit, ac bis accitum Ioannem, neque venientem, multisque per multos oneratum criminum plurimorum accusationibus, potestate, viq; etiam deiecit, Leonemque Octauum substituit. Tum Romani in diuersas partes, aut Imperatori, aut Pontifici fauentium distraeti, vt qui addidit ad annales Reginonis adnotauit. Luitprandus multa scelera Pontifici obiecta refert. Ne fides omnino habeatur, facit quod Luitprandus apertissimè profiteretur, se res illas ideo scribere, vt de suis inimicis illa scriptione vltionem sumat. Quocirca vbi hæc retulit, historie finem facit, quasi iam peruenit quod tendebat. Qui enarrant, sunt accusatores ipsi: scriptorum nemo sæculi illius refert. Ottho Frisingensis Germanus, an vera sint, reuocat in dubium. Vuirichindus Saxo, qui ætate hac vixit, & gesta Orthonis, laudesque scriptis est latè persecutus, hæc omnia silentio tegit, sicuti & multa in Otthone reprehendenda. Leo successus continuo commisit Otthoni, & eius successoribus ius ordinandi Pontificis, & Episcopos instituēdi: Ottho ecclesiasticæ ditionis oppida Pontifici restituit, multis in locis electos à se duces ac milites disponens. Atque ita multis partibus plus ablatum proculdubio Pontificio iuri per Otthonem, quam restitutum. Nam neque Carolus Magnus, aut eius posterus, vllusve Imperator aut Rex, quamuis hæreticus, ordinandi Pontificis sibi ius oblatum est ausus arrogare, quamuis multæ occasiones inciderint; vt cum regnante Theodorico Ariano inter Symmachum & Laurentium schisma est ortum, cuius causa per triennium in vrbe multæ cædes factæ, vt Paulus Diaconus testatur, sublatis de medio seditiosis, quod optimè fecit Ottho, poterat exemplo Odacris & Lotharij edicere, ne Pontifex absque interuentu suorum legatorum legeretur, aut exemplo Iustiniani, ne se inconſulto cōsecraretur; neque tamen aut hi iuramentum præstiterunt, quale Ottho, aut adiuti sunt ad expugnandas vrbes Italiae, Augustalemque dignitatem adipiscendam. Ad summam siue Ioannem respicias, siue Leonem Pontifices, incredibilem in modum per eos est aucta Germanici regni potentia. Tunc Ottho diuersis Italia locis Germanici sanguinis Comites, Marchiones, ac Duces dedit, quorum familiae adhuc durant supra annos sexcentos, ac ditissimas in Italia ditiones potiuntur. Ex his Duces potentissimi Sabaudie, alijque de quibus Franciscus Sansouinus libro de familiis nobilibus Italiae. Leoni substitutus est Ioannes Decimus tertius Episcopus Narniensis. Hic Episcopum primum Pragæ dedit Dethmarum, concessa Episcopi nominandi facultate Boleslao Regi. Hinc latè amplificata inter Bohemos Christi doctrina. Ab eodem Pontifice missus in Poloniam Aegidius Cardinalis Episcopus Tusculanus, qui nonnullos Italici, Gallici, & Germanici sanguinis Episcopos in iis regionibus instituit; per eos Christi cultus est longè propagatus, Cromerio teste. Sed & Adalbertus Episcopus Pragensis Bohemorum scelera auersatus Romam veniens, impetrato à Pontifice, ait Cromerius, com meatu, in Hungariam se contulit, Geyſamque & Stephanum filium, Hungarorumque principes multos Christo adiunxit, quod etiam Cartuius memorie tradidit: sic bellicosissimis gentibus ad eandem religionem conuenientibus regnum Germanie magis est stabilitum Romani Pon-

Luitpr. lib. 6. c. 6.

Luitpr. in prin.  
lib. 3.

Metrop. lib. 3. c. 28.  
Sax. lib. 4. c. 14.  
Metrop. lib. 3. c. 48.

ni Pontificis opera. Anno autem nongentesimo septuagesimo primo, nisi labitur Crantzius, de sententia summi Pontificis metropolis Magdeburgensis est excitata, ac multæ illi Ecclesiæ subiectæ. Ac longè post Henrico regnante, cum nondum imperij dignitatem fuisset affecurus, à Sergio Quarto Pontifice adjudicata Ecclesiæ Hamburgensî Ramfola, ut eius Pontifex, quod sedulo faciebat, commodius Aquilonares populos Christo conciliaret. Interim decessit Ottho Primus, ac Secundus: Tertius autem cum puer esset annorum xvij. Rex Germaniæ declaratus est anno nongentesimo octuagesimo quarto. neque imperij dignitatem Romani Pontifices quatuor, Ioannes Decimus quartus, Bonifacius Septimus, Ioannes Decimus quintus, & Decimus sextus, cuiquam deferre voluerunt per annos vndecim, quibus illa vacauit, quamuis nemo ex his ab vilo ex Otthonibus fuerit creatus; Romani namque metu soluti sua iura receperant: Ioannes autem Decimus quintus à Crescentio variè fuerit exagitatus, ut Italicis, in quibus fuerat prius quam Germanicis, imperatoriam potestatem restitueret: donec anno octingentesimo nonagesimo quarto Ottho Tertius à Ioanne Decimo quinto, & successore euocatus Italiam petiit; & ambebus ijs mortuis, cum Rauennæ esset, Gregorium Quintum Pontificè ipse dedit ex concessa Otthoni auo à Leone Octauo facultate, à quo anno nongentesimo nonagesimo sexto Imperator est coronatus. Ostendimus autè superiori capite numquam peius Ecclesiæ Romanæ fuisse, quam cum permissum est huiusmodi ius Imperatoribus Germanis. Ex illo namque diximus schismata quatuor oborta intra annos quadraginta, Romæ innumeras caedes editas, duos Pontifices intra annos vndecim in carcere necatos. Verum namque illud violenta breuia & seditiosa. Iam verò sicut Ottho Primus ac Secundus multas Italiæ ditiones Germanis dederunt, sic Tertius; ipse namque Marchionis Montisferrati Germanos instruit Cæuæ, Salutiari, Bofchi, Panzoni, Carecti, & Pufcheæ Marchiones; vnde eorum familiæ, quarum nonnullæ adhuc permanent, maximis opibus in Italia diu floruerunt. Idem Malatestam Germanum in exarchatu Rauennæ, qui Pontificiæ ditionis esse afferebatur, feudis aliquot honestauit circiter annu nongentesimum nonagesimum septimum. quæ omnia proculdubio Italicis diuitiis Germanos auxerunt, & Germanici regni magna fuere stabilimèta. Decessit Ottho Tertius anno millesimo secundo. Neque Pontifices quatuor à Romanis creati, Ioannes Decimus octauus, Decimus nonus, Sergius Quartus, Benedictus Octauus, per annos duodecim, quibus imperium vacauit, vllum voluere Imperatorem, quamuis Ardoinus Italicis principibus suffragantibus Italiæ regnū arripuerit anno millesimo tertio, & missas ab Henrico copias, Otthone duce, profigarit: & quod magis mirere, Benedictus à Comitibus Tusculanis est ortus, à quibus etiam Ioannes Duodecimus, quem Pontificatu deiecit Ottho Primus. Sub hæc tempora Bonifacius à Romano Pontifice in Rhasciam missus, & consecratus Archiepiscopus Regem regionis illius cum plurimis suis ad Christi cultum perduxit, ut Petrus Damiani in vita Romualdi narrat. Incolæ illorum locorū Germaniæ confinia quodammodo attingunt. Sic igitur ex omni parte prope modum bellicosissimi populi, qui Germanicū regnum circumstabant, Christiana religione per alumnos Pontificios imbuti, mitioresque effecti; non ita Germanici regni, ut olim quietè perturbarent. Neque Henricus sanctus, neque Conradus eius successor creandi Pontificis Romani potestatem sibi vsurparunt. Obiit Conradus anno millesimo trigesimo octauo: nulli imperij maiestas data, cum per annos sex vacauerit. Interim Romæ contigit anno millesimo trigesimo secundo, ut Benedictus Nonus Pontifex fuerit creatus. hunc factiosi quidam sunt ausi vrbe depellere anno millesimo quadragesimo quinto, obruto Siluestro, quem Quartum dixere. Restitutus tamen Benedictus, qui sibi aliū nomine Ioannem adsciuit, ut Leo Hostiensis tradit. Atque ita laicorum factionibus tres viuebāt Pontifices Romæ, & quidē flagitiosi. Hunc miserimum (sunt hæc verba Otthonis Frisingensis qui his temporibus proximus fuit) status Ecclesiæ religiosus quidam presbyter, Gratianus nomine, videns, zeloque pietatis matri suæ compatiendo animaduertens, præfatos viros adiit, eisque à sancto cedere pecunia persuasit, Benedicto redditibus Angliæ, quia maioris videbatur auctoritatis esse, relictis. Ob ea ciues præfatum presbyterum tamquam Ecclesiæ Dei liberatorem in summum Pontificem elegerunt, eumque mutato nomine Gregorium Sextum vocauerunt: quod audiens Rex (Henricus scilicet Secundus) procinctum mouet in Italiam. Porrò Gratianus Regi apud Sutrium occurrens ad leniendum ipsius animum diadema pretiosum obtulisse dicitur. quem Rex primo, vt de-

Hist. Caff. lib. 11. c. 80. 82.  
Oth. lib. 6. c. 33

A vt deuit, honorificè suscepit; postmodum autem vi coacto Episcoporum conuentu, à Pontificatu pro nota simoniæ cedere persuasit, eique Suidegerum Bambergensem Episcopum, qui & Clemens, consensu Romanæ Ecclesiæ substituit. Hucusque Ottho scriptor Germanus, è quibus constat nullū fuisse re vera crimen in Gregorio Sexto ob quod sede deiceretur, & in Cluniacum relegaretur. Hermannus Contractus scriptor & ipse Germanus, qui his temporibus vixit, Gratianum conuictum baculo pastoralis priuatum dicit, non adicit autem quo crimine conuictus fuerit; crimina namque sunt multa, ob quæ nemo Pontificatu deiiciendus: alioquin nemo ex hominibus ad illum foret adsumendus. Sed quod ille bona mente ac rectè fecit, id iniqui sunt in peiorem partem interpretati, quasi pecunia sibi Pontificatum pararit. Ac tunc rursus Imperatores Germani legendi Pontificis potestatem sibi vsurparunt; ac defuncto Clemente Secundo nonnullos dederunt. ab hoc Clemente Secundo renouata sunt Hamburgensî priuilegia Crantzius scribit. Clementi Secundo successus est ab Henrico Secundo Leo Nonus. hic Gottifredum, qui ab Imperatore descuerat, impigrum potentemque ducem excommunicauit, ac sæuientibus inter Imperatorem Regemque Hungariæ Andrea bellis, in Germaniam Hungariamque rogatus ab Andrea venit: plurimum laborauit, ut pax conciliaretur inter eos. Cum verò sibi verba dari, si Contracto credendum, ab Andrea, & in multis ab illo se deceptum vidisset; excommunicationem minatus, discessit anno millesimo quinquagesimo secundo. ita Contractus. Qua in re videndus est Bonfinius, qui hoc tempore ad extrema omnia narrat Henricum redactum ab Andrea Rege: & de illo profusum actum fuisse, nisi pax composita acceptis conditionibus fuisset. tacet hoc scriptor Germanus: studium tamen Romani Pontificis pro Germanici regni statu haud calat. Obiit Henricus Secundus anno millesimo quinquagesimo sexto, relicto filio Henrico septenni; anno millesimo sexagesimo primo in generali conuentu Basileæ, corona, quam Romani transmiserant, imposita, Romanorum Patritius est appellatus. Ita Contractus illorum temporum scriptor Germanus: vt videas apertè aliquorum figmenta, qui volunt Imperatores dictos Germaniæ Reges, antequam coronarentur à Pontifice; quod falsum constat ex innumeris Imperatorum diplomatibus, in quibus distinguuntur anni regni ab annis imperij, atque hi sumuntur à die coronæ per Pontificem impositæ. Anno eodem post obitum Stephani Noni creatus est à Cardinalibus Romanis Papa Alexander Secundus. Id se inuito factum non ferens Henricus Tertius, Cadaloum delegit, qui Romam profectus cum exercitu Henrici Tertij Alexandrum expulit, omnia cedibus repleuit, donec Mantuæ Synodo collecta Alexander, qui simoniæ arguebatur, innocens comprobatus, Cadaloum tamquam simoniacus damnatus ac reprobatus, vt Sigibertus Henrici studiosissimus scriptor, Papis autè insensus, qui his temporibus vixit, adnotauit. Quocirca Alexander per Hannonem Coloniensem Archiepiscopum, & Hermannum Bambergensem, qui Synodo missi ab Henrico interfuerant, Romam inuitauit (ait Ottho Frisingensis) ad satisfaciendum pro simonia, & aliis criminibus quæ fuerant illi obiecta; ac tunc Hanno vir sanctissimus, adnitentibus regni principibus quibusdam, ab Agnetis matris molliori tutela Henricum in seclera multa labentem abstraxit, vt Contractus scripsit, anno millesimo sexagesimo secundo. Sed serò id factum. nam flagitiis se totum dediderat puer. Crantzius recitat litteras Alexandri huius ad Haraldum Noruegiæ Regem, in quibus monet eū, vt Archiepiscopo Hamburgensî veluti legato Apostolico, tam ipse, quam Episcopi eius reuerentiam exhibeāt, sicuti Apostolicæ sedi debet. Episcopi namque Noruegenses Metropolitæ Hamburgensî, vt diximus, subiecti antiquitus à Romano Pontifice fuerant: tum verò data pecunia ordinationem sumebant ab Anglicis aut Gallicis Episcopis. Rex verò iratus erat Archiepiscopo Adelberto, quod ab ipso fuisset excommunicatus. sed his litteris aded placatus est, prudentiaque Adelberti, vt non modo quæ vellet concesserit, sed & Saxoniam petierit, & cum Rege Henrico foedus inierit. Atque ita litteris Pontificiis perfectum, vt via aperiretur ad regnum Germaniæ nouis foederibus confirmandum, cum remoto Rege, qui Henrico, vt Crantzius testatur, aduersus Saxones bellum mouentes, auxilia promisit, simulque litteris iisdem contigit, vt populi longè postri à metropoli Germanici regni penderent. Post hæc secuta sunt illa luctuosa tempora, quibus Henricus Tertius & Quartus indignissimè Gregorium Septimū, & successores illius vexarunt, de quibus capite superiori est actum. Hic verò nihil aliud dicendum videtur, nisi duo maximè obseruanda. Ac primum sit illud, vsque ad annum nongen-

Dec. 2. lib. 2.

nongentesimum sexagesimum tertium non nisi sexdecim schismata numerantur. ac ab anno nongentesimo sexagesimo tertio, ex quo Imperatores aliquot Germani electione Pontificis Romani ad se transferre sunt conati, vsque ad millesimum centesimum decimum octauum, quo Hêricus Quartus Burdinû creauit aduersus Gelasium, septem schismata intra annos centum quinquaginta quinque numerantur, occasione vsurpati iuris ab Imperatoribus aliquot Germanis in eligendo Pontifice, etiam prætextu schismatum tollendorum. Quod si rationem temporum schismatumque subducas, & inter se compares, videbis quadruplo plura schismata oborta post istiusmodi remedium à nonnullis Imperatoribus Germanis inuentum, quàm priùs. Rursus ex quo Romani Pontifices ipsi electionibus leges dedere ad schismata tollenda, vt Cardinales imprimis aduocarentur, & alia quædam seruarentur, quæ à Nicolao Secundo sancita refert Sigonius anno millesimo quinquagesimo nono, per annos quingentos ac triginta, vsque ad ætatem nostram sunt schismata excitata dumtaxat octo, è quibus tria ab Imperatoribus ipsis Germanis, primum ab Henrico Tertio, secundum ab Henrico Quarto, tertium à Ludouico Bauaro. Sunt igitur quinque reliqua, multo scilicet pauciora, quàm fuerint vniquam, adde minus sua, vt è capite superiori ad finem liquet. Secundum sit obseruatione dignum: Henricus Secundus, vt supra diximus, Pontificatu Gratianum, siue Gregorium Sextum depulit eo prætextu, quod simoniæ crimen ab illo fuisset admissum. atque ex illo tempore numquam magis simonia viguit tum cunctis in locis, tum maximè in Germania, vt ex iis quæ Crantzius auctor Germanus, & Sigonius referunt, clarissimè apparet. Quid pluram puderit illud dicere. dicendum tamen, sed non verbis meis. Audi quid Ludouicus Comes Germanus apud Dodechinum scriptorem Germanum nefas auditu enunciat de filio, ac successore Henrici Secundi: Dominus autem, inquit, Henricus, quem Regem dicunt, Episcopatus & Abbatias vendit. Etenim Constantiensem, Bambergensem, Moguntinensem, & plures alias pro pecunia; Ratisponensem, Augustunensem, Starburgensem pro gladio; Abbatiam Fuldensem pro adulterio; Monasteriensem Episcopatum (quod dicere & audire nefas est) pro sodomitica immunditia vendidit. Hæc ille Germanus. Eant nunc isti, & Ecclesiæ causas componant, abusus tollant. Videamus contra quid Romani Pontifices reponant pro studio, quod optimæ parti nationis Germanicæ nobilissimæ debent. Nam mali sunt ex omnibus gentibus, siue Italica, siue Gallica, aut alia quacumque. Tolerandi isti propter bonos, qui plurimi semper existere ex honoratissima Germanorum gente. Henrico Quarto imperante, vixit Ottho Episcopus Bambergensis: hic vel inuitus à Paschali Secundo est Episcopus consecratus: deinde inuitante Boleslao Polonorum duce, ac de permisso Romani Pontificis in Pomeraniam se conferens latè inter eas gentes Christi cultum propagauit: quæ omnia ex eius vita constant. qua ex re non minimum stabilimenti est regno Germanico, efferis populis ad confinia positis, Christiana pietate imbutis, adiectum.

Henrico Quarto successus est Lotharius optimus Imperator, quem meritò inter alios summis laudibus efferunt Petrus Damiani, & Abbas Vrspergensis. Hic sustulit acerbum schisma inter Innocentium Secundum & Anacletum. Innocentius accepti à Lothario beneficii memor reddidit quod acceperat. Nam cum funestissima bella exardescerent inter Lotharium Imperatorem, Sueuiæque Ducem Conradum de regno Germaniæ contententes, interposuit auctoritatem suam Pontifex, ac tam diu laborauit, quoad Germanico regno pax restitueretur, neque inter se Germani diutiùs præliarentur, vt Crantzius adnotauit.

Secuta sunt post hæc tempora, quæ supra attigimus, Friderici Primi, qui post hunc Conradum Lotharij successorem regnauit Henrico Friderici. Primi filio nupta est Constantia Rogerij Sicilia Regis filia, idque auctoritate Pontificis Romani perfectum, vt è Fazelo post alios colligitur. Quocirca Pontifex similiter Romanus adiuuit eundem Henricum Quintum ad assentionem regnorum Neapolis, vt nunc vocantur, ac Sicilia: quæ omnia Crantzius idem scriptor Germanus testatur in metropoli sua, & Saxonia. Atque ita Germanis hominibus, Germanicoque regno propter hæc maximum per Pontifices Romanos incrementum paratum adiectione potentissimarum regionum.

Nunc aliud afferamus in medium, quo liquebit studium Romani Pontificis in amplificanda Germanicæ nationis potentia. Abbas Vrspergensis refert à Germanis irrisam fuisse expeditionem illam, quam Vrbanus Secundus Roma ab Henrico Tertio pulsus

Claro.

Dodech. anno 1090.

Sur. Jul. 2. tom 4.

Lib. 6. c. 2. 520.

A Claromonte in Gallia indixit, & primus omnium milites cruce signauit anno millesimo nonagesimo quinto. At Fridericus Primus omnibus modis exterminare conatus est ordinem Cisterciensium, quod scilicet faueret Alexandro Secundo legitimo Pontifici, quem Fridericus omnibus modis de medio tollere est conatus, vt supra retulimus. id etiam Crantzius scribit.

Videamus ex hisce duabus rebus quid boni acciderit Germanis; quarum tamen alteram deridebant, alteram sunt aliqui eorum persecuti, ambas Romani Pontifices instituere ac prouexere. Bertoldus fuit ordinis Cisterciensis: hic cum maximè cuperet in Liuonia Christi cultum propagare, de auctoritate Cælestini Pontificis copias maximas Germanorum collegit, cruce signauit, Liuoniamque subegit. Eius successor Albertus deinde, vt res partas tueretur ac promoueret, ordinem de sententia Romani Pontificis instituit militum, qui in iis locis pro re Christiana bella gererent exemplo Hierosolymitanorum, qui nunc in insula Melita morantur, & primi hunc morem instituerunt, vt supra vidimus. Ordo deinde Liuoniensium se associavit Theutonicis, vt paulo post dicemus. Horum testis est Arnoldus, qui hac ætate vixit, & Crantzius, ambo Germani. Atque ita Germanico regno adiecta Liuonia ex iis, quæ à Pontifice Romano instituta & confirmata nonnulli Germani irridebant, ac tollere conabantur.

Eiusdem Hierosolymitanæ expeditionis occasione non modò Liuonia accessit Germanicis regnis, sed etiam illud: Cælestini Papæ litteris in Germania plurimi excitati nomen militiæ sacræ dederunt; in his Archiepiscopus Moguntinus, & Conradus Henrici Quinti Cancellarius; ab hoc nomine Imperatoris, Rex Cypri, ab illo Rex Armeniæ coronati, & imperij Romani clientes effecti, vt Arnoldus idem scribit.

C Eiusdem expeditionis occasione factum, vt ordo Theutonicorum institueretur in Syria, quod mox explicabimus.

Henrico Quinto defuncto, & eius vxore Constantia, filius ipsorum Fridericus remansit in tutela Innocentij Tertij, qui quot & quanta pro ipso Pontifex effecerit, est explicatum superiori capite. Interim defuncto Henrico Quinto Germaniæ principes in eligendo successore inter se non conueniebant. Quomodo res acta sit, enarrant duo scriptores illorum temporum Germani ambo, Arnoldus & Abbas Vrspergensis: hic Romæ hoc tempore videtur fuisse, vt ex eius scriptis colligi potest, ille Lubeci. Sed quàm trāsuerfus agatur in totius rei narratione Vrspergensis, cuius legenti apparebit. inquit igitur Arnoldus, defuncto Henrico creatum fuisse Germaniæ Regem Orthonem Saxoniam Ducem ab Adolpho Coloniensi Archiepiscopo tamen suo, quàm Moguntini absentis nomine, cuius ille

D locum tenebat in cunctis, necnon ab Archiepiscopo Treuerensi, & Henrico Comite Palatino Rheni. à quatuor igitur, qui primas in eligendo Germaniæ Rege semper tenuerunt, est electus Ottho, ipse accedebat quintus, veluti Saxoniam Dux. Hos omnes subicit Vrspergensis, aitque electum Orthonem à Coloniensibus & Argentinensibus, Philippum à Bernardo Duce Sueuiæ; à Duce Bohemiæ, Bauariæ, & principibus Sueuis. anno millesimo centesimo nonagesimo nono ambo sunt coronati Reges, Ottho approbatus à Pontificio legato, Philippus ab eodem denunciatus non idoneus, quod esset iam diu excōmunicatus à Cælestino Papa; cui successerat Innocentius, ob eam causam, quod is ecclesiasticæ ditionis vrbes inuassisset. Quocirca si Euangelij, Apostolorum, Conciliorumque legibus est standum, Philippus habendus erat pro ethnico & publicano. Hæc friuola Vrspergensis dicit. Consultus Pontifex approbat Orthonis electionem. Philippus vt sibi Pontificem conciliaret, reddit ablata Ecclesiæ oppida in Thuscia præter Montem ficonem: præterea verò captiuos quosdam Siculos, in quibus nonnulli erant luminibus scedè orbatu ab Henrico Quinto Philippi fratre. Hic ait Vrspergensis fecit, (sic ipse loquitur) Innocentius homines istos excæcatos demonstrari, vt odiosum redderet Philippum multis Romæ degentibus, & à se tum puero in vrbe visos ait. Ridiculè. numquid poterat, aut debebat Papa eos tenere domi inclusos, quominus viderentur? vt vidisse eos se ait Vrspergensis, sic ceteri aspexere Romam ingressos, ac Romæ commorantes. Commissa prælia nonnulla inter Orthonem, & Philippum, quæ latè Arnoldus persequitur, prescius Vrspergensis totus in carpendo Innocentio. Tandem missi ad Innocentium legati à principibus Germaniæ, qui per suos discordiam componerent inter Orthonem & Philippum. Nam, scribit Vrspergensis, Papa impedimentum maximum erat, quod Orthonis vires debilitatæ essent, & tamen ei Pontifex faueret. Hic rursus acumen Vrsper-

gensis

Metr. lib. 7. c. v1.  
DVO OPBRA  
PONTIFICIA  
A GERMANIS  
EX PLOSA,  
QUANTVM DO  
NI ATTVE  
RINT GERMA  
NES.

Arnol. lib. 7. c. 9.  
Cfr. lib. 7. c. 14.  
Metrop.

Arnol. lib. 5.

Arnol. lib. 6. c. 1.  
& seq.

gensis & aliquot aliorum ridendum. Inquit itaque Urspergensis: Inducitur Papa, ut velit permittere, quatenus regnet Philippus. Ast propter hoc (ut retulerunt nobis viri veridici) promittitur Papæ quod filia Regis daretur in uxorem filio fratris sui Riccardi, quia iam Comes fuerat effectus Papæ suffragio. nec statuit Papa repetere terras, quas multoties ab Imperatoribus repetere consueverunt antecessores sui in Thuscia, Spoletto, & Marchia Anconæ, sperans quod in potestate nepotis sui propter prædictas nuptias posset deuenire. ] Hactenus verba ipsa Urspergensis: Arnoldus de nuptiis illis nullum verbum: dumtaxat inquit: missos à Pontifice Cardinales ad bonum compositionis. Cuspinianus non modò ait quæ Urspergensis, sed amplificat rem, collocatamque addit istam Philippi filiam in matrimonio Pontificis nepoti, Philippoq. quatuor natus inquit fuisse, at Crantzius scriptor & ipse Germanus Cuspiniano æqualis dumtaxat ei fuisse testatur, quæ postea nupsit Otthoni, interueniente Innocentij dispensatione: consanguinei namque erant Ottho & Philippus. innuit idem quod Crantzius Arnoldus, vnicam scilicet filiam fuisse Philippo: nam quantum pertinet ad Ecclesiæ ditiones, constat ex omnibus historiis illas ab Innocentio receptas, & Ecclesiæ restitutas, haud nepoti traditas. Nauclerus & ipse amplificat hanc rem, & ait à Pontifice illatam mentionem de nuptiis inter nepotem suum & Otthonis filiam conciliandis: quæ tamen omnia falsa apparent ex Arnoldo, & Crantzio, & ipsis etiam rebus gestis. In Germaniam venere legati Pontificij, diu laborauerunt pro concilianda pace, ut latè Arnoldus describit; nihil potuerunt perficere: quinimò Philippus validissimas, & innumeras copias in Otthonem mouit; ventumque esset ad cruentissimum bellum, ni Philippus ab intimo quodam suo fuisset occisus. Cuspinianus homo acutus ait pacem fuisse confectam; subricet Urspergensis: Arnoldus, qui omnia fusiùs enarrat, omnino pernegat, aitque occiso Philippo ductam ipsius filiam in matrimonio ab Otthone, idque illi ob affinitatis impedimentum à Pontifice indultum.

Non itaque per Innocentium stetit, quin pax conciliaretur: quin per eius legatos sedula ad id opera est data. Neque missi ob concupitas nuptias legati, ut exitus declarauit, sed ut reuera discordia inter istos tolleretur, cuius rei causa & impedimentum consanguinitatis à Pontifice sublatum. Philippus, ut ex Arnoldo constat, prætextu pacis, exercitus maximos cogebat, quibus opprimeret Otthonem. Crantzius in omnibus consensit Arnoldo.

Ex his apparet Pontificis Romani studium in conseruanda inter Germanos, quatenus fieri potest, pace.

Secuta post hæc illa tempora, quorum capite superiori sumus euenta complexi vsque ad Rodolphum Habsburgensem. Quod proprium loci huius est, hic adscribemus. Fridericus Primus, cum plurimas copias in Syriam duxisset, & infelici miserabilique casu fortissimus Imperator obiisset in flumine quodam demersus; nonnulli Germanicæ principes conuenere, & ordinem Theutonicorum militum instituerunt: approbauit illum Celestinus, ac multis priuilegiis ornauit, quod videret eos maximo futuros auxilio rebus Christianis in Syria. Fridericus Secundus, pacis induciis cum Rege Sarracenorum, milites illos è Syria abduxit, atque ita fortissimo præsidio res nostras ibi nudauit; Romam venit Hermannus Salza Theutonicorum primus magister.

Interim cum Conradus Dux Polonus à Prussia Christianæ religionis inimicis quotidie vexaretur: interueniente Gregorii Noni auctoritate tradidit militibus Theutonicis, & eorum summo magistro Hermannò arces & oppida quædam in Prussia, adiecta inter alias hac conditione, ut Prussos bello suabactos Christo conciliarent. Impigrè illi omnia perfecerunt, Prussiamque Germanicæ nationi & imperio adiunxere; eundem ordinem cum Liuonicis illis, de quibus supra diximus, instituerunt. Hæc Cromerius latè è publicis actis, quæ multorum testimoniis cõsignata profert idè, quocirca labuntur Nauclerus & Aeneas Syluius, qui tradunt à Duce Moscouiæ loca illa tradita: nullus namque tum Moscouiæ Dux erat, quæ producit Cromerius, sunt ipsa publica acta, quæ contigere inter Theutonicos, & Conradum; in quibus nulla Friderici mentio, Gregorii solius quantum ipse scribit. Per Pontificis itaque summi auctoritatem perfectum ut amplissimæ regiones regnis Germanicis adderentur. Accidère hæc anno millesimo ducentesimo vigesimo octauo.

Ex hoc nullum ferè tempus intercessit vsque ad extinctum summo scelere per Lutheranos ordinem illustrissimum Theutonicorum, quo non plurima Pontificis Romani beneficia

A neficia constiterint in Theutonicos istos. Post annum namque millesimum ducentessimum quadragesimum tertium, cum Suentopoclus Dux bello armisq. promptissimus plurima Theutonicis eripuisset, Guglielmus Episcopus Mutinensis Apostolicus legatus effecit, ut ablata ille redderet. idem paulo post effecit Opisso Abbas Messanenensis Innocentij Quarti legatus. Atque hæc eodem propè tempore, quo Fridericus Secundus abominandas illas Guelphorum Gibellinorumque factiones in Italia instituit. Dissimile profusus consilium Pontificis in euehendo ac tutando illustrissimo inter Germanos ordine Theutonicorum, Friderici in perdendis in Italia quicumque Pontificiæ auctoritati studebant. Ab eodem similiter Innocentio missus aliis de causis Iacobus Archidiaconus Leodiensis pacem rursus violatam inter Theutonicos & eundem Suentopoclum redintegrauit; & anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, opera Opiffonis Apostolici legati in primis effectum, ut Mindacus Lithuanorum Dux pollicitus fuerit se donaturum Theutonicis, à quibus bello fractus fuerat, tractus latissimos Samagetensem, Veisensem, Curoniensem, & Poloscensem; ob id illi à Pontifice regium nomen impartitum. & anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, cum Pruteni abiecta fide Christi aduersus Theutonicos arma sumpserunt, Romanus Pontifex iussit milites cruce signari, & populos propositis cælestibus præmiis inuitari ad illud bellum: quocirca innumera copia coactæ; quin Orthocarus Bohemiarum Rex ad hoc est profectus, & tum latè Prussia tota deuicta, ut Dubrauius scribit. Et anno millesimo ducentesimo octuagesimo secundo Philippus Episcopus Firmanus Pontificis legatus pacem conciliauit inter eundem Theutonicos & Mesciugum Pomeranorum Ducem; in qua rescisis quibusdam nationibus, veluti nullis, Mesciugo auctor fuit, ut Theutonicis Gnesnense, siue Meuense territorium donaret. Post hæc Theutonici potentiores effecti visi sunt Polonis non abstinere ab alienis inuadendis: requisitusque Pontifex Romanus ut interponeret auctoritatem suam, pacemque conficeret, anno millesimo trecentesimo trigesimo sexto Ludouicus Bauarus obtulit, si Cromerius credendum, ne pax exitum fortiretur.

B Postea exitiale ac funestissimum bellum exarsit anno millesimo trecentesimo sexagesimo tertio inter Carolum Quartum Imperatorem, Regem Bohemiarum, Morauiarum, Germaniarumque principes omnes ex vna parte, ex altera autem Cazimirum Poloniae, Ludouicumque Hungariæ, Sigismundum Daniæ Reges, Rhufsiæque, & Tartariæ principes: quod ubi sensit Vrbanus Pontifex, legatum misit, qui non modò Reges adduxit ad concordiam, sed omnes ipsos affinitatibus nouis coniunxit, ut Cromerius scribit. Inter hæc abstinit diu Pontifex Maximus partes suas interponere in pace concilianda inter Polonos ac Theutonicos, quod expertus fuisset bis suorum legatorum decretis non obediri; quo fiebat, ut animi magis irritarentur, & Pontificia auctoritas in contemptum adduceretur. Quamobrem narrat Cromerius cruentissima bella, qualia numquam inter Christianos fuisse tum commissa, in quibus victi sæpiùs Theutonici.

C Nihilominus Ioanes Vigsemus tertius prudenti vsu consilio legatum misit, per quæ pactæ induciæ inter Theutonicos & Polonos, & controuersia reiectæ ad Conciliū Constantinense. Martinus autem Quintus ter suos ad eandem rem cõficiendam legatos misit. Tandem verò cum Theutonici, qui auctoritatem Pontificis summi iam diu nullo loco cõperant habere, eò perpulerunt Prussos, ut ij defecerint ad Poloniae Regem Cazimirum, & in eius verba iurarint: quapropter grauissima bella oborta, ad quæ sedanda Nicolaus V. legatum misit. Quinimò Pius II. a deo fauit Theutonicis, ut Prussos excõ-

D municarit, ni Theutonicis parerent, quod Cromerius conqueritur quasi iniquè factum. Pij II. deinde successor Paulus ad eandem rem misit legatum Rodolphum Episcopum Lausanensem, tandemque per eum confecta pax summa cum laude. Theutonicorum namque res, ut è Cromerio liquet, ex eo tempore, quo Pontificis iussa contemnere cõperunt, in peius semper sunt infelicissimè dilapsæ anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. Post hæc haud fuere inter Polonos ac Theutonicos, tam dira ut prius bella, donec illustrissimus ordo maximo dedecore ac detrimento Germanicæ nationis per Lutheranos est (reliquis ferè paucissimis relictis) extinctus, Liuaniaque à Moscouitis occupata; qua de re exstat libellus Tilmanni Brendebachij: ac magna Germanicis regnis facta est decessio, non alia sanè ratione, quam Pontificiæ auctoritatis contemptu.

Sed nos ad alia tranſeamus: & quando vidimus maximum Pontificis ſtudium in amplificandis Germanicis rebus adiectione Pruliæ & Liuoniæ per Liuoniſes Crucigeros & Theutonicos facta, videamus cetera. & quidem ſuprà complexi ſumus tempora Friderici Secundi ac Rodulphi; illud hic adieciendum, quod Nauclerus ſcribit. cum Gregorius Decimus Alphonſum Caſtellæ Regem, & Germaniæ Imperatorem confirmare noluiſſet, quamuis multa conquerentem, ne ad extraneos à Germanis imperium regnumque transferretur, & iuſſu ſuo electum Rodulphum confirmaret, id ad regni Germanici ſtabilimentum maximè feciſſe oſtendimus. Nam deſuncto Friderico ac filio ipſius Conrado, Alexander Quartus electores compulſit, vt eligerent Eccleſiæ, inquit idem, aduocatum. at illorum partim Ricchardum Anglum, partim Alphonſum delegere anno milleſimo ducentefimo quinquageſimo octauo. propter huiuſmodi diſſidium cuncta in Germania turbata vſque ad annum milleſimum ſeptuageſimum tertium, quo creatus Rodulphus, cui neceſſe fuit, vt latè Nauclerus perſequitur, plurimos Germanorum principes libertati aſſuetos, imperiumque detrectantes, quòd tanto tempore ob diſſenſionem nemo regnaſſet, armis ad obedientiam adducere. Quin anno milleſimo ducentefimo octuageſimo ſecundo, cum iam cuncta compoſuiſſet in Germania, vocatus eſt in Italiam à Nicolao Quarto, & amotus ob id Carolus Siciliae & Neapolis Rex, qui à ſuperioribus Pontificibus fuerat Imperij vicarius cõſtitutus, ab hoc munere. Quapropter Papæ reddidit Romandiolam, quæ eſt, vt omnes norunt, in exarchatu Rauennæ; miſit in Hetruriam, Italiamque vicarium ſuum Rodulphus, & pacem compoſuit anno milleſimo ducentefimo octuageſimo primo. Sed anno milleſimo ducentefimo octuageſimo ſexto Florentinis & Lucenſibus pretio permiſit vt liberi eſſent. Ipſe in Italiam, quamuis à Pontificibus ſæpè rogatus, venire noluit, pertæſus Italicorum cõtumaces animos; ipſoſque de industria in factionibus ſuis reliquit, ait Nauclerus anno M. CC. LXXXII.

Illi poſt Adolphum & Albertum ſucceſſit Henricus Lucemburgenſis, quorū res ſimiliter ſuperiore capite perſecuti ſumus. Illud addendum videtur, cum fuit electus Henricus, inter alia id ab eo Pontifex exegit, cum creandum curauit, & cõfirmavit, vt is quamprimū in Italiam pergeret; miſſique à Pontifice duo Cardinales, qui cunctis edicerent in Italia, vt Imperatori in omnibus obedirent, vt Conradus Vecerius in vita ipſius Henrici ſcribit. Atque hoc fanè non niſi ad amplificandas imperij res in Italia, & omnino ſtabiliendas potuit pertinere. Perrexit Imperator, ac multa perfecit. obiit in Hetruria. Delecti poſt ipſum ex vna parte Fridericus Auſtriacus, ex altera Ludouicus Bauarus, quorum res capite item ſuperiori attigimus. Illud omiſſum, quod Villaneus & Nauclerus multis in locis tradunt; à Pontifice Romano illud prouifum, vt Fridericus in Italiam cum exercitu deſcenderet, quòd res tum Pontificis; tum imperij in illa componeret quod non niſi ab eodem deſiderio rerum Germanicarum in Italia amplificandarum potuit proficiſci. Quocirca idem à Pontifice actum, vt idem Villaneus ſcribit, cum Ioanne & Carolo Bohemiæ Regibus; quorū hic, adnitente Papa, electus eſt Imperator, ac tum pax illa per legatos Urbani conciliata inter omnes Septentrionis Reges; quæ niſi conſecta fuiſſet, bella exitiaſſima exarſiſſent, vt Cromerius ſcribit, & nos ſuprà retulimus.

Carolo ſucceſſus eſt Venceſlaus, qui Vicecomitibus ampliffimas Mediolani ditiones vendidit, quiſque breui ob ignauiam nimiam communi decreto electorum ſpoliatus eſt imperio; ſucceſſusque illi Rupertus, quem ſimiliter Pontifex in Italiam vocauit anno milleſimo quadringenteſimo, ne res tum Pontificis, tum imperij dilaberentur, vt Nauclerus teſtatur: ſed is hoſtium maximis copiis exterritus, ac penè victus, ad extremum in Germaniam ſe recepit, aduerſantibus illi Vicecomitibus, quòd timerent, ait Nauclerus, ne is irritam redderet venditionem à Venceſlao factam. Roberto ſucceſſit Sigifmundus, cuius maxima laus, quod peſſimum illud ſchiſma à Gallicis Cardinalibus multo antè Pontifice Urbano excitatum poſtea tollendum in Concilio Conſtantiensium ſummis viribus contendit. Anno deinde milleſimo quadringenteſimo trigefimo quarto, ab Eugenio Sexto Romæ primò Lombardiæ, ſiue Italiæ Rex, deinde Romanorum coronatus eſt Imperator; & milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo Fridericus Sigifmundi ſucceſſor eodem modo à Nicolao Quinto Eugenio ſucceſſore; & milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono iterum Paulo II. Pontifice Romam Fridericus venit. Anno autè M. D. VI. I. I. cū Iulius ſæpè à Venetis multa oppida Romandiolæ & Aemiliæ ad exarchatum Rauennæ pertinentia, & ab ipſis detenta nequidquam repetiſſet, iniit cum

Maxi-

A Maximiliano Friderici ſucceſſore ſocietatem ad uerſus illos, quòd & Imperatoris vrbes nonnullas occupariſſe diceretur, ab vtroque ſua recepta. Tum Veneti ad ſummam rerum ſuarum deſperationem redacti veniam petiere à Pontifice & Imperatore contenti omnia in cõtinenti poſita relinquere: Imperator negauit, Pontifex ſupplicibus indulſit. Hinc factum, vt breui Maximilianus, qui omnia poterat retinere, cuncta ferè in Foro Iulij oppida quæ ceperat amiſerit.

B Poſt hæc anno milleſimo quingenteſimo trigefimo ſecundo, cum Solymanus Turcarum Rex innumeras copias adducens in Germaniam veniſſet, Clemens inſtruſtiſſimum Italicorum exercitum miſit, Hippolyto nepote Cardinali legato, auriſque ingentem vim dedit, Surio teſte, vt opem Germaniæ ferret. Atque hæc primæ Italicorum copiarum, quæ ab obitu credo Gratiani Imperatoris poſt annos mille ducentos & amplius in Germaniam ſunt proſectæ, non ad illam vaſtandam, diripiendam, aut ſubigendam, ſed à Turcis turandam. Clementi ſubſtitutus eſt Paulus Tertius. Hic, cum Germanorum copiarum florentiſſimæ eſſent à Turcis miſerandum in modum proſigatæ, & caſæ ſemel ad Exechiū, iterūque Budæ, Ronchadulpho duce, in publico; conuentu Nurembergæ acto Germani ad ſuum decus, ſalutemque defendendam, bellum ijs deſerre decreuiſſent, miſit Alexandro Vitellio præfecto tria millia Italicorum militum fortiſſimorum, qui Germanis adſeſent, & quorum magna laus fuit in illa expeditione ob ſpectata fortitudinis inſignia facta. Rurſus cum plurimi Germaniæ principes in Imperatorem conſpiraſſent, & exercitum potentiſſimum in illum coëgiſſent, adductis eius rebus in maximum diſcrimen, idem Pontifex miſit Italicorum peditum duodecim millia, equitum mille, vt Panuinus in eius vita tradit; ac res feliciter actæ, proſigati perduelles: quòd bellum latè perſequitur Sur-

C rius anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto. Idem Pontifex Imperatori proficiſcenti ad bellum Tunetanum in Africam ſuo ſumptu duodecim triremes inſtruxit, vt Iouius ſcribit. Et cum Ferdinandus Imperator designatus à Turcicis armis acriter premeretur in Pannonia, maximumque Viennæ periculū immineret, miſit militum Italicorum quatuor millia, duce Ioanne Baptiſta Sabello; quòd Panuinus ſcribit. Totus porro fuit in ea cura, quam diu ſedit, vt pax inter Imperatorem, & Galliarum Regem componeretur. Poſt hæc nulla res admodum memorabilis accidit inter Pontificem & Imperatorem quo ad imperij regniſque Germanici confirmationem, de cuius nunc agimus argumento; niſi quòd cum Maximilianus Secundus innumeras Solymani Turcarum Regis copias in Germaniæ conſinia aduentantes timeret, adiutus eſt ab omnibus ferè principibus Italicis, maximè verò à Pontifice Romano. Finem faciamus, ſi tamen illud prius addiderimus: cum Turcarum Rex adeò Germaniæ minetur, & imminet, quotidie ad eius conſinia armis perſtrepens, & incurſiones faciens; Lutherus ſupra omnes homines Pontifici inſenſiſſimus edidit epistolam quamdam contra duo mandata imperialia, in qua orat omnes, ne eant contra Turcas, ne quid aduerſus eos auxiliij dent. Mox tamen hominem conſtantem & grauem tam nobilis ſententiæ penituit: nihilominus cuncti norunt Germaniam contrariis hæreſum ſectis ſic eſſe inter ſe principibus ipſis ob eas digladiantibus miſerrimè diſcerptam, vt imperatoria poteſtas per eos ſit ad nihilum ferè redacta, cum nihil æquè animos hominum coniungat ad boni communis procurationem, quam religionis vnus cõſenſus, in quam conuenere Germani inuictiſſimi vſque ad ætatem parentum noſtrorum, Pontificis Romani diligentia, quæ quātum enituerit in iis amplificandis & honeſtandis nemo non videt.

Enumerantur aliqua, è quibus perſpectiſſimus ſit amor Papæ in Germanos Imperatores. Cap. VI.



T autem melius quæ dicta ſunt teneamus, nonnulla hic ordine duximus recensenda. Ac primū Romani Pontifices noluerunt, omniū primi, deponere Imperatores Germaniæ, ipſi Germani omnium primi ſuos Imperatores ac Reges à Pontificibus Romanis honeſtatos imperatoria ac regia dignitate ſpoliarunt, cum deiectus eſt in conuentu Triburienſi Carolus Craſſus, vt ſuprà oſtendimus.

Secundū. Romani Pontifices nullū depoſuere Germaniæ Regem & Imperatorem, quam-

De Sig. Tom. 2.

Cc 2 uis

PRIMÆ ITA-  
LORVM MIS-  
SÆ IN GER-  
MANIAM A  
PAPA AD EP-  
SAM ADVER-  
SVS TVRCAS  
TVTANDAM.

Lib. 34.

uis hæc dignitas Imperatoris à Pontifice Romano sit in Germanos profecta, nisi ex quo A multi Germaniæ Reges sunt ausi potestate sacra Papas exturbare. id omnium primus est aggressus Ottho, deiecto Ioanne Duodecimo: mox Henricus Secundus, depulso Gregorio Sexto: deinde Henricus Tertius idem tentauit irrito conatu aduersus Alexandrū Secundum, deinde Gregorium Septimum. Igitur antequam Germaniæ Rex vllus à Papis abdicaretur, quatuor à Germaniæ Regibus Pontifices, quantum fuit in ipsis, expulsi: & tamen Pontificia dignitas à nullis Imperatoribus est constituta.

Tertium. Papæ noluit vniquam Regem Germaniæ vllum regio iure priuare, nisi ex quo ille ipse Rex Papæ inobediens & rebellis fuerit, & conatus sit illum Pontificatu abdicare. Henricus Tertius antea abdicauit Gregorium Septimum, quàm Gregorius Septimus Henricum Tertium; Ludouicus Bauarus prius Ioannem XXII. quàm Ioannes XXII. aut eius successores Bauarum. Fridericus Secundus id contendebat, ne vllus om- B nino Pontifex summus esset in Ecclesia Dei, vt superiori capite è Crantzio & Alberto Stadenfi constat, & è verbis Friderici ipsius, quos è Cuspiniano recitauimus signo de confirmatione, omnes omnino iste Pontifices tollebat. Ottho dumtaxat Quartus non est id aggressus, vt Papam eiceret, sed emque eius excinderet.

Quartum. cum Papæ Regē Germaniæ vllum regia potestate & imperatoria exuerūt, multos annos prius ipsum monuerunt, ac post eiusmodi monita vocatum ad certa loca expectarunt, vt enim vidimus hoc & superiori capite, antequam Gregorius Septimus Henricum Tertium deieceret, Hæricus à Stephano Nono simonia notatus est anno millesimo quinquagesimo septimo: deinde à Nicolao Secundo, anno millesimo quinquagesimo nono: inde à Alexandro Secundo Romanus vocatus ob id millesimo septuagesimo; rursus eiusdem insu ab Hannone Archiepiscopo Coloniensi anno millesimo septuagesimo tertio: denique à Gregorio Septimo, millesimo septuagesimo quinto: quo cum Pontificatum abstulisset Gregorio, ablata illi à Gregorio deinde regia potestas. Annos igitur decem & octo Henricus Tertius monitus & expectatus à Pontificibus Romanis. ipse autem nulla de re monitus, ne dum citatus, Gregorium continuò bonus homo Pontificatu eiicit. Fridericus Secundus, anno millesimo ducentesimo vigesimo, ab Honorio sæpè monitus, vt ab iniuriis Ecclesiæ inferendis desisteret, & vt moniti vim perferenticeret; denique postea excommunicatus. Idem post obitum Honorij fecit Gregorius Nonus anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, mox Cælestinus, postremò Innocentius Quartus, qui denique illum non respicientem regio & imperatoris iure spoliavit anno millesimo ducentesimo quadragesimo primo in Concilio Lugdunensi, postquam monitus fuisset per annos viginti: Ludouicus à Ioanne Vigesimo secundo vocatus est ad causam dicendam Auenione anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio, & millesimo trecentesimo quadragesimo sexto spoliatus, per annos viginti tres expectatus à Ioanne Vigesimo secundo, Benedicto Duodecimo, Clemente Sexto. Ipse autem Ludouicus, quàm non habebat potestatem vsurpans, Ioannem Vigesium secundum Romæ Pontificatu eiicit, & eodem momento alium substituit. Eodem modo Ottho Primus Ioannem Duodecimum neque vnius mensis spatium vocat, monet, ac priuat; Henricus Secundus Gregorium Sextum, vnius diei, vt supra Germanicorum scriptorum testimonio cuncta vidimus. Vidè quantam dissimilitudinem qui minus est expectatus à Papis Imperator, Otthone excepto, decem & octo annos est expectatus; illud adde; quoties Imperatores isti aggressi sunt post alios vllum Papam deponere, semper in peius profecerunt. Ottho dedit aliquod spatium Ioanni Duodecimo; at Henricus Tertius & Ludouicus nullum, quo ad certum locum venire Pontifices possent, & causam dicere.

Quintum. Non idem Pontifex est ausus primus vocare Imperatorem, aut admonere, & idem simul est ausus eicere; sed post aliquot Pontificum monita id aggressi sunt posteriores Pontifices. Gregorius Septimus post monita Stephani Noni, Nicolai Secundi, Alexandri Secundi, & sua, deposuit Henricum Tertium. Innocentius Secundus, postquam fecere idem Honorius; Gregorius Nonus, Cælestinus, cum Friderico Secundo, ad eius spoliationem deuenit. Clemens Sextus non prius deposuit Ludouicum, quàm monitus ille diu fuisset à Ioanne Vigesimo secundo & Benedicto Duodecimo. Id verò ostendit Pontifices istos nullo odio transuersos actos, sed tantum rem mature per multos annos, & à multis examinatum transegisse, & successoribus definiendam reliquisse,

reliquisse, vt Imperatores scilicet, si quid acerbitatis haberent in Pontificem viuentem, quali hostem expellerent, Antipapa intruso. sit enim sæpè, vt dum de contumacia non remittimus, quòd alicui simus infensi, neque boni quidquam videamus, cum illo quasi suboffensi posse transigere; alter quiduis à nobis impetrare possit. Non ita Ottho, Henricus Secundus, Tertius, & Ludouicus cum Pontificibus, quos exturbare sunt conati, aut exturbarunt quoquo modo. Ipsi idem tantam rem paucis diebus absoluerunt; & tamen pontificia potestas non ab ipsis Reip. Christianæ aut data, aut restituta, vt imperatoria à Pontificibus. Vnus Ottho Quartus ab eodē Innocentio Tertio per litteras, inquit Nauclerus, & nuncios, diu monitus, cum Friderico puero in Ecclesiæ Romanæ tutela posito cuncta eripere in Apulia & Calabria conaretur, neque respiciens in amplissimo illo Romano Concilio, cui quadringenti (inquit Platina) Episcopi adfuerunt, septuaginta metropolitani, oratores omnium Regum, est deiectus.

Sextum numquam Pontifices vllos Reges Germaniæ deiecerunt, nisi aduocato vniuersali Episcoporum Concilio. Gregorius Septimus ita cum Henrico egit in Concilio Romano, Innocentius Secundus cum Othone in Romano, Tertius cum Friderico in Lugdunensi: Clementem tamen Sextum de consensu Cardinalium id aggressum contra Ludouicum legimus, non vniuersali Concilio aduocato. Et Ottho quidem in causa Ioannis Duodecimi, & Henricus Secundus Gregorij Sexti, & Tertius Septimi Episcoporum tantum, qui ipsorum subiecti erant imperio, quidq. ipsorum studiosi erant; Pontifici verò infensi Concilium secuti sunt. Ludouicus porrò nullum Concilium in causa Ioannis Vigesimali secundi aduocauit, vt è Villaneo patet.

Septimum. Numquã Pontifices Romani ius, quod Germanis dederunt designandi Imperatoris, eligende Germaniæ Regis, ad se reuocarunt, semper intacta reliquerunt hanc facultatem suis electoribus: non ita Reges aliqui Germaniæ, qui ad se ius legendi Pontificis primi omnium transtulere, vnde maiora ac plurima schismata oborta, cædes innumera facta, flagitia incredibilia perpetrata, quæ omnia supra retulimus: & tamen poterant Pontifices Romani iustius legendi designandiq. Regis & Imperatoris ius ad se aduocare, quippe qui toti Ecclesiæ præfideant, in Germaniã sit ab ipso Pontifice hoc profectum, non contra Pontificia potestas in Pontifices ab Imperatoribus Germanis deriuata; & qui eligunt Pontificem, fuerint plerumque semper ex omni totius Ecclesiæ Catholice natione in Romani Pontificis electores electi, quibus quid eripiat Imperator huiusmodi facultatem?

Octauum. quoties electi sunt duo Germaniæ Reges, & schisma obortum inter illos, ac res ambigua fuit, quamuis suo iure Pontifex alterum confirmare, alterum submouere posset (ad Pontificem namque spectat confirmare) attamen Pontifex vllus est maxima hac in re modestia, ne quid electoribus vllis deperire videretur, superfedit à confirmatione, obseruans si qua forsitan aperiretur via ad tollendam discordiam inter ipsos electores, aut electos, neque ipse ansam daret vlli de se, quamuis iniuste, conquerendi in re grauissima, quasi pater interponens partes suas, non quasi iudex, cum tamen re vera sit iudex.

An non hoc verum? Lotharius & Conradus in schismate delecti fuere: Innocentius Secundus perfecit, vt supra ostendimus, vt ij conuenirent. Annos septem Ioannes Vigessimus secundus moratus est, antequam proferret in Ludouicum Bauarum sententiam excommunicationis, compulsus maximis, quas recitauimus causis. Interim tam ad ipsum, quàm ad ipsius æmulum Fridericum, qui in schismate & ipse fuerat creatus, Pontifex scribebat, ambos apellans filios, ad pacem cohortans, vt Cuspinianus fateatur; idque quamuis magis in Fridericum Papa propenderet, sententiam tamen eum posset excommunicationis noluit proferre, nisi ex quo coactus est grauissimis, vt ostendimus, de causis, non declarans illum malè electum, aut auferens electionis ius, & in Fridericum transferens: electionis enim ius post annos viginti duos Ludouico ablatum, cum depositus est à Clemente Sexto. Ius namque huiusmodi acquiritum nemo postea excommunicatus amittit, nisi aliud accedat. In dissensione Philippi & Bertoldi nihil actum à Pontifice Romano; sed in dissidio Philippi & Othonis legatus Pontificius Innocentij Secundi tantum declarauit Philippum, quòd excommunicatus esset, haud posse per leges eligi, electionemque illius nullam: id verò ita fuisse constabat omnibus, neque Philippus diffitebatur, quin misit ad Pontificem Romanum, vt absolueretur, quod apparet in litteris ipsius Innocentij ad Ducem Thuringiæ datis, & historiis Arnoldi,

qui hoc tempore vixit; è quo similiter habetur, ab Innocentio, quamvis Otthoni magis A  
studeret, missos tamen legatos post annos ab electione nouem, qui Otthonem & Philip-  
pum adducere ad pacem, vt supra ostēdimus. In schismate Ricchardi & Alphonfi nū-  
quam Pontifex sententiam tulit, quamvis posset. Obiit Ricchardus post annos sex, ne-  
que tamen Pontifex rem diffiniuit. Superuixit Alphonfus, cui qui elegerant Ricchardū  
non adsentiebantur, & in Germaniam perrexit, quo tempore iam de mandato Gregorij  
Decimi fuit electus Rodolphus liberè & concorditer à cunctis proceribus Germaniæ:  
quocirca ille in Gallijs subsistens de Gregorio conquerebatur; cui, teste Nauclero, sic  
Gregorius satisfecit, vt non modò placatus abscesserit, & cuncta sapienter acta approba-  
rit, sed etiam quod Rodericus Sanctius, cui Crantzius consentit, scribit, iussu eiusdem  
Pontificis, ne quid oriretur dissidij, iuri omni suo renūciauerit circiter annum millesimū  
ducentessimū septuagesimum tertium. In schismate Attaulphi, siue Adolphi, & Alberti  
Austriaci, dissentiunt scriptores; Dubrauius apertè testatur de consensu Bonifacii Octaui  
deiectum Adolphum, delectum Albertum, quòd inter alia scelera aurum argentumque  
è templis auferret, nummosque ex eis cuderet. Consentiebant itaque electores cum Bo-  
nifacio. Quocirca apertè mentiuntur Nauclerus & Cuspinianus & qui eos sequuntur, qui  
aiunt à Bonifacio non ante confirmatum Albertum, quàm dissidium natum esset inter  
Papam, & Philippum Pulchrum Gallorum Regem, confirmatumque dicunt ea mente, &  
pacto, vt bellum in Philippum moueret; Albertum verò tum contraxisse affinitatem cum  
Philippo, datamque huius filiā Friderico Alberti filio. In vna re falsa multa. ac primū  
Papyrius Massonus in annalibus Francorum id matrimonium contractum scribit anno  
millesimo ducentesimo nonagesimo nono, & ex actis publicis docet foedus inter Alber-  
tum Philippumque fuisse ictum, idem scribit Villaneus, qui temporibus his vixit, quod si  
Dubrauius credimus, eodem confirmatus Albertus, quo creatus, qui est ipse annus mille-  
simus ducentessimus nonagesimus nonus, quo matrimonium contractum. Simultas verò  
inter Philippum & Bonifacium longè post exorta, vt videbimus. Secundum, quòd aiunt  
post ortam dissensionem inter Bonifacium & Philippum fuisse Albertum confirmatum.  
Nam constat è Villaneo id fuisse initium dissensionis inter Bonifacium & Philippum,  
quòd Bonifacius in Italiam vocasset Carolum fratrem Philippi, pollicitus se daturum  
operam, vt Carolus vel Imperator eligeretur, vel imperij vicarius; eodemque anno à Boni-  
facio confirmatum tradit Albertum; id verò ægrè tulisse Philippum, quòd Carolum vo-  
luisset Imperatorē, quem tamen imperij vicarium factū scribit Papyrius Massonus. Tan-  
tum abest igitur, vt Bonifacius confirmaret Albertum post ortam cum Philippo discor-  
diā, vt potius eiusmodi confirmatio fuerit dissidij causa. Satis autē fuit Bonifacio alterū  
eorum quæ promiserat exsoluisse. Stet igitur, vel communi sententia Bonifacij & ele-  
ctorum Adolphum deiectum, vt vult Dubrauius, vel eo deiecto Albertum confirmatum  
multo ante dissidia Bonifacij & Philippi, & in eiusmodi schismate Pontificem vel ele-  
ctoribus assensum dedisse, vel Adolphi mortem expectasse, vt confirmaret Albertum.  
Sunt præter hæc alia schismata in electione Regum Germaniæ fuscitata ab ijs, qui Pon-  
tificum Romanorum decretis aduersabantur, cum post tot monita, tot annos, tanto con-  
silio, aduocatis plerumque totius orbis Episcopis, post iudicia Pontificum defunctorum  
deponebantur à Papis Imperatores; quibus temporibus Pontifices in schismaticos illos  
nullo iure intrusos, sua potestate utebantur, confirmabantque electos ritè de suo consen-  
su: alioquin creatos in schismate, vbi res habebat aliquid ambiguitatis, conabatur addu-  
cere ad concordiam, & quāuis iudices esse possent, parentis tamen officio potius fungē-  
tur. Non ita Imperatores aliqui Germani, cum neque parentes, neque iudices essent vl-  
lo modo, sed filij, & sibi tamen iudicis ac domini partes adsumpserunt. Ab istis longè  
dissimilis laudatissimus ille Sigismundus Imperator verè Germanus, verumque Ger-  
manicæ nobilitatis germen, qui in componendo teterrimo, quod annos quinquaginta  
durauit, schismate aduersus Vrbanum Sextum, tantum laboris ac sumptuum fecit, Con-  
stantiamque totius orbis Christiani Episcopos, Regumque oratores adduxit ad pacem  
conciliandam.

Cr. It. metr. lib.  
8. c. 26.V. I.  
Lib. 38.Masson. in vit.  
Philipp.Villan. lib. 8. c.  
33.Villan. lib. 8. c.  
22.

A Admirabilis Dei providentia aduersus Imperatores Germanos contumaces, ad te-  
stificandum clarissimè in illos Papæ amorem. Cap. VII.



Nonum sit illud obseruatione dignissimum, quod apertissimè est à diuina  
providentia constitutum, ad testificandum Pontificum Romanorum in Germa-  
nos Imperatores amorem, vt cuncti agnoscat ab illis Christi Dei vicariis  
Imperatores Germanos amari, quamuis isti depositi fuerint; & non homi-  
nes, sed vitia fuisse odio habita, audi igitur rem mirandam. Voluissent ne  
Pontificiæ auctoritatis inimici istos Imperatores, qui deieci sunt à Pon-  
tificis, amatos amore ardentissimo, vt amant inter se fratres, filij, & parentes, amantissimi  
quique, vxores, ac viri, amatam denique amans quilibet, & hoc enim dicendum, comple-  
ditur, isti namque omnium vehementissimi amores? Atqui ostendam Pontificis Romani  
amorem quolibet istorum fuisse longè maiore. fallimusne, an fallimur? Spoliatus est om-  
nium primus à Papa Gregorio VII. Henricus III. Numquid Gregorius minus amplexatus  
est Henricum, quàm Henricus vxorem suam, ad quam constuprandā multos immittebat,  
Conradum filium compellebat, testibus Dodechino, & Helmoldo horum temporum scri-  
ptoribus Germanis? profecto tam ignominiosè nō est habitus Henricus à Gregorio VII.  
Numquid Gregorius minus bene voluit Henrico, quàm Henricus matri Agneti, quam  
nulla de causa eiecit, & illa ad Pontificem Romanum profugit, vt Læbertus scribit æqua-  
lis horum temporum auctor Germanus? Numquid Gregorius peius egit cum Henrico,  
quàm cum Henrico patre filius Conradus, qui illi abstulit Italiæ regnum, sibi vendicauit,  
& quem maximè laudat Cuspinianus? Atqui Gregorius abstulit Henrico regnum, nō ta-  
men sibi vendicauit. Numquid Gregorius minus habuit caram Henricum III. quàm Hé-  
ricum III. Henricus IV. filius, qui sic eiecit patrem, vt neque illi forent alimenta, vt est in  
eius vita, & qui noluit ei petenti ignoscere, ac regnum restituere? Atqui Gregorius VII. nō  
ita Henricū priuauit, vt illi deessent alimenta, & veniam petenti ad Cannusium restituit  
cōmunionem, regnumque, cuius illum iure priuarat. An non Henricus ad extremū appella-  
uit à filio ad Pontificem, veluti mitiorem, neque est à filio auditus? Igitur Pontificis maior  
fuit in Henricum caritas, quàm Henrici viri in vxorē, filij in matrē, maior quàm Conradi,  
& Henrici filiorū in Henricum patrem. Quòd si Nauclero scriptori Germano credimus,  
maior adhuc fuit caritas Gregorij in Henricum, quàm Henrici ipsius in semetipsum, vult  
enim Nauclerus Henricū III. spontè abdicasse se imperio, exuisse regia ornamenta, ac fi-  
lio tradidisse, prospera cuncta illi precatum, eumque proceribus cunctis commēdasse, cum  
procerum conuenius, legati que Apostolici satis haberent ab illo crimē agnosci, veniam  
peti, paratumque esse illum ad ea faciendā, quæ à synodo generali, sedēque Apostolica im-  
peraretur, quæ cum ita sint, durior aliquo modo videri potest in se Henricus, quàm fuerit  
Gregorius in eum, aut legati Apostolicæ sedis, qui hoc volebant dumtaxat, vt Henricus  
agnosceret crimen, veniam peteret.

Secundus à Pontifice Romano Imperatoria potestate spoliatus est Ottho. Quartus, de  
quo scribit Crantzius eum sic admissorum scelerum poenituisse ante obitum, vt confessio-  
ne illorum ritè peracta aduocarit coquos, iusseritque, vt ipsius collum pedibus conculcarēt,  
& veluti indignissimam quamuis rem premerent. Atqui si iste resipuisset, & veniam petiis-  
set à Papa, numquam proculdubio huiusmodi piaculum fuisset illi impositū à Pontifice.

Tertius est à Papa imperio spoliatus Fridericus II. Hic Henricum filium litteris Apo-  
stolicis adiutus, teste Tritemio, licet Cuspinianus rem more suo inuoluat, cepit, sed, quod  
atrox visum, in carcere mori coegit, sicut Iolem coniugem, vt scribit Villaneus. Quòd si  
ipse Fridericus ex animo rediens ad mentem petiisset à Pontifice pacem, sicut ante obitū  
bis, sic tertium conciliatus illi fuisset, neque huiusmodi poena vllō modo affectus fuisset,  
quali ipse affectus filium, & vxorem: nam quàm foret indulgens Pontifex, experimento co-  
gnorat, & proculdubio non illi peius venisset, quàm passus fuerit à Mafredo filio, qui ipsū  
strangulauit, qua in re agnoscenda bona mens Cuspiniani, qui ait id forsitan actū cōsilio  
Pontificis, quod nemo post annos ducentos quinquaginta, qui intercedunt à morte Frideri-  
ci ad Cuspinianum, fuit ausus dicere. Sed vnde id habes bone Cuspiniane, nisi ab animo  
illo, quo passim te prodidis, qualis sis in Pontifices, vt appareas quàm sis egregia fide in eo-  
rum rebus conscribendis? & quod asserere non poteras, egregiè reuocas in dubium. For-  
san inquis: Ego verò ostendam tibi quo consilio, vt eximam tibi omnem dubitationem,  
id

Crantz. Sax. li. 7.  
cap. 35.




id egerit Manfredus, eodem scilicet, quo ipse autus Henricus tot consanguineos lumbis, ac virilibus exectis priuauit, pater eius Fredericus filium coniugemque necauit, ipse Manfredus similiter Conradum fratrem clystere venenato occidit, quæ tu haud negas. Ad summam nihil funestius alicui accidere potest, quam vt à proprio filio stragularetur. Quomodo igitur nõ magis à Pontifice amatus, quam à proprio filio Fredericus; namus enim voluisse Pontificem sequi in Fredericum, non poterat tam luctuose, etiam si propriis manibus illum enecasset.

Veniamus ad vltimum qui fuerit à Pontifice priuatus Augustali potestate Ludouicus Bauarum, & apertissime cognoscamus illum magis à Pontifice amatum, quam à fratribus, & amoribus ipsis suis. Audi an ita sit: Dum de electione Imperatoris ageretur à procēribus Germaniæ; Ludouicus Bauarus, & eius frater patru maior Rodolphus: ambo duces Bauariæ & Palatini Comites Rheni obstrinxerunt fidem suam Frederico Austriaco pacifese illi omnino in adeptione Imperij suffragaturos, fidē Ludouicus fregit, promissis Rodolphus stetit, & sicut à principio, sic semper est fratri aduersatus aperte. Hęc sincerus ille scriptor Cuspinianus: alio namque vt teste nolumus hac in re. Atqui Ioannes XXII. à principio non est aduersatus Ludouico; cum posset, nullā sententiā tulit in illum. Nā quod idem Cuspinianus testatur; si dolo malo electio non processisset, in aliis etiam rebus omnes in Fredericum, vel maior electorum pars consensisset. Post annos, vt vidimus supra, nouem Ludouico est aduersatus: atque adhuc eo tempore haud diffiniuit illi non esse ius in imperio, post annos viginti duos id actum.

An non igitur amantiùs egere cum illo Romani Pontifices, quam frater ipse? Haud negari potest. Audi maiora. Veneno dictus est idem Ludouicus periisse, quod ei (verba sunt hæc Crantzij) amantiùs sui domina, vt credit, bibendum dedit. Non hoc egit certè cum Ludouico Pontifex; amantiùs Ludouici id fecit. Sed quorsum hæc? vt cuncti certissimo sibi persuadeant, vel cum seuerè à Pontificibus castigantur, maxime amari. id nisi credant, & in contumacia persistant, maximo suo malo longè atrocissima experiuntur. Nam veluti Adamus fidem Deo non habuit; gustauit ex arbore scientiæ boni ac mali, ac tum quod fide noluit tenere, experimēto cognouit, quid interesset inter bonum ac malum; sic isti dum Pontificis acta in peiorem partem semper interpretantur, quasi illis propter inuidiam prohibeat aliqua, vnde putent se futuros veluti Deos, neque dictis eius audiunt, experimento addiscunt, quanta contumaces poena exspectet, & à quibus summa bona exspectabant, ab iis acerbissima quæque patiuntur. Ob id vidimus signo de intestinis hæreticorum cædibus, ipsos plerumque à domesticis miserrimè interfectos, & signo de infelicitate hæreticarum nationum, ipsas in potestatem adduci ab efferatissimis gentibus, à quibus sæuissimè vexata denique ad interitum supremum deducuntur: vt veritas illius oraculi appareat, Gens & regnum, quod non paruerit tibi, peribit. ] & alterius ad Ecclesiam dicti, Cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur. ] Nunc circumspiciat lector omnia mundi regna, & videat an aliquis exterus princeps tot ac tanta præstiterit in amplificando & conseruando Germanico regno, quot & quanta Pontifex Romanus; quin, numquid aliquis vniquam princeps alicui regno extero ab orbis ipsius fabricatione tot ac tanta procurarit. Postremò attentè consideret caput de ducentis bonis Germaniæ, & cogitet, an maiora potuerint præstari ab vilo Germanicæ nationi, quam quæ præstitit Pontifex Romanus, quam verè dici nunc posset, Quæ maledicta, & malefacta à nonnullis nomine ac sanguine nobilissimo Germanicæ nationis indignissimis pro tot ac tantis beneficiis Pontifici Romano rependuntur? Neque tamen Pontifex Romanus suæ benignitatis aut obliuiscetur, aut obliuisci potest.

FINIS LIBRI DECIMI NONI.

DE



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI LIBER VIGESIMVS.



SIGNVM OCTVAGESIMVM SECVNDVM.

Innumeri Catholici.

CVM SINT IN ECCLESIA NOSTRA INNVMERI, QVI in eandem fidem conueniunt, aliis autem secus contingat, hinc fit nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. I.



Vod diximus Ecclesiam esse Catholicam, siue toto orbe diffusam, non est sic intelligendum, quasi pauci futuri sint ij, qui ad eam pertinebunt, ita vt quamuis sint in tot locis, è singulis nationibus vnus aut alter eam sequatur: sed Catholici semper erunt innumeri è qualibet gente. Quocirca hoc signum quodammodo est duplex: quolibet enim tempore Catholici futuri sunt in magno numero. Præterea uerò si quamlibet gentem respicias, exempli gratia, Danicam, Sueticam, Gothicam, Scoticam, Anglicam, Persicam, Turcicam, Sartacenicam, nõ quouis tpe innumerabiles erunt ex illis Catholici, sed aliquo. Atque hæc sanè nota Ecclesiæ Catholicæ illustrissima. Audiamus ita prædictum. Hoc in primis Deus Abrahæ promisit, Multiplicabo, inquit, semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in littore maris: & in semine tuo benedicentur omnes gètes. ] Eadē deinde pæcta Deus cum Iacobo renouauit, cum dixit, Semē tuum erit quasi puluis terræ: dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiē. ] Quæ respiciens David, cum Deum alloqueretur, sic cecinit de amicis eius: Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur. exfurrexi, & adhuc sum tecum. ] & alibi: Conuertentur ad dominū vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familie gētium. ] Quamobrè verè pietatis cultores multitudine sua cæli stellas atque arenā maris æquabunt, & quod maius, erunt instar pulueris terræ, quinimmo (quod maximum) numero superabunt arenam maris, vniuersi namque fines terræ, atque vniuersæ gentium familiæ Deum verum colent.

Hæc omnia cum mentis oculis contemplaretur Isaias, quamuis longè posita, sibi tamē propiùs facta, sic admirandus compellat, & excitat ad lætitiā atque admirationem suis verbis Ecclesiam: Surge, inquit, & illumare Hierusalem: quia venit lumē tuū, & gloria Domini super te orta est. quia ecce tenebræ operiēt terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide. omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. filij tui de longè venient, & filia tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. ] Hæc Isaias, qui multis deinde profequitur hoc argumentum. Cui concinens Daniel ait, fore, vt lapis ille qui Christum significat, vniuersam terram non modò contingat, sed impleat, fiatq. mons magnus, illiq. detur.

Metrop. lib. 9. p. 29.

Gen. 12. 13. 21.

Psal. 134.

Isa. 60.

Dan. 7.

Hab. 3.

Apoc. 7.

Philip. 2.

Cur Ecclesie Catholicae gentes innumeræ, & è qualibet gente innumeri. I. ratio propter obedientiam Christi summam. lra 53.

Philip. 2.

II. ut à multis Deus agnosceretur ac prædicaretur.

Isac. cap. 2. Mich. 2.

III. ab auctoritate concilianda Ecclesie.

Cap. 14.

Cap. 16.

detur principatus, honor, regnum, ac seruiant ei populi omnes, tribus, & linguæ: ita ut, A subicit Habacuc, gloria ipsius non modò terras, sed ipsum cælum operiat, terra autem sit plena laudis eius. Viden' vt Prophetæ gradatim ascendant, & maiora semper præsignificent. Audi nunc Ioannem, qui enucleatius hæc prædicit: Post hæc, ait, vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni amici stolis albis, & palmæ in manibus eorum.] Igitur Ioannes vult esse ex omni gente innumerabiles Catholicos, neque modò ex omni gente, sed ex omni tribu, quæ gentis alicuius est pars, vt Hebraicæ duodecim tribus erant: & quoniam quælibet ciuitas habet suum populû, ex omni ciuitate innumerabiles futuros ait Catholicos, & quando tēporis longo interuallo contingit, vt in eadem ciuitate coëant diuersi populi, qui in vnum conflati linguam mutant, ait adhuc ex omni lingua, quamuis illa post existat, futurum, vt innumerabiles sint veræ pietatis cultores: ita vt omnis lingua confiteatur, quia Christus est in dextera Dei sedens, ait Paulus. Plurimæ sunt porrò rationes, quibus Deus constituit, vt Ecclesia Catholica innumeros semper haberet sui studiosos omni tempore, & ex omni populo, ac lingua, ad extremum aliquo saltem tempore similiter innumerabiles sui cultores possit indicare.

Et primo quidem loco illud afferri potest, quòd Christus id sibi meruit, ac Deus ita fore illi promisit, quia vitam pro Dei causa posuerit. Sic enim Christus: Et ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.] Deus autē sic de Christo per Isaiam: Dispertia ei plurimos, & fortium diuidam spolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam suam.] Ob id Isaias idem capite sequenti gratulatur Ecclesie de illustri sua gloria, numeroque suorum maximè copioso. Idem scriptû reliquit Paulus, cum dixit de Christo: Humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortē, mortē autē crucis, propter quem & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia ipse est in gloria Dei sedens.] Eodem modo, simulatque Abrahamus obtulit Isaac filium suum immolandum obtemperans Dei mandatis in omnibus, vt iusserat retulit præclarā promissionem, quam supra attigimus. Statuit igitur Pater æternus maximam semper hominum multitudinē Christo adherere, ei que parere, quòd ipse ei paruerit in omnibus ex animo obsecutus.

Amplius cum vellet agnosci Deus à cunctis, necesse erat, non esse paucos, qui diuinæ potentie, sapientie, ac bonitatis essent præcones, sed omnis lingua cōfiteretur, quia ipse est in gloria Dei sedens. Atque hoc sibi voluit Isaias, & Michæas, cum non multos homines (id enim paucitas videri posset) sed populos multos inducunt, à quibus cunctæ gentes inuitentur ad cultum Dei verum.

Et quando fides sit hominibus vel ratione, vel auctoritate; ratio verò procul sit posita à sensu communi, ingenioque hominum imperitorum, qui non satis illi sese accommodare sciunt; reliqua est auctoritas, quæ cum ducatur è multis locis, ea videtur aptior ad persuasionem, quæ posita est in multitudine aliqua hominum idem profitentium copiosa. Nam nihil æquè commouet animos, quàm conspiciere celeberrimam plurimorum frequentiam, qui in idem conspirent. Id allicit maximè illos & incitat ad idem credendum, & sequendum. Atque hoc idem significant oracula adducta Isaiæ & Michææ canentium à populis multis gentes cunctas ad religionem vocari. præcipuè verò Isaias hoc vult, ante oculos sibi proponere Ecclesiam, seduloque contemplari, innumeras scilicet cateruas eorum, qui cōfluant ad ipsam. Leua, inquit, in circuitu oculos tuos, & vide. omnes isti cōgregati sunt, venerunt tibi, filij tui de longē venient, & filia tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando cōuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gētium venerit tibi.] Hoc vidit Augustinus, atque explicauit aureo illo libello de vtilitate credendi, cum dicit: Christus afferens medicinam humano generi, primùm miraculis conciliauit auctoritatem, dein auctoritate meruit fidem, fide cōtraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roborauit religionem.] ac rursus: Desperādū nō est ab ipso Deo aliquā auctoritatē cōstitutā, qua velut certo gradu innitentes attollamur in eū. Hæc auctoritas dupliciter nos mouet, partim miraculis, partim sequentium multitudine. Ac primùm quidem facta sunt miracula, cum Deus ipse in vero homine huic mundo apparebat, vt his tandem multitudine crescentium congregata, atque propagata, in ipsos mores vtilis conuerteretur auctoritas.] Hæc Augustinus.

Est

A Est alia postremò causa, propter quam Catholicorum multitudinem Deus voluit esse copiosam, nimirum, quam præ manibus habemus, vt Ecclesia ipsius distingueretur, & internotceretur à factionibus hæreticorum, vt aperuimus. Nunc ita que si animum adueras ad singulas Protestantium sectas, quæ innumeræ sunt, videbis esse nullam, quæ cum Ecclesia Catholica, in qua nos sumus, possit vel millesimæ parti multitudinis nostrorum æquari. Quid dicam millesimæ totius vniuersitatis nostræ? neque istius millesimæ partis particulæ millesimæ. Protestantibus enim nulla mihi videtur fides certa, fides autē Christiana certissima esse debet. At inter eos non modò quot capita, tot sententiæ, sed eiusedē capitibus innumeræ in eadem quam iactant fide sententiæ, vt ostendimus supra, vbi actum de vna fide. Quid quòd conuellunt ipsius fidei rationem, quæ est, vt alteri credamus? at isti edicunt palam, vt quiuis, quod lubet credat. Quid verò de Græcis dicemus ad paucissimos iam redactis, & qui similiter inter se diuisi sunt? ante annos namque triginta Moscouitæ dissentiant à reliquis Græcis. Ecclesia verò Catholica vix est vt numerare possit, numquid homines dicam, qui ipsius fidem sequuntur? atqui neque gentes ipsas. Nam quot, quæso, gentes in Indiis Occidentalibus, & Orientalibus? num quis earum numerum vel tenet, vel assequi potest? Sumas autem quam vis gentem, quæ ipsius fidem sit secuta. Ecquis poterit scire quot è quauis gēte homines per tot annorum secula Ecclesie nostræ adhæserint? si omne studium positū hac in re fuisset à principibus, vt numerus iniretur, ac posteris ad memoriam traderetur, numquid assequi id potuissent? Sume quam vis urbem Saxonie, vt exemplo agamus, quæ post annum octingentesimum Christo se dedit, & Ecclesie nostræ, perstititque in ea plusquam septingentos annos; an fieri potuisset, vt hominum numerus in vrbe illa nobis adhæretium per tot annorum spatia certò iniri ac memoriae prodi posset? Quot igitur partibus superabit Ecclesia nostra hæreticorum quamlibet factionem? innumeris proculdubio, sicut est diuinitus prædictum. Oracula namque diuina statuunt Ecclesiam Catholicam multitudine cunctis cœtibus præstare, sicut arena maris, puluis terræ, atque alia huiusmodi numero cunctis aliis rebus vniuersi naturæ præstant. Quæ cum videant hæretici, & effugere hoc argumentum velint, multa coaceruant, quibus conuellant illud, & fucum simplicioribus faciunt.

In primis verò afferunt illa Christi verba, Intrate per angustam portam: lata & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui ambulant per eam: angusta & arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.] Item quarta pars seminis dumtaxat reddit fructum, reliquæ pereūt: similiter Christus Apostolis dixit, Nolite timere pusillus grex.] Sed hæc nihil faciunt pro hæreticis. Christus namque in iis locis loquitur de illis, qui non seruant ad amissim omnia Dei mandata, qui paucissimi sunt, ac nisi Deus benignitate sua iis respicientibus ignosceret, ad inferos proculdubio deuoluerētur. Nō loquitur itaque de iis qui non credunt, quasi istorum numerus sit exiguus. & idcirco vt sciremus illa verba Christi referri ad obseruationē diuinæ legis, subiicit Christus, Attendite à prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorū cognoscetis eos.] atque ita illū locū interpretatur Basilius, & Augustinus. Quòd autem quarta pars seminis sola fructum reddit, intelligi potest tam de fide quam de morum disciplina. Nam non omnes obediunt Euāgelio. Atque ideo si respicias cunctos homines simul coniunctos, ad quos Euangelij præconium peruenit, vix eorum quarta pars Christianis adnumerari potest. Et Christianorum vix quarta pars, ac ne vix quidem quarta, Christi præcepta ad unguem seruat.

Quod verò ait Christus, Nolite timere pusillus grex,] id refertur ad eos, quibuscū tum verba facit, quorum numerus erat exiguus. Neque verò negari potest olim paucos fuisse Christianos. Nam lapis ille, de quo Daniel scripsit, ab initio paruus, deinde mons magnus euasit, & vniuersam terram impleuit. Adhuc ij, quos alloquitur ibi Christus, erant, qui venditis omnibus ipsam sequebatur in arcta paupertate, quorum pauci adhuc hodie sunt, vt constat ex ipsius Euangelij verbis.

Iam quod adducunt iidem heretici, quod ait Christus, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio ipsorum sum.] atque ideo colligunt paucissimos esse posse, in quorum medio sit Christus, id nullius est momenti. vt enim rectè Cyprianus respondet aliis hereticis idem obicientibus, verū est, si duo è Catholicis conueniant rite, in medio ipsorum esse Christum: ad suos namque loquitur ibi Christus, qui dixit: Si duo ex vobis. At si qui dissentiant à recta doctrina, iis, quamuis coëant, atque innumeri sint, nihilominus

IV. ra. io.

Obiectio prima hereticorum. Matth. 7. Resp.

Basilius comm. Aug. cont. her. de ser. Domini in monte. lib. 2. cap. 32. ep. 48. ad Vincen.

II. Obiect. I. Resp.

II. Resp.

III. Obiect.

Li. de vni. Ecc.

- II. Resp.** minus aberit ab illis Christus. Absurdum namque foret si illa verba acciperentur de quibuslibet, qui se Christum sequi iactant. Sic namque nulla hæresis esset, quæ duos dare non posset, qui in vnum coirent.
- IV. Obiect.** Illud porro ineptum, quod aiunt Christo adhuc viuenti paucos adhæsisse. Confitemur enim primis Ecclesiæ nascentis temporibus exiguum fuisse illorum numerum, qui Christo se adiunxerunt, atque hoc erat, vt diximus, in oculis; sed postquam crucis tormenta passus est Christus, ac resurrexit, prædictum fuit, vt Christianorum numerus magis ac magis in dies amplificaretur, instar arenæ maris, pulueris terræ, vt vix numerari possent Christi familiares; quin ait Ioannes, nemo mortalium posset illos recensere.
- V. Obiect.** Quocirca quod afferunt hæretici exemplum legis antiquæ, atque obiciunt illud idem, quod olim Donatistæ obiciebāt, vt refert Aug. lib. de vnitæ Ecclesiæ, temporibus Eliæ, Ecclesiam in paucis fuisse, in Elia, Eliseo, atque eorum sectatoribus: similiter Aaron cum toto populo aberrauit à veritate, coluit aureum vitulum, solus Moyses stetit in fide. Micheas item fuit vnus contra quadringentos prophetas Baal, qui Achab decipere. & Hieremias solus cõtra omnes fuit clamantes, Lex non peribit à sacerdote. Quid? quod Isaias deplorat, nisi Dominus reliquisset in nobis semen, vix aliqui superessent, qui verum Dei cultum retinerent. Hæc omnia, ac multo plura his similia tolluntur vnica responsione. De Synagoga namque non est vnquam prædictum fore ita copiosam, sicut de Ecclesia. Amplius præsignificatum fuerat fore, vt illa sæpè diuinam legem abiceret, ad idola cõuerteretur, Ecclesia verò nequaquam. Sic enim Moyses ad Hebræos: Noui quod post mortem meam iniquè ageris, & declinabitis citò de via, quàm præcepi vobis. De Ecclesia prænunciatum fuit, vt ostendimus, fore, vt inferorum portæ aduersus illam numquam præualeant, tabernaculum eius numquam moueatur, & alia huiusmodi innumera.
- VI. Obiectio.** Quod rursus opponitur esse paucorum veritatem, atque ideo fieri non posse, vt multos habeat affectas: oppo suere idem Manichæi, vt refert Augustinus, ac facillimè diluitur. Intelligere intima veritatis, causas, & fundamenta, est paucorum. sed est omnium credere à præpositis traditam veritatem. Sic est omnium cognoscere quasdam dignitates, & principia; vt nemo non scit omne totum maius esse sua parte, non posse idem esse simul ac non esse. Ex his docti multa admirabilia colligunt multitudini prorsus ignota. Sic satis est si plebs quædã sciat ad fidem pertinentia à sacerdotibus explicata, vt quæ in simbolo habentur. reliqua credunt acquiescentes decretis Sanctæ matris Ecclesiæ. Postremò peruenire ad summum veritatis paucissimorum, sicuti pauci excellentes oratores, poëtæ, pictores, Philosophi: sed assequi nonnulla, ac delibare, quantum sit satis pro cuiusque natura, est cunctorum.
- VII. Obiectio.** Neque verò quemquam moueat, quod Arianorum temporibus paucissimi essent Catholici, ac plurimi, vt quidam volunt, Ariani, atque ideo falsum Catholicorum multitudinem maiorem. Hinc dictum ab ipso Hieronymo, tunc totum orbem ingemuisse, & se Ariani esse miratum; & ab Hilario decem Asianas prouincias, inter quas ipse exulabat, Deum planè nescire, & rarum fuisse apud Orientales Catholicæ fidei vel sacerdotem, vel populum inuenire, sed vbique scandala, vbique schismata, vbique perfidias esse: & ad Mediolanenses scribit; Vnum moneo, caute Antichristum: malè enim vos parietum amor cepit, malè Ecclesiam Dei in testis ædificiisque veneramini. malè sub his pacis nomen ingeritis. An ne ambiguum est, in his Antichristum esse sessurum. montes mihi, & syluæ, & lacus, & carceres, & voragines sunt tutiores. In his enim prophætæ aut manentes, aut demersi Dei spiritu prophetabunt. Hucusque Hilarius. Hæc igitur si obiciant hæretici, neminem mouere debent; cum Vincentius Rogatista obiecerit eadem Augustino. Nam sciendum Arianos olim Constantino imperante in synodo Nicæna damnatos astu remtentasse, cumque post obitum Constantini, Constantium ipsius filium in partes suas traxissent, Athanasiumque Alexandria depulissent, vt simplicioribus imponerent, iactabant se credere & profiteri idem quod synodus Nicæna statuisset, Filium esse *ὁμοεισ*, id est eiusdem naturæ cum Patre; vt autem viderentur idem dicere, addētes litterulam, aiebāt Filium esse *ὁμοεισ*, id est similis naturæ. cumque Nicæna fides esset omnibus in ore, Ariani callidissimo consilio conuenere non in Nicæa Bithyniæ, sed Thraciæ, & ibi conciliabulo coacto, quod visum fuit ipsis, statuerūt: vt affirmari posset, ipsos eandem cum Nicæna fidem seruare. Addebant Filium esse Deum de Deo genitum ante sæcula, subicebant tamen ab ipsis asseri illum Patre minorem: atque vt Ariani nonnulli magis fidem face-

- A** rent, palam iactabant se dissentire ab Ario: & inter alia Arianorum sectam, qui Acacium sequebantur, coacto concilio condemnarunt, passim diulgantes Arianos ab ipsis reiectos. & Auxentius, qui Mediolanensem sedem inuaserat, aiebat à se neque Arium cognitum vnquam, neque libros eius lectos, sed se tradita à maioribus tueri. Quocirca factum est, vt in huiusmodi turbis, cum scirent istorum versutias Episcopi Occidentales, noluerint recipere concilium quoddam Orientale, in quo reuera confirmabatur Catholica fides, timentes à fallaciis hæreticorum propter nouitatem ac prolixitatem decreti; testibus Socrate, Sozomeno, Nicephoro. Plurimi tamen ignorantes nominum vim similitudine capti, ne rixas viderentur excitare, nisi consentirent in re quæ nihili illis videbatur, subscribebant, vt Hilarius in eadem epistola aduersus Auxentium scribit; & Gregorij Nazianzeni pater hac arte delusus incidit in errorē, vt Nazianzenus idē testatur in oratione, quam de laudibus ipsius habuit. Episcopi porro Catholici agebatur in exiliū, quasi pacem publicam perturbarent, de nominibus, non de rebus disputarent, atque alios per calumniam vocarent Arianos: quod liquet ex eodem Hilario, Hieronymo, ceterisque scriptoribus. Quin in concilio Ariminensi, cum reiecessent quamdam fidei formulam propositam à Valente & Ursatio Episcopis Arianis tercentum, ac plures Episcopi Occidentales, quod contineret huiusmodi imposturas; accidit, vt Imperator legatos illius synodi ad ipsum missos, vt nunciarent quid decretum foret, defatigatos ob moram diurnam, cum non admitteret eos in conspectum, impulerit ad consentiendum formulæ cuidam compositæ de industria ab Arianis, quæ fraudulentis verbis hæresim tegebat; ne vocarentur auctores & consiliarij rixarum, pacisque diffusores. sed vbi iidē certò deprehenderunt Arianorum dolos, ac præsertim qui Arimini conuenerant Episcopi, vt idem Hieronymus scribit aduersus Luciferianos, concurrerunt omnes & publicè corpus Domini, & quidquid in Ecclesia sanctum erat contestati sunt se nihil mali in fide sua suspicatos. Non igitur ait Hieronymus orbem totum re vera fuisse Arianum, sed visum fuisse. alioquin quid ingemisset? quid admiratus esset, si volens hæresi adhæsisset? ingemiscebat talem de se habitam opinionem; admirabatur se inuitum in fraudem inductum. Hæresis est in consensu: & quid magis consensui contrarium quàm error, & ignorantia, à qua nasci admiratio solet? Epistola Hilarij est ad Mediolanenses, quibus præerat Auxentius hæreticus; quorum tamen bonam partem fuisse Catholicam necesse est dicamus, quando illos in fide conabatur retinere, iūq. hoc ipso maximè illustres erāt, quod vrbe relicta ad siluas cõfugiebāt. sola igitur Ecclesia Mediolanensis id quod supra obiciebatur, patiebatur; reliquæ erant illæ: alioquin Hilarius fidei Catholicæ acerrimus propugnator ad alias etiam scripisset. Quod verò ait idem decem Asianas prouincias omnino Deum nescisse, magis confirmat quod dicimus. Agit enim de minori Asia, in quâ exulabat, & quæ in decem prouincias distributa erat. Occidentem verò totum fuisse ab hæresi liberum per ea tempora, testatur Hilarius, Hieronymus, Theodoretus. Est itaque falsum temporibus Arianorum Catholicos haud fuisse innumerabiles, aut plures fuisse Arianos, quàm Catholicos. Stet itaque omni tempore Catholicos esse plures quibuslibet factionis alicuius hæreticis, quamuis fieri possit, vt si omnes hæresum singularum hæretici simul considerentur, ij forsitan aliquando plures forent: sed vix est vt id contigerit aliquando, cum sit Ecclesia toto orbe diffusa, hæretici semper angulo orbis aliquo conclusi, & maxima semper accessio fiat ad Ecclesiæ amplitudinem è gentibus; quæ singulis ætatibus nomen Christo dare solent. hæreticorum porro factiones vix exortæ in partes plurimas dissecantur, vt ostendimus vbi actū de vna fide. Exempli gratia ex Arianis alij adhæserunt Eunomio, quidam Macedonio, nonnulli Meletio, alij Eustathio, alij Acacio contraria sentientibus, vt tradunt Basilius, Epiphanius, Nicephorus. Atqui ego ausim dicere, non modò quantum ad hæreticos Ecclesiam Catholicam multitudine suorum iis præstare, sed etiam quantum ad quaslibet sectas.
- E** At Mahometani, inquiet aliquis, Catholicis longè plures. Minimè id quidem: nam quod alibi demonstrauius, Catholica Ecclesiæ tertia ferè pars orbis est subiecta. quo ad reliquas duas è tribus neque alterius dimidia Mahometis scita sequitur. Asiæ namque totius vsque ad Sinas neque pars quarta Mahometis legi pareret, sicut neque Europæ. trans Indum fluuium, montemque Imauū pauci Mahometani: in amplissimis Sinarum regnis, quæ Scythas, & Indiæ extra Gangem cõfinia attingūt, Mahometanus omnino nullus. Africa neque dimidia pars Mahometem colit: Africa namque insulæ omnes, quæ

Soc. lib. 2. c. 15.  
Sozo. li. 5. c. 10.  
Niceph. lib. 9.  
cap. 11.Hilar. cõtr. Aux.  
& de syn. Hier.  
cont. Luciferi.Hil. li. de syno.  
Hier. aduer. tu  
cif. Theod. li. 2.  
cap. 22.Bas. cõtr. Eunom.  
Epi. ser. 68. 76.  
Niceph. lib. 12.  
cap. 29.

plurimæ sunt, & ex his aliquæ amplissimæ Hispanis obediunt; vnà cum regnis Guineæ A  
Bentonini; & Giloli eisdem tributa pendunt regna Quiloæ, & Mozambique. A nobis  
sunt latissimæ regiones Manicongi. Christum similiter agnoscit Aethiopiæ princeps, cui  
amplissima terrarum spatia. multi præterea populi in Africa neque Christum Deū verū,  
neque impium Mahometem venerantur. In Europa Turca non habet nisi Græciam, My-  
siam, Daciam, Illyrium, & maximam Pannoniæ & Dalmatiæ partem. at hæc prouin-  
ciæ, quibus addas licet Tauricam Cherfoneßum, vix quartam totius Europæ partem  
conficiunt. vt omittamus in illis, sicut in aliis Mahometanorum locis, plurimos esse Chri-  
stianos. Quocirca quantum ferunt tempora præsentia ( meo quidem iudicio ) quarta  
propè pars orbis est Catholicorum, sexta Mahometanorum; reliquum eorum, qui  
vel hæretici sunt, vel alterius superstitionis. Ac ne existimes id nunc contingere, quod  
orbis noui tot loca sint nostris patefacta; ætate Burchardi, qui circiter annum millesimum  
ducentesimum octuagesimum vixit, & Orientem ferè totum per annos decem peragra-  
uit, testatur ipse, in Oriente vix trigessimam quemque Mahometanum fuisse, ceteros  
autem Christianos, in quibus tamen hæretici multi; sed diurnitate temporis  
factum, vt paulatim nostrorum numerus in iis locis diminueretur; quod essent in  
potestate Mahometanorum, donec tandem nostris aditus apertus est ad noui orbis  
terras; vt ex alia parte Ecclesiæ adicièretur, quod ex alia auferebatur. ex illo etiam  
tempore perductæ ad Christum Prussia, Liuania, Lithuania, Samogethia latissimæ re-  
giones. Mahometanorum porrò secta in varias hæreses inter se contrarias diuiditur. Se-  
ptuaginta esse tradit Ioannes Leo in Africa descriptione. Turcæ, & Persæ ob duas diffi-  
dentes quotidie digladiantur. Quid porrò, si consideremus Mahometis legè anno sexce-  
tesimo & trigesimo ab ortu Christi emeruisse, atque ante ea tempora innumerabiles fuis-  
se Christianos? Quocirca vt ad propositum reuertamur, insignis est Ecclesiæ nota, multi-  
tudo sectatorum ipsius. Illud verò ineptum, quod afferunt nonnulli prædictum à Chri-  
sto, fore, vt cum venerit, non inueniat in terris fidem: neque vident agi eo loco de fide,  
quam sequantur opera. Idcirco Augustinus de Donatistis verba faciens, Item dicitur,  
ait, de apostasia orbis terrarum dictum, quod ait Dominus, Filius hominis veniens putas  
inueniet fidem in terra? quod nos intelligimus dictum vel propter ipsam fidei perfectio-  
nem, quæ ita difficilis est in hominibus, vt in ipsis quoq; admirabilibus sanctis, sicut in ip-  
so Moyse inueniatur aliquid vbi trepidauerint, vel trepidare potuerint, vel propter illam  
iniquorum abundantiam, & paucitatem bonorum, de qua satis diximus. Idem respon-  
det Hieronymus dialogo aduersus Luciferianos. Hi namque duo solent vti maximè  
hoc aduersus hæreticos argumento, quod sit præ cunctis insigne, atque illustre. Nunc ad  
reliqua pergamus.

SIGNVM OCTVAGESIMVM TERTIVM.

Inimicorum conciliatio.

*Prædictum est fore, vt Ecclesia Dei conciliet sibi, & amicissimos faciat  
qui prius inimicissimi erant, iique sint eius fortissimi propugna-  
tores: quod nostræ Ecclesiæ contingere, non alienis,  
sit manifestum. Cap. II.*

**D**iuinitatis est euidentis signum, subiicere sibi cuncta, & præcipuè quæ illi po-  
tissimum contraria videntur. Quod si illa subiiciantur, ita vt non com-  
pellantur vlla vi, sed amore ducantur, spontè colla submittant, id  
prorsus est diuinum. Dei namque solius est posse nostris animis inge-  
nerare propensionem, qua libentissimè moueantur ad id quod prius  
omnino respuebant, & à quo longissimè abhorrebant. Quid verò  
dicemus, si quis vltro è domino velit esse seruus, & id maximi boni loco ducat, atque hic  
fit alioquin esset atque indomitæ naturæ? An nõ dicemus eum, cui se hic subiicit, diuini-  
tatis sibi adfidentis clarissimam significationem dare? ac præsertim si non vnus aut alter  
sit, qui in alterius potestate, cum suæ sit, transeat, sed plurimi, immò plurimæ gentes, ac tē-  
pori-

**A**poribus diuersis? Profectò negari haud poterit hanc esse Ecclesiæ insignem notam, con-  
ciliasse, ac subiicisse sibi libentissimos, qui prius illi maximè aduersabantur, & mala  
omnia machinabantur. Hoc Ecclesiæ Dei euentum longè antè prædixit Isaias iis ver-  
bis: Propè est, vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. miserebitur enim  
Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israël, & requiescere eos faciet super humum suam.  
adiungetur aduena ad eos in locum suum, & possidebit eos domus Israël super terram  
exactores suos. ] Hæc Isaias, ostendens fore, vt Ecclesia Dei, quæ domus Israël vocatur,  
subiiciat sibi eos, & capiat, à quibus ipsa subiiciebatur, & capiebatur. Repetit alibi  
idem vates eadem sic ad Ecclesiam verba faciens. Venient ad te curui filij eorum, qui  
humiliauerunt te, & adorabunt uestigia pedum tuorum. omnes qui detrahebant tibi, &  
vocabunt te ciuitatem Domini Sion sancti Israël. ] Hæc ille. Sed amplificemus hoc si-  
gnum, vt quod simplex proponitur, & vnum, re vera geminum cognoscatur. Inimicif-  
simamque populi Ecclesiæ Catholicæ non modò seise illi vltro dederunt, sed gra-  
uissima pro illa aduersus potentissimas gentes bella susceperunt, ac transegerunt, ita vt  
ciuitati Catholicæ fuerint isti populi pro muro aduersus incurfiones & impetus hostiles.  
Audi Isaiam hæc eadem canentem Ecclesiæ: Et ædificabunt, inquit, filij peregrinorum  
muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi. ] Hucusque oraculum, quo non modò pro-  
nunciatur amicos Ecclesiæ ac subditos fore, qui prius illi aduersabantur, eamque op-  
primebant, sed eius studiosissimos cultores, qui muros eius ædificent, eique mini-  
strent.

Nunc videamus, an hoc contigerit Ecclesiæ nostræ, & prius de iis nationibus verba  
facimus, quæ Christianos habebant subiectos: septem verò sunt illæ, quantum colli-  
gere potui. Huiusmodi namque fuere Romani, id est Romano Imperio subiecti, Bur-  
gundiones, Sueui, Alani, Franci, Visigothi, Longobardi. Ex his Romani ante om-  
nes Ecclesiæ Dei fuere inimicissimi, ac per trecentos ferè annos decies id maximè sunt  
conati, vt Christi cultum nomenque eraderent è terris. proximè hos sequuntur Visigot-  
hi, & Longobardi non ita crudeles. De Burgundionibus autem, Francis, Alanis, Sue-  
uis nihil legimus valde immitis in nostros admissum. Commune autem fuit nationibus  
istis septem, vt sibi Christianos in locis, in quibus commorabantur, subiectos haberent,  
vltroq; nullis armis, nulla vi coactæ, in sacra ipsorum concesserint. Et Romani quidem  
Christianis imperabant in omnibus iis locis, quæ Imperij confinibus continebantur ad  
Septentrionem in Europa Rheno, & Danubio, in Asia Cholchis, & Iberis, ad Occidentem  
Oceano, ad Austrum Atlante, ac desertis Africa, Arabiaque locis, ad Orientem Tigri.

**D** Visigothi tenuerunt Hispanias, & nonnulla Galliæ Narbonensis loca; ante hos Sueui, &  
Alani nonnullas Hispaniæ eiusdem regiones; Franci Gallias ferè totas; Burgundiones  
eam partem quæ est circa Rhodanum; Longobardi Galliam Cisalpinam, quæ de ipso-  
rum nomine Longobardia est vocata. Omnes igitur hi populi Christianis dominaban-  
tur, à Christi cultu prorsus erant alieni, Visigothi tamen vniuersi Ariani, Longobardi  
magna ex parte: nam multi ex eis gentium ritus sequebantur. Quomodo verò Eccle-  
siæ Catholicæ cuncti se addixerint vltro, suis locis est dictum libro quinto. Post hos  
sunt tredecim maximæ gentes, quæ Christianis inimicissimæ erant, quamuis eos nul-  
la ex parte sua ditione coërcerent, & vltro se nobis adiunxerunt. Hi sunt Angli, Germani  
magna ex parte, Hungari, Bohemi, Poloni, Slauorum multi populi, Northman-  
ni, Bulgares, Rhussi, Dani, Noruegi, Sueci, Gotthi. His addere possumus Al-  
banos, & Iberas, quostamen non admodum Christo aduersatos cognoscimus, simi-  
liter & Lazos, & Aethiopas. Postremò erunt qui non vniuersi se Christo conciliarunt,  
sed multi ex ipsis, Persæ, Tartari, Sarraceni. Alios possemus meritò adnumerare; isti infi-  
gniores. omnes hæc gentes Christianis principibus haud parebant, Christiano nomini vel  
omnino, vel aliquo modo aduersabantur, ac libentissimè tamè postea se suaque Ecclesiæ  
Catholicæ deuouerunt. Omnes verò hæc nationes sunt viginti septem. Nunc attingamus  
aliqua ab illis, & quidem grauissima bella pro Ecclesiæ Catholicæ tutela & dignitate su-  
scepta, & fortissimè gesta: vt admireris maximam morum conuersionem. & de Impera-  
toribus Catholicis non est quòd aliquid dicamus: dictum namque de illis est à nobis suo  
loco, cum de reparatione diminuti cultus est actum. Incipiamus à Regibus Visigothici  
sanguinis, qui post impios Vitizam & Rodericum in Hispania regnarunt: sic namque  
principium ducetur, quod sæpè fecimus, ab extrema Europa.

Burch. 2. par. ca. 2. 9. 9.

DISSIDIA MAHOMETANORVM IN PROPRIA SV PARTITIONE.

De vnit. Eccles. cap. 13.

Cap. 14.

Cap. 60.

Cap. eodem.

SEPTEM NATIONES CHRISTIANIS DOMINATA CHRISTVM POSTEASECVTAE.

TREDECIM MAXIMAE GENTES CHRISTO INIMICAE CHRISTVM SVNT SECVTAE.

Vide Roder.  
Tol. Sanct. Ma-  
rin.

Et quidem si de Castellæ Regibus agatur, Pelagius Legionē Mauris abstulit, Alphon-  
sus urbem Lucensem, Tudensem, Asturiam, bonam Castellæ partem vsque ad Abylam,  
Bracharamque in Lusitania. Froila collatis signis quinquaginta quatuor millia Sarrac-  
enorum cecidit. Alphonfus Castus sæpius in acie Mauros vicit, Olyssiponemque iis  
eripuit, & Barchinonem Ranimirus. bello sexaginta eorum millia occidit, Calagurim-  
que, & oppida finitima recepit, Ordonius Cauriam Salamanticam plurimis hostium cæs-  
is. Alphonfus Magnus ter eorum maximos exercitus fudit, & multas vrbes recuperavit.  
Garzias eisdem profligavit, Regulumque Ayolam cepit. Ordonius bis eos vicit, Tala-  
bricamque iis abstulit, Ranimirus Madritium, Abenaiamque, & Abderaminum Miramo-  
linum cæsis Sarracenorum octuaginta millibus fudit, & rursus ad Talabricam octuaginta  
duo eorum millia necavit, septem millia cepit. & anno nongentesimo octuagesimo pri-  
mo, Veramundus vnà cum Regibus Nauarræ & Legionis Almãforem fugauit incredibili  
hostium strage. Ferdinandus Primus Coymbriam, & Portugalliæ bonam partē Mau-  
ris ademit. Alphonfus Sextus Sarracenorum copias interneconi sæpius dedit, iisque  
Toletum eripuit. Alphonfus Septimus Doroëam, Bilbiim, Tudelam, Octauus Baëtiam,  
Nonus Arabum ducenta millia in prælio occidit, plurimaque oppida recepit. Eius filius  
Ferdinandus Hispalim Cordubamque recuperavit; Granatam, vt vocant, sibi tributariã  
fecit. Sanctius Quartus Tariffam cepit, Regem Fessæ bello nauali superauit: Alphonfus  
Vndecimus Alcalam Mauris abstulit: ac denique Ferdinandus Quintus cognomento  
Catholicus, exactis ex Hispania tota Mahometanis, Bethicam recepit. Hic verò &  
Aragoniz primũ Rex fuit. Aragoniz verò Reges & ipsi Visigothici sanguinis pluri-  
ma aduersus Mahometanos gessere. Ex his Iacobus primus Balears, Valentiz regnũ,  
Murciæque illi ademit.

Veniamus ad Francos, numquam satis laudatos: quorum Rex Clodoueus Alaricum,  
Arianum Visigothorum Regem prælio vicit; Childebertus, & Clotharius Amalaricum  
similiter Arianum Visigothorum Regem ceciderunt. Carolus Martellus nobilissimas è  
Sarracenis in Gallias irrumpentibus victorias retulit. Pipinus verò filius eius, Stephano  
Papæ, qui à Longobardorum Rege Aistulpho vexabatur, auxilium tulit, atque Aistulfum  
Papæ obsessum data pace cõegit Pontifici ablata restituere; ac bis ob eam causam cum  
exercitu in Italiam venit. At Carolus Magnus Desiderio Longobardorum Regi bellum  
indixit, superatumque. Italia abduxit, quod Pontifici Hadriano infensus fuisset. Idem Leo-  
nem Papam aduersus quorundam Romanorum contumacissimam superbiam defendit.  
Idem confecit Ludouicus Caroli filius per Bernardum filium anno octingentesimo deci-  
mo quarto. Ludouicus autem Secundus post multa prælia tandem Sarracenos Calabria  
expulit anno octingentesimo septuagesimo secundo. Carolus deinde Caluus cum multis  
Regum sequentium multa aduersus Northmannos præclara gessit. Illustrissima fuit illa  
expeditio Francorum in Syriam, cum Hierosolymis captis pulsi ex iis regionibus Sarraceni.  
Ludouicus postea Crassus Romanos Pontifices maximè est tutatus aduersus Hen-  
ricum Imperatorem; & in illis Innocentium Secundũ, qui factione Petri Leonis Roma  
fuerat eiectus, & Ludouicus iunior Alexandrum Tertium protexit aduersus Friderici Pri-  
mi Imperatoris iniurias. Ludouicus Sanctus Innocentium Quartum contra Friderici  
Secundi impetus; Carolus Ludouici Sancti frater Pontifices item Romanos  
aduersus Manfredi & Conradini iniurias. Ab aliis porro Francorum Regibus & alia  
gesta.

Anglorum plurimi Reges quanto amore Ecclesiam sint persecuti, ex amplissimis in  
eam collatis muneribus liquet; ex eo similiter, quod eorum Rex Ricardus in Syriam  
transmisit, multa in Sarracenos præclare gessit.

Quod si de Hungaris agamus, qui tot Germaniæ, Galliæ, & Italiæ, antequam nobis se  
adiungerent, vastitates intulerunt; quàm multa fortiter gessere aduersus Christiani no-  
minis hostes Rex Stephanus, Bela Secundus, qui Cumanos Tartaros nobis infensissimos  
deuicit? Idem præstitit & Ladislaus sanctus, qui Tartaros eadem molientes sæpius fu-  
dit. Andreas autem Secundus in expeditione Hierosolymitana sub annũ millesimũ ducẽ-  
tesimũ quartũ egregiam operã cum suis copiis nauauit exercitu Regis Babylonici pro-  
fligato. Bela Quartus eisdem Tartaros, qui Hungariam inuaserant, eiecit, adiutus ab  
equitibus Rhodiis, & comitibus Frangipanibus. Carolus Cumaniam, Rhuffiamque sube-  
git. Quis verò enumeret quanta præstitit Hungari aduersus Turcas? Illustria sunt,  
quæ

A quæ sub annum millesimum quadringentesimum quadragessimũ quintum, duce Ioan-  
ne Coruino, Ladislaus contra illos perfecit, quæ similiter Matthias Coruinus.

Sed omittemus ne absque piaculo quot & quanta inuictissimi Germani ad exitum  
perdixerunt pro Christi cultu aduersus innumeros Slauorum populos, quæ Helmoldus  
persequitur, aduersus Prutenos, & Liouonas, Christiani olim nominis inimicos?

Plurima de Polonis dici possent, attingamus quædam. Boleslaus Pudicus Iazigas  
domuit, & ad Christi religionem perduxit: Tartaros sæpius fudit: quod præstitit etiam  
Cazimirus Magnus, aliique sequentes Reges, ac Duces. Notissima sunt Stephani  
Battorij facta aduersus Moschouitas Ecclesiæ Catholicæ infensos. A Danis quàm la-  
tè Christi cultus, & à Suecis similiter belli ac pacis omni studio inter finitimas gentes  
propagatus?

B At verò quid de Northmannis dicemus, qui Sarracenos Calabria, Apulia, Siciliaque  
prorsus expulerunt? Ex his Robertus Guiscardus Gregorium Septimum ab Henrico  
Tertio Romæ obsessum ex arce eduxit, Rogerius eius filius Paschalem aduersus Henri-  
cum Tertium defendit; Guglielmus autem Gelasium; & alter Guglielmus Bonus Alexan-  
dram Tertium aduersus Imperatorem Fridericum bello est tutatus.

Quid plura? tres Tartarorum Reges maximi & potentissimi ad Christi cultum perdu-  
cti à nostris plurima aduersus Mahometanos pro nobis in Asia quondam bella gesserunt,  
vt Hayto Armenus latè describit.

Omnes Burgundiones. Atqui Henricus, quem Gallici sanguinis esse ostendimus,  
Comes Bizuntij quæ Burgundiæ ciuitas est, Portugalliæ ditionem fundauit, eius filius  
Alphonfus Rex amplificauit aduersus Sarracenos. horum posterius quanta pro Christo in

C Africa & Oriente præstitit, nemo facile explicabit. legat, qui volet, historias  
Olorij, Lopezij, & Ioannis Petri Maffej. Ad summam, sic Ecclesia Catholica gentes  
olim sibi infensas conciliauit, & quibus erat subiecta, subiecit, vt non modò ipsius fue-  
rint studiosæ, sed grauissima pro illius amplificatione bella fortissimè confecerint, & di-  
ficarintque aduersus hostiles incursiones muros ipsius. Sed numquid idem contigit hæ-  
reticis? in vniuersum sanè constat nullo vnquam tempore ab ipsis vllam gentem ad Chri-  
sti cultum perductam: peruerterunt illi Ecclesiæ Catholicæ studiosos, sed aliquam natio-  
nem Christo numquã conciliauerunt, quæ prius eius nomen haud fuerit venerata, vt ostẽ-  
dimus supra, cum de fidei propagatione est actum lib. iij. Apparet præterea hæreticos  
multo tempore inter populos à Christi nomine alienos sedes habuisse, neque tamen vn-  
quam potuisse illorum quemquam ad Christum traducere. Verbi gratia, Britanni Pe-  
lagiani diu versati sunt in Britannia cum Anglis, & tamen illos Christo numquam po-  
tuere adiungere; nostri, simulatque eò venerunt. Verumenim verò tantum abest, vt  
hæretici potuerint vllas gentes, quibuscum simul haberent sedes, Christo conciliare,  
vt potius contigerit contrarium; paulatimque Christi cultus in iis locis, vbi hæresis  
vigerit, diminui coeperit, & vera doctrina concidere; ipsique hæretici ad gentium  
ritus, doctrinamque Christo contrariã transierint: quod ostendimus vbi est actum de fidei  
interitu Sig. XVI. An non hoc verum? Contemplare Græcos, & vide, vt iam cuncti  
ferè ad Mahometis impietatem concesserint. Inter Protestantes autem quot sectæ in-  
ter se contrariæ? ita vt sit necesse veritatem, quæ vna, est corruisse omnino inter eos.

Quid quod nonnullæ gentes polo Arctico proximiores, ad idolatriam relabuntur? te-  
statur enim Munsterus hæreticus auctor in Grothlandia insula populos reuerti ad im-  
pietatis antiquos ritus. Hic scilicet hæresum fructus; at conciliatio inimicorum summa  
E Ecclesiæ Catholicæ, & illustrissima nota.

## SIGNVM OCTVAGESIMVM QVARTVM.

Insulæ longinquæ, &amp; nouæ.

*Prædictum est fore, vt Christi nomen coleretur ab Insulis maximè remotis, & omnino nouis. Id Catholicæ Ecclesiæ dumtaxat accidere nunc, & accidisse semper, sit manifestum.*  
Cap. III.



Otentis est, vim potestatemque suam longissimè protendere; infirmi non ita: exiguum lumen propè posita dumtaxat illustrat; magnum vel ad ea, quæ maximè sunt longinqua, pertinet. Et quæ diuina sunt, quod cunctis præsent, extremitates ipsas attingunt, & oras vltimas rerum. Ex quo fit, vt Ecclesia Dei loca longinqua, insulas procul positas complectatur, quod scilicet diuina sit, & maximè potens: hæreticorum coetus dumtaxat vicinas regiones attingit; horum namque nullum lumen, illius clarissimum. Hinc Isaias populos à nobis disiunctissimos inuitat, exclamans, Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius, insulæ, & habitationes earum. ] & mox: Ponent Domino gloriã, & laudem eius in insulis nunciabunt. ] & alibi, contemplatus procul aduenientes ad Ecclesiam gentes, admirationis plenus inquit: Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi. ] Ob id Christus de se ipso verba faciens apud eundem vatem, Me enim, ait, insulæ expectant, & naues maris in principio. ] & rursus: Audite insulæ, & attendite populi de longè. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. ] Idem de Apostolis suis loquens in remotissimas oras mittendis, Et ponam, inquit, in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes sagittas, in Italiam, & Græciam, ad insulas longè, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. ] Hæc apud Isaiam Deus: quæ nobis aperitissimum sunt argumento, inter quos fit Ecclesia Dei. Videmus enim hæresi nulli id contingere, aut contigisse vquam; vt insulas remotas sibi adiunxerit. Verbi gratia: quæ Græcica mendacia sequuntur insulæ, Græcis sunt in conspectu, in Ionio, Pamphilio, Euxino, & Aegeo omnes mari sitæ; quæ Protestantium innumera inter se dissidentia cõmentata, boreali vniuersæ pelago clauduntur. At quæ Catholicæ Ecclesiæ doctrinam cõplectuntur, longissimè positas licet contemplari: verbi gratia, quæ ad Canariæ vel promontorij Viridis disiunctissimæ sunt à Molucchis, Philippinis, & Iaponiis; ita vt sitæ sint in nouissimis orbis partibus, ad ortum scilicet, atque occasum, & cum Sol illis oritur, his occidat, & vicissim. Idem dicimus de insulis Maldiuaribus, & Zeilani, quæ longissimè absunt ab insulis adiacentibus nouæ Galliciæ, & mari Vermæo; cumque his est meridies, media nox est illis, & contrà. Quod si ad Austrum & Aquilonem te vertas, insulæ Laboratoris remotissimæ sunt ab iis, quæ sunt prope fretum Magellanicum; insula sancti Laurentij, promontorium Bonæ spei, aut quæ vocatur Tristani, Cunei, & Gonzali Aluarezij. Quamquam plurimi Ecclesiæ Catholicæ cultores sint in Scotia ipsa, insulisque finitimis, in extremis Hybernæ partibus, vel inuitissimis hæreticis; similiter in multis Liuoniæ licet exiguis insulis, à quibus maximè distant insulæ eadem freti Magellanici, promontorijque Bonæ spei, ita vt cum illis feruet æstas, istis frigeat hyems; & quoties hic est autumnus, ibi sit ver. Neque verò hac ætate nostra solummodo contingit; Apostolicis ipsis temporibus hoc diuinitus est prouisum. Sanctus namque Thomas fuit in Zacotora ad ostium maris rubri sita, in insulis Maldiuaribus, & quæ circumdant Indiam cis Gangem, & in iis locis Christi cultum latè diffeminauit. At Polydorus Virgilius ex antiquis monumentis Britannicis vult idem factum in Britannia à Iosepho ab Arimathia: Nicephorus, Dorotheus in Synopsi, & Græci in Menologio idem attribuunt Simoni Apostolo, Petro autem Metaphrastes. at Britannia longissimè distat à Maldiuaribus, in quibus Thomas fuit, & Zacotora; illa ad Boream, hæc verò ad Austrum, longissimè sunt posita. similiter tam Britannia, quam Gadum in-

sulæ

A sulæ maximè distant à Cypro, quæ ad Orientem, illæque Occidentem spectent. Quocirca non solum prædictum fuit, fore, vt Ecclesia Dei Catholica eilet, id est vniuersalis, sed speciatim remotissimas inter se insulas semper attingeret, & quidem non vno in loco, sed in quatuor totius orbis partibus, Occidente, Oriète, Austro, & Aquilone. Quamobrè duplex est hoc signum, & quod insulis maximè remotis conueniat, & quod sitis ad quatuor mundi partes, ad terminos scilicet orbis terrarum. Audi quid de Christi regno Dauid canat: Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. ] Hinc Deus ad eundem Christum: Postula à me, inquit, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. ] Isaias similiter eadem prædixit ijs verbis: Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei. ] Necessè est igitur Christi nomen speciatim colatur in extremis terræ confinibus, in quibus insulæ sunt, quas Oceanus circumfluit. Hæc verò omnia nulli contingere, nisi Ecclesiæ nostræ, nemo non videt, nemo non fatetur. Nostra igitur proculdubio est Ecclesia Dei.

En itaq; vt primis Apostolorum temporibus Ecclesia nostra ad orbis peruij fines pertinuit, semper insulas procul positas sibi adiunctas habuit, (omittimus quæ mari Mediterraneo concluduntur) ad Britannos, qui toto orbe diuisi dicuntur, peruenit; ad Orchadas insulas, vltimam Thylem, insulas Indiæ cis Gangem positas, ad quas Thomas appulit, ad ipsam Taprobanam, vt quidam volunt: ad ipsam denique Brasiliam, quam & Apostolum Thomam inuississe à maioribus quasi per manus traditum testantur adhuc indigenæ, vt è literis Societatis Iesu constat. At nostra ætate, & patrum nostrorum repertæ sunt remotissimæ à nobis insulæ, antiquis incognitæ, ventum ad vltimas oras terrarum: atque idcirco Ecclesiæ semper illud contigit, vt orbis terrarum terminos possederit insulas distantibus in locis sitas; nunc autem multo verius: ita vt aliud insigne argumentum sit Ecclesiæ, aperta esse illi, quæ possideat, noui, vt vocant, orbis amplissima spatia. Id verò fuit in oraculis antiquis. Isaias enim ingenti admiratione percussus, quasi oculis in cælum sublatis insolita quædam contemplaretur, noua itinera ac penè aërea conspiceret: Qui sunt, ait, isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? ] Hæc ubi percunctatus est Christum, qui conuersus ad Ecclesiam respondeat, inducit: Me enim, subiicit, insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè, argentum & aurum eorum cum eis nomini Domini tui, & sancto Israël, qui glorificauit te. ] hucusque oraculum Isaiæ: in quo aduertendū, quod ait: Qui sunt isti, qui vt nubes volât. ] Signat enim velificationem celerrimam, quam venti vehementes moderentur. & quod adicit, Quasi columbæ ad fenestras suas: ] ostendit eorum, qui volant, & nauigant, partus. Columbæ namque sicut fecundissimæ, sic in fenestris foraminum, cubiliumque suorum pullos habere solent, eodem modo, qui properant ad Indias, siue Occiduas, siue Eoas, vt Christi doctrinam disseminent, filios sibi innumeros, ac Christo longè plures, quam prisci, gignunt. Et quemadmodum columbæ, ubi alas explicant, in præceps se dare videntur; sic qui Antipodas petunt, cum sint illi subter pedum nostrorum vestigia, insipientibus infera loca in præceps se dare videntur, veluti aërem secantes. Quod subdit: Adducam filios tuos de longè: ] innuit eorum, quos Ecclesia Christo suscipit, ad nostram religionem aduenire. Atque vt aliquam insignem oraculi notam proponat, meminit de argento & auro, quod plurimum ex Indiis aduehitur ad nostras oras. Quod si velis Isaiam prophetam vocabulo illo columbæ voluisse quodammodo alludere, ad quæ frequens est allusio Hebræis, ad Christophorum Columbum, qui nobis iter primus ad oras illas aperuit; & hoc dici potest. Eadem verò omnia præsignificat alibi Isaias, cum Christum sic inducit loquentem: Venio, vt congregem (de Iudæis loquitur) cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam; & ponam in eis signum: & mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam & Lydiam, tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. ] Hæc Isaias: è quibus planum fit hic agi de regionibus orbis nuper inuenti, cum dicat Deus se missurum ad insulas longinquas, ex quo gentes maris Africa, Lydiæ, Italia, & Græciæ acceperint legatos suos. Hæc verò nullæ esse possunt, nisi Antipodum insulæ. Hæc namque solummodo post receptam Christi doctrinam in Africa, Lydia, Italia, & Græcia Christi fidem sunt secutæ. hæc reuera sunt longinquæ. & obserua vltimo loco positas, ita vt post eas nullæ nominentur gentes, ad quas legatio mittatur: præterea numquam Dei nomen audierunt, aut gloriam ipsius viderunt; alias insulas scimus audisse,

difficili, cum nomen Hebræorum eo tempore, quo Christus est natus, peruasisset omnes Africa, Europa, & Asia oras; tum quod Hebræi dispersi erant per huiusmodi loca, ut quibus perfectum potest habere, modo summis labris historias degustarit; tum quod exercitus Romanorum, in quibus solebant esse plerumque de cunctis gentibus, præsertim ducibus Augustorum præfectis, certo sciret, qui forent Hebræi. Hæc igitur Isaiæ verba nullis insulis conuenire possunt, nisi nouis hæc, quod vltimæ sint ad amplectendam Christi doctrinam, postquam receperunt eam nominatæ ab Isaiæ regiones, quibus tres orbis cogniti partes designantur, Africa, Asia, & Europa. Africa namque meminit nominatim, Asia verò nomine Lydiæ, quod Lydi Isaiæ temporibus Asiæ præfessent; & Europæ nomine Italiæ & Græciæ, cuius illæ sunt nobiliores partes. Ex quo itaque Isaias cecinit Christi religionem in Asia, Europa, atque Africa receperam, ad insulas hæc remotissimas ventum dicit, quæ numquam audierint aliquid de Deo, neque viderint gloriam ipsius. Ac ne relinquantur vllus dubitandi locus agi eo loco de insulis dudum inuentis, Isaias post eas nulla subiicit loca, ad quæ destinat Deus legatos suos, sed fore ait, ut ex eo iudicij supremi dies instet, cum vermis damnatorum haud morietur, ait ibi vates, & ignis eorum non extinguetur. Et adnotanda sunt illa verba, quæ subiiciuntur: Et adducet omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino. Nam priusquam populi innumeris illarum regionum adducerentur ad cultum veri Dei; nondum dici poterat ex omnibus gentibus adductos donum Domino fratres, non sanguinis coniunctione fratres, sed fidei, caritatis, & diuini cultus, qui que ex eodem Deo sunt renati. Nunc postquam mysteria nostra didicerunt populi illi, verè dici potest adductos fratres ex omnibus gentibus ad Deum.

3. Reg. 10.  
1. Par. 9.

Sed age expendamus adhuc nonnulla in hac quaestione. Salomon olim cum perfecisset illud celeberrimum templum lapideum, ut est in historia sacra, classem misit in Tharsis & Ophir: inde conuehebantur ligna Thyina, aurum plurimum. Atque de lignis illis Salomon multa ad cultum diuinum pertinentia in templo confecit, auro parietes adornauit. Eam navigationem nonnulli putant fuisse ad Peru, quæ est latissima Occiduarum Indiarum regio, vbi aurum abundantissimum effoditur. Nam quod est in Latino Ophir, in Hebræo codice est numero multitudinis, Peruaim & est idem nomen cum illo, quo nunc ditissima Indiarum Orientalium regio vocatur. Fidem facit huic opinioni, quod illa navigatio trium fuerit annorum. & quo quæso tam procul abibant nautæ, ut totum triennium in eo cursu absumerent, nisi terras huiusmodi petissent? Quod verò afferebantur ligna Thyina; nonnulli doctiores, ut quæ sint illa apertius facerent, transtulerunt, Corallina. E Brasilia namque afferunt ligna, quæ corallo, quantum ad colorem & duritiem, simillima sunt; ideoque propter coralli similitudinem dicta sunt corallina à diuino scriptore. Neque parum facit ad huius sententiæ confirmationem, quod adducebantur pauca & similia ex his oris; cum sciamus & hodie adduci. Succesere deinde plurima sæcula à Salomone ad nostra tempora, quorum interuallo oblitterata est memoria & ratio navigationis illius; oblitterata simul, si qua facta est, memoria gloriæ, ac nominis Domini, ita ut de gentibus, quæ modò illic sunt, dici possit, quod scribit Isaias: Non audierunt nomen Domini, nec viderunt gloriam eius. Aliæ namque gentes post tot annorum spatia, aliæ nationes superuenere. Quod sicui interpretatio hæc verisimilis non videatur, sententiam sequatur Lusitanici scriptoris, qui putat Tharsis & Ophir fuisse auream Chersonesum, quæ nunc Malacha dicitur, paratq. imperio Lusitanico, vnde eadem aduehantur, quæ Salomonis classem comportabat, aurum copiosissimum, pauca, summe: ligna verò Thyina erant loco sandali, ut vocatur, ligni rubri, ac maximè odorati, & longè distat ab Arabico sinu. siue igitur in hanc, siue in illam partem cursum tenuerit classem illa, verisimile est ad eas, ad quas nunc nostri, quibus obediunt omnes oræ nobiles, quas Oceanus circumfluit, antiquis notas, adnauigant. Cum verò quæ continebantur Hebræis antiquitus, in figura contingerent, ait Paulus; & quæ è longinquis ijs regionibus comportabantur, vsui & ornamento essent templo Hierosolymitano manufacto; appositè fuit prouisum à Deo, ut & templo Christiano non manufacto, sed diuino, Ecclesiæ scilicet sanctæ, cuius, inquit Paulus, fundamenta sunt Apostoli; nos autem, scribit Petrus, viui lapides; nationes illæ tam longè positæ ad extremi ortus & occasus oras vsui nunc maximo sint, atque ornamento. Quare in re sunt adhuc expendenda verba illa Isaiæ, quæ in editione vulgata sic habent: Mitta ex eis euasores ad gentes Tharsis, Phul trahentes arcum, Tubal, & Iauan ad insulas longinquas. Nam cum sanctus sermo breuitatis amantiſsimus paucis multa, & vno verbo plurima

A plurima inter se dissimillima complectatur, nomine Iauan non Ioniam modò, à qua Greci sunt profecti, designauit, sed quæcumque eo vocabulo regiones continentur. In insulis porò Eois, ad quas nobis per Lusitanos est aditus patefactus, tres sunt nominis illius amplissima, Iaua maior ac minor, quæ Moluchis adiacent, & Iapan posita è regione Cynæ, seu Sinarum, in quibus cultus Christi per sacerdotes Societatis Iesu maxima incrementa fecit, ut ex eorum litteris constat; & superioribus annis duo regij legati Romam venerunt, ut obedientiam Pontifici Romano Iaponensium Regum nomine pollicerentur ac præstarent. Voce igitur Iauan complexus est cuncta illa loca Isaias, & ideo subiicit post Iauan, ad insulas longinquas. sic & vocabulo Tharsis & Tharsum Ciliciæ antiquissimam metropolim, è qua sanctus Paulus erat oriundus, & Carthaginem, ut voluit interpretes Chaldæus, & regionem quamdam maris Eoi, ut alij crediderunt. Sed præstat adhuc ad planiorem omnium, quæ diximus, sensum, afferre aliud Isaiæ oraculum, quod est huiusmodi: Væ terræ (loquitur Deus) cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis & clangorem tubæ audietis: quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus effloret, & immatura perfectio germinabit, & præscinduntur ramusculi eius falcibus; & quæ relicta fuerint, abscondentur, & excutientur, & relinquentur simul aubus montium, & bestiis terræ, & ætate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super eum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso & dilacerato, à populo terribili, post quem non fuit alius à gente expectante, & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius ad locum nominis Domini exercituum montem Sion. Hoc vaticinio planum fit perducendam ad verum Dei cultum, per eos, qui mittuntur à Deo, gentem non Aethiopiæ, ut aliqui volunt, sed quæ sit non modò trans Aethiopiam, sed etiam trans flumina Aethiopiæ. In mari namque Aethiopico, in quod flumina regionis illius influunt, plurimæ sunt insulæ, quæ per Lusitanos Christo conciliatæ sunt, ut quæ ad Austrum, Occidentem, atque Orientem spectant. inde soluitur ad amplissima Indiarum regna: verbi gratia, è Canariis ad Occiduas Indias, ex insula sancti Laurentij, & adiacentibus, ad Eoas. atque ut appareat non patere iter ad eas pedibus, ac terrestri itinere, adicit Isaias, Quæ mittit in mare legatos. & quoniã non erat apud eos populos scientia nautica, qua possent longa maria transmittere; qua in re opus est magnis ac firmis nauibus, quales Lusitanicæ & Hispanicæ; additum, in vasis papyri. re vera namque populi illi è suberibus & corticibus arborum cymbas excuabant, quibus littora legerent, atque in breuioribus vti navigationibus possent. Ait præterea Isaias esse gentem conuulsam, quod à cunctis gentibus sit seiuncta ac diuulsa; dilaceratam, quod in plurimos populos lingua & moribus dissimillimos sit dissecta; populum terribilem ob efferatos mores omnis humanitatis expertes. Carnibus namque humanis passim vescerentur, homines in sacrificiis absque vllò discrimine macabant, ita ut in solo Themistano puerorum viginti millia quotannis sacrificarentur. Adicit vates, Post quem non est alius. neque enim superest amplius vlla regio, in qua transmittamus, ut ignotam. Superfunt sanè populi nonnulli ad polum Borealem atque Australem positi, quorum mores nondum bene perspecti; at eos scimus esse, apertumq. est ad illos iter. Subdit, Expectantem. quoniã & ipsi habebant in oraculis futurum, ut abrogarentur hominum sacrificia, & expectabant salutem, quæ cuncti homines affectant, quæuis nesciret, vnde ventura esset, ignorabant an esset à nobis. conculcatam vocat ob eius vilitatē, ignobiles mores, incultas ut plurimum regiones, ædificia deformia, & vasta, perpetua inter tot populos ac tam varios dissidia, bella, strages. Addit, Cuius diripuerunt flumina terram eius. ut ostēdat populos huiusmodi vel diuulsos à nobis, nostroq. cōtinētī, absorptāq. ab intercurrētī Oceano terrā. Refert enim Plato in Timæo & Critia maximam insulam Atlantidē, & quæ amplitudine Europam atque Asiā superaret, Hispaniis olim adiunctam, sed Oceani vorticibus demersam. Vel ob plurimas aquarū inundationes, quibus illa tellus obnoxia fuit; & aquarū memoria & fama permanet in hominum mentibus, ut scribit Franciscus Gomeſius, & quoniã futurum erat ut fama huiusmodi regionū, cum patefactus fuisset ad illas aditus

Isa. 18.

Hist. Ind. par. 2  
c. 122.

aditus, perueniret ad omnes; adiecit: Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis. ] Atque ut tempus, quo futura sunt hæc, designet, inducit Isaias Deum loquentem, quem dicit instar meridianæ lucis fore conspicuum, gratumque cunctis, ut nubem roris in die messis. Is autem dicit ventura hæc, cum Domini locus, Hierusalem scilicet, ac Iudæa peruenierit iam ad summam gloriam & celebritatem, effloerit totus locus, non Sion modò & Hierusalem, sed Palæstina; effloeritque ante messem, antequam scilicet vllum colligat fructum è gloria sua, & florenti celebritate ex oraculis vatum, templo, sacrificiis, cæremoniis, pompis, apparatu sacrorum, Christi denique aduentu, qui est omnium Iudæorū gloria diuina, & verè summa. De qua messe, ait: Immatura perfectio germinabit. ] quoniã fructus aliquis & germen exstabit ac perficietur, sed immatura perfectione ac germine. Hoc dictum, vel quòd Hebræorum populus multa diuinitus est affectus præclara, multique ex illo Christi doctrinæ adhaferunt, ceteri nequaquam, præsertim principes sacerdotum, & Hebrææ gentis primarij viri: quocirca locus Dei effloruit ac germinauit totus, ac perfectè Christo adueniente, quantum ad eos, qui Christum sunt secuti, & qui ob id messem collegere, sed quantum ad eos, qui Christum non sunt secuti, locus Dei floruit ante messem: quòd isti messem nullam fecerint, & immatura fuit illis hæc perfectio germinationis, & aduentus Christi, quòd nihil perceperint maturi ex illo. Totus porro effloruit Dei locus ob aduentum Christi, quia post illum nihil boni ac læti factum est reliquum Iudæis, & Iudæorum loco. Ideo subditur de loco isto: Et præscinduntur ramusculi eius, ut arboris alicuius, falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindentur & excutientur: truncus nimirum præcisus ramis abscondetur & excutietur; Hierosolyma, scilicet, & Respublica Iudæorum prorsus euerteretur; & relinquetur simul auibis montium, & bestiis terræ, & ætate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super eum hyemabunt. ] Loca namque illa à Sarracenis ac Turcis detinentur, ut olim à gentibus exteris. Euentura sunt igitur, quæ prædicat Isaias, post vastitatem & ruinam totius Hierosolymæ & Iudææ, post antiquum gloriæ florem, immaturam illius perfectionem, casum floris huius, & immaturæ perfectionis. Post hoc tempus concludit vates fore, ut populus ille conculcatus verum Dei cultum complectatur, ac deferat munus Domino exercituum ad locum nominis eius montem Sion: ut scilicet quemadmodum antiquitus à filiis Dei munera deferabantur ad templum Sion, sic hi deferant munus ad montem Dei Sion, non illum Hierosolymitanum, quem cecinit vates incultum, vastatum, antrum bestiarum, nidum volucrum; sed quem Deus elegerit, ut sit locus, in quo nominetur, & colatur, Sion respondeat, sit instar eius, qualis Roma, ad quam legatos suos mittunt hæ nationes; quarum multiplices populi non ab hæreticis, sed ab iis qui Pontificis Romani auctoritatem sequuntur, perducti sunt ad cultum Christianum. Isti igitur veram diuinarum rerum doctrinam, non hæretici ipsi aduersantes penes se habent, cum mittantur à Deo, ut per eos populi illi ad veritatis agnitionem & studium contendant, & ad eum montemque ipsius sanctum munera deferant. Eadem porro, quæ Isaias, prædixit & Sophonias, cum Deus apud ipsum loquitur, & ait: Tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno vltra flumina Aethiopiæ, inde sup-  
Sopho. 3.  
Ira. c. 60.

A orbis noui regionibus, ab Antipodum locis. Illinc quæcumque maximè faciunt ad summum decus, incrementumque templi diuini, quæ est Ecclesia, aduehuntur. Ibi populus conculcatus, diuisus ab omnibus populis, à commercio omnium nationum, moribus effertis terribilis, post quem non est alius, ad quem non fit aditus per nostros diuinitus apertus.

## SIGNVM OCTVAGESIMVM QVINTVM.

Plurimorum Regum cultus.

B *Necesse est vt ad Ecclesiam Dei conuenirent in vnam fidem Reges innumerè, quin Reges vniuersæ terræ: quod soli Ecclesie nostræ contigit hucusque, & in dies magis contingere videmus. Cap. 1V.*



Lurimi erant antiquitus principes ac Reges, sed nihil inter eos de religione conueniebat, neque erat eis aliquid certum quod sequerentur & crederent; liberum singulis erat, quidquid in mentem veniebat, id arbitrari. Suus cuique Deus, immo nullus: Suus cuique Deus, ait ille, fiebat dira cupido. Omnia posita erant in incerto. Augustinus hæc latè persequitur libro de

in apologiis aduersus gentes, Nazianenus oratione in Iulianum. Quocirca illud diuinum videtur, aut proculdubio diuino proximum, ut Reges, quorum sunt maximè libera arbitria, vnam sequantur doctrinam, ita ut religio sit illis ab ea recessisse. Admiratur hoc Dauid, cum cecinit de Christo, Christi que doctrina: Ecce Reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum. ] & alibi ait, hoc inde nasci: Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit: ut audiret gemitus compeditorum, ut solueret filios interemptorum: ut annuncient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Hierusalem: in conueniende populos in vnum & Reges, ut seruiant Domino. ] Ac rursus vbi recenset dona cælitus in Christum collata: Timeant, ait, gentes, nomen tuum Domine, & omnes Reges terræ gloriam tuam. ] Audin' futurum, ut non modò Reges terræ, aliqui scilicet, sed omnes nomen Dei, gloriamque timeant? Est itaque & hoc signum quodammodo duplex, quòd vniuersæ terræ, non modò aliqui, sed plerique siue omnes Christi doctrinam sequantur: Hinc alibi idem: Adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruiant ei. ] Nulla namque religio, nullius religionis est vllus vquam futurus cœtus, qui in vna fide persistens tot habeat Reges, quot Ecclesia nostra. hoc primum sit signum. Illud porro sit secundum, quòd nulla vquam religio, nullius religionis est vllus vquam futurus cœtus, qui in vna fide persistens, ex vniuersa terra, ex vniuersis nationibus plurimos possit Reges ac principes numerare, ut Ecclesia nostra. Hinc Apostoli lætitiæ pleni inuitant omnes gentes, ut manibus plaudant, gaudio exultent; & postquam plurimas causas attulerunt, ad extremum cōcludunt: Quia principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham. ] Et Isaias excitans Ecclesiam ad gaudium, adiecit causam: Quia ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. ] Hæc igitur cum sint, ut diximus, apertissimè patet, vbi sit Ecclesia Dei; cuius nimirum fidem sequantur plurimi Reges: alioquin si prauam amplecterentur, ij non essent à Christo, sed aduersus eum: vt enim dicebat ipse: Qui non est mecum, contra me est. ] commenticium ij Christum, sibi finxerunt, quam colerent, ac timerent, non qualem debent, neque cuius cultum gaudia sequantur. Quòd si lustres animo Regum familias, videbis innumeras esse nobiscum, sentire nobiscum, ab hæreticis vel nullos, vel paucissimos esse respectu nostrorum. Qui poterit itaque dici, vel terræ Reges ac principes in vnum coire, vel vniuersos Deo seruire? Id enim vel ex omni parte, vel ex maiori necesse est sit verum, pertineatque ad omnes Reges orbis totius aut eodem tempore, aut toto temporum decursu. At si animum conuertas ad nostram, videbis id tantum contigisse & contingere adhuc Ecclesie nostræ. Ariani multos possunt è suis principes recitare, duos Orientis Imperatores, Constantium & Valentem, multos Ostrogorthorum, Visigothorum, Vandalorumque Reges: sed exiguus omnino præ nostris numerus. Vin' hoc videre? Numerant illi duos Imperatores Orientis:



Orientis: nostri autem quot? Constantinum Magnum, Constantem, & Constantinum filios eius, Iovinianum, tres Valentinianos, Gratianum, Theodosium seniore, Archadium, Honorium, Theodosium iuniorem, Marcianum, Leonem Primum, & Secundum, Iustinos duos, Iustinianos duos, vnum saltem, Tiberium, Mauricium, Phocam Constantinū Heraclij filium, Anastasium Secundū, Theodosium Tertium, Michaëlem Curopalatam, Basilium Macedonem, Leonem Sextum, Alexandrum, Constantinum Leonis sobolem, Romanum, Lecapenum, Constantinum Romanumque ambos Porphyrogenitos, Nicephorum, Phocam, Ioannem Zimisem, Basilium & Constantinum Porphyrogenitos, Romanum Argyrum, Michaëlem Paphlagonem, Michaëlem Calaphatem, Balduinum Flandrensem, Henricum, Petrum Altiſiſodorensem, Robertum Balduinum, Michaëlem Paleologum, atque, vt nonnulli volunt, Ioannem Paleologum: & hoc quātum ad Imperatores Orientis. Quod si agas de Imperatoribus Occidentis, habemus Maorianum, Seuerum, Anthemium, Olybrium, Iulium nepotem, vt omittamus Valentinianum Tertium, de quo egimus supra, & Maximum qui inuasit imperium, Constantinumque adſcitum ab Honorio in imperij partem: post hos imperio renouato, Carolum Magnum, Ludouicum, Lotharium, Ludouicum Secundum, Carolum Caluum, Carolum Crassum, Berengarium, Lambertum, Ludouicum Prouinciæ Regem, Othonem Primum, Secundum, Tertium, Henricum Primum, Conradum Primum, Henricum Secundum & Quartum (nam Tertius mortuus est excommunicatus) Lotharium Secundum, Conradum Secundum, Fridericum Primum, Henricum Quintum, (Otho Quartus & Fridericus Secundus excommunicati obierunt) Rodolphum Habsburgensem, Adolphum, Albertum, Henricum Sextum, siue, vt alij contendunt, Septimum, Carolum Bohemum, Veneslaum, Sigismundum, Albertum Secundum, Fridericum Tertium, Maximilianum Primum, Carolum Quintum, Ferdinandum, Maximilianum Secundum, Rodolphum Secundum. En pro duobus Arianis quod Imperatores Catholicos possumus ciere. Quod si iuuat Francorum Regum seriem scrie offert se nobis Clodoueus, atque ex eo nati Childibertus, Clotharius, Clodomirus, Theodoricus: Theodobertus cui successit Theodobaldus, qui sine liberis deceſſit, ita vt cunctis tandem superioribus extinctis, omnia peruenerint ad Clotharium Clodouei filium, cuius regna sibi diuiserunt Cherebertus, Sigibertus, Chilpericus, Guntrannus; quibus inter se decertantibus, omnia deuoluta ad Clotharium Chilperici sobolem. Hinc numerantur Dagobertus, Theodoricus vnā cum fratribus, quoad vixere, Clothario, & Chilperico: postea Clodoueus & Childebertus fratres; inde Dagobertus, Chilpericus, Theodoricus, Chilpericus Stupidus; eoque ob ignauiam submoto, Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus Primus, Carolus Caluus vnā cum Pipino Aquitaniæ Rege, Ludouicus Secundus Balbus, vnā cum Carolomano, Ludouicus Tertius vnā cum Carolomano, Carolus Balbi posthumus, Ludouicus Sextus, Lotharius, Ludouicus Quintus, Hugo Caperus, Robertus, Henricus Primus, Philippus Primus, Ludouicus Sextus & Septimus, Philippus Augustus, Leo Octauus, Ludouicus sanctus Nonus, Philippus Tertius, & Quartus, Ludouicus Hutinus Nonus, Philippus Locus Quintus, Carolus Pulcher, Philippus Valesius Sextus, Ioannes, Carolus Quintus, Sextus, & Septimus, Ludouicus Vndecimus, Carolus Octauus, Ludouicus Duodecimus, Franciscus Primus, Henricus Secundus, Franciscus II. Carolus Nonus, Henricus III.

Quod si non pigeat Aragonensium Regum successiones audire, habemus Ranimirum, Sanctium, Petrum, Alphonsum, Ranimirum Secundum, Raymundum, Alphonsum Secundum, Petrum Secundum, Iacobum, Petrum Tertium, Alphonsum Largum Tertium, Iacobum Secundum, Alphonsum Benignum Quartum, Petrum Cæremoniosum Quarrum, Ioannem Martinū, Ferdinandum Honestū, Alphonsum Magnanimum Quintum, Ioannem Secundum, Ferdinandum. E Castellæ Regibus hi numerantur, Pelagius, Fasila, Alphonfus, Froila, Aurelius, Silo, Alphonfus castus Secundus, Veremundus, Ranimirus, Ordonius, Alphonfus Magnus Tertius, Garzias, Ordonius, Alphonfus Quartus, Ranimirus Secundus, Ordonius Tertius, Ordonius Quartus, Sanctius, Ranimirus Tertius, Veremundus, Alphonfus Quintus, Veremundus Tertius, Ferdināus Primus, Sanctius Secundus, Alphonfus Sextus, Septimus, Octauus, Sanctius Tertius, Alphonfus Bonus Nonus, Henricus, Ferdinandus Secundus, Alphonfus Decimus, Sanctius Quartus, Ferdinandus Tertius, Alphonfus Vndecimus: huic Petrus successit, sed hæreticus, & à fratre Henrico, qui ei substitutus est, in acie interfectus: Ioānes, Henri-

A Henricus Tertius, Ioannes Secundus, Henricus Quartus, Ferdinandus Quartus vnā cum Iiabella vxore, Carolus, Philippus: sed ante hos numerantur è Viſigothis Hispaniarum Reges Recharedus, Luyba, Sisebutus, Recaredus, Suintilla, Rechimirus: sed hi deieſti ab Episcoporum Concilio ob hæresim: Sifenandus, Suintilla, Tulcas, Cindaſinthus, Receſuinthus, Bamba, Eringius, Egica: Lusitani his Regibus gloriātur, Alphonso, Sanctio, Alphonso Secundo, Sanctio Secundo, Alphonso Tertio, Dionysio, Alphonso Quarto, Petro, Ferdinand o, Ioanne, Eduardo, Alphonso Quinto, Ioanne Secundo, Emanuele, Ioanne Tertio, Sebastiano, Henrico. Non omittamus Angliæ Reges, qui toti insulæ imperarunt, Egbertum, Etheluooldum, Ethelbaldum, Ethelbertū, Ethelredum, Aluredum, Eduardum, Adelstanum, Edmundum, Eldredum, Eduinum, Edgarum, Eduardum Secundum, Etheldredum, Edmundum Secundum, Canutum, Araldū, Canutum, Aldredum, Eduardum Tertium, quem numerant alij Primum, Haraldum, Guglielmū, Guglielmum Rufum, Henricum, Stephanum, Henricum Secundum, Ricchardum Primum, Ioannem, Henricum Tertium, Eduardum Quartum, Quintum, Sextum, Ricchardum Secundum, Henricum Quartum, Quintum, Sextum, Eduardum Septimum, siue Quintum, Ricchardum Tertium, Henricum Septimum, Mariam. Hæretici sunt Henricus Octauus, eius filius Eduardus, & quæ nunc regnat Elisabetta. Post hos occurrunt nobis Hungariæ Reges, Geyza, Stephanus Sanctus, Petrus, Alemannus, Aba, Andreas, Bela, Salamon, Ladislaus, Colomannus, Stephanus Secundus, Bela Secundus, Geyza Secundus, Stephanus Tertius, Bela Tertius, Emericus, Ladislaus Tertius, Andreas Secundus, Bela Quartus, Stephanus Quartus, Ladislaus, Andreas Tertius, Carolus, Ludouicus, Sigismundus, Albertus Vuladislaus, Ladislaus, Matthias Coruinus, Vuladislaus, Ludouicus Secundus, Ferdinandus, vel, vt alij volunt, Ioannes, Maximilianus, Rodolphus. Sed quid agimus? num cunctos Reges Christianos volumus recensere? At qui hoc fieri non potest. Patiantur igitur alij, quamuis nobilissimi, se præteriri Reges Poloniæ, Bohemiæ, Daniæ, Noruegiæ, Suetiæ, Gotthiæ, Dalmatiæ, Baioariæ, Germaniæ, Alemanniæ, Morauia, Lotharingiæ, Scotiæ, Burgundiæ, Prouinciæ, Lombardiæ, Italiæ, Neapolis, Siciliæ, Sardinia, Nauarra. Veniamus ad Africanos Reges, in quibus offerunt se primi Aethiopici, qui anno Iustiniani decimo septimo Christi doctrinam sunt secuti; memoria namque eorum, qui ab Apostolis sunt ad Christum traducti, nobis est nulla. Iustinianus tunc bene nobiscum sentiebat. Refert autem, qui è nostris fuit in oris illis cum legato Emanuelis Portugaliæ Regis, Petrus Aluareſius nonnullos Aethiopum Reges ad eam nostram doctrinam probasse, vt cum viderent Alexandrinis Patriarchas sæpè à nobis dissentire, per annos plurimos noluerint Episcopos ab iis missos accipere. Post hos sunt Nubiæ Reges, de quibus idem mentionem facit, & Burchardus & his antiquiores Axumitensium, quibus ab Athanasio datus est Episcopus Frumentius; de quo Rufinus & Athanasius ipse in epistola ad Constantiū Imperatorem. Istos sequuntur Canariæ, Manicongi, Benopotamæ, ac principes multi Angolæ, Guinæ, Bentonini, Quiloæ, Melindæ, Mozambique. Quod si Asiam spectes, habemus Cyprum, habemus Armeniæ Reges, qui diu nobis adheſerunt, vt ex Haytone constat, Hierosolymitanos, tresque Tartarorum potentissimos, qui Persis, Medis, & Assyriis sunt dominati, vt ex eodem Haytone discimus: fuere & aliquot Agarenorum, & Sarracenorum Reges nostri, vt Alamandurus ille, qui noluit à Lucio Ariano ordinari: idem dicimus de multis Regibus Herulorum, Iberum, Alanorum, Abaſgorum, Lazorū, Scytharum, Perſarum, de quibus est habita mentio, vbi est actum de fidei propagatione.

E Nam quis enumeret tot Indorum Orientalium Reges, qui nostra patrumque nostrorum ætate nobis se adiunxerunt? qui volet, legat quæ collegimus eodem loco: quis tot Occidentalium, qui Hispanis tributa pendent? Nulla ferè iam natio, nullus ferè iam cogniti orbis locus paulo illustrior, cui non aliquando Rex aliquis imperarit: vt iam verum sit, Reges terræ congregatos conuenisse in vnum, vt verè Deo seruiant, atque omnes eius nomen ac gloriam timeant & adorent, non hæretica mendacia secuti, sed Catholicā veritatem: alioquin illi non verè Deo seruirent, non verè adorarent Deum, & eius nomen ac gloriam timerent, non verè conuenirent in vnum. Quod cum contigerit Ecclesiæ nostræ, palam fit non hæreticorum factiones, quibus nihil simile, sed nostram esse Ecclesiam Dei.

Miscel. lib. 16.

2. par. c. 3.

Lib. 55. 9.

Regum summa reuerentia.

Cum Reges & Imperatores maximè coluerint Ecclesiam nostram Episcopos, id est aper-  
tissimum signum illam esse Ecclesiam Dei, quando sic est à sanctis & uatibus  
prædictum. Quod hæreticis tantum abest ut contigerit unquam,  
vel contingat, ut nihil minus. Cap. V.



Mirandum profectò ac diuinum, tot Reges in unum cõspirasse, ita ut eamdem fidem  
cuncti sequantur: sed illud admirabilius ac diuinius, tantopere ab eis Ec-  
clesiæ Catholicæ Episcopos cultos, summoq. in honore habitos fuisse, ita  
ut præsulibus eius nihil nõ detulerint semper, ac deferre nunquam cessent.  
Magni sanè fiet ab aliquo, si quis illi princeps habeat fidem. At verò ut ad  
eius pedes se abiciat, illos exosculetur, id maximum proculdubio existi-  
mandum. Quod autem cuncti in hoc principes cõueniant, & conuenerint semper, quanti ha-  
bendum? Quocirca & hoc signum Ecclesiæ illustrissimum, Regum summa reuerentia, atque  
ad hanc rem facientia multa collegit vir magnæ eruditionis Iosephus Stephanus Vesta-  
nus Episcopus, à quo nos aliqua huc transtulimus, multa addidimus, breuissimè omnia  
perstringentes. Audi Isaiam, qui Ecclesiæ Dei nomine sic consolatur: Aedificabunt filij  
peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea per-  
cussi te, & in cõciliatione mea miserrus sum tui. & aperientur portæ tuæ iugiter, die ac no-  
cte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur; gens  
enim, & regnum quod non seruiert tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur. gloria  
Libani ad te ueniet, abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ; &  
locum pedum meorum glorificabo: & uenient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, &  
adorabant uestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi. Hæc apud Isaiam Deus præ-  
nunciã fore ut Ecclesiæ quondam inimici uestigia pedum ipsius adorent. Necessè est itaque  
id accidat eis, qui Ecclesiæ sustinent personam, quales summi Antistites: alioquin nisi alicui  
id honoris exhibeatur, Ecclesiæ quomodo poterit exhiberi? Quod autem dicit, Filij eorum,  
qui humiliauerunt te, necessè est id ad Reges, & Imperatores, aliosq. principes referatur.  
Quãdoquidẽ nõ potest vnus aliquis priuatus Ecclesiã ipsam humiliare. Idcirco subiecit  
omnes adoraturos, ne quæ scires excludi. Sed audiamus adhuc sublimiora. Apud eundem  
Prophetã sic Deus Ecclesiam consolatur: Dixit Sion, dereliquit me Dñs, & Dñs oblitus  
est mei. Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio ueri sui?  
& si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar. Ecce in manibus meis descripsi te. Vbi hæc  
Deus dixit, multa q. in eamdem rem capita consolationis adiecit, sic ait: Hæc dicit Domi-  
nus Deus: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos leuabo signum meum, & affe-  
rent filios tuos in uinis, & filias tuas super humeros portabunt, & erunt Reges nutricij tui,  
& Reginæ nutrices tuæ vultu, in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent:  
& scies, quia ego Dñs, super quo non confundentur qui expectant eum. Hucusque Isaias,  
ut ostendat diuinissimos honores Ecclesiæ à Regibus habendos. Tanti namque facient  
eius maiestatem, quæ in præfatis, qui sunt instar capitis, & Ecclesiæ personam sustinent, elu-  
cescit, ut oculos in ipsius faciem haud intendant: quin ad pedes eius accedant, ut pul-  
uerem pedum eius lingant, quasi rem sacrosantam, rem suauissimam. Quid hæc re honorifi-  
centius unquam posset excogitari? Nam quod aliquis osculetur pedes Regis alicuius, aut  
Imperatoris, uisitatũ legimus apud Parthos, teste Martiali: id etiã sibi honoris dari uoluit  
Caligula, ut Seneca est auctor, & Zonaras: idẽ fecerat Otho, ut Suetonius scribit; & ali-  
quã Maximinus junior, Capitolino teste: deniq. Diocletianus id fieri sibi iussit, ut est apud  
Eutropium. At nemo legitur alicui tantũ honoris tribuisse, ut lingeret puluerem pedum eius,  
maximè uerò Rex aut Imperator. Hæc. n. loca Isaiæ de Regibus intelligenda cõstat aperte,  
& tradit etiam Prosper & Augustinus. Iã uerò sicut Ecclesiæ, atq. ad eam præsulibus eius ma-  
ximi honores erant tribuendi, sic illi Christo tribui ceperunt uiuere. Magdalena namq. nobili,  
ut colligi ex Euangelio potest, orta genere, Christi pedes lacrymis suis rigauit, osculata est,  
capillis terfit, unguento unxit. Similiter & Apostoli cum plurimis aliis Christum comitati  
eunt in Hierusalẽ palmas ferebant, ueluti Regi cælitus demisso applaudebant, uestimẽ-  
ta ster-

Cap. 6o.

Cap. 49.

Lib. 10.  
Senec. lib. 2. de  
benef. c. 12.

Prosper. de prædi.  
Dei par. 3. p. m.  
33. Aug. de unit.  
Eccle. c. 7.

ta sternebant ad pedes asini, quo uehebatur: quod valde mirandum. Mulieres etiã Christo  
rediuuio obuiam factæ tenuerunt pedes eius, & adorauerunt. Porro Christus eosdem suis  
Apostolis, & eorum successoribus, quos sibi, honores uoluit ab omnibus exhiberi. Sic enim  
Patrem precatus est, ut Apostolis, atque ijs, qui per ipsorum uerbum credituri essent in eum,  
eadem quæ ipsi gloria daretur. *καὶ ἐγὼ τὸν δόξαν τὴν δὲ ἐδωκάς μοι δὲ ἐδωκάς ὑμῖν*: sic namque  
est in Græco: Et ego gloriam, quam mihi dedisti, dedi eis. Sed quam gloriam Christo Deus  
dedit: eam, quam Magdalena exhibuit, amplius ut inimicis utatur pro scabello pedum, ut  
ille Tamerlanes Tartarorum Rex equum ascensurus dicitur usus Baiazete Turcarum Re-  
ge, quem bello cepit. Hinc Paulus ait: Oportet Christum regnare, donec ponat inimicos  
sub pedibus eius: cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc & filius subiectus erit ei, qui si-  
bi omnia subiecit. Igitur ea successoribus Apostolorum contingere, & adesse debent,  
quæ Christo, & illud inter alia, ut cuncti ad eorum pedes accedant, eos osculentur, & hu-  
mi se prosternant exemplo Magdalene. Quod illi quidem Apostoli, quamuis longissimè  
positi, attamen ueluti præsens cõpicari inducuntur à Dauide: sic enim gloriatur: Subie-  
cit Deus populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Ob id legimus aliqui & Apostolis  
ipsis uiuentibus maximos; atque huiusmodi honores præstitos. Paulus namque & Silas haud  
reiecerunt custodem carceris, qui attonitus procidit ad eorum pedes, reiecerunt tamen  
Paulus idẽ & Barnabas homines Lystris, qui honores ipsis ueluti diis exhibere uolebãt,  
non uti locum Dei tenentibus, sed quamdiu gẽtes dominatæ sunt Christianis, fieri potuit,  
ut Episcopi ad inuidiam declinandam eximios etiam sibi honores sapius præstari nollẽt.  
Hieronymus tamen testatur olim fuisse in more positum, ut plebs Episcopo occurreret, &  
ad pedes osculandos se prosterneret, idque Epiphano nominatim factum tradit. Atque  
adeo uera hæc sunt, ut narret Theodoretus, Gainam Arianum Gotthorum Ducem, qui  
aduersus Archadiũ concitare seditiones est ausus, longo itinere obuiam processisse Ioan-  
ni Chrysofomo, licet inimico, ac suis filiis iussisse, ut eius genua oscularerent. Quid quod  
Paulinus scribit? Theodosium Imperatorem post partam uictoriam pedibus Ambrosij  
prouolutum, gratias illi egisse, quasi ei uictoriam de Eugenio tyranno relatam ferret ac-  
ceptam? Eundem Nicephorus scribit ad pedes Amphilochoij Episcopi procubuisse, uen-  
iamque precatum. Fortunatus tradit Valentinianum Imperatorem, coniugemque ip-  
sius, eosdem maioresque honores Martino præstitisse. Audi illum scribentem:

Hinc sede exilijs rapiens se Casar, & ardens  
Martini genua amplectens, pedibusque uoluitans,  
Sic superbum hominem se agnoscere poena coegit,  
Vilia regna probans, & celsa cacumina curuans,  
Imperiale caput sancti ad uestigia subdens.

Et de coniuge ipsius:

Nec Regina pedes cessat lacrymosa rigare,  
Sternens membra solo, suspendens gaudia uoto.

Eadem Seuerus Sulpitius. Quocirca à Regibus nulli non honores antiquitus Episcopis  
deferrebantur, quod ita factum scirent à Catholicis Imperatoribus. afferemus nos aliqua  
exempla. Leo Castrensis in commentariis ad Isaiam tradit se in uetustissimo codice or-  
dinis S. Benedicti reperisse olim Reges Hispaniæ, cum adirent Episcoporum Synodum,  
procumbere solitos toto corpore ad terram ante ipsos Episcopos, terram osculari, neque  
prius attollere se humo, quam è suis illi sedibus surgeret, & Reges eorum pedibus circum-  
fufos brachijs attollerent, & in sella regia pro dignitate collocarent. Atque hæc de Hi-  
spanis, quod si exemplum Francorum uelis, habes Clotharium Francorum Regem ad pe-  
des S. Lupi Episcopi Senonensis supplicè accidisse. De Longobardis ab Aribone Quar-  
to Episcopo Frisingensi scriptum est, Regem Longobardorum è regia sella descendisse,  
& ad pedes Corbiniani Episcopi se aduoluisse. Hinc Augustinus serm. 18. de uerbis  
Apostoli: Ad ecclesiam curris, Episcopum uidere desideras, ad eius pedes uoluaris. Et  
Ambrosius de dignitate sacerdotum, capite secundo: Regum colla & principum submit-  
tuntur genibus sacerdotum, & exosculatis eorum dexteris, orationibus eorum se cre-  
dunt communiri. Hinc Suidas sic inducit Leontium, qui alloquitur Eusebiam Con-  
stantij Imperatoris uxorem rogantem ut se uideret, Si me uis (inquit) ad te venire, ser-  
uato mihi reuerentiam Episcopis conuenientem, ut ingrediar quidem ego, tu autem  
mox è cello tuo solio descendens cum pudore mihi occurras, deinde sedeam

De Sig. Tom. 2.

Ee 2 quidem

Argumentũ II  
ab honoribus  
Christo exhibi-  
tis in terra.  
Matth. 28.

To m. c. 17.  
I I I.  
A Christi poti-  
tionibus.

Psal. 17.

IV.  
A præditio A-  
postolorum.  
Psal. 48.

V.  
Ab honoribus  
exhibitis Pau-  
lo. Act. 16.  
Act. 14.

VI.  
Ab honoribus  
exhibitis postea

Niceph. lib. 12.  
c. 9.

Lib. 3. de uita  
Martii.

Seuer. lib. 3.

Cap. 49.

quidem ego, tu autem stes reuerenter, nec fedetas, donec signo iubeam. si his parere vis, A  
 visam te. sin minus, scito te non obtenturam, vt nos honorem Episcopis debitum pro-  
 damus, & in diuinum sacerdotum ius sumus iniurij. ] Hæc ille arguens hæreticam Imper-  
 atricem. Sed vt cetera omittamus, illud etiam cõstat, Romanum Pontificem, veluti Ca-  
 tholicæ Ecclesiæ Episcopum summum, summis etiam cultum semper honoribus. Ob id  
 Ammianus Marcellinus ait, incredibile quantis honoribus ætate sua imperante Con-  
 stantio afficerentur Romæ cælibes; intelligit autem scriptor Christianis infensis sacer-  
 dotes. Imperio autem in Orientẽ translatò, & Occidentis exciso, cum Pontifex Ioannes  
 Constantinopolim petisset, Iustinus Imperator cum tota vrbe obuiam illi processit, & ad  
 ipsius pedes reuerentis causa procubuit, deduxit ad templum, & ad læuam cuncto po-  
 pulo spectante assedit, deinde insignia Augustalia sibi detrahit, procidensq; suppliciter  
 petiit, vt rursus illis ipsum adornaret. Constantinus Pontifex Nicæam Bythinia se con-  
 tulit anno septingentesimo vndecimo: Imperator Iustinianus urbem ingressus ad Ponti-  
 ficem ex composito exspectantem venit, ac de more coronatus procubuit ad eius pedes,  
 eisq; osculum dedit. Sed anno septingentesimo quinquagesimo quarto, cum Stephanus  
 Secundus in Franciam properaret, progredienti Pontifici Pipinus ad centum mil-  
 lia passuum Carolum filium, qui cognomen adeptus est postea Magni, cum suis optima-  
 tibus obuiam misit, Ipse cum vxore ad tertium lapidem occurrit, atque ad eius conspe-  
 ctum de equo desiliens, & ad terram se inclinans vnà cum coniuge & filiis optimatibus-  
 que ipsum excepit; & cum per aliquod spatium stratoris operam ei nauasset, cuncto cum  
 laudibus & hymnis occurrente populo, in regiam Pontigonis perduxit. Anno deinde  
 septingentesimo septuagesimo quarto, cum Carolus Romam veniret, Pontifex in  
 æde Vaticana illum cum clero in gradibus exspectauit. Carolus verò vbi cruce est  
 conspicuus, illico ex equo se venerabundus deiecit cum suis comitibus, atque  
 iter reliquum pedibus peregit; & postquam peruenit ad gradus, singulis osculum  
 dedit; & ad Pontificem in summo sedentem, accedens eum de more adorauit.  
 Idem Carolus anno septingentesimo nonagesimo nono Leonem Tertium ritu eodem,  
 quo pater ipsius Stephanum Pontigone, venerabundus in castris ad Lippiam excepit. Si-  
 militer Ludouicus Pius cum Romam petisset anno octingentesimo quadragesimo quar-  
 to, & Sergius Secundus ipsum in Vaticano exspectaret, simulatque sacratas cruces aspe-  
 xit ex equo desiliens pedestris accessit, & per gradus ad Pontificem progressus osculũ  
 sancto pedi dedit. Idem Ludouicus anno octingentesimo quinquagesimo octauo Nico-  
 lao Pontifici ad se aduenienti obuiam aliquanto viæ spatio processit, & pedes frænũ  
 per totum sagittæ spatium Pontificis equo tenuit, rursusq; abeuntem profecutus certo  
 loco iterum ad frænũ accedens osculum sancto obtulit pedi. Eadem Henricus Quar-  
 tus cum Paschali Secundo, Fridericus Primus cum Hadriano Quarto, quod superiores  
 egerunt. Ludouicus item Franciæ, & Henricus Angliæ Reges, cum scirẽt Alexandrũ Ter-  
 tium ad eos venire, progressi obuiam stratorum sancti officio, dextra læuâque equi frænũ  
 tenuerunt, & ad hospitium paratum sunt comitati; & Imperator Fridericus Primus Venetiis  
 ante fores ædium sancti Marci ad conspectum Pontificis ipsum ex composito exspe-  
 ctantis accessit, & Chlamide posita se prosternens osculum sanctis pedibus infixit. Hos  
 deinde sunt imitati ceteri Reges, & Imperatores. Apparet itaque Ecclesiæ nostræ Episco-  
 pis summos honores à Regibus & Imperatoribus datos. E quibus fit ipsam esse Ecclesiã  
 Dei: de illa enim sic erat prædictum, præsertim verò de osculatione pedum. Conueniunt  
 autem cuncta rationi. Ecclesiæ namque Dei, & iis qui Ecclesiã referunt, quales Episco-  
 pi, summi honores debentur, qui in terris dari ab hominibus possint, aut soleant,  
 cunctatamen in Deum referentibus: alioquin non illa in terris prima agnosceretur ab eius  
 cultoribus, qui asserunt nullis maiores deberi honores. Quocirca haud malè inueterata  
 iam cõsuetudine videmus receptum, vt Pontificis dumtaxat summi, Romani nimirũ, pe-  
 dibus oscula dentur. Hinc etiam quibus infixæ est pietas cordi, haud nimius videri po-  
 test vllò modo hic honor illi datus, qui Christi personam sustinet in terris: nimius qui-  
 dem reputabatur à gentibus, vbi eorum Regibus, vt Persis, aut Parthis, Roma-  
 nisve exhibebatur; quòd gentibus illis à vero Dei cultu alienis nulla pietas esset,  
 aut esse etiam deberet erga suos Reges, qui infinito distant interuallo dignitatis  
 ac maiestatis à præsulibus Ecclesiæ Dei. Et hi tamen vide quanto illis reuera &  
 ex animo modestiores. Duabus in rebus maximè peccari solebat ab Imperatori-  
 bus

VII. ab honoribus exhibitis Pontifici Romano.

Vide Sigo. de regn. Ital.

VIII. à ratione ipsa.

A  
 nis Romanis. Harum prima, quòd sibi viuentibus templa ædificabant, sacerdotes  
 in stantibus, sacrificia, & aras, seq; deos ipsos prorsus haberi volebant. Secunda est, quòd  
 se imperatoria dignitate dignissimos existimabant & iactabant. Nostri Pontifices non  
 ita, se ad illum locũ protestantur adductos meritis imparibus, diuina miseratione, atque  
 ira indignos Christi personã sustinere. Ob id iure exigunt honores à Christianis in Chri-  
 stum Deũq; relos, modò velint esse reuera Christiani: summusq; Pontifex, vt cuncti om-  
 nino sciant: haud sibi tantũ honores illos dari, summa calceorum parte affixam crucis  
 imaginem defert, quam Christiani supplices adorẽt & osculentur in Episcopo Romano.  
 quocirca quòd legimus ab Apostolis interdum sibi vetitos honores quosdam dari, be-  
 nellud; quòd multi eos pro dijs habere vellent, gentium more. Quòd si quis dicat ab  
 Episcopis interdum, Pontificibusque etiam summis honores eximios aut Regibus  
 aut Imperatoribus delatos, in suis loquatur. Id namque fieri potuit, aut oportuit quo-  
 que olim cum gentes nondũ bene agnoscerent quanti esset Ecclesia Dei, & Antistites ip-  
 sius, qui & honores & ignominias ex æquo ferre debent, vt ad Christum possint homines  
 perducere: neque Reges & Imperatores, nondum bene rebus Christianis constitutis, ni-  
 mio facti inflati, & adhuc gentium superbiam spirantes, externi honores denegatione  
 irritari debebant. Quòd si Leo Tertius, vt vult Aimoinus, postquam Carolum coronauit,  
 & Imperatorem creauit, spectante populo ipsum voluit adorare; rectè ille quidem: tem-  
 pori namque id conueniebat, vt agnosceret scilicet populus quanti esset imperatoria  
 maiestas, quæ cum per summum Pontificem tandiu inter mortua reuocabatur in Oc-  
 cidentem, quando & Pontifex ipse auctor illius haud dedignabatur eam pro tempore  
 aliquando reuereri: alioquin Imperatoribus ac Regibus Catholicis mos semper fuit  
 inuolatus Pontificibus summis in omni honoris significatione primas deferre; isq; etiam  
 inde à Constantino deductus, qui, vt Theodoretus refert, in Concilio Nicæno non  
 prius adsidere voluit, quam Episcopi adsedissent, & vt ipse vnà adsideret annuissent;  
 quòd ille humilior sella apposita fecit; Pontifici autem Romano eximios honores ab  
 illo delatos, & Græci ipsi Pontificibus nostris infensissimi volunt & contendunt. Illud præ-  
 terea inficitæ summæ, & superbiæ, quòd scripsere quidam, haud moris fuisse antiquis  
 Regibus & Imperatoribus nomen Sanctissimi & Beatissimi adscribere Pontifici summo,  
 aut etiam multo minus illum compellatum nomine Sanctitatis vestræ. Theodoricus &  
 Athalaricus Ostrogothi & Ariani Italiam, Siciliam, Rhetias, Dalmatiam, Pannoniasque  
 tenuerunt; & tamen isti tum barbari hæretici, potentissimiq; Reges, cum scribunt ad Episco-  
 pos Catholicos, vocant eos sanctissimos, beatissimos, & sanctitatis vestræ nomine  
 appellant; ac multo maiori honore Pontificem summum colebant, vt ex epistolis eor-  
 um liquet. an verò ceteri omnes id agerent, legat qui volet scripta Sidonij. quòd si  
 quis inspiciat litteras Iustiniani, quas ad Ioannem Papam misit, suoque Codici inseruit,  
 videbit idem tributum Papis fuisse ab Imperatoribus antiquis: vt sciamus hanc esse Ec-  
 clesiæ notam, quam diximus, quæ sic abest à cœtu hæreticorum, vt omnino pernegent  
 huiusmodi honores dandos Episcopis, aut eorũ summo Antistiti, exclament aduersus il-  
 los cuncti Protestantes, vociferentur, & canum more oblatrent. aduersus quid? aduersus  
 oracula prophetarum, aduersus ipsius Christi preces, aduersus Christi, Apostolorum,  
 sanctorumque omnium facta. An non tales hæretici? Græci autem quamuis non adeò  
 despiciant ac furant, tamen suis præsulibus honores huiusmodi, quales à sacris prophetis  
 prædicantur, & per Christum diuinitus impetrantur à patre Apostolicæ Ecclesiæ, num-  
 quam à suis Imperatoribus & Regibus datos, ex quo à nobis defecerunt, est manifestum;  
 vt scilicet appareat, nusquam nisi inter nos esse Ecclesiã Dei.

Cass. lib. 3. epi. 7. et 37. et lib. 4. epi. 44. lib. 8. epi. 24. C. de sum. Trin.

Phorius et Basilius in Nomocanone.

Amplissima Catholicorum dona.

Cum Reges, & Imperatores, alijque plurima sint Ecclesie largiti, quod contra suis heretici principes fecerunt, ad eamque sint amplissima opes à longinquo aduectas; palam fit ex oraculis antiquis id significantibus, à nobis esse Ecclesiam Dei. Cap. VI.



Ieri potest facillimè, atque ita videmus vsu venire plerumque, vt nonnulli maximos aliquibus honores deferant, de suo tamen illis largiri nullo modo possint animum inducere; vbi enim voluerint, ab omni honoris testificatione abstinere possunt; at si quid donauerint, non ita. Idcirco diuinum quidem videtur tantum honoris à Regibus & Imperatoribus attributum fuisse præsulibus nostris; multo autem diuinius esse hoc apparet, tot ac tantis eos muneribus amplificasse, ita vt sibi abstulerint, illis dederint perpetuò habendam pretiosa & maxima quæque rerum suarum. Vidit hoc, vt alia ferè omnia, & cecinit Isaias, cum sic inducit Deum cum Ecclesia verba facientem: Pro eo quod fuiti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbia sæculorum, gaudium in generationem, & generationem; & fuges lac gentium, & mamilla Regum lactaberis; & scies, quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro are afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapide ferum.] Hæc Isaias, qui vt maximam Regum in Ecclesie præsules liberalitatem cum præcipuo amore coniunctam significaret, nihil potuit conuenientius afferre in medium, quàm fore, vt mamilla Regum lactetur Ecclesia, & lac gentium fugat: perinde ac si Reges è mediis intimisque venis expromant & exprimant, quo se Ecclesia pascat. Hinc alibi ait, Reginas fore eius nutrices, Reges nutricios, vt qui solent aliis alèdos, vitandi laboris causa, liberos suos tradere (hic enim mos Regibus ac Reginis) in Ecclesia tamè alèda suæ consuetudinis obliti, liberis eam suis præponant. Attigit hoc etiam Dauid, cum dixit: Reges Tharsis & insulæ munera offerent; Reges Arabum & Saba dona adducent.] & alibi alloquens Ecclesiam, fore ait, vt filia Tyri, quas esse ostendimus alibi colonias variis in locis à Tyriis deductas, & cuncti diuites plebis cum muneribus Ecclesie vultu deprecantur. Atque vt hoc appareat esse in primis diuinum, Deus ipse multis id alibi restatur aduocans cunctos populos, qui diligunt Ecclesiam ad potiunda gaudia, quibus illa repletur: Latamini, inquit, cum Hierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, vt fugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, vt mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius; quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium: ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis; quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini.] Audistin' fore diuino munere, vt Ecclesia circumfluat vndique omnibus deliciis, quæ fluuio ac torrentium modo è gentibus ad eam confluentibus in cunctos dimanent ac redundant? An verò hoc Ecclesie nostræ contingat, apparet è tot diuitiis non alij rei destinatis, quàm ministris sacri cultus alendis, templis magnificentissimis, donariis locupletissimis. Hæc autè scimus ab Imperatoribus, Regibus, principibus, atque opulentis viris in eam collata. Vbi egimus de progressionem admirabili sacre potestatis, ostendimus à Regibus statutum, vt pleraque regna tributum nostræ Ecclesie penderent; latissimaque illi iura atque ipsa etiam regna donata. Mutius Iustinopolitanus librum confecit, in quo collegit omnia à principibus in Ecclesiam nostram munera collata. Germanus quidam scriptor damnatæ memoriæ refert quæ & quanta monasteria à Regibus & Imperatoribus in Germania fuerint ædificata. Albertus Crantzius idem tractat in metropoli sua: nos autem quædam breuiter, præter ea quæ illi scribunt, attingamus, & altiùs exordiamur. In ipsis Ecclesie incunabulis Christiani omnia ad Apostolos, vt scimus, afferebant: in his necesse est copiosæ fuerint opes; nam qui potuissent ali ab his tot hominum millia, quæ ad ipsos concurrebant, & Christo se deuouebant? Apostolis postea per omnia orbis loca dispersis, institutum, vt singuli

Isa. 69.

Psal. 71.

Psal. 44.

Isa. 66.

A

B

C

D

E

A Christiani è suis rebus sponte aliquid in cõmune conferrēt dominicis diebus, quibus ad missam cõueniebant. Apparet hoc è plurimis epistolarū Pauli locis, Apologia Iustini, & Tertulliani, Cyprianiq. libello, cui titulus de Opere & eleemosynis: & Irineus quod scriptor antiquissimus ait à Christianis solitas deferri ad sacerdotes oblationes, ac primitias rerū suarū, ad quarū decimas obligari cunctos iure diuino tradit Origenes. Paulus quidè certè secum semper adducebat ministrum, cui nihil aliud curæ erat, quàm pecunias collectas administrare, & in rationes referre. Tot enim tantasque interdum secum detulit pauperibus distribuendas, aliisq. rebus piis procurandis, vt Felix Syriæ proconsul iis maximè inhiaret, cum Paulus in vinculis esset. De nummis huiusmodi ac rebus exstat epistola Cypriani ad Episcopos Numidiæ, qua scribit, se ad illos mittere sextertium nūmum cētummillia ad redimendos captiuos. Romani verò veluti opulentiores cunctis in eleemosynarum largitione præstabant, vt ostendimus, vbi est actum de fidei confirmatione. Phiiippus Arabs primus ex Imperatoribus Christianus multa donasse Ecclesie simile verodetur. Nam cum decessisset, & Decius eius successor acerbissimam in Christianos procellam commouisset, hoc vrgebant in primis iudices eius, vt Sixtus Pontifex, atque ipsius diaconus Laurentius, ad quem spectabat cura & administratio huiusmodi rerum, thesauros Ecclesie (sic Ambrosius refert) in medium proferret. Diuinitus ramen est factum, ne fundi multi ab Ecclesia possiderentur omnino vsque ad tempora Constantini, quòd facillè auferri possent ab impijs Imperatoribus, quibus nihil interdum curæ erat, quàm diuites siue Christianos, siue antiquorū superstitionibus addictos expoliare, atque expilare. A Constantino deinde plurimis ac magnificentissimis opibus collocupletata est Ecclesia, vt omnes norunt. Et ex eo liberalitate ac munificencia piorum diuitiæ sacre mirandum in modum sunt amplificatæ: ita vt Zozymus Christiano nomini infensissimus scribat monachos atate sua magnam ad se terræ partem transtulisse, atque omnes propè ad inopiam redeuisse. Ex epistolis Gregorij cognoscimus maxima illius atate Ecclesie fuisse patrimonialia in Africa, Campania, Neapoli, Dalmatia, Gallia, Sicilia, & in alijs locis alia. Quo factum est, vt sæpè Imperatores Orientis à Christiana pietate desciscentes mandarent exarchis, vt ausu sacrilego inuaderent in opes Ecclesie Romanæ; & quibus Gotthi olim pepercerant, testibus Orosio, Augustino, Sozomeno, Cassiodoro, eas ipsi diriperent, & Imperatoris voluntati distribuendas referuerēt. Qui legatur omnium prior tantum facinus aggressus, est Heraclius anno sexcentesimo vigesimo septimo per Isaacium exarchum, mox eius soboles Constans anno sexcentesimo sexagesimo tertio idem patrauit. At Iustiniani iunioris exarchus Ioannes pecuniarum maximam summam à Pontifice Sergio vi extorsit anno sexcentesimo octuagesimo septimo. Sed quis Fræcorum Regū dona in Ecclesiam collata enumerare possit, quis monasteria ab illis ædificata, & immensas opes ei attributas? Qua in re cum multi ex illis præstiterint, cunctos Dagobertus è Merouingis videtur superasse, vt è Bruschio hæretico & Nauclero liquet; Carolus ceteros è Pipini stirpe, S. Ludouicus alios ex Hugonis genere. Ausim dicere cunctas ferè totius Germaniæ terras à Francorum Regibus monachorum cœtib. & clericorum concessas. Id ex illo constat, quòd omnes ferè Germaniæ ciuitates prope monasteria conditæ sunt, vt alibi ostendemus; & innumera antiquitus erant in Germania Ecclesie feuda. Sed quid miramur hæc à Francis Regibus præstita, quando de Longobardis sic Paulus diaconus reliquerit scriptū? Per Reginam Theodolindam multū utilitatis Ecclesia Dei consecuta est. Nam penè omnium Ecclesiarum sublimitates Longobardi, cum adhuc gètilitatis errore detinerentur, inuaserant. Sed eius salubri supplicatione Rex permotus, & Catholicam fidem tenuit, & multas possessiones Ecclesie largitus est, atque Episcopos qui in dispersione atque abiectione erant ad dignitatem & honorem reduxit.] Hæc Paulus. Quid verò à Luitprando Rege hac in re præstitum fuerit, testantur carmina hæc sepulchro ipsius inscripta:

Rege sub hoc fultit, quod mirum est, sancta frequensque  
Religio, vt recolunt Alpes, Ecclesia quarum  
Hunc habuit viuente ipso, & prægrandia templa,  
Quæ viuens struxit, quibus & famosus in orbe  
Semper, & æternus lustrabit sæcula cuncta,  
Præcipuè Petro cælesti hac sede locato  
Clauigero, stauit cælo quam prouidus aureo.

Iræneus lib. 4. cap. 34. Orig. ho. 11. in Num. et in cap. 10. lo. sue. Act. 24. Cypr. ep. 60.

Zozy. lib. 5. in Afr. ep. 3. lib. 1. Neap. ep. 11. li. 5. Dalm. ep. 4. 4. 61. lib. 2. Gallia. epi. 10. 52. 55. lib. 7. Sicil. ep. 2. 68. 70. lib. 1.

Quamobrem

Roder. Tolet. &  
Sanct.

Quamobrem neque Desiderius, alioquin haud satis pius, abfuit ab hac laude. Ipse enim & eius vxor Ansa nobilissimum monasterium Saluatori, & Iuliae martyri construxerunt, & fundis amplissimis, muneribusque ditissimis illustrarunt, quae recenset in historia monastica Petrus Ricordatus. Sed neque Francis aut Longobardis Hispanici Reges videtur inferiores, e quibus Alphonso Primus maximis ornatur laudibus quod plurima templa construxerit, magnifice ornarit, libris vndique conquisitis instruxerit, & collocupletarit. Alphonso Casto laudi datur, quod innumeras aedes sacras condiderit, & in his Oueti sancti Saluatoris templum pulcherrimum. Ranimirus certos fructus quotannis sancti Iacobi templo praestandos, ac partem spoliolorum, quae ab hostibus caperentur, vouit, votumque Paschalis Pontifex confirmavit. Alphonso Magnus thesaurum totum paternum in templa & pauperes erogavit, aedem sancti Iacobi lapide quadrato construxit, ac plurimis redditibus, & ornamentis amplificauit. Ranimirus Secundus inter alia edificauit templa quatuor nobilissima, primum in Legionem, secundum ad fluuium Ceam sanctis Michaeli & Christophoro sacrum, tertium in Durij ripa sanctissimae Virgini, quartum in valle Ornæ, quae nunc dicitur Duftriana, sancto Michaeli. Alphonso Sextus Toletanum, Burgensemque basilicam ditissimis donis ornauit. Alphonso Raimundi Berengarij filius Aragoniae Rex praeter multa alia monasterium nobilissimum Populeti edificauit. Sed si omnia vellemus recensere, nullus unquam dicendi finis. Illud satis sit, commune esse omnibus Hispaniarum, quod audiimus, locis, ut ex illis decimae praestentur diuinis rebus rite procurandis, & vix ferè vllibi Ecclesiasticae vniuersitates ditiores. Quod diximus de Hispaniae Regibus, de Portugallensibus idem prorsus intelligendum. Quod si his relictis in Hungariam te conferas, vix poteris animo complecti quot ac quanta Reges eius Ecclesiae donarint, in quibus valde eluxerunt Stephanus, & Ladislaus, Bonifacio teste; à quo, & illud memoriae proditum, à Ludouico Rege innumera templa constructa, & locupletata, ita ut exemplo atque opera illius tertia regni pars pertineat ad sacerdotes. Miscellaus primus è Polonis principibus Christianus plurima templa plurimis in locis edificauit, praedias donauit, omnibus rebus ornauit, decimas omnium frugum sacerdotibus rite dari mandauit, Episcopos & Archiepiscopos suis locis assignauit. Boleslaus deinde Primus passim monasteria excitauit. Idem fecit Cazimirus sanctus. At Cazimirus Magnus templa magnifica duodecim, ut ait Cromerius, praeter alia minuitiora edificauit, monasteria sex construxit, ornauit, collocupletauit. Idem peregrinatus in Lithuania Vladislaus Jagello. Quid verò de Regibus Anglicis dicemus, qui insulam totam Romanae Ecclesiae tributariam fecere, ut supra ostendimus, qui amplissima templa & monasteria edificarunt, & innumeris diuitiis amplificarunt vna cum tota gente? Praecipuam verò in hisce laudem sibi vendicant Reges Adelstanus, Eldredus, & Guglielmus Rufus. Neque verò vllis cedunt aut Bohemi, aut Bohemorum Reges. Testatur enim Aeneas Syluius nullibi ferè magnificentiora inueniri templa, quam in Bohemia, quorum pulcherrima dicitur excitasse Carolus Quartus, ut Colcheus in historia Hussitarum tradit. Idem constat de sacris prouentibus non modò in Bohemia, sed etiam in Dania, Noruegia, Suetiaque. Quocirca Lutherus, ut profanos principes ac Reges ad suas partes traduceret, cum videret nonnullos auarissimos atque adeò rapacissimos, hoc illis persuasit, ut in bona Ecclesiasticae sacrilegas manus iniicerent. licet enim falsum proculdubio putemus, quod de principibus Germanis affirmat Munsterus, quosdam ex eis ubi necessaria desint non vereri ex alieno praedas agere, & gentem plerumque esse inquietam, & insolentem, quae subditos rusticos irremissa seruitute exercent, miserisque & infelices homines vexet; nihilominus aliquos ex eis tales euasisse, maximo nationis optimae & nobilissimae dedecore, post Lutheri pestilentiam necesse est dicamus, quando Ecclesiasticas res haud veriti sunt inuadere, ac populari; quod est apertissimum signum non esse inter eos Ecclesiam Dei, sicut neque inter ceteros Protestantes & alios impios, qui tanto se scelere omnes maxima ex parte obligarunt: ita ut vnus Henricus Octauus decem millia templorum monasteriorumque in Anglia subuertisse narretur: quod & multi Imperatores Graeci fecerant, ex quo se à nobis abiunxerunt. Ad summam è quatuor constat, Ecclesiam nostram hoc signo, de quo agimus, illustrari. Horum primum, quod plerique Catholici Reges aut eligantur, aut coronentur ab Episcopis, vel Pontificibus summis. Secundum, quod multa regna, vel tributa, vel feudi ratione Pontificem Romanum, uti supremum agnoscunt. Tertium, quod nullis Episcopis tam lata & opulentae ditiones concessae, ut Catho-

cis.

A cis. Postremum, quod nulli unquam coetui, qui se Christum sequi profiteatur, hoc datum, ut opes habeat ad eò copiosas vsibus sacris attributas, à populis ac Regibus donatas, ut Ecclesiae Catholicae, in qua nos sumus, diuinitus concessum videmus.

Superioribus, quae diximus, est aliud consequens connexumque oraculum, & eiusdem tractationis argumentum; quo praesignificatum est fore, ut ad Ecclesiam Dei è longinquis regionibus opes amplissimae deferantur, quae tum populo Dei, tum verò ministerijs cultibusque; sacris abundè seruirent. sic enim de se ipso Christus apud Isaiam praedicit, antequam delaberetur in terras è caelo, ac fieret homo: Me enim insulae expectant, & naues maris in principio, ut adducam filios tuos de longè, argentum eorum, & aurum eorum cum eis in nomine Domini Dei tui, & sancto Israel, qui glorificauit te. Hæc itaque Christus, ut Ecclesiam lætitia felicitatis venturae perfunderet, praenuncians, argentumque & aurum, pretiosa scilicet omnia ad Ecclesiae ornatum remotis è regionibus deferenda. Idcirco idem Christus ponens ante oculos Ecclesiae bona futura multis hortatur ad contemplationem aduenturae prosperitatis & opulentiae è dilectis oris: Surge, inquit, & illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. & mox, Leua in circuitu oculos tuos, & vide. omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, filij tui de longè venient, & filiae tuae de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, ac mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentis venerit tibi: inundatio Camelorum operiet te; dromedarij, Madian, & Ephraim, omnes de Saba venient, aurum, etthus deferentes, & laudè Domino annunciantes. Hæc Christus apud Isaiam: in quorum explicatione aduertendum, more sæpè nostro, ut solet, locutum vatem, quibus est consuetudo, ubi alicuius rei amplitudinem decusque volumus depingere, à solitis maximisque rebus, quae contingunt, exempla & vocabula mutuari. Sic vocamus apparatus Persicos, odores Syrios, fidem Punicam, glandem Chaoniam; non quòd ea, de quibus agimus, ex ijs locis adueniant; sed quoniam praestant illa in huiusmodi locis; atque ut excellentissimam rem signemus, inde similitudinem producimus. Sic Deus ait fore, ut camelorum inundatio terras Ecclesiae operiat, Dromedarij, Madian, & Ephraim, Sabei que; aurum & thus deferentes. Ex illis enim regionibus ætate Isaiæ pretiosa maximè in Syriam comportari camelis & dromedarijs solebant. Quocirca ubi hæc dixit Christus, ne quis similitudine deciperetur, ipsam rem proprius attingens, atque uti est, inuolucris amotis, probè nudans, subiicit, quod ab initio est à nobis propositum: Me enim, inquit, insulae expectant, & naues maris in principio, ut adducam filios tuos de longè, argentum, & aurum eorum cum eis. Hinc idem Christus alibi ad Ecclesiam conuersus, Ecce, ait, isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi; dein subdit: Leua in circuitu oculos tuos, & vide. omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circūdabis tibi eos quasi sponsa. & rursus: Gloria Libani ad te veniet, abies, & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meae, & locum pedum meorum glorificabo. Quid quòd eadem Sibyllae cecinerunt? Ab illis enim mutuatus est vates ea, quae ad Ecclesiam spectantia nesciens aliò conuertit, cum dixit de remotissimis nauigationibus, quibus opes plurimae vi bellica partae adducerentur, veluti ab Argonautis illis aureum vellus;

*Alter erit tum Tiphis, & altera quae vehat Argo  
Delelos heroas.*

E Vidit hoc idem Dauid, cum cecinit de Christo: Reges Tharsis, & insulae munera offerent; Reges Arabum, & Saba dona adducent. quo carmine tempus hoc nostrum certò videtur signare. Regio namque Tharsis est illa, ad quam classis Salomonis, triennium totum in itinere ponens, appellebat, vnde aduehebantur pretiosissima illa, de quibus actum est supra. ob id meminit de insulis Arabum, Regibus, & Saba: & hodie sanè nonnulli Arabiae Reges Lusitanico Imperio parent, ac tributa pendunt. Quocirca classis Lusitanica lustras quotannis quicquid à freto Herculeo vsque ad extremos Sinas & Iaponios Oceanus circumfluit, defert inde nobilissima atque ingentia munera ad nostras oras, quae Catholicae nationi & sacris vsibus, maximè seruiunt; ita ut affirmetur à viris fide dignissimis, Vlyssipone singulis annis expendi aureorum viginti millia in odores, quibus templa perfunduntur, atque illi aduehantur ex Indiis Eois omnes. Rem non magni momenti adduxi in medium, ut ex illa coniciat facillimè cetera possint. Nam quid dicemus de reliquis totius Lusitaniae aut Hispaniae ciuitatibus, ac templis? Quis verò referre pos-

sit

fit quot & quàm multiplicis generis ornamenta ad cunctas ædes sacras ex illis locis fuerint comportata? Ipsi vrbis Romæ licet aliqua inusitata aspicere: vestes namque sacræ miri & insoliti operis contextæ visuntur in ecclesiâ Societatis Iesu, quæ ex Indiis Eois sunt allatæ. Afferuntur & multa in supellectili pontificia, quæ legati Iaponensium Regi dono dederunt Pontifici Maximo Gregorio Decimo tertio, similiter & quæ Rex Aethiopiæ Claudius vnâ cum matre Helena Clementi Septimo. Quid porrò dicemus de tot, ac tantis rebus pretiosissimis, quæ similiter Hispanicæ naues ex Indiis Occiduis quotânis deferunt? quid de immensa auri, argenti, gemmarumque copia inde aduecta, quibus fit vt Catholicæ Reges Ecclesiâ Catholicam aduersus impios protegere, & in res sacras munificentissimi esse possint? Hæc igitur oracula, quæ recitauimus, & hodie in primis se producit, & quæ sit Ecclesiâ Dei clarissimè ostendunt. Neque tamen superioribus sæculis oracula eadem non sunt euentum suum sortita, quòd haud ita pridem sit apertus aditus ad Occiduas & Eoas Indias. Cunctis namque sæculis Catholicæ cunctis in re nautica præstiterunt; quare contigit, vt è longinquis maximè locis aduehi possent, quæ & toti Catholicæ nationi seruirent, & vsibus præcipuè sacris. Ioanni Regi Portugalliæ, qui regnare cœpit anno millesimo trecentesimo octuagesimo tertio, filius fuit Henricus, qui ætatem totam insumpsit in explorandis Africæ littoribus, infulisq; adiacentibus, ac locis ignotis Imperio Lusitanico adiciendis, donec ventum vltra Aequinoctialē lineam, vt supra à nobis est explicatum. Per eadem tempora Canariæ insulæ, quas antiqui Fortunatas appellabant, detectæ. Ex iis locis plurima Ecclesiæ Catholicæ emolumenta profecta in omnes res. Idem patet de nauigationibus, quibus Oceanus Borealis vsque ad Arcticum polum præcis inuius, atque incognitus, nostris autem peruius & notissimus est factus; ita vt vltro citroque ab omnibus cuiusuis maris portibus ac sinibus extremis innumera comportari ante multa sæcula possent Catholicæ populi cōmoditates & vtilitates maximè amplificatiua. Sed veniamus ad Italos quosdam populos, & videamus qui fuerint, & quanti olim Malfitani, Pisani, Florentini, Catalani. Nam quid de Genuensibus ac Venetis dicemus? Malfitanis, ne quis forsitan eos contemnat, duo maximè Catholicæ populus debet; ac primum, quòd eorum ciuis Flavius vsus magnetis reperit: hoc quanti sit, vix quisquam iudicare possit. Secundum verò, quòd cum sæpè in Orientem nauigarent, principumque Mahometanorum in illis regionibus gratiam naeti essent, ab illis impetrarunt amplissima loca prope sepulchrum Domini; ibi construxerunt duo monasteria, alterum virorū, alterum foeminarum, ac præterea hospitalem domum peregrinis excipiendis & alendis, quam Ioanni Baptistæ dedicandam curarunt, & ex illa profectus est ordo equitum Rhodiorum seu Melitensium, qui dicuntur hospitalis sancti Ioannis Baptistæ, vt Guglielmus Tyrius refert. qui sanè ordo quantæ sit nobilitatis, quantæ Catholicæ populo vtilitatis, quis quæso ignorat? Horum nauigationes igitur, vt apparet, remotissimæ Catholicis tanto fuerunt emolumento, vt adhuc eius vberrimos fructus vnâ cum toto ferè orbe percipiamus. Nam quis auderet tam vasta maria traicere, orbem totum circumnauigare absque magnetis experimento? Mittamus alios, veniamus ad Genuenses & Venetos. Et quis non audiuit qui fuerint olim, qui sint in re nautica Genuenses? An non illi tam longè Imperij fines protenderunt, vt Theodosiam coloniam, quam Cassam modò vocant, in Taurica Chersonesso ædificarint, & è regione vrbis Constantinopolitanæ celeberrimam ciuitatem, quam Peram vocant, & adhuc est Latinorum sedes? Quâtas illi diuitias è maximè diffitis regionibus, quibus adhuc florent, ad maximas Catholicæ nationis vtilitates compararūt? vt per eos oraculis adductis apertissimus responderet euentus. Olim Genua Romani Imperij temporibus oppidum erat non admodum celebre: nunc qualis amplissima illa vrbs, quibus templis, quibus monasteriis, quo cultu ipsorum, quibus ornamentis inter omnes Europæ vrbes se effert? Genuenses ipsi cùm anno millesimo centesimo in recipiendis Hierosolymis præclaram nauassent operam, Cæsarea capta, vas smaragdinum nobilissimum, quo Christus in cœna vsus esse dicitur, retulerunt. Idem cineres Ioannis Baptistæ ex vrbe Myra asportarūt anno millesimo nonagesimo octauo, vt omittamus innumera, quibus Ecclesiæ Catholicæ cultus est auctus. Iam quanti sint Veneti nihil est necesse dicere. Toti namque humano generi iam notissimum, quòd ipsorum sit Imperiū in mari, quæ peritia; ita vt Tartarus ille extremorum Sinarum Rex clasibus suis, quibus Indiæ maria latissima circumlustrabantur, Marcum Polum præferat ante annos ferè tercetum, vt ex eiusdem Poli scriptis adhuc apparet. Plurima sunt Venetis sanctorum virorum

lib. 18. c. 4. & 5.

A rorum corpora, quæ illi nauibus olim ex Orientè Venetias transfulerunt; in his anno octingentesimo decimo corpus sancti Marci, cuius tutelæ est ciuitas commissa. Tanta verò Catholicæ religionis splendor Venetiis semper eluxit, vt in vrbe illa nominentur parochiæ sexaginta duæ, monasteria quadraginta tria nobilissima. Per eos nihil est, quòd è toto Oriente non aduehatur ad Catholicæ populi atque Ecclesiæ totius ornamentum, & cultum. Ad summam Romanis, qui omnia potuisse dicuntur, explorati erant solummodo sinus maris quòd Herculeo freto concluderetur; Oceano se illi haud committebant: extrema tantum littora Hispaniæ, Galliæ, & Britanniæ legebant; nullo autem modo nauigationibus frequentabant Cimbricam Chersonesum, quæ modò vocatur Dania, Hiberniam, aut Orchadas, & ipsius Britanniæ vltimas partes, quibus Scotiæ regnum nunc attribuitur: Balthici similiter maris vastos recessus haud omnino explorauerunt. At nationi Catholicæ peruia semper & cognitissima fuerunt eadem, quæ Romanis maria; Oceanum verò Borealem latius multo, ac triplo magis peruagati ex antiquissimo tempore, & peruagantur adhuc. De nostra porrò ætate nihil est quòd afferamus, quid nostri valeant in nauigando. Ex his omnibus fit nulli vniquam populo magis contigisse, quàm Catholicæ, vt è remotissimis regionibus semper maximas opes & innumeras ad suos comportarit: quòd superioribus oraculis Ecclesiæ suæ Deus est pollicitus. Hinc aliud ortum, vt nullibi magis, quàm Romæ, fuerint omnium nationum templa, & hospitia. Hic Aethiopum ex vltimo Austro, Armenorum, Chaldeorumque è remotissimo Oriente, Gothorum, Anglorum, Polonorum, Hungarorum, Bohemorumque è Septentrione, Hispanorum verò Gallorumque ex Occidente ædes, ac domicilia sua visuntur. Sed ostendamus & alia via contigisse vt ad Ecclesiâ è maximè diffitis locis opes deferrentur. Paulo post annum tercentimum Romani Imperij moderatio venit in potestatem Christianorum, cui quamdiu præserunt nostri, proculdubio Ecclesiâ Catholicæ, & populus eius omnis ingenti diuitiarum congerie ex omnibus orbis partibus congregata præstiterunt; in vsus sacerdotum & ecclesiarum pretiosa quæque sunt erogata, vt superius nos explicauimus, atque etiam vbi actum de admirabili sacræ potestatis progressu. In Occidente primum concidit Imperium, sed haud multo post nationes illæ quæ Imperium discerperant, Ecclesiæ Catholicæ se adiunxerunt, & quas abstulerant opes largissimo fœnore reddiderunt. Ex his autem duo fuere populi, qui ad nostros haud concessere, Vādali, & Hunni. & Vādali quidem per annos nonagintaquinque Africam tenuerunt. Eorum Rex Gensericus anno quadringentesimo quinquagesimo quinto Romam cunctis ornamentis pretiosis, quæ poterant asportari, & haud bene occultata fuerant à Romanis, in Africam derulit. Vandalos postea Iustinianus capto illorum Rege Gilimere per Belisarium deleuit, amplissimas opes illorum potitus est, quas plerumque in templa, quibus ædificandis plurimum delectabatur, distribuit, vt è Procopij libello de ædificiis Iustiniani, & bello Vādatico apparet. Belisarius ipse inter alia auream crucem librarum centum gemmis fulgentem sancti Petri templo Romæ dono dedit. Hunni Pannonias latè tenuerunt vsque ad Caroli Magni ætatem, qui illos exstinxit, & eorum gazis amplissimis est potitus; quas maxima ex parte viuens, ac demum moriens testamento in templa distribui iussit. Audiamus Eginarthum Caroli scribam, quid hac de re scribat in eius vita. Tota in hoc bello, inquit, Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt, neque vllum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti sint: quippe cùm vsque in id temporis penè pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regia compertum, tot spolia pretiosa in præliis sublata, vt meritò credi posset, quòd prius Hunni aliis gentibus iniuste eripuerunt, hoc Francos Hunnis iuste eripuisse. Hæc ille. Quòd itaque Romani ex oris valde longinquis congestere, id Ecclesiæ Catholicæ fuit ornamento; quòd nationes Romanis aut aliis gētibus longè positas eripuerunt, eodem modo. Huc spectat aliud: Germanis atque omnibus Aquilonem spectantibus populis antiquitus nulla erat ars effodiendi, colligendi que è terra auri, & argenti, quòd magis suo loco ostēdemus. ex quo inter eos Christi doctrina per nostros est amplificata, & illis hoc diuinitus largissimè concessum, vt ad necessarios humanæ societatis vsus innumeram in suis terris auri argenti que vim potiantur, per quam populi isti longissimè siti ad Aquilonem potuerint & necessitatibus publicis humanæ societatis satisfacere æstimatione hac omnium rerum communis, & Ecclesiæ splendorem tueri, & amplificare; vt aurum, & argētum eorum cum eis, sicut pro-

promiserat, adduceret Deus ad Ecclesiam suam, quod aiebat Isaias . postea verò quam A  
Boreæ ferè populi omnes ad Ecclesiam & humanius viuendi genus sunt traducti, tunc &  
paulo antè etiam Portugallenses Africæ incognita nobis loca aperuerunt; vnde & illi  
maximos auri cumulos sibi & Catholico populo acquisuerunt. Huius similiter sūt argu-  
menti nonnulla artificia rerum nobilissimarum, quibus Catholici populi dignitas quæ-  
dam, templorumque cultus maximè est auctus. Antiquis ignotus erat artis sericeæ vsus,  
foliis Seribus, qui à nobis sunt remotissimi, cognitus erat. Idem pretium prisca erat ei-  
dem ponderi auri, ac serici. Iustiniano imperante ex India Constantinopolim duo mo-  
nachi profecti, serici conficiendi rationem docuerunt. Nihilominus Græci & Oriëntales  
haud passim diuulgabant huiusmodi artè, donec anno M.C. XLVI I I. Rogerius Siciliae Rex  
Manueli Imperatori infensus, quod legatos suos de pace componenda missos contra ius  
gentium in carcerem coniecisset, Corcyram, Thæbas, Corinthum, Chalcidemq; illi eri-  
puit, artificesq; istos in Siciliam & Italiam è Græcia traduxit. Nunc est nulla ferè Euro-  
pæ vrbs paulo celebrior, in qua non vigeat ars ista. ex quo opere institutum, vt vesti-  
menta sacra templorum, templisq; inseruientium conficerentur. Atque ita Deus è remo-  
tissimis oris huiusmodi artificium, quo tēpla Ecclesiæ suæ nobilitarentur, adduxit. Quo-  
circa haud satis vel admirari vel misereri queo dementiam hæreticorum quorundam,  
qui ecclesias nullo modo inter Christianos admittunt, earumq; ornatum carpunt. Nam  
quantum ad primum; si ita est, cur Christus toties templum ingrediebatur, & toto vitæ  
suæ tempore quotannis inuisebat? quid est quòd Apostoli post eius mortem, ac resurre-  
ctionem, ac Spiritus sancti illapsus, toties in diè eò se conferebant ad preces faciendas,  
vt est in actis Apostolicis? cur Paulus similiter longè pòst eò concessit, & quidem cære-  
moniis quibusdā peractis, idque anno ab ortu Christi quinquagesimo octauo? Quod si Chri-  
stus, & Apostoli omnes illud antiquum templum tanti faciendum duxerunt, quod tamen  
præ Christianis ædibus paræ admodum erat dignitatis; quid nobis faciendum? An non  
etiam Paulus ecclesiarum meminit, easque habendas in veneratione tradit? Ob id obiur-  
gat Corinthios: Conuenientibus vobis in ecclesia audio scissuras esse. & numquid do-  
mos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis? ] Vi-  
den' vt de loco faciat? & rursus: Mulieres in ecclesiis taceant. ] Age verò, nonne in  
actis Pudentis Romani, cuius meminit Paulus in epistolis suis est, eius domum muratam  
in ecclesiam, quæ adhuc existat? In India Orientali legitur adhuc lapis antiquissimus inco-  
gnitis penè notis inscriptus, de quo egimus supra; in quo est à Thoma Apostolo in iis lo-  
cis exstructum templum, crucemque erectam, ad quam cum genibus flexis Deum preca-  
retur, fuit occisus. Hæc sunt Ignatij antiquissimi omnium scriptoris, qui Christum vidit,  
& ab Apostolis est Antiochiæ ordinatus Episcopus, verba ad Magnesianos: Omnes velut  
vnum quispiam ad templum Dei concurrere, velut ad vnum altare, ad vnum Iesum Chri-  
stum. ] Erant igitur templa Christianis Ignatio viuente. Iustinus, qui tēpore Antonini Im-  
peratoris vixit, in Apologia ad illum, scribit; Christianos Dominica die solitos conuenire  
in vnum certum locum ad audiendum Dei verbū, & Eucharistiæ perceptionem. Atqui  
loca hæc nos ecclesias, templa, ædes vocamus. Nam de nominibus haud disputamus, af-  
ferentes constituendum certum locum, qui sit vsibus sacris destinatus: voces quo nomine  
velis, nihil ad rem. sed & ante Iustinum Plinius iunior ad Traianum, qui imperare cœpit  
anno post mortem Perri trigesimo, idē de Christianis scribit, consueuisse scilicet in vnum  
locum conuenire, Christo laudes canere, ibique innoxium cibum sumere; signat verò Eu-  
charistiæ, quam cibum vocat innoxium; quòd gentes falso Christianos calumniaban-  
tur, quòd hominum carnes ederent, vt alibi ostēdimus. Traiano successit Adrianus, atque  
hic, vt Lampridius scribit in vita Alexandri, multa templa condiderat, in quibus Christū  
coli volebat. Quòd si fas Christianis haud foret tēpla habere, cur ille exstruxisset in qui-  
bus & nihil voluit pingi, vt postea, quod statuisset, depingi in honorem Christi posset.  
Idem Lampridius testatur ibidem adiudicatum fuisse ab Alexandro Imperatore locum  
quemdam Christianis, in quo erigeret ecclesiam, melius esse inquiring, vt quomodocūq;  
illic Deus coleretur, quàm popinariis daretur locus. Tertullianus libro contra Valenti-  
nianos meminit apertè sacræ ædis ad quam Christiani conueniebant. Cyprianus libro  
de eleemosynis ecclesiam vocans dominicum, quòd Domini nimirum sit domus, sicut &  
Concilium Laodicenum, & Eusebius libro de Constantini laudibus idē testatur. Verum  
enimvero quamdiu, Imperatores Christianis infensi fuere haud potuere publica omnia,  
&

Sigo. lib. de re-  
gno. Ital.

1. Cor. II.

Cap. 14.

1. Cor. lib. 4. ad  
fin.

Ap. ol. 2. ad fin.

Conci. Laod.  
cap. 28.

A & magnifica templa habere. Nam continuo ad illa euertenda conuolabant omnes  
Christianæ religionis inimici. Quocirca Dionysius Alexandrinus scribit ad Germa-  
num, se cum suis, quando edicto Imperatoris Valeriani haud permittebantur agi con-  
uentus à Christianis, conuenire in occulta loca, eaque non semper eadem. & in actis  
martyrum legimus Christianos sæpius in cryptas subterraneas & arenarias ad Eucha-  
ristiam percipiendam congregatos, quod etiam scribit Cornelius Papa ad Lupicinum  
Episcopum Viennensem. Constatque ex epistola Plinij ad Traianum, iam inde ex il-  
lo tempore Christianis veritas eterias, id est sodalitates, siue sodalium coitiones. Et  
tamen vbi ipsis longior pax affulgebat, vt accidit ante immanem Diocletiani persecu-  
tionem, ampla Christiani templa excitabant: sic namque Eusebius initio libri octaui:  
Quomodo quisquam cœuentus illos infinita hominum turba frequentatos, multitudines  
B in singulis ciuitatibus coactas, illustres hominum in templis concursus poterit oratione  
explicare? Vnde cum in antiquis illis ædificiis non satis loci haberent, ampliores Eccle-  
sias in vniuersis vrbibus fundamentis earum ad maiorem laxitatem dilatatis erexerunt.]  
Hæc de Christianis Eusebius. Sed hæretici, nimirum imitatores Diocletiani, quo nul-  
lus vnquam fuit Christi nomini hostis infensor, euertenda Christianorum templa  
statuunt, & seridè demoliuntur, quod ille flagitiosissimus edicto proposito decreuit; sed  
omittamus nunc istorum furorem. Veniamus ad aliud. Ornanda templa constat ex eo  
quòd Deus in veteri testamento iussit illud templum tam splendide ornari, donariisque,  
& vasis pretiosissimis ditari, vt nihil supra; & Christiani sua similiter mirabiliter decora-  
bant ab initio. sic enim Lucianus, qui Paulum Apostolum vidit, & vt ex ipso colligitur, est  
allocutus, de Critia quodā, qui in locū vbi Christiani ad res sacras conueniebant, est de-  
ductus: Pertransiuimus inquit, ferreas portas, & ærea limina, multisque iam superatis sca-  
C lulis in domum aurato fastigio insignem ascendimus, qualem Homerus Menelai fingit es-  
se: atque ipse quidem omnia illa cōtemplabar, quæ insularis ille adolescens. Video au-  
tem non Helenam, sed mehercle viros in faciem inclinatos, & pallefcetes. ] Hæc ille, è  
quibus apertissime liquet à primis illis Christianis maximis ecclesiis ornamentis illu-  
stratas, sed ne id omnino facerent, vbi primū se Imperatores impij aduersus eos & eorū  
templa armarunt, prohibiti sunt. opibus namque illis magis animos flagitiosorū incitaf-  
sent. si quando igitur ab ornadis ecclesiis destiterunt, inuiti id fecerunt, sapienter tamē, &  
tamen haud omnino destiterūt. Ex Augustino namque, & Optato cōstat, imperante Dio-  
cletiano ecclesias abundasse vasis ex auro & argento conflatis. vbi verò pax Christianis  
solida est per Constantinū restituta, quis ignorat, quantum aureorum, argenteorū, deco-  
rumq; aliorū contulerit ille ecclesiis? quàm mirabiliter illas ac splendide excitari toto  
D orbe terrarum? Audi Eusebium: Aderat cūctis velut diuino munere infusa læticia, maxi-  
mè videntibus ea loca, quæ paulo antè impiis Tyrannorum machinis fuerant destructa,  
rediuua constructione clariora, & celsiora consurgere, templaque excelsa pro humilibus  
conuenticulis eleuari. ] Audi Cyrillum Hierosolymitanum eadem dicentem: Isti qui  
nunc sunt Reges, pietatis ergo argento induentes, & auro sanctam hanc ecclesiam re-  
surrectionis, in qua nunc sumus, exstruxerūt, & argēteis monumētis splēdidā effecerūt. ]  
Idem testantur, ac laudant Athanasius, Optatus, Nazianzenus, Nyssenus, Ambrosius,  
Hieronymus, Chryostomus, Cyrillus, Augustinus, Paulinus, Prudentius, ita vt per annos  
mille quingentos ita Ecclesiam Catholicam toto orbe disseminatā, sanctissimorū viro-  
rū genitricem, moris huius studiosam fuisse nemo possit negare. Sed scilicet hæretici vnā  
E cum scelestis Imperatoribus vel nulla esse Dei templa volunt, vel vilia, & despecta. sed  
si nostra volumus magnifica, & illustrissima, quid ni diuina? si laudamus, & admiramur  
vrbes, atq; ædificationes alias huiusmodi, cur Christo eadē negemus? si per ea videmus  
homines inuitari, rapi in admirationem cælestium, & superiorum, vt sciant talia, ac mul-  
to maiora esse illa; quidni curemus exstare huiusmodi opera? Ita verò comparatum na-  
tura videmus, vt plerique omnes ab iis quæ feriunt sensum deducantur ad intima effu-  
gentiaque humanos obturus. Si Deus ipse ita voluit ornari illud vetustum templū, quan-  
to magis nostra, quando illa instar vmbrae, inquit Paulus ad Hebræos, præ nostris fuere?  
Afferimus tamen nemini adeò ecclesiarum decus esse tuendum, vt animi sui ornamen-  
ta negligat: nam si alterum tenendum esset, alterum repudiandum, magis illud es-  
set negligendum, quàm hoc: quod alibi Hieronymus ad Nepotianum scribens in-  
nuebat. Eodem modo neque cura pauperum dimittenda ob huiusmodi ornamen-  
&

Apud Euseb. li.  
7. cap. 10. & 17.

Biblioth. sanct.  
Tom. 1.

Euseb. li. 8. c. 2.

Luci an. in phi-  
lo.

Aug. epist. 165.  
cont. Crat. li. 3.  
cap. 29. Opt. li.  
1. cōt. Parmen.

Euseb. li. 9. c. 13.

Atha. Apol. ad  
Con. Opt. lib. 6.  
Naz. in primo.  
Iul. Nyssen. in  
Theod. An. 2.  
de off. ca. 21.  
Hier. ad Rom.  
Chryl. ho. a. 66.  
ad pop. Ant. Cy-  
11. ad reat. h. de  
ad Reg. Aug. p. 6.  
113. Prut. ca. 5.  
Lau. Part. nata.  
3. 51. fact.

ta templorum : illis namque in primis quo ad necessaria consulendum , mox istis , vt A  
vult Ambrosius, & alij; quod nemo inficiatur: sicuti neque ea, quæ quouis modo sunt ma-  
ioris momenti, ob hæc minoris faciendæ . Sed omittamus hæreticos , qui vt se prodant  
hæreticos, hæc impugnant, cum Deus ipse Ecclesiæ prædixerit, futurum , vt ad eam con-  
suerent è remotis locis plurimi cum argento, auro, & pretiosis quibusuis ad eius diuino-  
rumque omnium tuitionem & splendorem.

## SIGNVM OCTVAGESIMVM OCTAVVM.

## Cultus desertorum locorum.

*Cum per Ecclesiæ nostræ alumnos ac studiosos innumera terrarum  
spatia prius inculta & horrentia sint castris urbibus-  
que ædificatis ornata, & omni agriculturæ ra-  
tione excolta, palam fit à nobis  
esse Ecclesiam Dei.  
Cap. VII.*



Vm fit Deus omnium bonorum fons, à quo ceteri deinde bonitatis æternæ  
riui in alias res dimanât, fit vt quo quis ampliori sinu profuentes à primo C  
capite superæ benignitatis aquas excipit, eo largiùs in omnia, quæ ip-  
sum contingunt, eas profundat. Igitur Ecclesia Dei cum fit illi sic coniun-  
cta diuinitus, hoc sortitur etiam, vt non modò, quod supra diximus, ef-  
feros hominum mores ad humanitatem ciuilemque viuendi modum  
traducat, sed etiam inculta & horrentia terrarum loca, quæ ferarum potiùs erant cubi-  
lia, quàm sedes hominum, pulcherrimis ædificiis ornarit, magnificentissimis structu-  
ris honestarit, splendidissimis vrbibus illustrarit. Viæ planissimo ac tutissimo itinere  
ductæ. Agri cultione diligentissima, qui infructuosi videbantur, expurgati; cun-  
cta à squalore vindicata. Vidit hoc Isaias, cum de Ecclesia Dei dixit: Et ædificabuntur  
in te de ferta sæculorum: fundamenta generationis, & generationis suscitabis, & vocabi-  
ri ædificator sepium, auertens semitas in quietem. ] Quibus sanè verbis apertissimè D  
ostendit fore vt Ecclesia excolat loca deserta, syluestria ante omnem sæculorum de-  
cursum, ædificet deserta sæculorum; & quibus olim gentibus nulla quibus cõsisterent  
omnino erant fundamenta, ita vt facillimè euerti atque aboleri possent, iis fundamen-  
ta excitentur, quibus non modo emergant in lucem, sed ita stabiliantur & confirmentur,  
vt neque facillè cõcuti, neque vllò modo dirui queant. A edificabitur, ait, in te deserta sæ-  
culorum, fundamenta generationis, & generationis. ] Ecclesia præterea vocari pote-  
rit meritò sepium ædificatrix, quòd quibus in regionibus omnia sepibus densis erant  
inuiæ & obstructa, in iis aperti liberi que patefacti sint aditus, immo excitatæ vrbes vbi  
prius erant sepes, dumeta, ac iustra. Auertet postremò Ecclesia semitas in quietem.  
Nam per quas antea nihil erat tutum, nihil quietum, quietem securitatemque summam E  
nanciscatur. Hinc alibi dem Deum sic inducit loquentem: Erit desertum in Charnel, &  
Charnel in saltum reputabitur, & habitabit in solitudine iudiciù, & iustitia in Charnel  
fedebit. ] & rursus: Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: po-  
nam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. dabo in solitudi-  
ne cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ, ponam in deserto abietem, vlmum, &  
buxum simul. ] & iterum: Lætabitur deserta, & inuiæ, & exultabit solitudo, & florebit quasi  
lilium: germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. gloria Libani data est  
ei, decor Carmeli, & Sarò. ] Hæc Deus. Quamobrè iure Ecclesiæ Catholicæ nota erit, cul-  
tus desertorum locorū. Manifestè nãque apparebit post annū dc. intra mille annos innu-  
meris partibus plus ab illa vna præstitū, quàm à ceteris omnibus non dico hæreticis, qui-  
bus nihil vniquam boni fuit, sed nationibus, per annos quater mille, immo ab ipso mudi  
exordio. Et quamuis supra egerimus de plagis terrarū effectis habitabilibus ac meliori-  
bus, ta-

Isa. 58.

Isa. 32.

Isa. 35.

A bus, tamen illud argumētum differt ab hoc: ibi persecuti sumus, quomodo diuina quadã  
providentia, absque vllis humanis laboribus, vlla industria humana fuerit effectum, quo-  
modo id calitus contigerit; hic quomodo Catholicorum labore Deus id efficiat: vt ap-  
pareat scilicet illa superiora esse quasdam dispositiones horum, Deumque sternere iter  
Catholicis, vt quas ipse terras habitabiles efficit, ipsi habitationibus repleant; quas ip-  
se meliores efficit, ipsi hoc totum transferant ad suos, Ecclesiæ, mortaliumque optimos  
vsum. Incipiamus, vt id palam fiat, à locis Italiae proximioribus; Germania scilicet, cu-  
ius olim termini erant Rhenus, Danubius, Vistula, Oceanus; & ceteris Europæ regio-  
nibus ad Septentrionem sitis. Ac de Germanis sic Tacitus, qui mores eorum diligentis-  
simè est complexus: Nullas Germanis vrbes habitari satis notum sit. Colunt discreti, ac  
diuisi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem conne-  
xis & coherentibus ædificiis. suam quisque domum spatio circumdat, siue aduersus ca-  
sus ignis remedium, siue inscitia ædificandi. Nec cæmentorum quidem apud illos, aut  
regularum vsum. Materia ad omnia vtuntur informi, & citra speciem aut delectationem. ]  
Rursus idem: Peucinatorum, Venetorumque, & Fæmiorum nationes Germanis, an Sarmatis  
ascribam dubito. quamquam Peucini, quos quidem Bastarnas vocant, sermone, cul-  
tu, sedæ, ac domiciliis, vt Germani agunt. lordes omnium, ac torpor procerum, connubiis  
mixtis in Sarmatarum habitum cõdantur. Veneti multum ex moribus traxere. Nam  
quidquid inter Peucinos, Fæmioisque sylvarum ac montium erigitur, latrocinii pererant.  
Hi tamen inter Germanos potiùs referuntur, quia & domos fingunt, & scuta ge-  
stant, & peditum vsum ac pernecitate gaudent, quæ omnia diuersa Sarmatis sunt in plau-  
stro equoque viuentibus. Fæmiis mira fœditas, fœda paupertas; non arma, non equi,  
non penates, victus herba, vestitus pelles, cubile humus, sola in sagittis spes, quas inopia  
ferri ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter & fæminas alit. passim enim comi-  
tantur, partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque sustugiū,  
quàm vt in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt iuuenes; hoc senum re-  
ceptaculum: nil beatus arbitrantur, quàm ingemere agris, illaborare domibus; luas,  
alienasque fortunas spe metuque, versare, securi aduersus homines, securi aduersus Deos. ]  
Hucusque Tacitus de agresti ac propè ferina Germanorum & Sarmatarum habitatione,  
& iniurijs latrocinioque, infestis eorum locis. Audi eundem de incultis agris eorum, rapi-  
nisque simul: Materia, inquit, munificentia per bella, & raptus, nec arare terram, aut ex-  
spectare annum tã facillè persuaseris quàm vocare hostes & vulnera mereri. pigrum qui-  
nimmo & iners videtur sudore acquirere, quod possis rapto. Quoties bella non ineunt,  
nò multum venatibus, plus per otium trãsigunt, dediti somno, ciboque, fortissimus quisque,  
ac bellicosissimus nihil agens. ] Post Tacitum audiamus Strabonem: Commune, ait, est  
omnibus, qui hunc tractum incolunt, vt aliò facillè migrent, & propter victus tenuitatem,  
& propter agrorum ignauiam colendorum, & propter inopiam pecuniarum. cumque in  
tugurijs habitent, in diem habent supellectilem plurimam, è pecoribus trahunt alimo-  
niam, sicut & Nomades. eorumque instar domestica in carris tollentes instrumenta,  
quocumque fors tulit, & opinio, suis cum armis conuertuntur. Sunt autem & alii Germa-  
niæ populi indigentia magis laborantes. ] Eodem modo Seneca libro de gubernatione  
mundi, Germani, inquit, errant incertis sedibus, sunt apud eos perpetuæ hyemes, solum  
infœcundum, nullæ ædes, venationibus viuunt, vbi cumque nox fessos laboribus deprehē-  
dit, cubant sub frondibus, aut in speluncis, foueisque: non habent domos, sed casas folijs &  
culmis contectas. incolæ circumaguntur chorizantium more in congelato mari, victi-  
tantes carne ferina, gens nuda, & pellibus solum ferarum vestita, & propterea vilis de-  
spectaq. ab omnibus. ] Afferamus & Herodiani testimoniū, qui sic in vita Maximini Im-  
peratoris: Rara, inquit, apud Germanos structura è latere ac lateribus cõtilibus, dēsisque  
potiùs syluis, quarum confixis, coagmentatisque lignis quædam quasi tabernacula ædi-  
ficant. ] Tales igitur antiquitus Germani, ac Sarmatæ, & qui supra eos præscis ignoti po-  
puli degebant. Germaniæ finitima est Pannonia, de qua sic Dion: Pannonij habitant ad  
Istrum fluuium à Norico vsque ad Mysiam Europeam; Dalmatis vicini: tolerat autē om-  
nium hominū vitã durissimã; nam neque terrã, neque aërem felicem habent; neque apud  
eos oleum, neque vinum, nisi paucissimum nascitur: neque enim hæc colunt, cum maiorē  
partem acerrima in hyeme viuant; sed hordeum, & milium, & potū ex eis cõficiūt. ] Hæc  
ille. Non relinquamus à tergo Britannia, & videamus qualis illa fuerit. De Britanis igitur  
De Sig. Tom. 2. Ff 2 sic



Strab. lib. 4.

sic Strabo: Eorū vrbes sunt nemora: latissimos enim vicos deiectis obstruunt arboribus, vbi constructis tuguriis & ipsi pariter, & armenta stabulantur. ] At Dion in vita Seueri sic: Britanorum, inquit, duo sunt genera, Caledonij, & Muatæ. Nam ceterorum nomina ad hos referuntur. Incolunt Meatæ iuxta eum murum, qui insulam in duas partes diuidit. Caledonij post illos sunt, possidēt vtrique mōtes asperrimos, & sine aqua, itēq. cāpos desertos, plenōq. paludibus. quodq. mānia non habent, nec vrbes, agros nullos colunt, de prēda, & venatione, baccisq. arborum viuunt. nā pisces, quorū ibi maxima est & innumērabilis copia, non gustant, degūt in tentoriis nudi, & sine calceis, & pōst mersi in paludibus per multos dies inediā sustinent, in siluis autem corticibus atque radicibus arborum aluntur. ] At Iornandes, qui Iustiniani temporibus florebat, proximus illi ætati, qua Gregorius Magnus Augustinum, Mellitumq. in Britaniā misit, Inculti, ait, æquē omnes populi, Regēq. populorum. ] & mox: Virgēs habitant casās, communia recta cum pecore, syluāq. illis sēpē sunt domus. ] Atque hæc de Germania, Sarmatia, Pannonia, Britanniaq. antiqui scriptores. Nihilominus in Pannonia & Britannia nonnullæ ciuitates à Romanis satis commodē ædificatæ, exiguæ licet, ac paucæ; supra Rhenum verò & Danubium in Germania & Sarmatia nullæ ab illis. ex quo factum, vt in Britannia & Pannonia agri similiter non omnino fuerint inculti & horrentes. Nulli tamen harum regionum tenuis imago fuit olim, aut vestigium tanti splendoris, magnificentiaq. nobilissimæ quo ad vrbes & castra, qualem nunc quiuis potest perspicere in illis sese altissimè extollere: & quod de vrbibus dico, idem de agris affirmamus. E vita Augustini, Melliti, & Iusti, quos in Britanniam misere Pontifices Romani, & similiter e vita Bonifacii Archiepiscopi Moguntini constat, & eorum temporibus Britanniam nullo modo tanta ciuitatum agrorumq. pulchritudine & cultu excelluisse, vel centesimam partem, Germaniæ autem terras supra Danubium & Rhenum ne tantillum quidem, vti post latè inter eos populos Christi doctrinam per nostros amplificatam. At modò quibus quæso regionibus, siue vrbium dignitatem, siue agrorum cultionem respicias, videntur illæ nobilissimæ provinciæ vllō modo cedere, à quibus omnino superari? Quod si nō eadem prorsus, haud sanè admodum dissimilia de Polonia, Prussia, Liuania, Lithuania, Dania, Noruegia, Suetia, Gotthia, magna Hybèriæ parte, ceterisq. Boream spectantibus regionibus & insulis affirmari possunt. Quæ loca si vniuersa simul coniungerentur, duplo maiora sunt, & ampliora, quàm reliquæ Europæ partes. Sed prosequamur institutum nostrum, & reliqua percurramus. Nam quod ab Ecclesiæ Catholicæ alumnis est perfectum in locis istis, idem perfectum videmus in insulis, quas Tertieras vocant, Hispaniæ in Oceano adiacentibus Occidentem versus, similiter in Canariis, quas promontorij Viridis appellant, sancti Laurentij, Ascensionis; & omnibus, quæ Africæ littora respiciunt; amplius cunctis, quas Oceanus alluit, latissimis etiam regionibus Indiarum, siue orientem, siue occidentem Solem, vel Austrum, Boreamve spectantibus, idem contingit. Neque finis vllus hucusque apparet. Oppida innumera, & ciuitates pulcherrimæ passim conduntur, in quibus constituuntur cœtus hominum; excitantur fundamenta generationis, & generationis eorum, qui bestiarum modo prius incertis sedibus vagabantur, & in stabulis ipsis habitabant. Agri excoluntur, plantantur, vt nullum frugis fructuumve genus ab iis amplius desiderari possit. Aperta vbiq. itinera, quæ quasi sepibus obiectis erant obstructa. munitæ viæ, portus parati, quo tutus sit ad omnia peregrinis & hospitibus accessus. Putidum mihi longumq. nimis videretur omnium terrarum nominatim loca recensere, quæ sunt à nostris exulta, portibus, vicis, castris, ciuitatibus, aliisq. magnificis ædificiis illustrata. Sunt in promptu historiæ huiusmodi rerum. Totus ille terrarum tractus, qui ferè à Laboratoris ora circulo Arctico subiecta excurrit vsque ad fretum Magaliani, quod abest ab Antartico circulo gradibus decem, & rursus quicquid protenditur à freto Magaliani, & sinuosus anfractibus reuoluitur ad mare Borealium Sinarum, & variis flexibus nunc angustatur, nunc dilatatur, & quodcumque amplissimarum regionum intra has oras latissimis spatiis continetur, quod diximus, ostendit. similiter in Africa ambitus ille terrarum, qui à Cancris circulo in modum cubiti flectitur ad Aequinoctialē, & ab Aequinoctiali paulatim desinit in angustum ad promontoriū Bonæ spei, vltra Capricorni circulū gradibus decem, & inde trianguli similitudinem referens reducitur ad regnum Magadaxi, magna ex parte idem, quod asserimus, testatur. Itam verò si præteruecharis insulas, & oras omnes ab vrbe Goa vsq. ad vltimas Moluchas

A & ipsum Magaliani fretum, & quicquid torus hic littorum circuitus amplectitur, passim videbis monumenta & testimonia eorum quæ dicimus, inspiciesq. oppida, arces, & ædificia per nostros vel à fundamentis exstructa, vel vetera illustrata, nouisq. ditissimis, ac remotissimis nauigationibus nobilitata, & exulta. Itaque licuit alicui genti forsā vnā aut alteram regionem non nihil à squallore liberare; tot verò ac tanta terrarum spatia cui quæso vniquam? Ostendite nunc hæretici, numquid Ecclesiā vestra excoluerit aliquam solitudinem, terramve desertam celebrarit, quænam nationis vllius fundamenta suscitavit, quæ sæpius loca ædificiis ornarit, quas semitas ab omni periculo munierit, vt omnibus per eas sit placida quies. Accedite quicumque recessistis à nobis, & intuemini, quas olim regiones, cum nobiscum bene sentiebatis, ad Christum perduxistis, & nunc vestra fide sequuntur, an sint vti nostræ ædificiis, castris, & vrbibus splendidissimis ornatæ.

B Habetis Daciam, Vualachiam, Bulgariam, Russiam, Moscouiam. Quid habent simile cū Germania, Anglia, Polonia, Prussia, Lithuania, Liuania? Hæc namque omnia tam vestra quàm nostra sunt in eodem cæli tractu. Conferte cum istis illa, & cognoscetis, vt demus aliqua à vobis effecta, parua, & pauca licet, nullo modo tamen vel nostris æquanda, vel comparanda. & tamē ista nō ex quo à nobis desciuitis, sed cum nobis adhærebatis, cōtigerunt, vt aliquas regiones excoleretis. Sit itaque certissima Ecclesiæ nota, vt apparet, cultus desertorum locorum. Qua in re tantum ab vna natione Catholica est præstitū per annos mille, quantum non est præstitum ab vniuersis ab exortu mundi; eoq. ventum, vt neque præstari possit amplius, vel pars centesima; quando tot, ac tanta terrarum spatia à nostris aded sunt exulta, vt exiguum quiddam sit illud quod superesse videmus, præ illo quod à nobis est peragratum, atque illustratum.

## SIGNVM OCTVAGESIMVM NONVM.

## Felix exitus Regum Catholicorum.

*Quicumque Reges Ecclesiæ nostræ fuerint maximè studiosi, & in illam munifici, Deus hos valde prouexit, vt palam fieret hanc esse Ecclesiam Dei.*

Cap. VIII.



Brahæ prædixit olim Deus, fore, vt benediceretur ei benedictibus, maledictibus malediceretur. atque ita Ecclesiā Dei, in qua primarius Abraham gentium pater, necesse est hoc habeat, quod Abraham est à Deo promissum, vt quicumque eā colat, is Dei munere sit maximè felix, quippe cui fuerit à Deo benedictū. Rectè. De iustis nāque omnibus est illud in vniuersum à vate dictum: Omnia quæcumque faciet, prosperabuntur, & gloria, & diuitiæ in domo eius. ] Quid, quod Christus ipse ait ad Apostolos, Nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo venturo vitam æternā. Sed opus est aliqua proculdubio distinctione. Manifestò enim videmus multos è Catholicis infelices quodammodo, contra verò multos hæreticorum felices. Quamobrem vt planè cuncta explicentur, atque intelligantur; ponimus in primis non hîc agi de felicitate posita in luxu, intemperantia, aut impuritate, hac enim fatemur nos superari à cunctis qui fuerint, ac sint à nobis alieni, vt ab antiquis Assyriis, Persis, Græcis, Romanis, hodie verò vinci à Mahometanis & Protestantibus, vt docuimus signo XLVI. & LI. Hoc itaque fixo, quātū ad reliqua corporis & externa bona humanam quamdam felicitatem constantia videntur à nobis tria statuenda conuenientia diuinis oraculis, & ipsi rationi.

Ac primum sit illud, in Ecclesiā Catholica reperiri semper diuinissimos quosdam viros, qui humana omnia vel nihili omnino ducant, abiiciātq. vel præ cælestibus saltem nolint, eorumq. iacturā minimi ad extremū faciāt. His Deus vel nullā interdū vel exigua ex illis largitur, cælestia rependit; potiùs istos aliqua aduersitate conficere interdum videtur, quæ tamen illis maximam denique apud omnes homines gloriam parat, æter-

De Sig. Tom. 2.

Ff 3 nāque

Pal. 2.  
Pal. 11.  
Luc. 18.

naeque beatitudinis excelsoiorem gradum fruatur. Tales Apostoli, martyres, monachi sanctique alij, ac Reges aliquot caelestis vitae splendore praestantes.

Post hos secundo loco ponentur hi, qui humana propter Deum tamen volunt, & quaerunt, ad illum cuncta in primis referentes. Atque horum solet esse saepe felicitas magna, & diuturna, aduersitas autem breuis ac leuis, si haereticis comparentur.

Haereticorum denique & alienorum tertio loco felicitas est huiusmodi, ut exigui sit temporis, respectu Catholicorum; cumque ad summum peruenerit, continuo sic concidat, ut nihil omnino illius superfit, & exitu miserabilissimo concludatur; cum scriptum sit: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani; & transiui, & ecce non erat: quasi eum, & non est inuentus locus eius, & deiecisti eos dum alleuarentur. ] atque alia huiusmodi innumera. quamuis reuera haud possit esse illa felicitas humana vel a corpore, vel ab externis rebus pendens absque interiori posita in virtutum consecutione, quae potissimum beatitudinis humanae partem, siue, ut loquuntur, essentiam constituunt: cetera namque haec sunt additamenta, quod aiebat Aristoteles Ethicorum primo libro. Alienis vero a nobis nullas posse reuera esse virtutes, explicauimus principio tertij libri, nostros autem cunctis praestare explicauimus primo tomo. Sic igitur essentia felicitatis omnium maximae Catholicis contingit, sed & haec additamenta sic nostrorum aliquibus contingunt aliquando, ut seposito rerum luxu, impuritate, intemperantiaque, nostri cunctis praecellant. Quocirca sit haec maximè illustris Ecclesiae nota, Regum Catholicorum felicitas. Sed quando haec multiplex, agimus hic de ea, quae ipsos solum tangit, non etià posteros, aut nationes eis subiectas. Haec vero maximè ab exitu consideratur, ad quem videtur omnia antecedentia semper referri. Hinc scriptum, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. ] & Mors peccatorum pessima. ] exitumque non ipsam mortem modo vocamus, sed & quae mortem vel mox vel longè post sequuntur: ut quae exempli gratia Christi sunt obitum secuta, illi felicissima continuo fuerunt, quamuis non reputarentur ab hominibus talia; sed postea a cunctis habita sunt & felicissima, & longè omnium gloriosissima. Hanc autem felicitatem externam Deus adesse voluit aliquibus, non omnibus suorum, neque semper ac perpetuò, sed aliquando, ut imperfectos alliceret, ac foueret, qui tamè si comparètur alienis perfectissimi in omnino virtute essent dicendi, ut ostendimus signo de summa sanctitate XXX. hoc aperte Deus apud Isaiam capite ultimo profiteretur: Laramini, inquit, cum Hierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, ut fugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius: quia haec dicit Dominus: Ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriã (viden' ut loquatur de humana felicitate?) gentium, quam lugetis. ad vbera portabimini, & super genua blandietur vobis (ostendit hic se verba facere cum paruulis, & imperfectis) quomodo si cui mater blandiatur, ita & ego consolabor vos. ] Haec Deus felicitatem gentium paruulis suorum se daturum promittens. Addit aliam causam S. Augustinus, quod scilicet Deus velit ostendere haec humana a daemonibus haud pendere: verba illius infra adducemus. Ad haec accedit Deum velle inter mortales extare caelestis iustitiae clarissima, sed non bene ab impiis prouisa signa. E multis porro argumentis liquidissimò apparet Regum Catholicorum priorum, maxima felicitate respectu haereticorum, aut eorum qui Ecclesiae Catholicae non satis studiosi fuere. Ac primo loco sunt illi, qui vitam plurimis diuinè gestis ab omni criminis labe puram traduxerunt, ac Deus illam miraculis illustribus nobilitare adhuc numquam destitit. Quocirca ex iis multi quasi caelites in vota vocantur, eorumque memoria annuaria publicè in toto orbe Catholico post multa saecula martyrologij lectione haecenus celebratur. His igitur est & illud humanum bonum, quod externis adnumeratur, nimium nominis celebritas maximè laudabilis, ac diuina; quod supremæ felicitati à mortalibus adscribi solet. Horum proculdubio vitae finis, quicunque is fuerit, optimo cuique & sapientissimo maximè exoptandus, quasi omnium beatissimus ac diuinus. Quod etià palam facit à nobis esse Ecclesiae Dei; quado qui illius fuere omnium studiosissimi, talè sortiti sunt exitum. Et in Occidente ferè nullum est regnum cui non fuerit aliquis huiusmodi Rex. Atque ut exordiamur ab extrema Hispania; talis fuit Alphonsus II. cognomèto Castus, qui regnauit se in Hispania dicitur annis LXXI. & quamuis uxorem in matrimonio habuerit, castitate tamè vnà cum illa coluit vsque, ad mortem, quod valde est diuinum: decessit anno DCCC. XXIV. Ad eum caelitus delata crux miri operis, ac splendoris, quae Oueti dicitur adferuari. Post hanc ponitur

Psal. 36.  
Psal. 72.I. Arg. Regibus  
sanctis.

A netur Ferdinandus III. qui sanctus, ait Vasæus Hispanicarum rerum diligentissimus scriptor, habetur, ac multis miraculis clarus, omniumque Hispaniarum Regum, inquit Marinæus, felicissimus ac potentissimus, qui Sarracenos omnes vel Hispaniarum finibus expulit, vel tributum soluere coegit. In eius obitu, qui contigit anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, postquam regnauit annos quadraginta quinque, diuinæ voces audita carentium, En iustus moritur, & non est qui consideret. ] In Gallia vero quis ignorat quantè sit celebritatis memoria sancti Ludouici, quanti splendoris innocentia illius plurimis miraculis diuinitus consignata? Huic ætate superiorem addemus Sigibertum, cuius vitam latè describit Sigibertus Gemblacensis, ac Surius refert tom. 7. Feb. 1. In Anglia offerunt se Ethelberti duo, alter Cantuariorum Rex, alter Orientalium Anglorum, & horum similiter Rex Edmundus, Merciorum Chenelmus, Northumbrorum Osualdus, totius verò Angliæ Rex Eduardus Secundus, & qui omnium felicissimè regnauit Eduardus Tertius, omnes viri sanctissimi, & in sanctorum numerum ob id adscripti, ac miraculis caelitus illustrati. Burgundionum Regis Sigismundi mortem Deus admirandis signis editis ab infelicitate vindicauit. In Germania fulget Henricus Primus Imperator, qui vnà cum coniuge Chunegunde perpetuam virginitatem coluit; sepulchrumque illius Bambergæ crebris adhuc miraculis, ait Ottho Frisingensis, celebre habetur; in Hungaria Stephanus Primus ac Ladislaus, qui defunctus est anno millesimo nonagesimo tertio; in Bohemia Venceslaus duo, quamuis primus Regium nomen ob modestiam recusarit; in Polonia Cazimirus Primus, & Tertij filius; in Dania Canutus; in Noruegia Olaus Secundus; in Suecia Ericus. Hi Reges caelestis cuiusdam vitae & innocentiae laudibus maximè florentes in admiratione & veneratione omnium post multa annorum curricula adhuc habentur, ob eamque causam felicissimi vocandi, & nostri fuerunt ac sunt. Ab orbis porro totius fabricatione nullis Regibus aut Imperatoribus contigit, ut assequerentur tantam, tam latè diffusam, tot saecula complectentem, ac tantæ sanctitudinis innixam nominis proprii celebritatem, gloriãque caelestem. Hi namque è multis saeculis toto orbe Catholico sunt adepti, ut quotannis eorum memoria quasi diuina & renouetur, & colatur ob vitæ certissimam puritatem. Proximè illos innumeri Reges ex vnoquoque regno sequuntur, qui Pontificiae auctoritati obsequentissimi fuerunt, ac multis magnificentissimè gestis, vel ad totius humani generis vtilitatem, vel ad Christianæ Reip. dignitatem sui memoriam posteris commendarunt: ita ut si è singulis regnis felicissimos quosque deligas, videas eosdem Pontificiae potestatis, & Ecclesiae Catholicae studiosissimos. Talis fuit, ut

Rod. Sanct. c. 13

Ottho lib. 6.  
c. 27.II. Arg. à felici-  
tate omnium Reg.  
Regib.

D primus Regium nomen tulit, ac latissimè regi illius confinia protendit, Portugalliamque Pontifici Romano tributaria fecit. Talis Emanuel Primus, qui vsque ad extremos Sinas imperium dilatauit, Orientem totum suis armis perterrituit, Afros, Arabas, Persas, & Indos citra & ultra Gangem, qua Oceanus populos istos alluit, mirabiliter deuicit. In Hispania reliqua felicissimus exstitit Ferdinandus Tertius, de quo supra meminimus, & Quintus, qui Mahometanos tota Hispania prorsus eiecit, Bethicam, Nauarram, Neapolitanam ditionem suis regnis adiunxit, Indiasque Occidentales primus possidere cepit. Post hunc Philippus Secundus prosperis rebus maximè floret. In Gallia verò Pipinus & Carolus Magnus cunctos post se longo interuallo, & rerum felicissimè gestarum magnitudine, & beneficentia in Pontifices relinquunt. Ante hos habiti fortunatissimi Clodoueus Primus, Clotharius Secundus, & Dagobertus, è stirpe autem Capeti Robertus. Inter Angliæ Reges omnibus praestat rerum secundarum affluentia Egberrus, qui totam sibi insulam primus subegit, Angliam dici voluit, Apostolica sedi vetricalem fecit. Post eum sequitur Eduardus Tertius sanctis adscriptus. In Germania Ludouicus, qui Primus iniuit illud regnum, Rexque primus Germaniae dictus anno octingentesimo quadagesimo secundo, & felicitate & studio in Episcopos nostros cunctis praeponeudus, annos namque triginta quatuor solus tenuit, quidquid terrarum circumdatur Oceano, Vistula, Dacia, Pannoniarum, Corinthiae, Dalmatiaeque finibus extremis, Rhætiis Alpibus, Lotharingaeque dimidia parte, ac Phrisia. Arnulpho deinde imperante, Hungari Daciam, Pannoniasque, Poloni loca Vistulae propinqua, in quibus Polonia, occuparunt; sicut & Dani Phrisiam Carolo Crasso regnante, quae omnia Ludouico parebant: quo viuente, & adnente, Bulgari, quorum confinia regno contingebat, & Bohemi innumeri Christo se dediderunt, ut è Sigiberto constat; Dani similiter & Sueci, ut ex Helmoldo. Habes Ludouici

Hel. lib. 1. c. 4.  
et 7.

douici huius luculentissimū elogium apud Rheginonem, qui his temporibus vixit. Lu-  
douicū Germaniæ Regem primū sequitur meritō Lotharius. Hic namque Polonorum  
Ducem eō redegit, vt Germanorum Regi perpetuam iuraret obedientiam, tributiq; pen-  
sionem, vt Ottho Frisingensis tradit. Eodem compulit Daniæ Regem, vt ex Helmoldo,  
Saxone Grammatico, eodemq; Orthone habetur. Hungarorum verò Regem sibi ob-  
sequentem reddidit, Slauorum Borealium Regem subiectum. Italiam totam in pote-  
statem suam adduxit, & quod maximi faciendum, iussit, vt ex antiquis à Iustiniāno edi-  
tis legibus, quibus nūc totus ferè orbis Catholicus vtitur, ius diceretur. Eius laudes mi-  
rificas latè persequitur Helmoldus, & qui his temporibus fuit fide dignissimus Petrus  
Damiani, & Abbas Vrspersgēsis. Vltimo loco, vt vltimus ætate, erit Carolus Quintus, cuius  
cuncta notissima. In Bohemia longè felix habitus Boleslaus re & cognomento Pius, qui  
non modò Bohemiam potitus est, sed & Silesiam, Morauiam, Lusatiā, Poloniāq; ma-  
ximam partem, Cracouia in potestatem adducta. Post Boleslaum Pium meritō fortuna-  
tissimus ponetur Venceslaus Otthorari filius, qui præter supradicta Poloniæ regnum non  
minus armis, quàm virtute sibi comparauit; tantaq; fuit animi moderatione, vt imperij  
Germanici, regniq; Hungarici dignitatem, quamuis inuitatus ac diu rogatus, reiecerit;  
ea porò pietate, vt sanctis adscribatur. In Hungaria post Stephanum sanctum rebus se-  
cundissimis vsi sunt Carolus Martellus, quem Bonifacius Octauus Hungariæ Regem de-  
dit, quiq; Dalmatiam, Croatiam, Seruiam, Lodemiriam, Rhusiam, Cumaniam, Bulga-  
riam, Bosnamq; Hungaricæ ditioni adiecit. Carolum sequitur Ludouicus eius filius,  
qui Moldauiam cepit, regnumq; Siculum, & Neapolitanum, quod tamen adnente  
Pontifice Romano Ioannæ reliquit; Poloniæ præterea Rex fuit. Horum porò Regum  
virtutes insignes latè describunt atque atrollunt tum ceteri scriptores, tum Bonfinius. In  
Polonia Boleslaus Rex Primus maximè pius ac felix, quem Christianissimū vocat Hel-  
moldus; & Prusiam, Rhusiam, regionesq; omnes Slauorum vltra Odoram subiecit,  
quin etiam Bohemiam, quamuis eam postea amiserit dolo, vt quidam volunt, proditorum.  
Hunc sequitur meritō Ludouicus supradictus Hungariæ Rex, & Vulasdilaus Ia-  
gellonus, qui Poloniæ addidit latissima Lithuanicæ & Samogethiæ loca. Inter Daniæ  
Reges Canutus ille Magnus, qui Sueciam, Gotthiam, Noruegiam, Daniam, Phrisiam,  
Northmanniam, Galliam, & Angliam possedit, felicissimus omnium proculdubio dicē-  
dus. quàm verò fuerit amans religionis, ac religiosorum, Catholicæ Ecclesiæ, & Pontifi-  
cum eius, poterit, qui volet, ex Alberto Crantzio & Saxone Grammatico cognoscere.  
Tradit Polydorus Virgilius hunc Canutum Romam venisse voti causa, vt limina Apo-  
stolorum viseret. Post Canutum primas feret mulier præstantissima Margareta, quæ pluri-  
mis annis summa cum laude tria regna, Daniæ, Noruegiæ, ac Sueciæ gubernauit; ac vix  
illi inuenias foeminam, Pulcheria excepta, in tota antiquitate parem, cui nulla virtus de-  
fuerit, & vsque ad obitum felicissimè proprio nomine regnarit. Semiramis multis vitijs  
est infamis. Zanobia ducta in triumpho. Aliarum vita qualis fuerit sic incertum, vt Mar-  
garetæ haud debeant præferri. In Suecia duo Reges florentibus admodum rebus vsi vi-  
dentur, Stinchel, quo uiuente Christi religio maximum cepit incrementum sub annum  
millesimum centesimum, & Magnus Erici filius, qui vnà cum Sueciæ regnis Noruegiā  
possedit circiter annum millesimum trecentesimum. Atque hi omnium Europæ, & Occi-  
dentis Regum visi sunt beatissimi, tales certè quo ad hanc humanam felicitatē bona cor-  
poris & externa complectentem, qualem ab orbis fabricatione supra adductæ regiones  
nullum tulerunt, & hæretici parem ciere non possunt, qui simul etiam pontificiæ auctorita-  
ti, Ecclesiæq; Catholicæ præfulibus obsequentissimi fuere. Sed aliam nunc ineamus  
rationem, qua propositi argumenti veritas magis illustretur. Selegimus è singulis regnis  
felicissimos quosque Reges, ac vidimus illos pontificibus nostris addictissimos. Quod si  
Regum felicitas ponatur in amplissimarum regionum ditione, postquam Constantinus  
sub annum trecentesimum sextum Christo se dedit, nostri omnium latissimè sunt domina-  
ti. Ex eo namque Imperium Romanum sunt potiti, quod omnium maximè remotas  
oras est complexum, vt Dionysius Halicarnasseus historiarum suarum principio solide  
probat: & quamuis illud in Occidente disceptum fuerit anno, vt quidam numerant, qua-  
dringentesimo septuagesimo septimo, tamen illius prouinciæ in nostrorū iura venerunt,  
& octingentesimo primo Carolus Magnus illud recepit, omnium quicūq; fuerint, in Europa  
latissimè dominatus, quippe qui Germaniæ terras amplissimas, & à Romanis nūquam  
possessas

Ott. lib. 7. et 19.  
Hel. lib. 1. c. 51.  
Saxo. lib. 13.

Aeneas Syll. c.  
28. Duo. lib. 12.

Dub. lib. 6.

Aran. lib. 4. c. 29  
Saxo. lib. 10.  
Poly. lib. 7. ad 6.

III. Argum. à  
duobus Impera-  
toribus omnium  
felicissimis.

A possessas sit potitus. Germani deinde post illius posteros aliquando longè imperij sui cō-  
finia sub vnus principatum protulerunt. Orientale porò, quamuis agitarum variis concu-  
sionibus, non angustas habuit metas. & nunc quidem religionis Catholicæ columnen  
Philippus Secundus tantum terrarum complectitur suo dominatu, quantum nullus vni-  
quam legitur ab orbe condito tenuisse. Sed ex omnibus regnis inspiciamus, qui cunctis  
rerum gestarum magnitudine ac felicitate præcellant, & cognoscemus eos præcelluisse  
etiam pietate ac liberalitate in nostros Episcopos, & Ecclesiam Catholicam. Duo fuere  
Imperatores, qui Episcopis nihil non tribuerunt, atque hi omnium Regum, qui memo-  
rentur, fortunatissimi, si euenta singulorum pensentur, Constantinus & Carolus, ambo co-  
gnomento Magni. Ab his lata lex illa, vt omnium iudiciorum summa potestas esset pe-  
nes Episcopos. Ab his data sacerdotibus innumeræ opes. Consideremus illorum sum-  
mam felicitatem. Constantino hæc præcipua & maxima fuere nulli Imperatori vniquam  
data, quæ enumerabimus, vt pensari à quouis possint. E patre Imperatore natus Constā-  
tio Chloro tres filios Imperatores reliquit Constantinum, Constantium, & Constantem.  
illos adhuc viuens ipse regnantes vidit. Ex quo Christo se addixit, nullo vniquam mor-  
bo graui legitur tentatus, nisi cum vita decessit. Numquam victus ab hostibus; quod nul-  
li vniquam Imperatori, qui tanto tempore regnarit, contigit, ab anno trecentesimo se-  
xto vsque ad trecentesimum trigésimum septimum. Nullus vniquam dux eius, quod  
magis admirandum, tanto tempore superatus; nullus tyrannus exortus. tres Imperato-  
res suis flagitis exolis vita spoliavit, Maximianum Herculeum, Maxentium, Licinium.  
Nemo tot actam magnificas victorias ante ipsum è Borealibus populis, qui indomiti  
sunt semper habiti, tulit. Nam Francos, Bructeros, Francos iterum, Cibalas, Sarmatas,  
C Gothos rursus ac Sarmatas simul diuersis omnibus præliis vicit. Neque famas, neque pes-  
tis, neque terræ motus vniuersalis, neque incendium vllibi insigne in orbe Romano im-  
perij tanto tempore, quod antea nullo modo accidit, contigerunt. Irruptionibus barba-  
rorum tanto tempore nulla vrbs imperij Romani capta aut vastata. Eius opera primum  
Concilium vniuersale, innumeris populis in vnam fidem religionemq; conspirantibus,  
Nicæ celebratum. Vrbem nobilissimam de suo nomine Romæ æmulā condidit; cum-  
que plurimi Reges atque Imperatores plurimas vrbes condiderint, & de suo nomine vo-  
carint; nulla tamen hucusque apparet, modò fuerit paulo illustrior, in qua maximi om-  
nium Reges tam diu fixas habuerint sedes, vt Constantinopolis à Constantino ædifi-  
cata, ac dicta. anno illa trecentesimo trigésimo primo dedicata: ex eo potentissi-  
mi Reges in ea semper habitauerunt per annos mille trecentum quinquaginta & octo.  
D Rectè igitur Augustinus de Constantino: Bonus, inquit, Deus, ne homines, qui cum cre-  
derent propter æternam vitam colendum, has sublimitates, & regna terrena existimarēt  
posse æminem consequi, nisi dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum  
valerent, Constantinum Imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum  
Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. cui  
etiam condere ciuitatem Romano imperio sociam, velut ipsius Romæ filiam, sed sine ali-  
quo dæmonum templo, simulacroque concessit. diu imperauit. Vniuersum orbem Ro-  
manum vnus Augustus tenuit & defendit. in administrandis & gerendis bellis victorio-  
sissimus fuit. in opprimendis tyrannis per omnia prosperatus est: Grandæuus ægritudi-  
ne & senectute defunctus est. filios imperantes reliquit. ] Hæc ille libro de Ciuitate Dei.  
E Carolo autem cum nihil defuerit ad rerum humanarum prosperitatem, quod aliis etiam  
commune sit, illa tamen fuere præcipua; Quod imperij Romani amplissimam dignita-  
tem post tot annos ipse restituerit Occidētī; Quod Germaniæ totius vsque ad mare Bal-  
thicum, Vistulamq; fluuium populos innumeros ipse primus adduxerit in suam pote-  
statem. Nemo ante ipsum legitur supra Danubium & Rhenum tantum terrarum posse-  
disse. Nullus post imperij Romani casum tantum locorum in Europa est potitus. No-  
bilissimum in Germania regnum primus excitauit. Cum per annos quadraginta septē,  
quibus regnauit, ferè quotannis bella gesserit, & aliquando ter & quater anno eodē pu-  
gnam commiserit, numquam tamen fuit acie victus. sui sanguinis Imperatores sex ordi-  
ne haud interrupto successores habuit, quod nulli ante ipsum contigisse scimus. Atque  
hæc satis de duobus Imperatoribus cognomento Magnis felicissimis ac laudatissimis,  
quibus quidem, si felicitatem spectes humanam, luxu tamen remoto, tota antiquitas ab  
orbe condito nullum parem ciere, quamuis perscruteris omnia, potest. Sed quando hoc  
capite

I.  
II.  
III.  
IV.

V.  
VI.  
VII.  
VIII.  
IX.

X.

XI.  
XII.  
XIII.  
XIV.

I.  
II.  
III.  
IV.  
V.  
VI.  
VII.

V. Arg. à morte  
singulorum Re-  
gum in omni-  
bus regnis.

capite institutum nobis agere de felici & nobili exitu Catholicorum piorumque Regū; A  
cū sit à nobis explicatum hæreticos & impios Reges plerumque à suis aut ab hostibus  
interemptos; ostendamus non ita aut rarò id Catholicis accidisse. sic namque apparebit  
nostros præ illis hac in re maximè felices. Ordiamurque ab extrema Hispania more no-  
stro. In Portugallia decem & septem Reges fuisse memorantur; Alphonfus I. Sanctius I.  
Alphonfus II. Sanctius II. Alphonfus III. Dionysius, Alphonfus Quartus, Petrus, Fer-  
dinandus, Ioannes, Eduardus, Alphonfus Quintus, Ioannes Secundus, Emanuel, Ioannes  
Tertius, Sebastianus, Henricus; quibus si adderes Henricum Alphonfi Primi patrem,  
qui Regis nomen haud tulit, erunt decem & octo. ex his nemo à suis, vnus ab hostibus  
occisus Sebastianus. In Castella quinquaginta & vnus Reges numerantur à nonnullis,  
Pelagius, Fasila, Alphonfus, Froila, Aurelius, Silo, Mauregatus, Veremundus, Alphon-  
fus Secundus, Ranimirus, Ordonius, Alphonfus Tertius, Garzias, Ordonius Secundus, B  
Froila Secundus, Alphonfus Quartus, Ranimirus Secundus, Ordonius Tertius, & Quar-  
tus, Sanctius, Ranimirus Tertius, Veremundus Secundus, Alphonfus Quintus, Veremū-  
dus Tertius, Ferdinandus, Sanctius Secundus, Alphonfus Sextus, Yrraca, Alphonfus Se-  
ptimus, Sanctius Tertius, Ferdinandus Secundus, Alphonfus Octauus, & Nonus, Henri-  
cus, Ferdinandus Tertius, Alphonfus Decimus, Sanctius Quartus, Ferdināus Quartus,  
Alphonfus Vndecimus, Petrus, Henricus Secundus, Ioannes, Henricus Tertius, Ioannes  
Secundus, Henricus Quartus, Philippus, Ferdinandus Quintus, Carolus Quintus, Phi-  
lippus Secundus; ex his tres tantū perempti à suis ob scelera admiffa, Froila II. Ordo-  
nius IV. Petrus cognomento Crudelis, quem diximus in Ecclesiam fuisse iniuriosum. In  
Aragonia viginti duo Reges numerantur, Ranimirus, Sanctius, Petrus, Alphonfus, Rani-  
mirus II. Raimundus, Alphonfus II. Petrus II. Iacobus, Petrus Tertius, Alphonfus Ter- C  
tius, Iacobus Secundus, Alphonfus Quartus, Petrus Quartus, Ioannes, Martinus, Ferdi-  
nandus, Alphonfus V. Ioannes II. Ferdinandus V. Carolus V. Philippus. ex his primus  
dumtaxat Ranimirus, quòd fratrem Sanctium peremisset, à Ferdinando fratre ac Rege  
Castellæ occisus; duo ab hostibus, Sanctius, ac Petrus. In Francia è stirpe Clodouei Re-  
ges sunt decem & septem, Clodoueus, Childebertus, Clotharius, Cherebertus, Chilpe-  
ricus, Clotharius Secundus, Dagobertus, Clodoueus Secundus, Clotharius Tertius, Chil-  
dericus Secundus, Theodoricus, Clodoueus Tertius, Childebertus II. Dagobertus II.  
Chilpericus II. Theodoricus II. Childericus. Ex his Chilpericus hæreticus, neque in no-  
strorum numero habendus, qui est occisus merito à suis; nisi velimus hifce adnumerare,  
qui non Gallia tota, aut maiori parti illius regio nomine præfuit tantū Rex Medioma-  
tricum dictus, mox etiam Parisiorum. E stirpe Caroli siue Pipini Reges duodecim, Pipi- D  
nus, Carolus, Carolomanus, Ludouicus Pius, Carolus Caluus, Ludouicus Balbus, Lu-  
douicus, Carolomanus, Carolus Simplex, Ludouicus IV. Lotharius, Ludouicus V. Ex  
his nemo vel à suis, vel ab hostibus occisus. Denique è genere Hugonis Reges viginti  
septem, quorum successio notiffima, numerantur, è quibus etiam nemo est animo inimi-  
co ab vllò interfectus. Henricus namque Secundus à non volente vulneratus obiit. Igi-  
tur in Francia quinquaginta Reges fuerunt (quamuis alij numeret plures, quòd aliquot  
alicui parti exiguae totius Francia præfuerint.) nullus ex illis Rex Catholicus interem-  
ptus. Vnus anno superiori Henricus Tertius excommunicatus, quòd interfici Cardina-  
lem iussisset, fuit interfectus. Veniamus ad Germaniæ Reges, qui sunt Ludouicus, tres  
eius filij, qui Germaniæ sibi regna diuiserunt, Carolus, Ludouicus, Carolomanus, post  
hos Carolus Crassus, Arnulphus, Ludouicus, Chunradus, Henricus Auiceps, Otthones E  
tres, Henricus I. Imperator, Chunradus, Henricus II. & III. Rodolphus, Henricus IV. Lo-  
tharius, Chunradus II. Fridericus I. Henricus V. Ottho IV. Fridericus II. Henricus Lant-  
gravius VI. Guglielmus Chunradus (vt multi ponunt) Rodolphus, Adolphus, qui deie-  
ctus est imperio, Albertus, Henricus Septimus, Fridericus Tertius, Ludouicus Bauarus,  
Carolus Quartus, Guntherus, Venceflaus, Robertus, Iodocus, Sigismundus, Albertus Se-  
cundus, Fridericus Quartus, Maximilianus Primus, Carolus Quintus, Ferdinandus, Ma-  
ximilianus II. Rodolphus; omnes quadraginta sex, vt nos quidè recēsumus. ex his schif-  
matici à suis interfecti duo, Fridericus II. & Chunradus: Adolphus autem de sententia  
Bonifacij Octauī spoliatus imperio ab hostibus suis occisus. Reliqui sunt igitur quadra-  
ginta tres, è quibus Albertus à nepote interemptus; Rodolphus Sueuus, Henricus Lant-  
gravius, Guglielmus Holandus à suis inimicis, Ottho Tertius tabifico veneno de medio  
sublati.

A sublati. Atque intra annos septingentos quadraginta sex ( totidem namque numeran-  
tur à Ludouico, qui solum Germaniæ regnum primus iniuit anno octingentesimo qua-  
dragesimo secundo, vsque ad nostra tempora) sex tantū Germaniæ Reges è quadragin-  
ta duobus interempti; cū tamen intra annos trecentos quinquaginta, è quinquaginta  
nouem Romanis Imperatoribus fuerint interfecti quinquaginta & vnus, siue duo, si an-  
numeres Caium Cæsarem; & cū fuerint Germaniæ Reges schismatici quatuor, Fride-  
ricus II. Chunradus, Ludouicus Bauarus, & Guntherus, Henricus namque Tertius re  
ipsa est imperio spoliatus, duo perempti à suis. E nostris itaque, vt apparet, vnus ex octo,  
è schismaticis alter è duobus occisi. Octuplo igitur isti nostris infeliciores: vt maximū  
discrimen inter omnes agnoscas. Veniamus ad Reges Hungariæ, qui triginta quinque  
ab aliquibus numerantur, Stephanus, Petrus, Quo, Andreas, Bela, Salomon, Geyza, La-  
dislaus, Calomannus, Stephanus II. Bela II. Geyza II. Stephanus III. Bela III. Emericus,  
Ladislaus Tertius, Andreas Secundus, Bela Quartus, Stephanus Quartus, Ladislaus Chū-  
nus Quartus, Andreas Tertius, Venceflaus, Carolus Primus, Ludouicus, Sigismundus,  
Albertus, Vuladislaus Polonus, Ladislaus V. Matthias, Vuladislaus II. Ludouicus II.  
Ioannes Zapolia, Ferdinandus, Maximilianus, Rodolphus. Ex his vnus Ladislaus Chū-  
nus à Christi cultu desciuit, & à Tartaris est occisus; nemo à suis domesticis Hungaris;  
tres ab hostibus, sed tamen Hungaris, Petrus, Quo, Andreas; duo in acie à Turcis, Vula-  
dislaus Primus, & Ludouicus Secundus. In Polonia decem & nouem Reges à quibus-  
dam numerantur, Boleslaus, Miesco, Cazimirus, Boleslaus Audax. Præmislaus, Vuladi-  
slaus, Venceflaus, Cazimirus Secundus, Ludouicus, Vuladislaus Jagello, Vuladislaus  
Varnensis, Cazimirus, Ioannes Albertus, Alexander, Sigismundus Primus & Secundus,  
C Henricus, Stephanus, Sigismundus Tertius. Ex his Cazimirus anno millesimo centesi-  
mo nonagesimo quarto scribitur à muliercula veneno sublati: vnus à Turcis in acie  
occisus Vuladislaus Varnensis. In Bohemia regii nominis principes dumtaxat viginti  
recententur, quòd ob interregna crebra in multos duces sit sæpius diuisa; hi sunt Vra-  
tislaus, Vuladislaus, Præmislaus, Venceflaus, Venceflaus II. Otthocarus, Venceflaus III.  
Venceflaus IV. Ioannes Carolus, Venceflaus V. Sigismundus, Albertus, Ladislaus, Geor-  
gius, eius hostis Matthias, Vuladislaus, Ludouic<sup>o</sup>, Ferdināus, Maximilian<sup>o</sup>, Rodolphus.  
Ex his Georgius hæretic<sup>o</sup> Hussita; sed Otthocarus & Ioannes ab hostibus, Ladislaus à do-  
mesticis veneno, Ludouicus à Turcis de medio sublati. In Anglia, ex quo tota in vnus  
potestati venit, ab anno octingentesimo per annos septingentos octuaginta octo, fuere  
Reges quadraginta tres, Egbertus, Etheluooldus, Ethelbaldus, Ethelbertus, Etheldredus,  
D Aluredus, Eduardus, Adelftanus, Edmundus, Eldredus, Eduinus, Edgarus, Eduardus  
II. Etheldredus, Edmundus, Canutus, Haraldus, Canutus, Aldredus, Eduardus III. Ha-  
raldus, Guglielmus, Guglielmus Rufus, Henricus II. Stephanus, Henricus III. Richar-  
dus, Ioannes, Henricus III. Eduardus Quartus, Quintus, Sextus, Richardus II. Henricus  
Quartus, Quintus, Sextus, Eduardus Septimus, Richardus Tertius, Henricus Septimus,  
Octauus, Eduardus Octauus, Maria, Elisabet. Ex his hæretici tres Henricus Octauus,  
Eduardus Octauus, Elisabetta. Sūt igitur reliqui quadraginta, ex his occisi à suis Edmū-  
dus, Eduardus II. Edmūdus alter, Aldredus, præterea verò Richardus Primus, Ioannes,  
Eduardus Quartus, Richardus Secundus, Henricus Sextus, Eduardus Quintus, Richar-  
dus Tertius, Eduardus Sextus. Igitur duodecim sunt interempti Angliæ Reges è qua-  
draginta, qui pro Catholicis habiti sunt. sed vix est, vt schismatici non sint Eduardus,  
E quem ponunt alij Quartum, nos Sextum supra posuimus, qui decreuit anno millesimo  
tercentesimo septuagesimo quarto, nulla sacerdotia impetrari posse à Papa, & causas  
vllas vetuit ad eum deferri, nisi ex appellatione, & Richardus II, qui statuit anno millesi-  
mo tercentesimo nonagesimo primo, vt nemo apud Romanum Pontificem pro quauis  
causa posset agere, vt aliquis excōmunicaretur. Quocirca si eximas hos tamquam schif-  
maticos, qui à suis sunt interempti, decem supererūt. Non prætereamus Daniā, è cuius  
Regibus qui primus Christo nomen dedit, Ludouico Pio imperante, circiter annum  
octingentesimū vigesimū sextū fuit Haraldus, vt Aimoinus scribit. Sed apparet è Saxo-  
xone Grammatico hunchaud legitimum Regem fuisse, regni potiùs inuasorem, ideoq.  
à Regnero Daniæ Rege expulsum confugisse ad opem Ludouici Imperatoris, qui nisi  
Christo se daret, ei se negauit auxilium laturum; ideoque se nobis ille adiungens, cū  
minus prosperos euentus habuisset, Christo renunciauit, & pyratice se dedit. Ante hæc  
Hebbo

Aimoin. lib. 4. c.  
111.Hel. lib. 1. c. 5.  
Saxo lib. 9.Sax. anno 1532.  
Geolib. 4.

Hebbo Archiepiscopus Rhemorum cultum Christi inter Danos Romani Pontificis auctoritate disseminarat, Regnerus autem post Haraldum victum Christianorum fuit hostis, sed ab Hella captus serpentibus datus est comedendus, vt idem Saxo tradit: qua in re labitur Crantzius, qui à serpentibus Hellam, non Regnerum scribit dilaniatum. Mox ipse Hella occisus à filio Regneri Syuardo, post cuius obitum tyrannus Ericus interfectus ab Erico Syuardi filio, ac Regneri nepote. atq; hic Ericus, cum regnaret in Germania Ludouicus Ludouici Imperatoris filius, ab Ansgario Episcopo sanctissimo ad Christum traductus, vt ex Helmoldo liquet ac Saxone. Inde rerum potitus est filius eius Canutus haud Christianus. Canuto successit filius Froto Christianus, qui ad Agapetum misit, vt ab ipso impetraret Episcopos, qui in Dania Christi doctrinam propagarent. Sedit Agapetus ab anno nongentesimo quadragesimo quinto vsque ad nongentesimum quinquagesimum quintum. Defuncto huic substitutus filius Haraldus; Haraldus Gormo ipsius Haraldus similiter filius Christianus haud æquus. Ex eo natus Haraldus postea regnavit. Mox huius progenies Sueno ab initio Christianus infensus, postea verò Christianus ipse, & Christianus amicissimus. Atque hic Vitichindus horum temporum æqualis diffidet à Saxone patriarum rerum scriptore. Vitichindus ait Haraldum à Poppone ad Christi sacra perductum ferri candentis miraculo, Saxo Suenonem: nisi dicamus ab eodem Poppone idem miraculum tractandi absque læsione ferri candentis, bis exhibitum Regibus duobus, Haraldus, & Suenoni. Post hos regnarunt Reges cuncti Christianæ religioni addicti è stirpe eorum prognari, Canutus ille Magnus, qui Romam voti reus venit, Canuti proximi soboles Magnus, Sueno Canuti Magni filius, Haraldus ex hoc natus, istius frater Canutus sanctus, cuius necem ab Olauo fratre illatam Deus miraculis & illustri sanctitatis memoria apud posteros & totius Ecclesiæ Catholicæ alumnos ab omni ignominia in suam gloriã vindicauit. Olauus parricida, qui suum scelus detestatus, vt à patria innumeras clades diuinitus immittas auerteret, Deum precatus est, vt in se vnum cunctas deuolueret, mortemque cælitus illatam obiit. Inde regnarunt Ericus sancti frater, qui vt ab iniusta excommunicatione absolueretur, Romam concessit; Nicolaus necis sancto illatæ conscius trucidatus, & Ericus similiter eius successor, Ericus superioris proles, Sueno ab hostibus occisus, Vualdemarus diui, Canuti filius, ex hoc ortus Canutus; mox frater huius Vualdemarus, Vualdemari progenies Ericus, qui fratrem suiq; parricidam Abelum à Frisiis deinde interemptum accepit successorem, Christophorus superiorum frater, huius soboles Ericus, & Erici huius filius Ericus, inde frater istius Christophorus II. ex hoc prognatus Vualdemarus, ac totius huiusmodi generis ornamentum finisque Margareta, quæ decessit circiter annum millesimum quadragesimum decimum quintum, relicto Erico Duce Pomeranorum filio adoptiuo, qui priuatæ vitæ se post multa dedit, regnumq; Christophoro è Bauariæ Ducibus à proceribus electo reliquit; hic obiit sine liberis anno millesimo quadragesimo octauo, suffectus illi Christianus, siue Christiernus, Aldeburgi nobili genere ortus, cuius familia adhuc regnat; isque Sixto Quarto sedente, religionis causa Romam venit: successit illi Ioanes filius, mox ex hoc nepos Christiernus, qui primus è Regibus Luthero adhæsit, regnoque ob immanem sanuitiam depulsus, dein captus, & cauea ferrea inclusus, veneno dicitur sublatus. quidam ait, Christierno eiecto substitutum Fridericum, Friderico Ioannem, quem frater Christianus regno deiecit. Atque ita ab Haraldus, qui primus è Daniæ Regibus nomen Christo dedit, quadraginta tres Reges numerantur intra annos septingentos septuaginta sex. Inter hos sex à Christo prorsus alieni, Regnerus, Hella, Syuardus, Ericus, Canutus, & Gormo. Reliqui sunt triginta septem. Ex his occisi decem è nostris, Canutus sanctus adscriptus, Canuti homicida Nicolaus, Ericus, alter Ericus à fratre Abelus, Abelus à Frisijs. Nam Christiernus haud noster à Friderico propinquo veneni potione sublatus. Atque hæc intra annos ferè quingentos. Finis sit propositi argumenti Sueciæ regnum; in cuius Regibus numerandis sequemur Ioannem Magnum, à quo ramen Canuti Magni, de quo supra egimus, nulla sit mentio. Primus è Suetia Rex Christianus fuit Olauus, qui dicitur Iacobus à Sigifrido Eboracensi Episcopo Anglo ad Christi fidem perductus; qui, nisi fallor, à Saxone vocatur Bernardus. Accidit hoc paulo ante annum millesimum. Post eum regnarunt Admundi duo, Itaquinus, Stinchel optimus Rex, Ingo ab hostibus occisus, Halstanus, Philippus, Ingo sublatus veneno, Ragualdus à subiectis occisus, Magnus ob necem Canuto sancto Daniæ Regi illatam peremptus, Suercherus ob scelera à seruo trucidatus.

trucidatus, Ericus Rex sanctissimus Christi martyr, qui ad superos abiit anno millesimo cenesimo sexagesimo. Magnus Erici sancti homicida paulo post interfectus, Carolus item ferro extinctus, Canutus sancti Erici filius, Suercherus ab hostibus occisus, Ericus, Ioannes Primus, Ericus Balbus, Vualdemarus, Magnus, Birgerus, Magnus ob flagitia expulsus, Albertus, Margareta, Ericus Pomeraniæ Dux ob tyrannidem deiectus, Christophorus Bauarus, Carolus, Christiernus, Suanto, Steno, Ioannes Secundus, Christiernus, Gostauus, Ericus, Ioannes Tertius, omnes triginta septem, è quibus quatuor vltimi hæretici. E reliquis intra annos ferè sexcentos interfecti nouem, duo Ingones, alter ab hostibus, alter veneno sublatus, duo Magni, qui duorum Regum sanctorum necem sunt machinati, alter Canuti Daniæ Regis, alter Erici Sueciæ; duo Suercheri; denique Ragualdus & Carolus. Nunc, si placet, colligamus quæ capite hoc diximus breuissimè, & euenta nostrorum conferamus cum euentis hæreticorum hac parte. E Portugalliæ Regibus decem & septem intra annos ferè quingentos nemo à suis, vnus ab hostibus interemptus. E Castellæ Regibus quinquaginta, & vno, ab anno septingentesimo decimo sexto, vsque ad nostra tempora intra annos octingentos septuaginta duos, tres dumtaxat occisi, è quibus vnus hæreticus, neque è nostris. Ex Aragoniæ Regibus viginti duobus ab anno millesimo decimo octauo per annos quingentos septuaginta, tres similiter. In Francia è quinquaginta sex ab anno quadragesimo nonagesimo quinto, per annos mille sexaginta tres, nemo è nostris; vnus Henricus à non volente vulneratus è vita migravit. Nam Chilpericus hæreticus. In Germania è quinquaginta quinque ab anno octingentesimo quadragesimo secundo, per annos septingentos quadraginta sex, quatuor nostri occisi: quinque enim schismatici. In Hungaria è triginta quatuor nostris tres ab hostibus Hungaricis, duo à Turcis interfecti per annos ferè sexcentos. In Polonia per annos propè quadringentos, nam reliquos Ducibus damus, tres dumtaxat occisi, duo ab hostibus ferro, vnus veneno. Nam de Boleslao Fero opinioni illi accedimus, quam loco vltimo Cromerius refert, illum in monasterio Carinthiæ Offia admissi sceleris poenitentia abditum vita migrasse. In Bohemia similiter, per annos ferè quadringentos, viginti Reges fuerunt; ab hostibus tres, vnus veneno à domesticis est extinctus. In Dania per annos quingentos & triginta quatuor, è nostris Regibus sex dumtaxat interempti. In Suecia intra annos propè sexcentos, è triginta tribus nostris, nouem perempti. Atque hæc euenta vndecim regnorum Catholicorum quo ad exitum Regum. In quo obseruandum, mori in acie longè minus acerbiori mortis genere, quale Hunerici, qui à vermibus est exesus. Vere namque illud ab Aenea:

— à Danaum fortissimè gentis,

Tydide, me ne Iliacis occumbere campis

Non potuisse, tuæque animam hanc effundere dextra?

Quin gloriosum, laudabile, ac iucundum, suis vincentibus occumbere gladio hostili, & interitu proprio victoriam comparare; vt sibi placere illud Epaminondæ euentum Cicero asserbat; atque vt Decij, qui se pro patria deuouerunt, maximè commendantur. Sic optandum valde nobis Christianis pro religione & iustitia vitam ponere; atque hic exitus gloriosus, ac beatus, vt Erici Sueciæ Regis, Canuti Daniæ, Venicellai Bohemiæ, atque aliorum. Illud lucuosum magnopere, & infelix, à suis propter aliquod scelus, aliudve quod non sit religioni, iustitiæ, aut bellicæ saltem fortitudini adnexum, necari: quod plerumque hæreticis euenisse apparet. Demus autem Catholicis Regibus, vbi occiduntur gladio inimici, nihil gloriæ superesse; demus non esse Ecclesiæ iniuriosos, vt ob id meritò puniantur. Comparemus euenta hæreticorum ex vna parte, & ex altera Catholicorum. Imperatum est Constantinopoli ab anno trecentesimo trigesimo primo, quo dedicata est, vsque ad annum millesimum quadragesimum quinquagesimum tertium, quo capta est à Turcis, per annos millecentum viginti duos. opponamus huic regnum aliquod illustre, in quo tam diu, aut paulo minus fuerit à Catholicis regnatum, vt cognoscamus in quo plures Reges hinc à Catholicis, illinc ex hæreticis tanto temporis spatio fuerint à suis, aut ab hostibus interfecti, ac nullum regnum se offert è Catholicis antiquius Gallico, in quo Clodoueus anno

quadragesimo nonagesimo quinto nobis se adiunxit, regnatumque est annos mille nonaginta quatuor. Constantinopolis, ut supra ostendimus, viginti octo Imperatores hæretici à quibusdā numerantur. Ex his interempti tredecim, Valens, Iulianus, Zeno, Anastasius, Basiliscus, Constans, Nicephorus Generalis, Leo Armenus, Andronicus Comnenus, Alexius Comnenus, Alexius alter, Murzulfus, Constantinus Paleologus: ceteri vel imperio deiecti, vel excæcati etiam, aut alioquin inglorij decesserunt. Atqui in Gallia regnarunt Reges Catholici quinquaginta sex, quorum nulli simile aliquid contigit. Hæc magna proculdubio disparitas. Age verò comparemus idem imperium cum infelicissimo hac parte regnorum nostrorum, quod est Anglicū. E quo diximus decem nostros è triginta octo interfectos, id est quartus ferè quisque; at ex hæreticis Imperatoribus secundus propè quisque. Igitur triplo hoc infelicius infelicissimo nostrorū. Sed neque comparatio adhuc stare potest. Nam quicumque ex hæreticis Constantinopolis Imperatoribus effugere inimici gladium, illi plerumque occisi infeliciores, quòd imperio deiecti, relegati, in monasteria detrusi, aut excæcati plerūque fuerint à suis, atque ita ærumnosi omnes. Nunc ad reliqua hæreticorū regna animū aduertamus; quatuor enim restant insignia, Vandalicū, Visigothicū, Ostrogothicū, Longobardicum. Atqui è Vandalis Regibus septē, sunt miserabiliter necati tres, Gundericus à dæmone, Hunericus à vermibus, Hilderis à Gilimere, atque hic regno spoliatus, & in triumpho ductus. quam ignominia ne Cleopatra subiret, maluit ab angue occidi. Itaque pars propè dimidia Regū Vandalicorū crudeliter occisa. E tredecim Visigothicis, vno excepto, reliqui ab alijs trucidati: è septē Ostrogothis soli duo euasere inimici gladium: è septem Longobardis vnus effugit, ut ostendimus supra, de intestinis hæreticorum cædibus, & plenius adhuc infra agetur signo de exitu infelici & inglorio hæreticorum Regum. Constat autem ex his, nulli regnorum nostrorum accidisse, quamuis sint multo plura, ut tot eius Reges fuerint inimicorum gladio occisi. Quocirca libet hîc è nostris regna infelicissima conferre cum felicissimis hæreticorum, quantum spectat ad hoc argumentū; & videbimus tamen nostra illis longè minus calamitosa. Vandalicum, ut apparet, ex hæreticis regnis omnibus minus calamitosum. E nostris Anglicū & Sueticū magis infauista. In Anglico namque Reges post Egbertū quadraginta numerantur, è quibus duodecim necati. In Suetico è triginta tribus nostris interempti nouem. Itaque paulo plus quarta Regū parte Anglicum & Sueticū, hæc, de qua agimus, infelicitas percussit; è Vandalico propè, ut vidimus, dimidiā. Tribus igitur partibus Vandalicum regnum hæreticorum florentissimum ab ortu Christi est calamitosius calamitosissimis nostrorum. Sed neque hæc collatio satis bene constat. Cur enim sic ærumnosa regna Anglicum & Sueticū quo ad infortunatos exitus Regū suorū, nisi quòd præ ceteris auctoritati sacræ infensa fuerunt? retulimus namque oraculum sancti Bernardi, ob id Henrici progeniem magna ex parte gladio suorū casuram, quòd aduersus sacræ iura contendens necem sancto Thomæ intulerit. Meminit illius prædictionis Polydorus Virgilius. Ioannes autem Magnus patriarum rerum diligens scriptor tradit à proceribus Sueticis antiquitus occisos fuisse tres viros religiosos, quibus Vexoniensis Ecclesia commissa erat, ut ijs cæsis suppellectilem sacram surriperent; & ex illo prædictum diuinitus fuisse scelus illud vlciscendum in nobilitatis Sueticæ posteritatem. Deligi autem solitus est Rex à Succis è nobilibus regni.

VI. Arg. à comparatione felicissimi regni cū in felicissim.

VII. Arg. à causis quibus è prædictum quædam nostra regna fore infelicissima hac parte.

Polyd. Virg. in vita Hen. II. Lib. 17. c. 20.

VIII. A distrib. felicitatis huius inter Cath. Reges.

Sed libet adhuc magis hisce in rebus admirari diuinam prouidentia, cuius nutu proculdubio cuncta gubernantur. Apparet enim Catholicorū regnis, pro suo cuiusque studio & obseruantia in Pontifices Ecclesiæ Catholice, qui nobis loco Dei sunt in terris ac parentum, euenta prosperitatis huius, de qua nobis est sermo, iustissimè distributa: ut hac parte magis sit felix regnum, quod magis Pontificiæ auctoritatis fuit studiosum. Idem namque Deus propter peccata populi regnare, ait Salomon, facit hypocritas, qui deinde meritas & ipsi poenas luant, idemque sanctissimos interdum Reges permittit occidi propter eadem populorum peccata, quòd illis indigni sint. sic enim de Iosia cōquerebatur Hieremias: Spiritus oris nostris Christus Dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus, in umbra sua viuemus in gentibus. ] Quòd igitur Rex aliquis iustissimus fuerit occisus, contigit alicui regno interdum p p scelera subiectorū. Sed cum Reges ac populi simul ex maiori saltè parte Antistitem suorū, qui parentū loco sunt Regibus ac populis sunt

A sunt obseruantes, iustitiæ diuinæ conuenit, ut vicissim populi Regum suorū, qui personam patrum sustinent, & ipsi sint amantes, vitaque & salus illorum in tuto ab omnium parente Deo collocetur. sic itaque rependitur patribus, id est, Regibus à filiis, nimirum populis, aut aliis etiam, quod ipsi Reges præfulibus, siue parentibus suis præstiterunt. Iam verò quis ignorat, aut impudenter negare potest, quanta in Pontificem Romanum, qui pater est patrum, merita consent Francicæ nationis, Regumque Francicorum? quot illi aduersus potentissimos Reges & Imperatores bella pro Papis sumpserunt ac perfecērūt? Hæc itaque fortissima & maxime pia gens hoc præcipuum, in quo cunctis præcellat, ut è tot Catholicis Regibus non excommunicatis ob impietatem, qui aut toti aut maiori Galliarum parti præfuerunt, ab inimicis nemo fuerit interfectus; quauis ante annos propè duos Henricus Tertius excommunicatus ob occisum Cardinalem fuerit occisus, quo tempore iam hæc à nobis scripta erant. Proximum locum tenebunt Lusitanicum, Legionense, siue Castellanicum, & Aragonense. & quamuis è Lusitanico fuerit vnus modò Rex ab hostibus necatus, Castellano autem duo Reges fuerint à suis occisi (de Catholicis verba facimus) & ex Aragonensi tres; attamen non ita vetustum Lusitanicum regnum, neque tot idcirco Reges habuit, ut Castellanicum & Aragonense: è quibus tamen postrema habet Aragonense, quòd longè post Castellanicum fuerit excitatum. Hoc namque anno septingentesimo decimo sexto, illud millesimo decimo octauo fuit institutum. Ac valde profectò mirum è Regibus Castellæ neminem fuisse in acie ab hostibus interfectū per tot annorum sæcula, cum continenter illi bella gesserint aduersus Mahometanos, ac necesse habuerint in acie semper esse. His succedēt reliqua regna hac in re propè æqualia, ut è numero occisorum, ac diuturnitate, & antiquitate eorum liquet. Vltima debentur Anglico & Suetico. atque Anglicum fuit omnium quo ad exitus suorū Regum sanè infelicissimum ob Henrici progeniem, sicut omnium maximè ecclesiasticæ potestati inimicum; ita ut ad extremum Reges dederit, qui se ecclesiæ Anglicanæ caput seridò dicant, & haberi ab omnibus velint. Nullum tamen, omnibus consideratis, æquè infelix, atque Constantinopolitanum. Nam cum numerent aliqui Constantinopolitanos Imperatores octuaginta septem; ex his hæretici tredecim, Catholici nouem cæsi, ut adnotauimus; septem priuati oculis, atque imperio, Philippicus, Constantinus ab Irene matre, Michaël Calaphates cum filio, Isaacius Angelus ab Alexio fratre, Ioannes Paleologus ab Andronico filio, Andronicus à Ioanne patre, Emanuel ab Andronico fratre. Vni natus præfectus, imperiumque ablatum Heracleonæ. Nouem in monasteria derrusi, Arthemius, Irene, Stauratius, Michaël Rangabe, Romanus, Lecapenus, Michaël Pahlago, Michaël Stratioticus, Andronicus Paleologus senior, Cantacuzenus, omnes hi decem & octo, qui iuncti superioribus occisis conficiunt numerum quadraginta, quod est propè dimidium octuaginta septem. quòd si addas eos, qui cælitus inuectis morbis, ut Copronymus, qui igne sacro est absumptus, calamitosè interierunt, miserandam Imperatorum Constantinopolitanorum faciem videbis. Sic etiā nulli Reges magis ex ijs, qui se Christi cultum sequi sunt professi, Pontificibus Romanis infensi fuerunt, ut qui Constantinopoli imperarunt. Huc spectat hæreticos Reges præ nostris breui semper vitæ vsura regnasse; quod ceteris alienis ab Ecclesia non ita euenit. Id nos signo de infelici exitu hæreticorum Regum clarè ostendemus. Constat itaque, quod ab initio dicebamus, Christianorum regnis, pro suo cuiusque studio & obseruantia in Ecclesiæ Catholice Antistites, prosperitatis huius, de qua nobis est sermo, euenta iustissimè distributa. Et hæc quantum ad hæreticos nostris Catholicis collatos. Nam de reliquis non est quod agamus, cum supra signo de intestinis alienorum cædibus LIII. cap. IX. & signo de pietate XXXVII. cap. II. ostenderimus Imperatores Romanos, alienosque à nobis Reges ferè cunctos ab inimicis aut suis plerūque occisos: quin qui felicissimus est habitus Octauianus, ita ut acclamaretur cunctis Imperatoribus, Eutropio teste, felicior Augusto, multum viueret calamitatibus fuerit exagitat, quas inter alios Plinius recenset. Sic namque ille lib. 7. cap. 45. In diuo quoque Augusto, quem vniuersa mortalitas in hac censura nuncupat, si diligenter æstimentur cuncta, magna sortis humanæ reperiantur volumina, repulsa in magisterio equitum apud auunculum, & contra petitionem eius prælatus Lepidus, prosercriptionis inuidia, collegium in triumuiratu pessimorum ciuium, nec equa salutem portione, sed prægraui Antonio: Philippensi prælio morbus, fuga, & triduo in palude latebræ ægroti: & (ut fatentur Agrippa & Mæcenas) aqua subter cutem fusa, turgida

COLLA TIO OMNIUM REGVM CATHOLICORVM QUO AD OBITUVS SVOS.

INFELICITAS IMPERATORVM CONSTANTINOPOLITANORVM

INFELICITAS AVGVSTI.

latera, naufragia Sicula, & alia, ibi quoque in spelunca occultatio. Tam in nauali fuga, vr- A gente hostium manu, preces Procleio mortis admota: cura Perusinae contentiois, sollicitudo Martis Aetiaci, Pannonici belli ruina è turri, tot seditiones militum, tot ancipites morbi corporis, suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippae obligatio, toties petita infidiis vita, inculatae liberorum mortes, lucusq. non tantum orbitate tristes, adulterium filiae, & consilia parricidae palam facta, contumeliosus priuigni Neronis successus, aliud neptis adulterium, iuncta deinde tot mala, inopia stipendij, rebellio Illyrici, seruitiorum deiectus, iuuentutis penuria, pestilentia vrbis, fames, sitisq. Italiae, destinatio exspirandi, & quadridui inedia, maior pars mortis in corpus recepta: iuxta haec Variana clades, & maieffatis eius foeda fugillatio, abdicatio posthumi Agrippae post adoptionem, desiderium post relegationem, inde suspicio in Fabium, arcanorumq. proditio, hinc vxoris & Tiberij cogitationes, suprema eius cura: in summa, Deus ille, caelumq. nescio adeptus magis, an B meritis, haerede hostis sui filio excessit. ] Hec Plinius de omnium felicissimo Imperatore. Sit itaque Ecclesiae Catholicae hoc signum illustrissimum, felix & gloriosus suorum Regum exitus, quod sacris oraculis ostendimus supra apertissimè contineri.

SIGNVM NONAGESIMVM.

Pax summa Catholicorum.

Plurimis argumentis palam fit in Ecclesia Catholica praecipuam pacem semper floruisse, ita vt nulla illi natio, quae tam diu praesiterit, ac tam late sit diffusa, sit comparanda. Quod est apertissimum signum ipsam esse Ecclesiam Dei. Cap. IX.



Rædicitum est ab Isaia, fore, vt Christus Princeps pacis vocaretur; quod scilicet, ait Dauid, oritura esset in diebus eius iustitia & abundantia pacis, non exiguo tempore duratura, sed donec auferatur Luna. Ob id Christo nascente Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. ] Ipse autem migraturus ad superos, ad Apostolos dixit: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. ] & cum primum resurgens iis apparuit, cõtinuò edixit: Pax vobis. ] Atque idcirco Paulus & Petrus cunctis epistolis suis hanc salutationis notam Christi exemplo adiiciunt, & hoc esse signum in omni epistola sua tradit Paulus: Gratia vobis, & pax. ] Hinc etiam Romani Pontifices suis litteris id praefigunt, Salutem & Apostolicam benedictionem. ] Ac Paulus Timotheum monet, obsecrationes fieri, vt quietam & tranquillam vitam agamus, cum omni pietate & castitate, qua de re à sacerdotibus sapientius in Missa rogatur Deus. Hæc verò omnia respiciens Isaïas inducit Deum, qui sic de Ecclesia loquitur: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacem. ] idemque cum Michæa varicinatur fore, vt populi ad Christi cultum traducti consent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, sed quod aiebat ille è versibus Sibyllinis, & supra afferebamus.

*Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis  
Et ob id: erunt etiam altera bella,  
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

Erunt quidem altera bella Christianis, verum neque tot, neque tam crudelia & atrocia. E Non enim Christianis vlllo modo licitum ob ceruam necatam, vt Latinis, bella aduersus aliquem populum Regemve mouere, nisi is persistat in aliqua graui iniuria inferenda, aut illatae satisfacere nolit, ac spes sit è bello maiora bona quam mala futura, ne ceteri exemplum sumant spe impunitatis, iniuriae inferendae, & scelus cohibeatur, ne maiores progressus faciat. Ob id erunt altera bella. Et ceteris quidem gentibus id in primis erat cordi, vt armis imperium dilatarent, ceteros sibi subiicerent; qua in re tamen Romani iustiores, qui non nisi facialibus missis in alios arma sumebant, petebantq. vt illata praeter fas damna refarcirentur. id ni fieret, denunciabãt se bello acturos; quamuis interdum extra iustitiae fines desiderio amplificandi imperij raperentur, non tamen, vt aliae gentes: vt iam mirum non sit, si Deus illos adeo euexit. Porro bella sunt adeo Christianis verita, vt cum pro religione nihil non velint, & agant; tamen illius promouendae gratia, neque illa mo-

Psal. 72.

o. Thef. vi.

n. Tim. 2.

Isa. c. 9. lla. 2.

Mich. 4.

I. Argumentũ Christianis non nisi ex graui causa licitũ bellum.

illa mouere fas est illis. Quocirca aduersus Indos, siue Orientales, siue Occidentales, non prius à nostris praelia commissa, quam ab ipsis vt inhospitalibus ac trunculentis iniuriae illatae fuissent in nostros in terra consistentes. Sed quamuis licita saepe Christianis sint bella; sacerdotibus tamen, aut iis qui sacris initiari volunt, aut esse clerici, omnino prohibitum quacumque de causa alicui vel membrum truncare, vel necem asferre. id si quisquam faciat, clericus esse non potest. Romani sacerdotes haud cogebantur militiae nomen dare, nisi Gallorum bella, à quibus metuebant, ingruissent: at Christianis, neque si velint, per leges datur. & quamuis in acie clerici stare possint, & hortari milites ad praelium; non eo tamen animo, vt caedes fiat, sed vt hostes in fugam vertant, aut in vniuersum vincant, non vt certo occidant hunc, illumve. Praeterea verò Romanis, qui hac in re religiosiores quodammodo fuerunt, id in primis curae erat, vt à teneris vnguiculis pueri ad bellica & militaria exercerentur: quam rem, vt externo eam testimonio consignemus, late prosequitur Iosephus belli Iudaici libro tertio. At Christianis longè aliud est curae pueros suos edocere: bellicae exercitationes vel nullo, vel postremo sunt loco. Vix cum necesse est. Hinc Romani cum ad bella procedebant, delectum eorum, quos vellent ipsi, habebant, inuitos adscribebant. Non hic mos Christianis, qui vult, proficiscitur ad bella. Quantum porro ad militaria studia spectat, eadem Graecis cordi in primis fuere, antequam litteris se darent. Hinc ille cecinit:

*Vt primum positis nugari Graecia bellis  
Caepit, & in vitium fortuna labier aqua,  
Nunc athletarum studijs, nunc arsit equorum.*

Vide qualia forent istis armorum studia, vt athletarum & equorum praes illis vitiosa & imbellia reputarentur, quae à nobis maximè bellica existimantur. Quid quod Thucydides ait adhuc suo tempore plurimos Graecorum populos raptò in primis vixisse? Quod si Graecis hic mos fuit, qualis erit dicendus ceteris fuisse nationibus? Age verò rem propius attingamus. Ostendimus supra, populis cunctis supra Danubium ac Rhenum positis, & cunctis eodem caeli tractu sitis nullam fuisse artem, agriculturam nullam; raptò illi viuebant, & venationibus; perpetua illis bella aduersus finitimas nationes, quae sese mutuò ex antiquis sedibus expellebant; quod & in Italia, & Graecia, & cunctis locis haud multa ante saecula accidebat. At postquam Christi religionem sunt illi amplexari, quam mites effecti praes antiqua feritate? Iam non se mutuò sedibus antiquis expellunt vlllo modo; Iam student agriculturæ, quae nulla illis erat prius; lanceas constarunt in vomeres, gladios in falces. En per Ecclesiam Catholicam D pax in eas regiones inducta, maxima tranquillitas & quies allata. Non sunt amplius tantae clades in Germaniae finibus auditae, ex quo Bonifacius ad eius populos Christiana fide imbuedos à Gregorio Secundo missus est. Non illi inter se amplius adeo seuererunt, neque tot ac tanta ab exteris sunt passi. Ecquando enim Rex vllus quadringenta millia Germanorum cepit, ac per rura ad colendos agros sparsit, vt Augustum per suos duces fecisse Eutropius in ipsius vita narrat? quid dico quadringenta? ecquando quinquaginta? ecquando quadraginta? & tamen res est illis iamdiu cum potentissimo Turcarum Rege, atque ideo magis timendum, quod ab Ecclesia Catholica defecerunt. Ecquando illorum tercentum & viginti millia in acie quis cecidit, vt Claudius, Pollione teste in eius vita, aut quadringenta millia, vt Probus, quod Vopiscus scribit? Sed si scriptoribus credendum, multo plures è Germanis partim peremit, partim abduxit in seruitutem M. Antoninus Philosophus, à quo Marcomanos Iulius Capitolinus in eius vita deletos tradit, ac plurimas alias gentes, quae ab Illyrici limite vsq; ad Gallias in vnum conspirant aduersus Romanos; ita vt idem narret infinitos ex gètibus ab illo in Romano solo collocatos. neque verò mirum. nongenta namq; & sepruaginta quinque millia armatorum aduersus Antoninum steterunt, vt ipse testatur epistola, quam recitat Baronius noster in Annalibus, & habetur post Apologiam Iustini. At Maximinus Thrax, vt refert idem Capitolinus, per tercentum aut quatercentum millia passuum ingressus in Germaniam, cuncta ferro igniq. vastauit, plurimos interemit, cepit innumeros, ita vt ipse scripserit ad eos capiendos Romana sola non sufficere. Aurelianus haud istis inferior. Is naque, cum Germani vsq; ad Rauennam se effudissent, in Hispanias penetrassent Tarracone capta, copias eorum innumeras tribus in Gallia Cisalpina praes factis non sine maximo detrimento ac suorum clade vicit: deniq; intra annos ducentos, totidem naque numeratur, De Sig. Tom. 2.

I. Arg. quia clericis esse volentibus veti ta bella.

IV. A Borealius populis masculis.

V. A cessante clade maximam.

quibus hæc confecta, vix est vt numerus gentium Germanicarum, quas Romani aut occiderunt, aut ceperunt, iniri possit; ita vt nullo modo vigesima pars earum subierit huiusmodi sortem, ex quo Carolus eas in suam ditionem redegit, ac Bonifacius eodem tempore Christianam pietatem tradidit, per annos propè octingentos. Omnis enim bella, quæ inter se Germanicæ gentes populos iis temporibus commisisse est omnino verisimile, cum pugnacissimi natura sine bello tum viuere haud possent, ac raptò viuerent, semperq. inter se bella gererent, quod Tacitus in libro de moribus Germanorum narrat.

VI.

A cõparatione  
multiplici, quibus  
ostenditur  
Catholicorum  
bella nõ tam fu-  
nesta, vt anti-  
quis.

I. Exemplum.

Sed num maxima pax orbi Catholico per Ecclesiam Dei, quæ nostra est, sit conciliata, exemplis his manifestius fiet, quibus apparebit bella nostrorum non tam funesta, vt olim. C. Cæsar bella gerere cœpit suo Marte, vt aiunt, anno sexcentesimo nonagesimo tertio, desit septingentesimo nono: narrat hoc tempore, quod est annorum sexdecim, cæsa ab illo hostium vndecies centena nonaginta duo millia.

Carolus Magnus triginta duos annos regnauit, & continenter bella gessit, ita vt ter ac quater in anno aut ipse, aut eius duces signa cum hostibus bellicosissimis contulerint; & quamuis numerus occisorum à scriptoribus haud omnino referatur; tamen quantum colligi ex iis potest, neque millia ducenta interfecit; cum tamen vterque mitissimus esse narretur.

Sed quoniam pax, de qua agitur, est Ecclesiæ Catholicæ, non hostium ipsius, ac non hi s, sed illi proficit in primis; idcirco adducamus aptius exemplum. Bello sociali, quod inter Romanos, & socios Italicos anno vno fuit, Velleius scribit occubuisse hominum tercentena millia.

Sylla duobus annis pugnavit aduersus Marium ciuem Romanum, Romanus ciuis; hominum centena millia hoc tempore occisa tradit Obsequens. Multo autem plura absumpta bello ciuili Pompeiano & Cæsariano, & eo quod gestum est inter Brutum Cassiumq. ex vna, Octavianumq. & Antonium ex altera parte; & quod rursus inter Octavianum & Antonium, studiososq. istorum. sed persistamus in bello ciuili Sullano & sociali. & cum commissa fuerint innumeræ pugne inter Reges & Imperatores Catholicos, ex quo Constantinus Christo se dedit, per annos ferè mille ac tercentos, producamus in mediũ si qua fuerunt inter eos omnium funestissima bella & videamus an tantæ factæ fuerint Catholicorum strages à Catholicis. Comparatio quidem non est æqua, in toto namque orbe Catholico necesse est multo plura exoriri bella, quàm in vna vrbe; atque ideo haud mirũ, si quod erit luctuosius. Præterea iustior causa est, quæ inter duos Reges aut Imperatores bellum producit, quàm quæ inter duos ciues, aut etiam populos. similiter post tot sæcula aliquid huiusmodi magnum contingere haud magnum.

Sociale bellum contigit anno ab vrbe condita sexcentesimo sexagesimo tertio; Syllanum sexcentesimo septuagesimo; quod temporis spatium duplo minus, quàm quod numeramus ab ætate Constantini: nihilominus inspicimus quæ cædes Catholicorum factæ à Catholicis.

Et in Hispania sanè haud fuit vquam bellum ciuile magni alicuius momenti, in quo legantur vel hominum quindecim millia occidisse. Nam fuitq. res cum Sarracenis, ex quo Vitiza & Rodericus Ecclesiæ Catholicæ rebelles fuere in causa, vt illi Hispanias occuparint.

BELLA CRU-  
ENTA INTER  
CATHOLICOS  
IN GALLIIS.

In Gallia cruentissimũ prælium fuit inter Clothariũ & Childebertũ fratres patruels. in eo defuncta hominũ millia triginta, inquit Paulus. Huic simile, aut certè maius, quod accidit inter Carolum Caluum, Ludouicumq. ex vna, & Lotharium Pipinumq. ex alia parte, in quo Francorum multitudo cæsa, vt maior numquam, quanta, haud constat. His succedit, quod anno M. CC. XLV. inter Otthonẽ IV. & Philippũ Franciæ Regem confertũ. Ottho eduxit in aciem peditum centũ quinquaginta millia. Cæsarũ numerus fuit incredibilis. Ottho victus, sed ab Ecclesiã Catholica tunc erat excõcatus. Huic proximum, quod inter Flandros & Philippum Pulchrũ ad Cutracũ contigit, in quo Philippus tunc à Bonifacio Octauo excõcatus amisit equitũ sex millia, peditum longè plura. Sed quoniam excommunicati ab Ecclesiã eiiciuntur, nihil ista vltima duo pertinent ad nos. In pugna Cutracensi inter Edoardum Anglorum Regem, & Philippum Francorum, qui victus est, occubere militum viginti millia, in his Ioannes Bohemiæ Rex. Atque hæc funestissima Catholicorum in Galliis bepla. His succederent, quibus nostra ætate quater collatis signis hæretici victi: sed de his non est nobis sermo.

Venia-

Veniamus in Italiam. In qua omnium ærum nosissimum bellum fuit, quod Fridericus Primus ab anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto vsque ad millesimũ centesimũ septuagesimũ sextũ, per annos viginti duos sæpius inita, ac violata hinc inde pace aduersus Lombardos administravit. Plura prælia commissa. numerus occisorum à nullo scriptorum, quod sciam, refertur. Mediolanum tunc euersum, ciuibus in fidem receptis venia data. Illud certè quidem colligitur tot annis, neque centena millia, vt Syllano per duos annos, neque tercentena, vt sociali vno anno, vtrinq. occubuisse. Maximum namque omnium prælium fuit illud, quo ipse ad Lignagum est profligatus, cum iam fuisset ab Alexandro Tertio excommunicatus. In eo neque militum viginti millia cæsa, vt è scriptoribus, numeroq. eorum qui in acie steterunt, erui potest. Huic proximũ, quod istius nepos confecit ab anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, vsque ad millesimũ ducentesimũ quadragesimũ nonũ per annos quatuordecim: quot diuersis præliis ceciderint nemo refert. sed neque tam magnam fuisse inde apparet, quod omnium atrocissima pugna ad Parmam commissa est, cum iam fuisset ille excommunicatus; in ea profligatus creditur, neque amisisse decem millia suorum. Post hæc in Italia excitatæ Guelphorum, Gibellinorumq. factiones, quibus inter se digladiantibus, si quando in vna vrbe centum ducentiq. sunt occisi, visum est nostris id meritò luctuosissimum. Sed quid cum bellis iis quæ in Italia gessere Romani aduersus Italicos populos continenter per annos septingentos, ita vt bis tantum Iani fores fuerint clausæ. Quo tẽpore etiam inter se populi ipsi atrocissimè decertabant. Vno anno bellum sociale abstulit tercentena hominũ millia, quot alia septingentis? Post hæc in Italia haud fuere bella superioribus similia. In Rauen- nã clade tam memorabili, cui maximorum Europæ Regum, Fraciæ scilicet, & Hispaniæ, vt principes Italicos omitamus, copiæ interfuerunt anno millesimo quingentesimo vndecimo, occisa hominum decem millia. Cùm Franciscus Franciæ Rex ad Ticinum captus est, interfecta militum octo millia. Longè omnium funesta pugna, quæ accidit inter eundem Regem, & Heluetios, quos profligauit; quæ è Guicciardino & Iouio colliguntur. In ea qui plures narrat interemptos, vicies mille, qui pauciores, vndecies aiunt.

In Germania lugubre illud bellum præ cunctis, quod Henricus Tertius gessit aduersus Saxones anno millesimo septuagesimo quinto, antequam dissidium vllum interueniret inter ipsum, & Gregorium Septimũ. quin hic litteris datis ad Saxones, quæ extat adhuc, conatus est tumultus illos componere, sed frustra, quod animi illorum populorum iã diu nimis irritati essent Henrici sagittis. In eo prælio, inquit Lambertus, incredibile est quot hominum millia vtrinq. ceciderunt. Numerum neque ipse neque alius effert. Cuspinianus tamen ait octo Saxonũ millia, & mille quingentos è militibus Henrici occubuisse. En qualia prælia nostra, in quibus nostri aiunt esse incredibile, quot millia occisa. Huic simile aliud prælium, quamuis non adeo cruentum, quod commissum est anno millesimo octuagesimo inter eundem Henricum, ac Rodolphum, qui aduersus eum Rex fuerat creatus: in eo cecidit Rodolphus. Memorabilis etiam reputatur ea pugna, quæ accidit inter Rodolphum Cæsarem, & Otthocarum Bohemiæ, anno millesimo ducentesimo septuagesimo nono: in illa occisus Otthocarus; desiderata ex eius exercitu, vt refert Cuspinianus, hominum quatuordecim millia, è parte Rodulphi victoris quot haud narrat. Denique vt finem faciamus; nam prælia, quæ retulimus omnium sunt habita atrocissima; inter nostros nullum funestius credo vquam contigisse, quàm quod confertum est anno millesimo quadringentesimo decimo, inter Polonos, & Crucigeros, qui vnà cum populis finitimis in exitium supremum Polonici regni conspirarant, in aciemq. eduxerant militum centum quinquaginta millia. In illo è Crucigeris desiderata hominum quinquaginta millia, si Polonicis scriptoribus fides habenda. Denique nullum inter Catholicos reperies bellum commissum in toto orbe Catholico, per annos propè mille tercentum, quod tot homines absumpserit, quot antiquorum bella, si summa summis, mediocria mediocribus comparare velis. Ponamus autem pugnas, quas narrauimus, duplo acerbiores fuisse, quod antequam descèdatur in aciem, ac post etiam, toto denique belli tempore plurimi necentur. Nullo modo tamen sic acerbæ. neque sic funera nostrorum præcis æquabuntur.

At, inquires, mitiora Catholicis bella aduersus Catholicos, non item cum res illis est cum hostibus fidei Christianæ. Quid verò refert, ab hoc illo ve strages fiant? Perpetua Catholicis bella cum Mahometanis, aut aliis huiusmodi. Neque verò nostrorum tanta cædes

CATHOLICO-  
RVM CAEDES  
EDITAR A  
MAHOMETA-  
NIS.

Crom. lib. 26.

E Guicciardino

INGERMANNIA.



des fit in hisce pugnis. Argumento sint funestissima omnium bella, in quibus occisi, aut fugati turpiter nostri Reges. Anno millesimo quadringentesimo quadagesimo tertio, Vuladislus Poloniae & Hungariae Rex cum suis interfecit ad Varnam a Mahomete Turcarum Rege nostrorum desiderata millia viginti ad summum, longe plura ex hostibus, vt Bonfinius, Duglossus, & Cromerius scribunt. Totidem, cum Sigismundus Hungariae Rex ad Nicopolim fusus est anno millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, vt tradit Nauclerus. Viginti quinque millia nostrorum desiderata, cum Rex Hungariae Ludouicus anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto ad Mochaz est occisus ab iisdem Turcis, vt idem scribit. Quin ex hostibus ipsis, etiam cum Catholici superantur, ferè semper duplo plures occiduntur, vt ex eisdem scriptoribus constat.

Ecquando verò auditum è nostris caesa centum quinquaginta aut ducenta millia, vt saepius Sarracenorum tot millia Franci Reges, Hispaniciq. in acie interemerunt? Carolus Martellus bis Sarracenos fudit, primo praelio in Aquitania occidit eorum tercentum septuaginta quinque millia, secundo in Prouincia propè toridè. Fràci in expeditione Hierosolymitana semel Turcarum tercentum sexaginta millia, iterum verò equitum centum millia, peditum innumerabiles copias occidè, vt Robertus scribit. Alphonfus Vndecimus Castellae Rex vno praelio interfecit Sarracenorum ducenta millia. Anno quadringentesimo quinto, nostri duce Stilichone fuderunt Radagaisi copias hominum tercentum millium, caesa plusquam centum millia. Anno quadringentesimo quinquagesimo primo, nostri similiter Aetio duce in campis Catalaunicis interfecèrè è militibus Attilae centum sexaginta duo millia. Tantae quidem Christianorum strages nullibi hucusque factae leguntur. Constat itaque ex his maximas hominum Catholicorum strages in bellis nullo modo tantas esse, quantae antiquitus erant.

Aliud his adiiciamus argumentum, quod supra est explicatum, Catholicorum regna & loca numquam venisse in potestatem illorum, quibus est propositum cultum Christi exterminare, nisi cum fuerint illa haeresum plena, vt iam non Catholicorum sint, sed haereticorum, quos Deo omnino statutum delere è terris, vt adhuc infra vberius & enucleatius aperietur. Quamobrem cum non sint illi ex Ecclesia Dei, fit vt Mahometani, atque alij huiusmodi populi in primis ad eos perdendos diuinitus immittantur. Hinc nostri exercitus saepius fusi, quod haereticis istis Ecclesiaeque rebellibus opem plerumque ferant animo quidem bono, sed Deo rem totam non prorsus approbante. Atque ideo maximè Germanis, & nonnullis insulis Graecorum timendum, quibus imminet Turcarum Rex, & maximas iis clades intulit maiori ex parte haereses amplexantibus.

Iam verò sicut inter Catholicos non ita vt antiquitus funesta bella, sic neque tam damnosa Catholicorum rebus. Antiquitus si qui descuissent à Romanis, iis, vbi semel aut iterum fidem violassent, bona cuncta eripiebantur; coloniae, vt diximus, deducebantur; praeterea & libertas eripiebatur, si vita iis aliquo modo relicta fuisset. Nostris vix est vt bona auferantur vlla ex parte; vita numquam, nisi defectionis principibus. Verè igitur maxima Ecclesiae Catholicae pax diuinitus concessa, si prisca euenta bene perpendantur.

Nunc ostendamus Catholicorum bella non esse adeò crebra, vt antiquis. Anno ab vrbe condita septingentesimo vigesimo sexto, Augustus Iani templum iam tertium clausit. Atque ita per annos septingentos & amplius nulla Romanis pax fuit, nisi ter. Id autem valde mirum & calamitosum vel ipsis vel aliis. Illud longè calamitosius. Ab vrbe condita vsque ad annum quadringentesimum nonagesimum Romani singulis annis in Italia bella gesserunt, neque tamen trans Padum tulere arma. ex illo Punica bella omnium funestissima, ciuilia, socialia, seruilia coeperunt. Igitur in Italia pugnatum semper tot annos, ac semel tantum Numa regnate pax fuit, vt è Liuiò & Fastis, quos diligentissimis comètariis Sigonius illustrauit, colligi potest, per annos quadringentos, ac nonaginta. Neque soli Romani in Italia per istos annos bellis omnia miscuerunt, sed populi ipsi inter se, aut cum ceteris, Graecis exempli gratia, & Gallis pugnarunt: & tamen Italia videbatur magis ad studia tranquillitatis, legum, iurisq. humanioris vinculis obstricta.

Age nunc sumamus Italiae euenta postquam Christiani in illa rerum sunt potiti, neque eius solum, quae cis Padum, sed totius, & quidem vt res illustrior fiat, ex quo res eius visae sunt turbulentissimae omnium, ex quo scilicet Imperium Occidentale euersum: & videamus, an semper, aut quoties in illa pax fuerit, sequemur autem Sigonium libris de Occidentali Imperio, & regno Italiae.

Igitur

STRAGES MAHOMETANORVM FACTAE A CATHOLICIS.

VII. ab occupationibus inimicorum cultu Christi.

VIII. bella inter Catholicos non tam damnosa.

IX. Bella Catholicis non tam crebra.

QUANTO TEMPORE PAX FVERIT ITALIAE ANTE CHRISTVM, ET POST EIVS DOCTRINAM RECEPITAM.

A Igitur anno quadringentesimo septuagesimo sexto Italia venit in potestatem Odoacris Herulorum Regis, Momylo Augustulo deiecto. Inde pax Italiae vsque ad annum quadringentesimum nonagesimum per annos xiv. Tunc enim Theodoricus in Italiam venit, Odoacrem vicit, & quadringentesimo nonagesimo nono necauit, & sequenti cuncta in suum ius transtulit; ex illo nullum auditum in Italia bellum vsque ad quingentesimum trigesimum quintum per annos quadraginta duos; & res eius floruerunt omnium maximè, testibus Cassiodoro, Iornande, & Procopio: missus Belisarius à Iustiniano bellum Gotthis intulit, quod contigit post annum quingentesimum quinquagesimum septimum, quo tota Italia pacata, Gotthis omnibus atque Herulis deuictis.

Post haec omnia tranquilla vsque ad quingentesimum sexagesimum octauum, quo Longobardi in Italiam venere, per annos vndecim. bellorum incendia durarunt vsque ad annum quingentesimum nonagesimum nonum. Hinc pax annis duobus inita inter Romanos, ac Longobardos, industria Gregorij Magni; violata anno sexcentesimo primo; renouata opera eiusdem Gregorij sexcentesimo tertio perstitit vsq; ad sexcentesimo decimum quintum per annos duodecim: nam post Hunni Fori Iulij loca victo Gisulpho duce late populati, sed continuo reddita pax permansit interurbante eam diebus nonnullis in Foro Iulienfi ducatu Gregorio Patricio vsque ad sexcentesimo trigessimum septimum per annos viginti duos. Hoc tempore à Rothari Rege praelio aduersus Romanos commisso eorum millia octo necata. Inde pax Italiae ab anno sexcentesimo trigesimo octauo ad sexcentesimo quadagesimum nonum per annos vndecim. Sclauis namque hoc tempore Apuliam, Sarraceni infestare Siciliam coepere. Sed illi anno eodem sexcentesimo quadagesimo nono, hi sexcentesimo quinquagesimo primo victi atque eieci. Ex quo tranquillitas rursus peruenit ad sexcentesimo sexagesimum primum per decennium.

C bellum inter ipsos Longobardos exarsit, mox etiam Francos in Italiam profectos, & milites Imperatoris Constantis, atque alios, anno sexcentesimo sexagesimo octauo tranquillitas restituta attigit sexcentesimo nonagesimum secundum, permansitq. annos viginti quatuor, quamuis sexcentesimo octuagesimo septimo nonnulli seditionis sit inter Longobardos excitatum. Hinc inter eos noua bella, Rege Cuniperto, atque Alhai Brixiae duce pugnantibus. Sed sexcentesimo nonagesimo tertio pacata omnia, vsque ad sexcentesimo nonagesimum quintum, triennium fuere. Hoc enim tempore Romualdus Beneuentanorum dux Calabriae quadam loca infestare cepit, & in Foro Iulienfi ducatu Longobardi inter se bella gessere. Rursus ab anno sexcentesimo nonagesimo sexto pax permansit ad septingentesimum quartum octennium; instaurata septingentesimo sexto, triennium stetit: septingentesimo nono namque Theophylactus exarchus cum Rauennatibus bellum gessit. Eodem anno reddita tranquillitas itidem triennium permansit. septingentesimo duodecimo enim Asprandus Aripertum vicit, ac regno deturbauit. Eodemque anno pax restituta attigit annum septingentesimum decimum octauum, sexennium vicens; quamuis Romae quidam confictus, & Cumis etiam contigerit non admodum memorandus. septingentesimo decimo octauo autem Sclauis Forum Iulij ingre in populabundi, magno praelio superati, septingentesimus decimus nonus Annus à bellis vacuus vsque ad annum septingentesimum vigesimum quartum per quinquennium. Septingentesimo vigesimo quinto Longobardi exarchatum Rauennae ceperunt: Veneti Gregorio II. hortante receperunt fufus Longobardis. sequenti duces haeretici Leonis Iconomachi ab Italis occisi. & septingentesimo vigesimo septimo, cum Romani in Pontificis Romani verba iurassent, Luitprandus Italiae pleraque vrbes Imperatori eripuit, bellum vnà cum Euthychio exarcho Romanis intulit. Anno autem septingentesimo vigesimo nono pax data annum durauit, & restituta dcc. xxxi. peruenit ad dcc. xxxvi. septennio florens. Rursus ab anno septingentesimo quadagesimo quarto durauit ad dcc. xlix. quinquennium, quo tempore Rachis Longobardorum Rex exarchatum Rauennae, Pentapolim, Romanamque ditionis oppida inuasit; sed à Pontifice admonitus anno eodem destitit, cessatumque à bellis biennium.

D bellum inter ipsos Longobardos exarsit, mox etiam Francos in Italiam profectos, & milites Imperatoris Constantis, atque alios, anno sexcentesimo sexagesimo octauo tranquillitas restituta attigit sexcentesimo nonagesimum secundum, permansitq. annos viginti quatuor, quamuis sexcentesimo octuagesimo septimo nonnulli seditionis sit inter Longobardos excitatum. Hinc inter eos noua bella, Rege Cuniperto, atque Alhai Brixiae duce pugnantibus. Sed sexcentesimo nonagesimo tertio pacata omnia, vsque ad sexcentesimo nonagesimum quintum, triennium fuere. Hoc enim tempore Romualdus Beneuentanorum dux Calabriae quadam loca infestare cepit, & in Foro Iulienfi ducatu Longobardi inter se bella gessere. Rursus ab anno sexcentesimo nonagesimo sexto pax permansit ad septingentesimum quartum octennium; instaurata septingentesimo sexto, triennium stetit: septingentesimo nono namque Theophylactus exarchus cum Rauennatibus bellum gessit. Eodem anno reddita tranquillitas itidem triennium permansit. septingentesimo duodecimo enim Asprandus Aripertum vicit, ac regno deturbauit. Eodemque anno pax restituta attigit annum septingentesimum decimum octauum, sexennium vicens; quamuis Romae quidam confictus, & Cumis etiam contigerit non admodum memorandus. septingentesimo decimo octauo autem Sclauis Forum Iulij ingre in populabundi, magno praelio superati, septingentesimus decimus nonus Annus à bellis vacuus vsque ad annum septingentesimum vigesimum quartum per quinquennium. Septingentesimo vigesimo quinto Longobardi exarchatum Rauennae ceperunt: Veneti Gregorio II. hortante receperunt fufus Longobardis. sequenti duces haeretici Leonis Iconomachi ab Italis occisi. & septingentesimo vigesimo septimo, cum Romani in Pontificis Romani verba iurassent, Luitprandus Italiae pleraque vrbes Imperatori eripuit, bellum vnà cum Euthychio exarcho Romanis intulit. Anno autem septingentesimo vigesimo nono pax data annum durauit, & restituta dcc. xxxi. peruenit ad dcc. xxxvi. septennio florens. Rursus ab anno septingentesimo quadagesimo quarto durauit ad dcc. xlix. quinquennium, quo tempore Rachis Longobardorum Rex exarchatum Rauennae, Pentapolim, Romanamque ditionis oppida inuasit; sed à Pontifice admonitus anno eodem destitit, cessatumque à bellis biennium.

E Anno igitur septingentesimo quinquagesimo secundo, Aistulphus Longobardorum Rex exarchatum Rauennae, Pentapolim, & Romanam ditionis oppida cepit: cum restituere nollet, Stephani Papae rogatu Pipinus restituere coegit. sed ille abeunte Pipino ad ingenium rediit, reuerfusque Pipinus Aistulphum ad praestandam fidem bello compulit anno septingentesimo quinquagesimo quinto, inde pax ad annum septingentesimum septuagesimum secundum per annos decem & septem.

Po-

10. Postea everso Caroli armis Longobardorū in Italia dominatu ab anno septingentesimo septuagesimo sexto, usque ad septingentesimum octuagesimum sextum, quieti cūcta. Aragisus Beneuentanorum dux otium turbauit. Inde Hunni in forum Iulij irrupere, Græciq̄ue in Calabria nouas res moliri cœperunt: sedata omnia anno septingentesimo octuagesimo nono, Caroli virtute, usque ad septingentesimum nonagesimum primū, biennij spatio Grimoaldo Beneuentanorum duce tumultus miscente, quos idē Carolus coërcuit septingentesimo nonagesimo tertio. Hinc octo annos pax ad annum octingentesimum primum, cum compressa Longobardorum in ducatu Beneuentano seditiones, quamuis Romæ indignissima aduersus Leonem Papam fuerint perpetrata, nullo tamen bello excitato. Post hæc variæ Venetis inter se, & cum Græcis Francisque pugnae. Tranquillitas rediit anno octingentesimo vndecimo, perstitit usque ad octingentesimum quadragesimum, annos viginti nouem. Hoc autem Sarraceni, cum nonnullas antea ex Africa prædationes & incursiones in Italiam superiori tempore sæpius fecissent, Tarenti cum copiis consistere duce Sabba, & Imperatoris Theophili hæretici Venetorūq̄ exercitum fuderunt, Anconam diripuerunt. Inde anno octingentesimo quadragesimo primo euocati Sarraceni Hispanienses & Africani à Siconolfo & Adelgiso ducibus inter se bella administrantibus Barium cepere, & triginta propè annos Apuliam, Calabriam, Campaniamq̄ue infestam habuerunt, multaq̄ue oppida sibi subiecerunt. quin anno octingentesimo septuagesimo septimo Garilianum arcem ad Lyrim fluuium condidit, & in multos annos Italiae multa incommoda incursionibus suis, interrupta sæpius quiete, intulerunt. eiecti inde anno nongentesimo decimo sexto à Ioanne Decimo, sed anno octingentesimo nonagesimo primo Fraxinetum in Alpibus Cottis occuparunt, & inde finitimis locis infesti esse cœperunt. secuta præterea multa inter Catholicos principes pugna, ita vt nihil in Italia omnino pacatum dicere audeamus, nisi ex quo Northmanni tota Italia & Sicilia Sarracenorum principes expulere.

Nunc quando tot annos collegimus ex iis, qui in Italia fuere omnium turbulentissimi propter irruptiones Herulorum, Gothorum, Longobardorum, Sarracenorum; atque hæc summa æquat eam, quam supra numerauimus ab vrbe condita usque ad id tempus quo Romani aduersus Pœnos bella gerere cœperunt, cum nondum trans Padum copias vllas misissent, in dimidia Italiae parte tantum præliati essent; videamus quot annis, cum Catholici in Italia regnare cœperunt, pax illi fuerit, & quot cum Romani rerum potiebantur.

Summa temporis, quod à bellis vacuum numerauimus, est annorum ducentorum quinquaginta octo. ab vrbe autem condita usque ad arma in Pœnos lata semel tantum pax fuit Italiae dimidia, Numa scilicet scilicet regnante, annos, vt omnes Eutropio excepto conueniunt, quadraginta tres, quæ est sexta pars annorum ducentorum quinquaginta octo. Igitur sexuplo pacatior Italia, quo tempore omnium maximos motus est perpessa, & Catholici illam potiri cœperunt, quam cum Romani imperabant. At diximus de totius Italiae tranquillitate nos agere cum verba fecimus de nostris temporibus; cum verò de Romanis locuti sumus, Italiae dimidium dumtaxat venit in comparationem: quocirca sexuplum bis ponendum esset: atque ita duodecies nostra quieriora. Quod si pacatissima nostra tempora adduceremus, quid foret dicendum? Post hæc namque tempora haud irruerunt vllæ gentes efferae, quales Heruli, Gothi, Longobardi, qui Italiam propè totam subegere, aut Sarraceni, qui aliquot eius loca. Quid si tempora Romanorum funestissima adduceremus?

Quod vt planè intelligamus, sciendū ab anno vrbe conditæ quadragesimo nonagesimo, usque ad illud tempus quo rerum Romanarum summa in vnius Octauiani potestate venit, intercedere annos ducentos triginta sex: septingentesimo namque & trigesimo sexto ille victo ad Actium Antonio solus imperare cœpit. Toto hoc tempore semel tantum Romanis pax fuit quingentesimo decimo octauo, quo Iani templum clausum, & patefactum, ita vt neque annum pax constiterit. Atque ita, vt superioribus annis nullus annus Romanis vacuus fuit à bello, nisi quantum Numa regnauit, neque similiter toto hoc spatio temporis. hac igitur parte longè erumnosius. Adde aliud, quod ex hoc res fuit Romanis cum bellicosissimis omnium gentibus Gallis, Pœnisq̄ue, & Cimbris in Italiam profectis; quibus deuictis exorta bella socialia: his successere anno sexcentesimo sexagesimo quinto ciuilia inter Syllam, & Marium, ac lectatores eorum; quibus vix dum compositis

exar-

A exarsere alia inter Pompeium, & Cæsarem, & eorum studiosos, donec ventum ad extremam Reipublice perniciem anno septingentesimo vigesimo sexto. Et Gallorum quidem Cisalpinorum bella tam sæua fuerunt, vt Fabius, qui interfuit, tradiderit anno quingentesimo vigesimo octauo vtrinque in aciem descendisse armatorum millia octingenta, qui militum numerus rarò prorsus auditus: Gallorum quadraginta millia ceciderunt, capta decem millia; sequenti eorum viginti tria millia occisa, quinque millia capta, & d. xxx. eorundem millia octo caesa, capta decem & septem, & postero Gestarum, qui cum Insubribus erant, triginta millia. Tacent verò historici his præliis, quot è Romanis ceciderint. Illud certū, maximas Itatorum strages, quarum numerus haud habetur, editas fuisse. Hæc scilicet Italiae tum pax. sed ante motus Gallicos commotum bellum Punicum primū anno quadragesimo octuagesimo octauo, sæpiusq̄ue mari & terra cum illis pugnatum. Victores plerumque Romani, sed anno quadragesimo nonagesimo septimo Romanorū millia quindecim cum Regulo capta, interfecta triginta millia, & quingentesimo quarto capta viginti millia, occisa octo. Atque hæc primo bello Punico; secundum verò Italiae ac Romæ calamitosissimum. Sexdecim namque annos Annibal Italiam totam peragrans miserimè vastauit, tribus præliis Romanos fudit; primo ad Trebiam, quo quot occisi haud refertur; secundo ad lacum Thrasymenum quindecim millia Romanorum perempta; vltimo ad Cannas sexaginta millia. Interim multa bella Romanis fuerunt cum multis Italiae populis, maximè autem Liguribus, de quibus mirum quoties triumphatum. non erat autem fas triumphare, nisi quinque millibus hostium caesis, ita vt sit necesse Ligurū interfecta quinquaginta millia, & amplius. Inde res cum Græcis, Siculis, Hispanis, Gallis, Sardis, Dalmatis Illyriis, Asiaticis, quæ omittimus. anno quidē sexcentesimo decimo à Salassis in Italia Romanorum necata decem millia. Post hæc bella feruilia in Italia & Sicilia multos annos durarunt. Mox anno sexcentesimo quadragesimo à Cimbris in Italia Romanus exercitus caesus duce Carbone; & rursus sexcentesimo quadragesimo quarto alter item occisus victo Silano, tertius d. c. xlv. Quin Tacitus ait per hæc tempora ab istis quinque consulares exercitus profigatos. Anno certè sexcentesimo quadragesimo octauo octuaginta millia Romanorum sociorumq̄. ab iis trucidata, Calonum, & Lixarum sexaginta millia, Antias, & Orosius scribunt. Has clades excipere bella ciuilia, & Italica. In Italicis socialibus interfecta Italicae iuuentutis tercentum millia, in ciuilibus millia centum. Mox autem non dum bene pacatis rebus, exorta illa prælia, quæ extremum Reipublice exitum attulerunt, inter Cæsarem & Pompeium, & horum fautores. In his dici haud potest quantæ cædes hominum factæ. His initium fuit anno septingentesimo quarto, finis, cum solus imperauit Octavianus, septingentesimo vigesimo sexto: è quibus apparet ducentos hosce annos, qui interponuntur à templo Iani secundum clauso usque ad idem tertium similiter, fuisse superioribus longè funestiores.

Vin summatim scire quot Romanorū bella vltima ciuilia absumpserint? Audi. Anno sexcentesimo nonagesimo tertio conditum iustrum: Romæ inuenta hominum quadringenta quinquaginta millia, vt Florus in epitome notauit. Sed anno septingentesimo octauo, post annos scilicet quindecim, C. Cæsar iam rerum potitus non nisi centum quinquaginta millia recensuit. Igitur intra annos quindecim ferro periere Romanorum tercentena millia.

Vin scire quot intra annos vndecim Annibal, aut si quis alius, interemerit Romanorū? Anno quingentesimo trigesimo tertio Romæ censita sunt hominum ducenta septuaginta millia, sed quingentesimo quadragesimo quarto centum & decem septē millia. Periere igitur centum quinquaginta millia. His non adnumerantur, qui interim nati. Nam demus aliquot ex his naturali morte defunctos. quid verò de ceteris Italis dicemus? quid de aliis? quantum ex illis omnibus exhaustum? Nemo poterit itaque inficiari per Ecclesiam Catholicam factum vt summa ipsius studiosis pax diuinitus concilietur, si antiqua respiciatur. Ad summam prisca ad bella & cædes facti. Ad pacem quietemq̄ue nostri nati. Dices, credo, tranquilliora fuisse omnia Romanis, Italis, atque aliis, ex quo Octavianus imperare cœpit, & potissimum postquam Christus dedit se in lucem; cum prædictum fuerit, Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. ] sed ista pax Italis longè calamitosior, quàm bellum, cum multos Italiae populos Octavianus deleuerit, & agros inimicis, & aliis ademerit, vt militibus suis distribueret, quorum colonias in optima quæque Italiae loca deduxit. quocirca Lucanus imperante Nerone conqueritur adhuc ætate sua

CLADES ITALIS AC ROMANIS ILLATAS ANTE CHRISTVM.

Vide Sigon. in fast. Rom.

te sua

re sua durare vastitates à ciuilibus bellis illatas, populos deletos, Hesperiamque adhuc A desertam. Audi ipsum canentem.

At nunc semirutis pendunt quòd mœnia tectis  
Vrbibus Italia, lapsisque ingentia muris  
Saxa iacent, nulloque domus custode tenentur,  
Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat,  
Horrida quòd dumis, mulcosque inarata per annos  
Hesperia est, desuntque manus poscentibus aruis  
Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor  
Poenus erit: nulli penitus discindere ferro  
Contigit: alta sedent ciuilis vulnera dextra.  
Quòd si non aliam venturo fata Neroni  
Inuenere viam, magnoque aeterna parantur  
Regna Deis, calumque suo seruire Tonanti  
Non nisi fauorum potuit post bella gygantum;  
Iam nihil è superi querimur, sceleratisque nefisque  
Hac mercede placeat.

Sed adhuc incredibile est quot hominū strages ab ipsis Imperatoribus in ipsa vrbe Roma, quò cuncti mortales confluebant, in ipsa Italia fierent: quod constat ex iis quæ supra deduximus vbi actum de flagitiosa ipsorum crudelitate patebant, dicemus? An non vndecies centena millia Iudæorum sustulit vnum bellum? & tamen nihil acerbius actū cum ipsis. Quot inter ipsos Imperatores ciuilia bella? cum breuissima illis esset vsura vitæ, quamuis iuuenibus, quòd innumeri essent, qui superioribus trucidatis Imperium sibi arrogarent per arma, per cædes; neque vnus id contenderet, sed plures eodem tempore. totam rē discas vno exemplo, ne simus prolixiores. Anno trigésimo sexto, ex quo Christus resurrexit, & eius Ecclesia est constituta, Nerone occiso intra vndecim menses extiterunt Imperatores Galba, Ottho, Vitellius, Vespasianus: armis acta res; commissum prælium Cremonæ ab Otthone & Vitellio, interfecta vtrinque quadraginta hominum millia. mox aliud inter Vespasiani duces, & Vitellij ibidem, desiderata hominum quinquaginta millia. Rursus paulo post in ipsa vrbe tertium prælium; cecidère vtrinque quinquaginta similiter hominum millia. Quid plura? Pro ludo erant Imperatoribus antiquis incēdia & cædes. An non ita? Nonne vrbe totam Nero incendit animi gratia? nonne illa tota flammis absumpta, quam vt reficeret, tributis cunctos ad inopiam redegit? Nonne Traianus decem millia gladiatorum vir optimus in theatro conclusit, qui se mutuis vulneribus confoderent? Atque hic scilicet optimus Imperator. Quid alios fecisse dicemus?

Iam verò cum bellum fuit Romanis cum bellicosissimis Galliæ Trāspadanæ populis, cū Poenis per tot annos, ac post hos deuictos feruilia bella atrocissima, & socialia exorta inde ciuilia à temporibus Cinnæ vsque ad Augustum quantæ mortalium patrata cædes? Et Punica quidem bella ter intermissa interuentu pacis, ter item repetita, atque in ipsis Italiæ locis, aut mari saltem gesta peruenere ab anno quadringentesimo nonagesimo vsque ad sexcentésimum septimum, quo diruta Carthago; sauiere annos centem & septem, exceptis iis, quæ paci interruptæ danda sunt: tam crudelia fuere, vt vna Cannensis pugna abstulerit Velleio teste Romanorum sexaginta millia. Seruile bellum incepit sexcentésimo octuagesimo, interim ciuilia Syllæ, & socialia fuerunt. socialis initium fuit anno sexcentésimo sexagesimo secundo, finis sexcentésimo sexagesimo quarto, sequenti ciuilibus principium factum, quæ nonnullis annis aliquādo sopita Rempublicam denique euerterunt, & omnia in vnus potestatem redegere. Hinc illæ pestes humani generis Imperatores, qui cum quinquaginta, & octo fuerint, alij volunt 63. vsq; ad Constantinū, vix octo bonos dicas, è quibus qui melior pessimo nostrorum peior, vt ostendimus loco suo. Quòd si Italiæ omnia antiquis temporibus fuerunt adedò inquieta, quid de ceteris locis dicemus; in quibus nihil aliud populis erat cordi, qua bella serere? Romani etenim numquam sine aliqua causa bellum suscipiebant, ac prius facialibus missis hostes admocebant vt ab iniuria desisterent, damnis satisfacerent, ne ad arma venirent. Nihilominus cuncta Italiæ fuerunt adedò, vt vidimus, seditiosa, & cruenta. Amisit Italia Romani orbis amplissimam, sed inquietissimam tyrannidem; sic enim Saluianus Massiliensis vocasset;

amisit

A amitte Vrbis Romæ incredibilem magnificentiam positam in multitudine incolarum innumerabili, in ædificijs voluptarijs, & effœminatissimis, Circis, Naumachijs, Theatris, Colosseis, Balneis, Lacubus, Thermis, publicis porticibus, molibus sepulchrorum prorsus admirandis, quæ raperent omnes quodammodo extra sensus. tranquillitatem verò, & iustitiam pacis comitem, harumque vberimos fructus longò feliciori fœnore maiora omnia diuinitus acquisiuit.

Vin' amplius hoc videre? inspicere bella antiquorum, aut inimicorum Christiani cultus, & summa summis comparando, vide quot hominum millia ab ijs educerentur, aut educantur hodie in aciem, quot à Catholicis. ab illis videbis innumera, à nostris paucissima. Exempli gratia. Anno ab Vrbe condita quingentesimo vigésimo octauo, cum Galli Cisalpini in Romanos mouissent, Romani Italicis auxilijs solùm muniti eduxere peditum septingenta millia, equitum octuaginta millia, vt Plinius libro tertio scribit. Fabius historicus, qui bello illi interfuit, inquit in eo adfuisse armatorum octingenta millia, Atque per Annos mille tercetos, ex quo Catholicis imperare cœperunt, in toto orbe Catholico, ne dicamus in Italia sola, nunquam tantæ à Catholicis copiæ educæ aduersus Catholicos, aut Christiani nominis professores, imo ne istarum quidè quarta pars fume igitur tot prouincias Catholicas, tātum temporis quo nostri exercitus instruere cœperunt, militum nostrorum paucitatem ex vna parte, ex alia parte vnam Italiam, annos ab Vrbe condita, militum istorum numerum; & videbis innumeris partibus nostra tranquilliora. ac ne putes Italiæ soli tantas copias obtigisse: narrat Antoninus Imperator in epistola, quæ est in libris Iustini, à Germanis producta in ipsum nongenta septuaginta quinque armatorum millia. exercitus Tamerlani circiter annum millesimum trecentésimum nonagesimum habebat militum mille millia, vt Christophorus Gallus scribit.

C Audi vt scias num pax per Ecclesiam Catholicam maxima Catholicis paretur. Audi fructus maximè diuinos. Veneta Respublica iam mille centumque & amplius annos durat: toto hoc tempore nūquam ciuilia bella fuere inter eius ciues, ita vt hi in duas factiones sint diuisi; extiteret aliquot seditiones, ac pugnae seditiosorum, non tamen partes ciuium, vt in Republica Rpmāna. id verò magis admirandum, quòd quo maiores Veneta Respublica progressus in Imperio fecit, eo maiorem nata est tranquillitatem. Quid quòd Vrbs ipsa ab hostibus nunquam expugnata, nedum excisa? quod accidit Romæ anno ab ipsa condita trecentésimo sexagesimo tertio, cum Galli illam diruerunt.

D Quid quòd neque direpta ab inimicis? Ac ne Reipublica Venetæ id tantummodo putet accidisse; en tibi regnum Portugallense, cuius principes subiecti numquam sumptere arma aduersus Regem suum legitimo iuris decreto ab ipsis constitutum per annos ferè quingentos. In alijs porrò regnis tantam videas pacem, vt quamuis interdum populi aduersus Reges suos ad arma venerint, nihilominus si tot regnorum contempleris euenta, quot sunt, aut fuere Catholicorum Regum, in iis haud videbis tam paucos Reges non esse ab inimico vllò interfectos, vt Catholicæ Ecclesiæ Reges: ita vt è Regibus Franciæ totius quinquaginta intra annos milles nonaginta duos nemo fuerit ab inimico vllò interemptus, vt supra ostendimus. loquimur de iis, qui Catholici fuerint, neque excommunicati decesserint, ac toti Franciæ, vel maiori parti præfuerint. At è LVII. vel multo pluribus Imperatoribus Romanis quinquaginta vnus aut duo necati. quanta igitur pax nostris Franciæ Regibus præ Imperatoribus Romanis?

E Adde huc tantam regiis Catholicorum familiis verustatem, vt vix credi queat. Tanta certè nullis, quorum sint euenta monumētis consignata. Quis enim nō obstupescat à Recharedi posteritate in consanguineos perpetuò regiā potestatem tam magnam trāsmissam per annos mille, neque adhuc eius prolem femineam defecisse, sed habere adhuc Reges orbis terrarū potentissimos? Idemque dicendum de plurimis regiis familiis, vt infra est explicatum. Hi certè nonnisi altissimæ pacis vberimi fructus.

Afferamus & aliud. Cum regna principatusve vlli in Ecclesia Catholica nō hereditatis, sed electionis iure deferuntur, nullibi inuenies in vlla natione tot annos tam concordēs tam vnanimos Regum, Imperatorum, Pōtificumq; (de Catholicis loquimur) electiones, vt in Ecclesia Catholica. Vin' hoc certò deprehendere? A quibusdā viginti octo schismata, quæ euenerunt in electione Pōtificum Romanorū, numerantur. Illud verò admirabile, nullum existit Pontificibus in schismate electis ferro ob huiusmodi schisma interiisse per annos mille quingentos quinquaginta. Quid quòd neque à falsis Pontificibus,

De Sig. Tom. 2.

H h licet

XI. à gentilibus mai.

XII. à quatuor regnorum.

XIII. à Regiarum familiarū verustate.

XIV. à concordibus electionibus Regum, Imperatorum, Pontificum.

MAXIMAE SE-  
DIT IONES IN  
ELIGENDIS  
IMPERATO-  
RIBVS ROMA-  
NIS.

licet in potestatem legitimorum venerint? Peruolue diligenter historias, enumera Reges, confer tempora; & id verissimum, quod dicimus, videbis: ostendimus hoc nos signo de mansuetudine. Imperij Romani exemplum sit instar omnium, in quo Imperatores imperium auspicabantur à nece superioris Imperatoris, per factionem cuncta fiebant, militari omnia tumultu, senatus nulla ratio habebatur. Audi adhuc an ita sit. A Caio Casare vsque ad Neronem cuncti Imperatores vel ferro, vel veneno extincti, vt sequenti fieret locus; succedebatur vel aperta vi, vel occulto metu, ac terrore. Interfecto Nerone quatuor ferè eodem tempore arripiunt Imperium, Galba, Ottho, Vitellius, Vespasianus, ita vt à XVII. Kal. Feb. vsque ad IX. Kal. Ianuarij, intra vndecim menses, tres Imperatores, Galba, Ottho, Vitellius, fuerint sublati, bellis atrocissimis commissis, in ipsa vrbe Roma plurima hominum ciuiumque Romanorum millia fuerint perempta, quod vult Dio. id accidit anno ab ortu Christi septuagesimo. Rursus centesimo nonagesimo quarto mensium quinque spatio tres Imperatores occisi, Commodus, Pertinax, Iulianus, vt omitramus Albinum, & Nigrum. atque hi duo postremi, dum Commodus contendunt succedere, à Severo interfecti: & ducentesimo decimo octauo intra quatuordecim menses tres alij trucidati, Caracalla, Macrinus, Diadumenus; at ducentesimo trigesimo octauo quatuor, Maximini duo, Balbinus, & Papinus intra annum: sed ducentesimo quinquagesimo secundo, intra menses decem & octo, quatuor alij, duo Decij, Gallus, & Volusianus. Quid verò dicemus quòd imperate Gallieno, qui occisus est anno ducentesimo sexagesimo nono, triginta sunt exorti in Imperio Romano Tyranni, qui omnes nomen sibi potestatemque Imperatoris arrogare contendebant? Horum vitas & gesta Pollio persequitur. Quis verò singulorum strages, exercituumque Romanorum concisos in huiusmodi electionibus explicare possit? An pax istis vlla? Age omitramus istos.

Qualis sit hac in re euentus hereticorum diximus vbi actum de intestinis hereticorum Regum cædibus. Nam de electione Imperatorum Constantinopolitanorum tractauimus, cum verba fecimus de glorioso ac felici exitu Catholicorum fufus, cum de infelici & inglorio hereticorum sermo habebitur. De electionibus Patriarcharum Constantinopolitanorum diximus, cum de confirmatione agebamus.

Contemplemur quid acciderit Sarracenis, de quibus tamen aliquid tetigimus signo de intestinis hereticorum cædibus. Mahometes constituit ne quis suæ legis studiosus vllò modo præferret, nisi qui iure electionis ad id eueheretur, isque & Pontifex, & Rex esset, vt Ioannes Leo in Africa descriptione scribit. Haud multo post hanc legem defuncto Mahomete exoritur bellum inter Muhauiam & Hali, dum regnare ambo, & Pontificem agere contendunt: accidit hoc anno decimo quinto Constantis Imperatoris. Rursus anno Constantini decimo quarto Muhtar inuadit Imperium, & Pontificatum; Arabes alij creant Habdalam, alij Maruam: hinc innumeræ inter istos pugnae. Denique ne longiores simus anno Copronymi nono Maruan summus Mahometanorum Rex & Pontifex occisus, tota Mahometanorum ditio in quatuor regna diuiditur. Salim potitur Aegypto, & Lybia, Habdala Mesopotamia, Abubulus Perside, filij & cognati Maruahan Hispaniis. ex eo neque amplius vnus præest Pontifex Mahometanis, & electionis ratio nulla habetur. Califæ, sic enim vocantur eorum Pontifices summi, quorum sunt inter eos multi splendido nomine sese magnificè efferentes, iacent. Hæc diuisio vltima contigit ferè anno centesimo & trigesimo, ex quo Mahometes tantas turbas excitauit.

Sed quid multis opus? Infrà clarissimè aperietur, hereticos populos, nisi respiscant, & inimicos cultui Christiano ad extremum prorsus omnes deleri, Catholicos maximè augeri & florere, igitur summa nobis, illis pax nulla.

Enimvero pacis inter Catholicos illud est fundamentum, quòd omnes in eandem fidem conspirant parati credere quidquid ab vniuersalibus conciliis fuerit constitutum. Hoc autem valde mirandum, tot habita per tot sæcula tot Episcoporum diuersis temporibus concilia, & semper in eandem doctrinam deuentum. Hæc verò omnia an hereticis conueniant, videant cuncti; quin contraria prorsus euenire, nulli non manifestum. Dissidio intestino periit Imperium Constantinopolitanum. Duo sunt Protestantibus regna, Danicum, & Sueticum, quæ prima illos sunt secuta. Ex his eiectioni occisi que primi Reges, & ipsi heretici, ab hereticis, vt suprà explicauimus. &

ne

Miscel. lib. 19.

XV. à dilectione hereticorum &amp; inimicorum Ecclesie.

XVI. ab vna fide &amp; vniuersalibus conciliis.

A ne multis agamus, singula argumenta, quæ enarrauimus, expendantur, cum hereticorum factionibus conferantur, & apparebit apertissimè inter eos nihil esse denique quietis, ac tranquillitatis. quomodo igitur Ecclesia Dei ab ipsis, per quam suis tanta pax est cælitus promissa?

Ex his enim fiet, antiquis, & hereticis neque millesimam tranquillitatis partem fuisse ad extremum aut esse; quæ Catholicis. An non hoc verum? Proculdubio si de religiosis, & clericis nostris agatur, neque vllà, si de exercitationibus bellicis, quæ nobis aut nullæ aut paucissimæ, tantumdem; si Borealium populorum priscos mores conferas cum Christianis, itidem: si maximas antiquorum clades cum maximis Catholicorum, & quàm crebrò illæ, quàm rarò hæ, videbis idem; si barbaricas irruptiones, quarum sæuitiã numquam passa omnino Ecclesia Catholica, vt suo loco aperietur, haud diffiteberis quod

B asserimus. Quid si Venetam Rempubicam contempleris nullis factiofarum partiũ bellicis agitatum, si regnum Portugallense eodem modo, & ex alia parte inspicias cetera à nobis aliena, quid dices? Quòd si vita Imperatorum Regumque magis in tuto, quàm priuatorum; Imperatores verò ac Reges heretici, atque alieni à cultu Christi plerique omnes occisi, vt ostendimus; è nostris autem paucissimi, nec millesimus quisque ex ipsis est occisus respectu eorum, immo nullus, si cõparentur Gallia Regibus; & nonne peius priuatis hereticis continget? Quòd si ita est, neque illi millesimam partem nostræ pacis attingunt. Iam si nationes omnes hereticæ, nisi respiscunt, sicuti ij qui Christo haud se dedunt, ad extremum prorsus delentur; proculdubio Catholicis semper florentibus, & quamuis interdum magna detrimenta omnium penè rerum patiantur, maiora semper incrementa, vt explicauimus, postea sumentibus, nulla illis pax præ nobis. De vnanimi verò consensu electionum quid dicemus? Imperatores Romani Pontifices olim summi erant; nobis qui summus est, idem Pontifex Maximus. ex his nullus siue ritè siue vitio creatus ob electiones occisus, post tot annorum sæcula; ex illis quot quæso? An igitur falsa assertio nostra? Quòd si vnus fidei arctissimam summamque consensionem contempleris, necesse est fatearis nullam prorsus aut hereticis intimæ pacis ac latissimæ, quæ Catholicis diuinitus datur, partem prorsus esse. Hæc verò omnia si colligas simul, quid dicendum?

## SIGNVM NONAGESIMVM PRIMVM.

D Bella perpetua, victoriæque ex eis.

*Predictum est fore, vt Ecclesia maximè & semper aduersis concutiatur. Id nulli magis, quàm Catholica, contigisse certum. Quocirca hæc Ecclesia Dei. Cap. X.*



E T qui scriptum est, Omnes, qui piè viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. & Christus ipse positus est in signum, cui contradicetur, in ruinam & resurrectionem multorum, & ad suos ait, Si mundus vos odio habet, scitote quia me priorem vobis odio habuit: si de mundo essetis, vos mundus diligeret. Quocirca est necesse aduersus Ecclesiam maximè omnium bella commoueantur. Hinc illæ de mari bestiarum ascendentes, vt impetum faciant in ipsam; hinc illi dracones, vt eam deuorēt; hinc venti, vt illam denique ad terram prosternant, ni possint aliud moliri, de quibus in Apocalypsi latè est predictum, & multo antè à Dauide & variis alijs. Quæ fieri potest igitur, vt Ecclesie summa pax, ac simul etiam tot externa bona? Distinguendum est igitur. Vtraque namque habetur in oraculis diuinis, quibus nulla omnino falsitas vllò modo subesse potest. & vtrisque necesse est vt suus sit locus; atque vt sit, rationi conuenit, ac diuinæ sapientiæ, & ardentissimo illius in suos amoris. In primis igitur est aliqua pax, ac sunt aliqua bona cunctis Catholicis communia, in quibus nulla illis gens æqualis, nullus illis par omnino. Hæc est animi pax, hæc sunt animi bona, de quibus latissimè est actũ suprà vbi egimus de signis, quæ nascuntur è prima Ecclesie coniunctione cum spiritu Dei. Ex his qui sunt præstantissimi, veluti propugnacula, & turres, mœniaque validissima, sustinent impetus, incurrationesque

De Sig, Tom. 2.

Hh 2 bellan-

bellantium aduersus Ecclesiam Dei, occurrunt hostibus cum Christo, dant quantum ad se, ubi opus est, iis manus suas vincendas, ubi precibus suis eos ad terram prostrauerint in hunc finem, ne infirmioribus noceant: quod Christus egit, cum captus est, & ad crucem ductus. Istis igitur viris omni virtute praeditis, nulla externa pax, nulla externa bona, aut exigua, nisi si qua Deus eos, non sibi sed infirmioribus, quibus blandiri tamquam paruulis ille, vt Isaias ait, constituit, habere voluerit. Propter infirmos igitur maxima in Ecclesia pax externa, maxima etiam bona externa. quos caritatis est amplecti, sapientiae iis expedientia quouis modo prouidere. Propter eos autem qui maxima sunt animi celsitudine in altissimo virtutum gradu collocati, summa omnium perpetuaque bella, e quibus Ecclesia semper victoriam nobilissimam reportat, inimicos suos in terris etiam mirabiliter ad extremum delens ipso illo tempore, quo vna cum Christo extincta, & quasi obsegnato monumento inclusa, ac sub terris sepulta videtur. Atque haec sane contingunt, donec idem Christus omnia sibi, Deoq. Patri, vt inquit Paulus, subiiciat. Ob id supra ostendimus Ecclesiae Catholicae maximam fuisse iniquissimis temporibus fidei propagatione, illustratissimosque similiter sanctos. Nunc adhuc quaedam producimus in medium, quibus palam fiat aduersus nullum catum populumve tot fuisse bella, ac tam fera & perpetua, vt aduersus Ecclesiam nostram.

Signo 6. & 19.

I. argumentum ab Imp. & principibus innume- ris qui aduersus Ecclesiam conspi- rantur.

II. a potestate ini- micorum.

III. a multitu- dine martyrum Pontif.

IV. ab electione plurimorum Pon- tificum.

V. a schismati- bus.

VI. a calumniis ignominiosissi- mus in Pontificis.

Id vero manifestum sit primo loco, quia aduersus nullam gentem aut vniuersitate tot Imperatores ac principes conspirarunt vquam, vt aduersus Ecclesiam Dei, cui praesidet Pontifex Romanus. Id tribus locis est clarissime explicatum, signo sexto, & decimo nono, similiter vbi actum de prudentia Ecclesiae in publicis rebus gubernandis, privilegioque quarto Pontificiae sedi diuinitus concessio: idem liquet ex iis, quae diximus de admiranda Ecclesiasticae potestatis progressionem.

Secundo loco hoc liquet, quia aduersus nullam gentem non modo tot, sed etiam tam potentes Imperatores, ac Reges, principesque sumptis armis coniurarunt, vt aduersus Ecclesiam nostram. Cuncti ferè Imperatores Romani hoc machinati sunt vsque ad Constantinum per annos propè trecentum, plerique Imperatores Orientis haeretici, & schisma- tici circiter annos sexcentos, multi Occidentis, vt in privilegio quarto Pontificiae sedi co- cesso diuinitus est explicatum, supra annos centum; omnes haeretici Reges, de quibus egimus vbi de infelici & inglorio exitu Regum haeticorum haeticarumque familiarum differuimus: plurimi praeterea principes, vt apparebit, qui quamuis Catholici essent, ta- men contumaces fuere, & Ecclesiasticorum iurium vel aperti, vel occulti hostes: qui om- nes nihil non viribus & potentia valuerunt. Et tamen omnes fuere inferiores, sedes haec in uicta permanfit.

Ex his euenit, vt nulli sedi Pontificiae caelitus datum fuerit, quae tot martyres Pontifices numeret, vt Romanae, quae Ecclesiae Catholicae praest. viginti septè sunt illi, vt alibi ostendi- mus, qui ab impiis pro fidei Catholicae iustitiaeque diuinae tuitione sunt interfecti: id eodem loco, quo egimus de primo Pontificiae sedi privilegio caelitus dato, constat.

Praeterea vero nulli sedi contigit, vt tot Pontifices eius vel Imperatorum haeticorum, impiorumve publica vi, vel hominum factiosorum ac scelestorum seditionibus vrbe sua fuerint eieci, vt Romanae, cui Catholica Ecclesia est subiecta, & illi tamen aut eorum suc- cessores semper diuinitus reuocati fuerunt. quadragies vero Roma expulsos fuisse Pon- tifices Romanos ostendimus signo LXXVIII. de principatu Romae posito.

Adde his viginti quatuor schismata aut in electionibus eorundem Pontificum Roma- norum, aut aduersus ritè electos hominum turbulentorum consiliis concitata, quae nos enu- merauimus singillatim signo XLVII. de clementia cap. 5. His igitur schismatibus cum fuerit Ecclesia Catholica multis modis exagitata, tamen (quod maxime sit mirandum) non modo illa persistit, ac persistit, sed nullus e Pontificibus legitime electis ob haec diffi- dia occisus, aut etiam ex iis, qui vitio sunt creati, quin hi a Pontificibus veris benignè ha- biti ad extremum, atque honorifice. Vnus Burdinus ignominiosè tractatus. Vt videas qua- ta sit pax in Ecclesia per Pontifices veros. Quamuis propter haec schismata natae sint caedes hominum multae. Id contigisse inuitis legitimis Pontificibus, qui cogebatur electione sui iuxta Ecclesiae scita facta tueri, constat ex hoc quod suos aduersarios non ritè electos humane tractarunt, vbi in eorum manus venire, neque illorum quemquam neci dandum curarunt.

Est & aliud belli genus in Ecclesiam Pontificesq. illius summos, calumniae scilicet ad- uersariorum mendacissimae, & ignominiosissimae; mitto Ethnicorum, de illis enim po- stea,

A stea, nunc mihi fermo de iis, qui se Christianos sunt professi. De Cornelio sanctissimo Pon- tifice Nouatiani inhonesta & maligna iactabat vt Cyprianus testatur. Multa obiecta Li- berio ab Ariani, Damaso ab Vrsicini sectatoribus, Symmacho a maleuolis, Sylucrio a Theodora Augusta studiosis, Vigilio ab inimicis Constantinopoli accusato, Gregorio Magno ab Imperatore Mauritio, Honorio a Graecis, Leoni III. & Paschali I. a factiosis, Gregorio Quarto a Ludouico Rege & ipsius filio Lothario, Ioanni Octauo, Formoso, plu- rimisque istorum successoribus a seditiosis quibusdam Romanis, Alexandro Secundo ab Henrico Tertio, ac sectatoribus eius. Nam quid de Syluestro Secundo, Ioanna Papissa, & Gregorio Septimo commenta ineptissima referamus? de quibus supra, vbi actum de priuilegiis pontificiae sedi caelitus concessis, signo de prudentia. Quid de quadraginta illis Pontificibus, de quibus tot ac tam aperta mendacia sunt ausi scribere haeretici Pro- testantes, quae doctissime dedit Robertus Bellarminus? Ita vt Caluinus homo de senten- tia haeticorum veracissimus in vno Ioanne XXII. tria mendacia finxerit, quod animae im- mortalitatem negarit, quod in sententia controversiae cuiusdam nullus se illi Cardinalium obiecerit, quod Galliae Rex suis interdixerit communionem Ioannis, vt alia mittamus quae nemini non homini cordato stomachum mouere possent. Mendacia porro haec & apertissi- ma calumniae a flagitiosis hominibus confictae nihil aliud respiciebant, nisi vt auctoritas Pontificis summi eleuaretur, & Ecclesiae Catholicae fundameta concuteretur; calumnias vero & mendacia clarissima esse constat publico virorum integerrimorum iudicio, & in- dubitata scriptorum fide.

Lib. 4. a c. vsque ad 14.

Cal. Insti. lib. 4. cap. 7. 9. & 8.

VII. a conciliis vel haeticorum vel non bene sentientium.

VIII. a defe- ctione ordina- ria Patriarcha- rum summorum.

IX. a praecipuis Italicae Episco- pis deficien- tibus.

X. ab haeticor- um factioni- bus.

XI. ab integris & amplissimis nationibus quae defecerunt.

Huic aliud belli genus succedit. Imperatores namque haeretici, aut homines alioquin haud rectè sentientes diuersis temporibus concilia Episcoporum plurimorum coegere ad- uersus Ecclesiam Catholicam, Pontificemque ipsius summum. In his quatuordecim nu- merauimus, vbi egimus de signo vniuersalium conciliorum. Horum suprema fuere, vel Basileense, vel Pisianum.

Quid quod ad extremum maximi Patriarchae visi sunt in vnum conuenisse plerumque aduersus Ecclesiam Catholicam sepremumque ipsius Antistitem? licet enim multi Pa- triarchae Constantinopolitani nobiscum senserint, tamen post annum M. L. I. I. in apertam discessionem venire, quam visi sunt Photio duce multo antè meditari. & quamuis aliqui postea conciliationem praestulerint, plerique non ita. Idem dicimus de Alexandrinis, Antiochenis, Hierosolymitanis; quamuis non ita pertinaciter, ac saepe, vt Constantinopo- litani, aliquando tamen. Qui tantum abest, vt aliquid profecerint aduersus Ecclesiam Ca- tholicam, illiq. aliquid, aut eius Pontifici detraxerint, vt ipsi potius omnium ferè iacturam fecerint; Episcopi gentesque eis subiectae ab ipsis se abiunxerint, eorumque auctoritate, nihil perfecerint, & iam eorum res ad nihilum penè sint redactae. Efferebat se annis supe- rioribus Constantinopolitanus Patriarcha, quod Moscouitae ipsius legibus parerent. At illi ante annos triginta ab ipso se abalienauerunt, vt ex Antonij Possuini Moscouia ap- paret. Antiochenus Patriarcha nullo iam loco: Antiochia vix aliqua exstant vestigia. Episcopo illi nulli propemodum subiecti.

Verum quid dicimus aduersus Ecclesiam Catholicam supremos Patriarchas Orientis conspirasse, quando & in ipsa Italia praecipui Archiepiscopi, Aquileiae, Mediolani, & Ra- uennae, idem aliquando patrarint? Nam cum Longobardi Galliam Cisalpinam cepere, defecerant illi ab Antistite Romano, nec nisi post longum tempus ad officium rediere, quod ostendimus signo, de interitu fidei, & de infelicitate haeticarum nationum.

Sed ecquando haeretici vlli defuerunt, qui Ecclesiam Catholicam non oppugnarint? Ipsis Apostolorum temporibus exorti Ebionitae, Simoniani, & ab his profecti Gnostici, quorum diuersi principes inter se dissentientes. Inde Quattadecimani, Manichaei, Montanistae, Sa- belliani, Samothetheni, Nouatiani, Donatistae, Ariani, Macedoniani, Nestoriani, Euty- chiani, Pelagiani, Priscillanistae, Theopaschitae, Tritheitae, Monothelitae, Iconomachi, Berengariani, Pneumatomachi in Graecia, qui Spiritum sanctum negat a Filio procedere; Albigeſes in Gallis, Hussitae, deniq. Protestantiu colluuiis, in qua coegestae sunt omniu su- perioru haeticoru sordes. Quocirca nuqua per hos Ecclesiae defuerunt effertissimi hostes.

Quid quod integrae nationes celeberrimae, & amplissime, paucissimis exceptis, ab Eccle- sia Catholica, primarioq. ipsius praesule deficietes atrocissima in illa bella cocitarunt? An non hoc egerunt Graeci, & quicumque Graecos sunt secuti, & quo nuc isti omnes loco? An non hoc agere videtur pleraq. Borealiu nationu, quibus Deus faxit ne contingat, quod

XII à gentibus alienis à Christi cultu.  
XIII. à ppetua martyrum successione & maxima multitudine eorum.

Græcis, atque aliis gentibus, quæ aduersus matrem suam Ecclesiã bella mouerunt. Omit- A rimus Sarracenos, siue Mahometanos. Hi namque quamuis aduersus Ecclesiam Catholi- cam Christumque tendant, tamen ita diuinitus hucusque est prouisum per nongentos sexaginta annos, vt nō nisi in regionibus hæreticorum, aut schismaticorum fixerint sedes. Omittimus & alias gentes à Christi cultu alienas, de quibus idem dicendum, quod de Sarracenis, vt ostendimus signo dē interitu fidei, & de infelicitate hæreticarū nationum.

Inspice nunc, nulli nationi, ac ceteri, qui se Christianum sit professus, perpetuam marty- rum fuisse successionem, vt Ecclesiæ Catholicæ, siue illos respicias, qui ab hæreticis, siue illos qui ab inimicis apertissimis totius Christiani cultus fuerint interfecti. Quanta verò sit istorum martyrum multitudo, quis possit animo amplecti? Romæ dumtaxat quidã me- ritò colligunt esse martyrum trecentena millia: in cœmeterio namque Calixti notantur esse martyrum centum octuaginta millia. Præter hæc sunt alia multa celebria. Neque ve- B rò cuiquam mirum videri debet. Romæ namque antiquitas erat innumerabilis hominū multitudo, ita vt Augusto imperante, vltimo lustro ipsius iussione condito cenfita fuerint hominum nonagies centena millia; vt mirum videri haud debeat, si intra annos ferè ter- centum, antequam Constantinus nobis se adiungeret, ab impiis Imperatoribus tot Chri- stianorum millia fuerint necata: qui tamen occisorū numerus est minimus præ illis, quos bella Imperatorum inter se pugnantium sustulerunt, vel in ipsa Roma, in qua vno aut al- tero die pugna militum Vitellij, & Vespasiani quinquaginta hominum millia peremit.


Nunc qui cœtus quæso est, aduersus quem tot ac tanta cōspirarint, & omnia mouerint, vt funditus illum subuerterent per tot sæcula, & tamen ille perstiterit, ac latissimè sit ille, vt noster, amplificatus, vt signo de innumeris Catholicis est actum? Græcorum natio dese- cit à nobis omnino pertinacissimè anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, post C obitum Michaëlis Paleologi. Ad quantam sunt illi nunc paucitatem redacti, non ab aliis oppugnati, quàm à Mahometanis, cum nos illis nullam non opem ferremus, vel non ap- probante prorsus Deo? Quod de Græcis dicimus, idem potest ostendi de multis nationi- bus hæreticis, vt Vandalis, Ostrogothis, Alanis, atque aliis, quas enumeramus signo de infelicitate hæreticarum nationum; in quas illud Isaiæ quadrat: Gens & regnum, quod non seruerit tibi ( loquitur ibi ad Ecclesiam Deus) peribit. ] Stet itaque nihil vquam magis in terris esse omni machinatione oppugnantum per tot annorum sæcula, quàm

Ecclesiam Catholicam, supremosque ipsius Antistites; omnia nihil aduersus illam valuisse; relata de cunctis victoriam, vt & summa illi præ ceteris pax, & summum tamen effet bellum.

FINIS LIBRI VIGESIMI.



D E



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER VIGESIMVS PRIMVS.



SIGNVM NONAGESIMVM SECVNDVM.

Felix posteritas Regum Catholicorum.

CATHOLICORUM REGUM FAMILIAS DEVS PLV-  
rimum semper euexit: quod est argumento nos esse ex  
Ecclesia Dei. Cap. I.



iximus, & explicauimus latè felices exitus Regum Catholicorū, quibus subiecimus tempora pacata & tranquilla, quibus illi regnarunt, si priscis conferantur; quod maximè facit ad eorum felicitatem, quibus nihil obfuere bella in Ecclesiã concitata: quin eorum prosperitatem prouexere, quòd ex illis sit semper victoria relata, neque tamen aliquid tantæ quieti sit detractum. Sed quãdo maxima felicitatis pars est posteros habere felices, valde au- gebitur felicitas superior Regum nostrorum hac sequenti. De fi- liis enim suis loquens Deus, ait: Sciatur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes qui viderint eos, cognoscet illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. ] quibus sanè verbis ostendit Catholicorum nepotes à gentibus ac populis felices reputandos, quippe quos Deus amplectatur. Sic etiam Dauid inquit fore, vt generatio rectorum benedicatur, & semen eius qui Deum timet, sit in terra potens, & videat iustus filios filiorum suorum pacem super Israël. ] Quocirca si diuinis verbis est fides, & veritas inconcussa; necesse est, vt Catholicorum Regum familiae sint felices. & quidem cunctæ res id in primis appetunt, vt sint ipsæ; sed quia pleraque sunt mortalia & caduca, illud saltem conantur, ne breuioribus terminis, quàm natura definierit, eorum vita concludatur, & germen aliquod ex ipsis relinquatur, in quo perpetuari quodammo- do videantur. Hinc acerbum vi extrinsecus illata perimi, & sine posteris vllis vita migra- re. felicissimum verò reputatur placidè emori in liberorum suorum complexu, quod Cy- ro suo Xenophon euenisse fingit. Sed qui è Christianis mente sunt altissima præditi, ij terrena & humana despicientes, cælestibus ac diuinis affixi in summis bonis ducunt, vitã pro Christo ponere, & superis similes ab omni luxu & illecebra remotos degere. itaque quod aliis est calamitas, ipsis & cunctis diuiniora sentientibus est beatitudo. Non enim propter aliquod scelus admissum, quod hæreticis & impiis accidit, occumbunt, sed pro- pter Deum; neque liberis carent, aut posteritate, quod ex omni parte voto frustrètur; sed quòd ipsi cælestia spectent, castitatem Christi exemplo sequantur, animique summam puritatem, qua fit vt nolint nisi ad suas coniuges accedere, aut etiam cum iis perpetuam Deo virginitatem conseruatint. Tales fuere Alphonsus Castus Castellæ Rex, Eduardus Angliæ, Henricus Germaniæ, Emericus sancti Stephani Hungariæ Regis filius, & Scla- uoniæ Rex, Boleslaus Pudicus Poloniæ, aliique multi. Quòd si qui Catholici sunt Re- ges ac pij, qui liberos cupiant, eos plerumque frustrari haud solet Deus, sed longissimam

Isa. 61.

Psal. 127. 127.

cis ne-

eis nepotum feriem, in quos regia dignitas deriuetur, benignissimè largiri: vt hac parte nihil Catholicis Regibus beatius ab orbe condito reperiri verè possit; quod longè secus hæreticis euenisse, à nobis loco suo demonstrabitur. Id verò ita esse non modò in hæreticis, sed in aliis etiam populis, ex vna re facilè perspicere potest; ne historias omnes nimis anxij peruoluamus.

I. Arg. ab obseruatione Plinij. Plin. lib. 7. c. 41.

Vna feminarum (Plinius inquit) in omni æuo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ Regis filia, Regis vxor, Regis mater fuit. Hæc ille tantæ lectiōnis ac doctrinæ scriptor: quæ sanè mira videri debent, quâdo ab antiquis, vni vni oppiduli, qualis Itacha saxo, nidi instar, inquit Cicero, adfixa, Reges appellarentur; & tamen inter tot Reges, per tot annorum milia haud reperta mulier, quæ fuerit filia, vxor, ac mater Regis. O felicissimas igitur Catholicas feminas, quarum tanta est, quibus hoc contigerit, copia, vt numerus iniri haud possit. Atqui nostro æuo, ne longè abeamus, vxor Maximiliani Secundi filia fuit Caroli Quinti, & mater Rodulphi Secundi Imperatorum. Regulos namque nullo ducimus loco. Vxor Caroli Quinti filia fuit Emanuelis Regis, mater Philippi Secundi potentissimorum maximorumque Regum. Sed hæc omittamus; sunt namque innumerabilia.

II. Arg. à longa successione cuiuslibet Regiæ familiæ.

Quantam nobis, & mortalibus cunctis admirationem poterit excitare stirps Rhecaredi Regis, qui anno quingentesimo octuagesimo sexto Catholicæ se Ecclesiæ adiunxit, eiusque regia progenies præfuit Hispaniæ vsque ad obitum Ferdinandi, qui contigit anno millesimo quingentesimo decimo sexto, ita vt supra annos mille aliquis fuerit ex ipsius genere, qui in Hispania præfederit, amplissima nâque imperia ad Austriacam familiam ratione affinitatis deuenerunt? vt Rodericus Sanctius testatur, & latè probat. Quid quòd ad eundem Rhecaredum reuocatur maternum genus omnium Regum potentissimorum, qui nunc in Europa dominantur? è Blancha namque Alphonsi Octauo Castellæ Regis filia natus sanctus Ludouicus, à quo habet ortum, qui regnauit in Francia, Henricus Tertius. Eodem reducitur & prosapia materna Sigismundi Tertij Poloniæ Regis. Bona namque auia Sigismundi huius nata est ex Isabella, hæc filia Ferdinandi Aragonensis Neapolis Regis, qui ortum ducit à Recharedo. Idem constat de Rodulpho Imperatore ac Rege Bohemiæ & Hungariæ, & eius fratribus ac patruis: prognati namque omnes è Ferdinandi filia, quæ ad Austriacos regna Hispaniarum transmittit. Eodè referuntur à latere materno Anglorum Reges.

Rod. Sanct. par. 1. c. 6. Vas. 621. 698. 737.

III. Ab affinitate qua Reges omnes Europæ attingunt Recharedi genus.

Sed ad alios nunc transeamus. Reges Portugallenses ex Henrici Bisuntini Comitum gente prognati rerum potiti sunt annos paulo minus quingentos.

In Francia Clodouei familia regnauit, vt quidam subducunt, annos ducentos quinquaginta.

Pipini ducentos quadraginta tres.

Hugonis Capeti adhuc dominatur sexcentos, & amplius.

Egberti gentem in Anglia rerum potitâ tradunt paulo minus ducentos sexaginta sex.

Henrici iam præest quadringentos triginta quatuor.

In Germania, quæ diutiùs imperaret, est Austriaca familia, quæ ordine successionis perpetuò iam præest annos centum quinquaginta, ex quo Albertus iunior iniuit imperiû anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo. Quòd si Austriacis Imperatoribus vltimis addas annos superiorum, Rodulphi, Alberti, Friderici, colliges annos propè centum nonaginta.

In Bohemia Boriuorij, qui primus ex illius regionis ducibus nomen Christo dedit, familla supra annos tercentum & amplius dominatum tenuit.

In Hungaria Geyzæ posterij vltra tercentum.

In Polonia Micisslai Primi nepotes, quadringentos & amplius.

In Dania supra quingentos Erici illius, quæ diximus ab Anschario Episcopo ad Christi religionem perductum, liberi.

IV. Ex eo quòd femineû genus antiquissimorum Regum in Ecclesia Catholica haud defecit.

Sed adhuc aliud mirabilius explicemus; femineum genus antiquissimorum Regum in Ecclesia Catholica haud defecisse. Anno quadringentesimo vigesimo octauo Burgundi Rege Gundicario Christi pietatem sunt amplexati, Gundicarij neptis Clotildis data in matrimonio Clodoueo Francorum Regi, ex illa posterij Clodouei; Pipinus autem filius fuit Ansigis, qui à Clodoueo & Clotildi genus duxit: è Pipino Caroli gens est orta, ex hac Carolus Lotharingiæ Dux vltimus Carolingorum filiam reliquit Gerbergam, vt è

vt è Sigiberto apparet, quæ Lamberto Comiti Montensi nupsit. Hinc Lotharingiæ Duces, qui Francos, Austriacos, & omnes Europæ primarios principes cognatione attingunt. Bungundionum itaque Regum feminea stirps adhuc durat annos mille centum sexaginta: similiter, vt apparet, Clodouei & Pipini. Aperiamus & stirpem femineam Caroli Magni, Otthonisque Primi Imperatoris, qui à Vitichindo Duce Saxonie profectus est, haud periisse ex alia parte. Arnulpho Imperatori Caroli Magni postero filia fuit Luidgarda, hæc nupsit Otthoni Saxonie Duci, & auo Otthonis Imperatoris, soror huius Adela collocata est in matrimonio Hugoni Comiti Parisiensi, à quo prognatus Hugo Capetus, cuius adhuc gens in Francia regnat.

Paul. Aemil. Vol. 1. lib. 3.

Basilius Macedo imperare cepit in Oriente anno octingentesimo sexagesimo septimo: eius opera coactum Concilium octauum. Ostendamus per nostros factum, vt proles feminea istius haud concideret. Ottho Primus Imperator vxorem dedit filio suo Otthoni Secundo Theophaniam, quæ à Basilio Macedone genus ducebat. ex Otthone Secundo, & Theophania natus Ottho Tertius, & Alafayna, quæ nupsit Alamo Marchioni Montisferrati, vnde ortæ diuersæ familiæ principum maximorum.

Videamus & prosapiam femineam Geyzæ Hungarorum Regis haud periisse. Stephano Quarto, qui fuit è liberis Geyzæ, filia fuit Maria: hæc Carolo Siciliae & Neapolis Regi viro suo filios suscepit. Ex his Carolus Secundus filiam Blancham dedit vxorem Iacobo Aragoniæ Regi, vnde Ferdinandus, & Ferdinandi nepos Carolus Quintus, vt è Marinæo apparet.

Cuspinianus.

Marin. lib. 11.

Neque similiter cecidit ex parte feminarum gens Boriuorij Bohemorum Ducis, qui primus ex ijs nomen Christo dedit. Venceslaus namque nepos Orthochari Regis vltimus è Boriuorij nepotibus reliquit filiam Elisabettham, quæ nupsit Ioanni Lutzburgensi, à quo Carolus Quartus Imperator. Ex hoc supremus Sigismundus, è quo vnica filia Elisabettha nupsit Alberto iuniori Imperatori; ex his altera Elisabettha data vxor Cazimiro Poloniæ Regi, vt è Cromerio & Dubrauiō habetur: inde etiam qui nunc regnat in Polonia Sigismundus.

Dub. lib. 27. Crom.

Inspiciamus & Micisslai, qui primus è Poloniæ Ducibus Christo se adiunxit, femineam stirpem non interiisse. Boleslaus Audax, siue Ferus, è posteris Micisslai, dedit filiam suam Suatauam Vratislao Bohemiæ Regi, è qua Vladislaus nepos Bohemiæ Rex; ex hoc Venceslaus filius Orthochari Quinti; qui ex Elisabettha filia Præmisslai Principis Poloniæ Maioris, & vnus ex posteris Micisslai genuit Elisabettham Ioanis Bohemiæ Regis coniugem; è quibus prognatus Sigismundus Imperator, cuius, vt diximus, filia Elisabettha Alberto Imperatori marito suo sobolem suscepit Elisabettham Cazimiri Poloniæ Regis coniugem, ad quos genus suum refert, qui nunc viuunt, Sigismundus Tertius.

Dubrauius.

Non omittamus & Anglicorum regiam gentem. Egbertus, qui circiter annum octingentesimum solus insulæ præfuit, & ab antiquis Anglorum Regibus, qui post annum sexcentesimo Christo se dedere, originem duxit, post interitum suæ agnationis iure affinitatis habuit successorem transfactis aliquot sæculis Guglielmum Northmanum, vt è Polydoro constat. Huius nepoti Guglielmo Rufoneptis ex Henrico filio fuit Mathildis, è qua ortus Henricus Secundus Angliæ Rex, cuius adhuc gens regnat. Atque ita Anglorum Regum prosapia regnat annos propè octingentos.

Polyd. lib. 8.

Quòd si fides non videretur abroganda Ioanni Læsleio Regum Scotiarum progeniem successionesque textenti; Donaldus Primus Scotorum princeps anno centesimo nonagesimo septimo Christo se adiunxit, ab illo is, qui nunc regnat Iacobus Sextus originè ducit post annos mille trecentos nonaginta & vnū. Illud auctore Beda testatus, circiter annum trecentesimo sexagesimo Scotos, duce Reuda, quem Reutherem vocant alij, in Britannia nouissimam partem ad nauigasse. Illud etiam à Prospero, qui his temporibus vixit, in Annales relatum, anno quadringentesimo trigesimo quarto à Cælestino Pontifice missum Episcopum Palladium ad Scotos iam credentes in Christum. Ex his temporibus alij Regum, siue olim Ducum Scoticorū feriem deducunt, vt Polydorus Virgilius post alios tradit: ita vt certissimum sit eorum progeniè permanere supra annos mille centum quinquaginta, ex quo nomen Christo dederunt. Ad summam Catholica nationis Reges ab antiquissimis Regibus perpetuo consanguinitatis ordine genus deducunt; ita vt nulla sit illi natio æqualis quod eo magis est mirandum, quòd hæc, quas recensuimus, familiæ, non vni vrbi exiguæque regioni præfuerint, sed latissimas terras imperio conti-

Lib. 3.

continuerint: ut iam veritas appareat illius oraculi, quod multis locis diuinus Spiritus A  
repetiit de iustorum felicitate quo ad progeniem suorum.

**I. Argumentū.** Sed illud adhuc multis mirabilius videbitur, si consideremus cuiuslibet regiae gentis  
felicitatem è quatuor pensari ac dignosci posse. Primo loco, quòd regiam potestatem  
dignitatemque diu conseruauerit. Secundo, quòd plures magnosque Reges diueris orbis  
partibus protulerit. Tertio, quòd amplissima terrarum spatia imperio continuerit. Po-  
stremo, quòd nulli ex ea Reges, aut paucissimi fuerint interempti. His positis quatuor vi-  
deas Regum magnorum familias, quae cunctis aliis secundarum rerum cursu & abundan-  
tia praesent, Recharedi, Caroli Magni, Hugonis Capeti, & Austriaeorum. Genus nam-  
que Recharedi, ut diximus, regiam potestatem in Hispania produxit ad consanguineos  
vsque ad annos mille quingentos sexdecim, per annos iam mille: propter hanc itaque  
diuturnitatem videbitur longè beatum. Qua in re valde ridendum apud Iouium Mu-  
leasses ille Rex Tuneti, qui iactat maiores suos mille annos Tuneti regnasse, cum con-  
stet ex historiis nullam familiam paulo illustriorem apud Mahometanos regiam pote-  
statem latiori dominatu protulisse hucusque ultra annos tercentum; quod è scriptis Mi-  
scellae, Zonaræ, Ioannis Leonis, aliorumque liquet. Orthomanica, quae nunc altè se effert,  
hos temporis terminos necdum cõtingit, quamuis non longè absit. Neque solùm ob diu-  
rurnitatem admiranda stirps Recharedi, sed & ob illud quòd amplissimis regnis praefue-  
rit. Ferdinandus namque, non modò vnà cum Isabella vxore Hispanias totas, excepta  
Portugallia, possedit, sed etiã regna Sardiniae, Siciliae, Neapolis, Canariarum, & amplissi-  
mas Indiarum Occidentalium regiones. Post Recharedi posteritatem, ut temporis ordinè  
sequamur, sequitur Caroli Magni, siue Pipini diuturnitate longè inferior. Annos nam-  
que ducentos quadraginta tres dumtaxat est regio nomine dominata; sed hoc differt C  
ab agnatione Recharedi: hæc cum peruenit ad summum latissimae cuiusdam ditionis, cõ-  
tinuò defecit; illa diu maximos Reges variis Europae regionibus dedit, Italiae, Lotharingae,  
Alemanniae, Baioariae, & reliquae Germaniae, Pannoniae, Daciae, Mysiae. Quinimmo à  
casu imperij Romani nulla gens tantum terrarum, & quidem meliorum, in Europa re-  
nuuit, quantum Carolinga. Possedit enim Pannonias, Daciam, Mysiam, quicquid Sar-  
matiae est intra Vistulam & Danubium, Dalmatiam, Liburniam, Istriam, Germaniam  
totam vsque ad mare Balthicum, Italiam, Gallias, magnamque Hispaniae partem.

Proxima est familia Hugonis Capeti, quae iam supra annos sexcentos durat. Hæc nõ  
modò felix tot annorum longinquitate, sed quia maximos ex se Reges produxit. Ca-  
rolus namque sancti Ludouici frater Rex fuit Siciliae & Neapolis, eiusque posterij re-  
gnum Neapolitanum tenuere ab anno millesimo ducetesimo sexagesimo quinto vsque D  
ad Alphonsum Aragonensem, qui illud cepit anno millesimo quadringentesimo qua-  
dragesimo. ex huius Caroli liberis prognatus Carolus Martellus Hungariae regnũ ini-  
uit anno millesimo trecentesimo duodecimo: Ludouicus verò Caroli huius filius non  
modò Hungariae, sed & Poloniae Rex fuit. & imperio suo continuerunt hi Dalmatiam,  
Croatiam, Seruiam, Bosnam, Lodomeriam, Rhusiam, Cumaniam, Bulgariam, Molda-  
niam vsque ad annum millesimum trecentesium octuagesimum sextum, quo Ludoui-  
cus decessit, relictis filiabus Maria & Heduigi, quarum hæc Ladislao Iagellono, illa Si-  
gismundo postea Imperatori nupsit. Ex eadem Hugonis Capeti stirpe prodierunt aliqui  
Imperatores Constantinopolitani, Robertus scilicet, Petrus, ac Balduinus Secundus.

Post Hugonis familiam Deus excitauit inter Christianos Austriaeam. Rodolphus  
namque Imperator anno millesimo ducentesimo septuagesimo est electus; ex eo nume-  
rantur Imperatores decem: quod nulli adhuc prosapia contigit, nisi Basilij Macedonis, E  
si Zoem, Thodoramque adiungas superioribus Imperatoribus è Basilij stirpe natis. Hæc  
autem Rodulphi familia amplissimas in Germania, Pannoniis, Bohemia, Dalmatia,  
Istria, Carinthia, Croatia, Burgundia, Flandriaque ditiones paulatim nacta, Annoque  
millesimo quingentesimo quarto, Philippo regnante, amplissimas Castellae regiones; &  
millesimo quingentesimo decimo sexto, Carolo Quinto imperante, Aragoniae potentis-  
sima regna: denique Philippo Secundo nunc viuente Portugalliae latissimas ditiones  
adepta, tantum terrarum possidet, quantus nullus vmquam Rex ab orbe condito legi-  
tur possedisse, ita ut totam tellurem, Oceanumque ipsum imperio suo ab ortu ad occa-  
sum, & ab extremis ferè finibus Aquilonis vsque ad Austri propè supremas oras circũ-  
det, & cõrceat. Atque hæc sanè de quatuor regniis familiis omnium maximè felicibus.  
Post

Ioan. Vil. lib. 7.  
c. 10.  
Fafel. post. Dec.  
lib. 9.

**A** Post quas valde eminent duæ, quæ circiter annos quingentos perfliterunt, & latissi-  
mè, ut ex historiis cõstat, sunt dominatae. Prima & antiquior est Danica deducta ab Eri-  
co, quem diximus ab Angario perductum ad Christianam pietatem, vsque ad Mar-  
garetam.

Secunda Portugallensis, ab Henrico & Alphonso, vsque ad Henricum Cardinalem  
Regemque propagata, cuius soror è Carolo Quinto genuit, qui nunc latissimè regnat,  
Philippum Secundum. Atque hæc sex agnationes fortunatissimè etiam, quòd ex aliqui-  
bus earum Rex nemo fuerit ab inimico vllò interfectus, è reliquis quam paucissimi, è  
Caroli & Capeti gente (quo tempore hæc scribebamur) Rex nullus omnium ditionum, quas  
Carolus & Capetus suis liberis reliquere; ex Henrici vnus, è Recharedi nepotibus ali-  
quot, ex Austriae vnus Albertus Imperator. Ex his colligitur quanta sit in Ecclesia Ca-  
tholica felicitas regiarum familiarum; ita ut nihil iis simile in tota antiquitate reperire  
possis. Nam de hæreticis quid attinet dicere, cum nemo illorum, ut suo loco aperietur,  
vltra quartam generationem transmiserit sua regna, quin eorum familiae deleta? Vbi  
namque Vandalicorum Regum nepotes, vel feminae, vel mares, vbi Ostrogotthorum,  
vbi Longobardorum, Bosnensium, Bulgarorum, Vualachorum, aut quorumlibet, quibus  
regium nomen, ac dignitas fuerit attributa? Quae gens produci poterit, cui contigerit  
ex eadem familia tot Reges per tot annorum saecula ab orbis ipsius fabricatione vm-  
quam protulisse? Velleius tamen Patereculus principio historiae suae scribit Assyriorum  
imperium (quod cuncti scriptores & sacrae litterae omnibus praepouunt, ut è statua Na-  
bucodonosoris apparet) durasse in eadem progenie annos mille septuaginta. Sed falli  
Velleium Patereculum, falsaque asserere constat in eo quòd scribit in eadem gente tot  
annos durasse Assyriorum regnum. Agathias namque è Ctesia Gnidio, Bione, & Ale-  
xandro vetustissimis scriptoribus; & Diodoro Siculo diligentissimo refert, Semiramidis  
genus defecisse in Belo Decortaro, ex hoc post extinctum Semiramidis genus per-  
uenisse ad Olitorem Belitaram, cuius posterij durarunt vsque ad Sardanapalum, qui à  
Medis est sublatus. sic Agathias libro secundo. At Velleius vult Sardanapalum à Se-  
miramide prognatum, contra Ctesiam, Bionem, & Alexandrum vetustissimos omnium  
scriptores. Sed fabulosa esse, quæ de Assyriis, & genere Semiramidis iactatur, tum è mul-  
tis apparet, tum ex ijs quæ Herodotus libro primo scribit: nimirum à Semiramide vs-  
que ad Cyrum quinque tantum generationes intercessisse, & ibi quingentos annos ait  
intermedios. ac verè Halicarnassæus initio historiarum suarum fabulosa esse scribit quæ  
iactantur de Assyriis, eosque modicam partem Asiae potitos tradit, cunctisque antiquo-  
rum principibus summis angustos temporum terrarumque fuisse terminos solidè re-  
stat. Illud non audiendum quod Aethiopes iactant eorum Reges, quorum nonnulli  
nobiscum sensere, originem ducere à Salomone, quòd ille coierit cum Regina Saba, &  
ex ijs prognati sint eorum Reges. Sed certè poterant eorum progeniem retexere vsque  
ad Noë nullo mendacio. Nam tantæ rei mirum nullam fieri mentionem in diuinis libris,  
aut scriptoribus Hebraeis, Iosephoque, qui antiquitates omnes perscrutatur, & singilla-  
tim de industria aduersus Apionem colligit ac recenset. quin Diodorus libro antiqua-  
rum rerum tertio cap. 1. refert Aethiopum Reges non hæreditario, sed electionis iure  
rerum potitos; idque se, ut cognosceret verum, diligenter in Aegypto versatum quæfisse.  
Aethiopum sanè quidam ab Apostolis ad fidem Christi perducti; in his eunuchus Can-  
dacis à Philippo. Aethiopiae autem, cuius Rex est, qui à nobis Presbyter Ioannes dici-  
tur, prima regio nomen Christo dedit Axuma, ut ipsi fatentur, & Aluaresius ab ipsis au-  
ditum refert. Id contigit Athanasio sedente, qui Frumentium dedit Axumitenibus Epi-  
scopum, ut è Rufino & Athanasii Apologia ad Constantium constat. Sed eorum Reges  
omnes Christo haud adhæfisse ex eo apparet, quòd anno decimo sexto Iustiniani Adad  
Axumitensium Rex ad nostra sacra concessit, ut è Miscellæ auctore liquet. Inde eorum  
Rex Archetas auxilium dedit aduersus Persas Iustino Iustiniani successori, ut idem re-  
fert. Quocirca & illud falsum, Reges eorum semper Christianos fuisse, ex quo eunu-  
chus Candacis Christum coluit. Sed mittamus istorum somnia. Ad reliqua pergamus.  
Ad regiarum posteritatum felicitatem maximè facit, si qua ex illis protulerit Reges san-  
ctimoniae caelestis, quam Deus ipse miraculis fuerit illustrare dignatus. Talis est fami-  
lia Recharedi, quæ Ecclesiae Catholicae produxit Alphonsum Castum, & Ferdinandum  
Tertium; Hugonis Capeti, quæ sanctum Ludouicum; Egberti Angli, quæ Eduardum Se-  
cundum

**B** **C** **D** **E**

lib. 16.

VI. Ab illustri  
sanctitate quo-  
rundam Regu  
è nobilissimis  
familiaribus.



cundum & Tertium, Geyzæ Hungari, quæ Stephanum Primum, & Ladislaum, Boriuorij A Bohemi, quæ duos Venceffaos, Eri Dani, quæ Canutum, atque alios alia, de quibus à nobis supra factus est sermo; non enim singula repetenda. Postremo loco ponentur priuilegia quædam prorsus diuina, quibus Deus familias quasdam regias, atque adeò Catholicas aliquot nationes mirabiliter nobilitauit. In his quod Regibus Francis est concessum, vt manuum tactu strumas sanent: cuius rei initium à Clodoueo Primo est factum. Similiter & Anglis, vt idem possint; præterea verò vt annulis quibusdam certo ritu consecratis tum membrorum stupori, tum comitali morbo medeantur. quas res nos supra attigimus. è quibus omnibus euidentissimè apparet maximam & diuinissimam familiis regis, quæ in Ecclesia Catholica sunt, felicitatem cælitus concessam.

*Explicantur euenta felicia profapia Regum Lusitanicorum. Cap. II. B*



Ed vt omnia quæ diximus adhuc illustriora fiant, placet attexere, ac veluti in tabella depictas oculis legentium subiicere genealogias omnium Regum atque Imperatorum Catholicorum, & ex illis adnotare euenta diuinitus concessa ad humanam felicitatem facientia, quibus Regum nostrorum posteritates cunctis alienorum Regum familiis præstare constabit: signo namque de infelici alienorum posteritate afferemus genealogias Assyriorum, Medorum, Chaldæorum, Persarum, Arfacidarum, siue Parthorum, Macedonicorum, Seleucidarum, Ptolomæorū, Romanorumque, qui celebriora regna sunt potiti: his adiciemus omnium Mahometanorum, hæreticorumque gentes ita vt è collatione appareat clarissimum, quanta veritate nitantur oracula diuina, quibus ostendimus supra nostris felicissimos liberos præsignificari; felicissimos inquam, remoto rerum luxu, impuritate, libidine, intemperantia. Nam si felicitas ab aliquo Epicureo, cuius Deus sit venter, in istis ponatur, sine dubio Catholici superantur à cunctis. Age verò inspiciamus, vt soliti sumus, à partibus extremis Europæ, Lusitanico regno; delincemusque nobilissimæ gentis nobilissimam prolem; & ab anno millesimo exordiamur.

Eustachius II. Comes Bononiensis, filius Gottifredi Lotharingæ Ducis, genuit Godefridum Lotharingæ Ducem, Regemque Hierusalem, & Eustachium Comitem Bononiæ, cui ex Eugenia Eduardi Regis Angliæ filia est orta Mathilda Comitissa Bononiæ, & Angliæ Regina; idem verò Eustachius genuit Guglielmum.

Guglielmus Dux Lotharingæ, qui ex vxore Gertrudi filios habuit Godefridum Baronem Iunuilæ, à quo Vademontani & Guisj, Theodoricum Ducem Lotharingæ, & Henricum Primum.

Henricus Primus Portugalliæ Comes suscepit è Tarasia filia Alphonfi Noni Regis Castellæ Alphonsum.

I | Alphonfus Primus Rex Portugalliæ è Mafalda de Lara coniuge produxit Tarasiam vxorem Philippi Primi Comitis Flandriæ, Mafaldam nuptam deinde Raimundo Comiti Barchinonensi, Vrracamque Ferdinando Primo Regi Legionis & Galitiæ, denique Sancium Primum.

II | Sancius Primus ex Aldona filia Alphonfi Primi Regis Aragoniæ genuit Mafaldam datam in matrimonio Henrico Primo Regi Castellæ & Toleti, Tarasiam Alphonso Regi Leonis, Ferdinandum Comitem Flandriæ propter vxorem Ioannam filiam Balduini, & Alphonsum.

III | Alphonfus Secundus ex Vrraca filia Alphonfi Castellæ Regis habuit Ferdinandum Templariorum Magistrum, Leonoram nuptam Comiti de Gundisalu, Alphonsum Marchionem Chaborri illegitimos, Sanciumque II. & Alphonsum III. Reges.

IV | Sancius Secundus ob inertiam regno spoliatus decreto Pontificio.

V | Alphonfus Tertius eius frater è Blatildi suscepit Ferdinandum, Consaluum, Rupertum, è Beatrice verò Dionysium Primum.

VI | Dionysius Primus ex Isabella filia Petri Regis Aragoniæ genuit Dionysium, Sibylam nuptam Henrico de Lancastro, ex illegitimo toro Ioannem, Alphonsum, Ferdinandum, Petrum, Alphonsum de Albuquerque, Mariam coniugem Ioannis Delaparda, ex eadem verò Isabella Alphonsum Quartum.

VII | Alphonfus Quartus è Constantia filia Ferdinandi Quarti Castellæ Regis Leonoræ coniu-

A coniugem Petri Regis Aragoniæ, Mariam Alphonfi Vndecimi Regis Castellæ, Alphonsum, Annam, & Petrum Primum.

| Petrus Primus, cui è Beatrice filii fuerunt Dionysius, Alphonfus, Ioannes, Leonoraque coniux Petri Crudelis Regis Aragoniæ, Maria Ferdinandi Marchionis Tortosæ, Ludouicus, Beatrix vxor Sancti filii Alphonfi Castellæ Regis; præter hos fuit illi naturalis filius Ioannes postea Rex: denique idem Petrus è Constantia suscepit Ferdinandum Primum.

| Ferdinandus Primus sine liberis decessit.

Ioannes Primus filius Petri Primi illegitimus habuit vxorem Philippam filiam Henrici Regis Angliæ, genuit Ioannam nuptam Henrico Primo Regi Castellæ, Philippam Erico Regi Daniæ, Isabellam Philippo Primo Duci Burgundiæ, Beatricem Comiti de Arando, Leonoram Fridericum Tertio Imperatori, è qua Austriaci omnes, Ioannem Magistrum sancti Iacobi, Ferdinandum Magistrum ordinis Cisterciensis, Alphonsum Baronem, Ferdinandum dominum Visei, patremque Emanuelis postea Regis, & Eduardum Primum.

| Eduardus Primus è Leonora filia Ferdinandi Regis Aragoniæ suscepit Alphonsum Quintum.

| Alphonfus Quintus, cui ex Isabella filia Petri, vt vocant, Infantis, filius fuit Ioannes.

| Ioannes Secundus non habuit vllum filium superstitem, nisi Georgium naturalem sancti Iacobi Magistrum.

C Emanuel nepos Eduardi Primi è filio Ferdinãdo, qui filios habuit Alphonsum Cardinalem, Michaëlem Principem Castellæ patri haud superstitem, Ludouicum patrem Antonii dicti Regis, Henricum Cardinalem postea Regem, Isabellam nuptam Carolo Quinto, è quibus Philippus II. Beatricem Carolo Duci Sabaudiæ, è quibus Emanuel Philibertus est natus, Ferdinandum, Eduardum, cui ex vxore Isabella filia Ducis Bragantiæ filia fuit Catharina coniux Ducis Bragantiæ, è quibus nati Eduardus & Maria vxor Alexandri Ducis Parmensis, materque Ranutii & Eduardi, & Ioannem Tertium.

| Ioannes Tertius, qui è Catharina filia Caroli V. Imperatoris genuit Ioannem patri haud superstitem, patremque è Ioanna Caroli V. filia, Sebastiani Regis.

| Sebastianus Rex in prælio occisus, sine liberis decessit.

Henricus Cardinalis & Rex filius Emanuelis Regis.

D Philippus Secundus filius Isabellæ, & ex eo nepos Emanuelis Primi.

Hæc igitur progenies Lusitanicorum Regum deducta ab antiquissimis Bononiæ Celticæ Comitibus, quos prisca sine dubio Reges vocassent. Euenta verò felicia diuinitus iis data, quibus præcellant alienis ab Ecclesia nostra Regibus, sunt hæc.

Primum. Nulla Regum à nobis alienorum posteritas produci in medium potest, quæ tamdiu regnarit, & eorum tam pauci fuerint ab hostibus interfecti, qui tamen ipsi steterint in acie, vt plerique superiorum pugnarunt, ac præliis interfuerunt, & vnus dumtaxat ex illis occisus Sebastianus.

Secundum. Nulla Regum à nobis alienorum posteritas tamdiu regnauit, & quamuis ad bella non irit, & in otio vitam traduxerit, tamen habuit tam paucos, qui fuerint interempti ab inimicis; id nos ostendimus signo de pietate XXXVII. cap. II. & signo de intestinis alienorum cædibus LIII.

Tertium. Nulla Regum gens ab Ecclesiæ nostræ complexu remota fuit, quæ tamdiu regnarit, & non habuerit aliquem, qui fuerit à suis propinquis occisus; quod ostendimus signis allatis: hæc verò non habuit vllum, qui fuerit à suis interemptus.

Quartum. Nullus vmquam Rex dissidens à nobis tam longas ac remotas suorum nauigationes instituit, vt Lusitanici Reges, quorum nauigationes, si rectè iter metiri vellemus, progressæ sunt vltra gradus ducentos, & quidem per Aequinoctialem circulum deductos, qui maiora terrarum spatia complectuntur: sed quando illarum sunt multi flexus, ac reflexus; id circo duplo, aut etiam triplo longius est iter.

Quintum. Neque gens vlla fuit huiusmodi vmquam, quamuis Tyrii, Carthaginensesque nauali peritia præstantissimi iactentur ab antiquis.

Sextum. Sic etiam non est è tota antiquitate, qui tam diuturnas & opulentas nauigationes aperuisse vmquam legatur, commerciaque ad humani generis societatem

maximè deuinciendam plurimum facientia coniunxisse inter tot ac tam barbaras effe- A  
ratasque gentes sciatur.

Septimū. Neque inuenitur ex alienis ab Ecclesia nostra, qui tot littora, ac tot insulas  
tam latè dispersas, longeque remotas imperio suo coërcuisse vmquam cognoscatur ab  
orbis ipsius fabricatione. & insularum quidem, quas Oceanus circumfluit, multa millia  
numerantur.

Octauum. Cui consequens est, vt neque exstiterit, qui tam procul regni sui confinia  
protulisse dici possit. idque eo magis est mirandum, quòd octuagesimus est propè annus,  
ex quo Lusitani Moluchas in suam potestatem redegerunt, & in Sineticis littoribus,  
quæ Seribus antiquis adscribebant, urbem munitissimā Maconem condiderunt; vt iam  
ridicula sint, quæ somniando fabulabantur antiqui de Baccho, Hercule, & his similibus,  
aut prodiderunt de Osyri, Sefostri, & aliis id genus. B

Nonum. In omnibus porrò littoribus, insulisque, & locis tam disiunctis ab orbe no-  
stro colonias Lusitanici Reges Lusitanorum suorum sic excitarunt, vt legentibus oras  
omnes extimas Africæ totius, Indiarumque cis & vltra Gangem, plurimumque in-  
sularum passim mirabiliter occurrant, quod vlli regis proli è vetustis, atque alienis ab  
Ecclesia nostra contigisse tam secundo euentu, non est qui possit affirmare.

Decimum. An verò illud in exigua humani boni parte nobis est ponendum? quòd  
numquam Lusitani per tot sæcula aduersus suos Reges communi decreto constitutos  
ac receptos arma sumpserunt, seditionesve vllas insignes vllibi excitarunt, & maximè  
in tam longè distitis terris, in quibus facile erat mouere aliquid in Reges ignotòs gen-  
tibus inconstantissimis, & nullo fidei vel diuinæ vel humanæ sese ex animo astringenti-  
bus, quas tamen Regum Lusitanicorum præsentia, quòd voluissent illi, impelleret, & im- C  
perio coërceret? Hoc certè nulli Regi ex iis, quos nostræ Ecclesiæ doctrina non conti-  
nuit, contigisse dici potest.

Vndecimum. Non omittamus à foeminis Lusitanicorum Regum Reges exortos in-  
numeros ac potentissimos, quot ac quales ætas nulla dedit aliis abhorrentibus à cul-  
tu Ecclesiæ nostræ. Vt enim proposuimus in tabella, ex iis prognati Reges Castellæ,  
Legionis, Aragoniæ; à quarum mulieribus nati sunt aliarum regionum potentissimi Re-  
ges, vt suo loco ostendetur. hic illud satis sit attulisse, è liberis Friderici Terrij & Leo-  
noræ deduci non modò Austriacos Imperatores ac Reges, sed alios Europæ supremos,  
vt mox aperietur.

Duodecimū. Plerique denique omnes isti Portugalliæ Reges, cum tot sæcula regna-  
rint, omnibus iustitiæ ac religionis ornamentis & laudibus excelluerunt; ita vt nulla Re- D  
gum series ab alienis à nostro cultu afferri possit, quæ tam diu rerum sit potira, ac tam iu-  
stos temperatosque Reges valeat nominare.

*Explicantur euenta felicia prosapia Regum Castellanorum &  
Hispanicorum. Cap. III.*

**N**unc sermonem nostrum conuertamus ad Reges Legionis & Castellæ,  
atque inspiciamus eorum prospera euenta. Visigothis post obitū Atha-  
narici fuerunt hi Reges, Alaricus anno trecentesimo octuagesimo secun-  
do, Attaulphus, Sigericus, Vuallia consanguineus Sigerici, vt Iornan-  
des testatur; quamuis Rodericus Sanctius & alios superiores inter se co-  
gnatos faciat; nos ex antiquis scriptoribus, quos diligenter euolu-  
mus, id non possumus affirmare. Vualliam sequitur Theodoricus, Thorismundus, Theo-  
doricus, & Henricus Theodorici filij, Alaricus filius Henrici, Genselicus, Amalaricus  
filius Alaraci ex Theudicodone, aut Ostrogotthone filia Theodorici Ostrogotthi Regis  
Italiæ, qui tutor fuit istius Amalarici veluti ex filia nepotis; post Amalaricum regnavit  
Teudis, Theudisclus, Agila, & Athanagildus, quos & inter se consanguineos facit San-  
ctius nullum citans ex antiquis testem. Nos igitur posteritatem Regum sequentium, ne  
temerè affirmemus aliquid, exordiemur à Luyba, qui cepit imperare anno quingentesi-  
mo sexagesimo octauo; illud admonentes, quòd linea ab alio in alium Regem ducta si-  
gnificat subiectum superioris esse filium.

Luyba

A Luyba.

Leouigildus eius frater, qui Theodosiam  
neptem Theodorici Regis suprā nominati,  
filiamque Seueriani Ducis Carthaginensis  
habuit vxorem.

| Recharedus primus Rex Catholicus,  
qui regnare cepit anno quingentesimo octua-  
gesimo sexto.

| Luyba.

Vistericus.

Gundamirus.

B Sisebutus.

| Recharedus Secundus filius Sisebuti.

Suintilla filius Recharedi Primi.

| Sisenandus.

| Suintilla.

Tulcas consanguineus.

Cindasiunthus consanguineus, ex quo vo-  
lunt Lucas Tudenis & Rodericus Toleta-  
nus ortum Faslam Cantabriæ Ducem, pa-  
tremque Pelagij Regis.

| Recensuinthus, ex quo Theodofredus,  
quem Vitiza Rex excacauit.

C Bamba consanguineus.

Eringius Recinsuinthi nepos.

Egica gener Eringij.

| Vitiza filius Egicæ. hic excacauit Theo-  
dofredum, à quo scribit Sanctius parte 2.  
cap. 35. ortos Costam, Theodoricum, Pela-  
giumque, ex vxore Retilene. sic igitur est dis-  
sensio in asserendo patre Pelagij Regis: alij  
namque volūt esse Faslam, alij Cindasiun-  
thum.

D Rodericus, quo regnante Sarraceni occu-  
parunt Hispanias; hic autè filius fuit Theo-  
dofredi.

Pelagius filius aut Fasliæ, aut Cindasiun-  
thi, primus Legionis Rex, quam Sarracenis  
abstulit.

| Fasla Pelagij filius.

Alphonfus Primus Pelagij Regis gener  
ducta Ormisenda filia ipsius.

| Froila Primus.

E Aurelius frater, &amp; interfector Froilæ.

Silo gener Alphonfi Primi ducta Odifin-  
da filia illius.

Mauregatus Alphonfi Primi nothus, & pa-  
trius Alphonfi Secundi.

Veremundus Alphonfi Primi nepos, Vi-  
marani filius, qui ex vxore Smilone susce-  
pit Ranimirus & Garziam.

Alphonfus Secundus cognomento Ca-  
stus filius Regis Froilæ Primi.

Ranimirus Veremundi Regis filius.

| Ordonius huius proles.

| Alphonfus Tertius cognomento Ma-  
De Sig. Tom. 2.

gnus, cui filii fuere ex vxore Amelina, siue  
Ximena, Garzias, Ordonius Secūdus; Froi-  
las Secundus, Gundifaluus.

| Garzias.

Ordonius Secundus.

Froila Secundus, huic ex vxore Munina-  
donia fuere filii Alphonfus Quartus, Ordo-  
nius, Ranimirus Secundus, & quidā nothus.

| Alphonfus Quartus, qui ex vxore Xime-  
na genuit Ordonium malum.

Sanimirus Secundus, cuius filii fuerunt Or-  
donius Tertius & Sanctius.

| Ordonius Tertius.

Ordonius Quartus cognomento Malus.

Sanctius Primus Crassius.

| Ranimirus Tertius huius filius.

Veremundus Secūdus Ordonij filius: hic  
duas inter se sorores compressit, & suscepit  
ex vna Ordoniū, ex altera Eluiram: è legi-  
tima deinde vxore Velasquita genuit Chri-  
stianam, quæ nupsit Ordonio cæco Ranimi-  
ri Regis filio, Alphonsum, Ordonium, Pela-  
gium, Alphonfam: hæc è Pelagio diacono  
Froilæ filio peperit Petrum, Ordonium, Pe-  
lagium, Munionem matrem Comitis Sueri  
ac fratris eius, & Tarasiam. Rursus idem Ve-  
remundus eiecit Velasquita ex Eluira su-  
scepit Alphonsum & Tarasiam.

| Alphonfus Quintus Veremundi filius,  
qui genuit Veremundum, Sancia cōiugem  
postea Regis Castellæ Fernandi.

| Veremundus III. Alphonfi V. filius.

Sancia soror Veremundi, seu vir eius Fer-  
nandus Castellæ Rex. quorū filii sunt Vrra-  
ca, Sancius, Geloira, Aldephonfus, Garzias.  
E quibus Sancius, patre diuidēte, cōsecutus  
est regnū Castellæ, Alphonfus Legionis &  
Asturiarū, Garzias Galleciæ & Portugalliæ  
| Sanctius Secundus.

Alphonfus eius frater, cuius filii sunt Vr-  
raca ex vxore Constātia; Vrraca hæc nupsit  
Comiti Raimūdo, mox Aldephōto; Sancia  
ex Elisabetta, quæ nupsit Comiti Roderico.

Geloira data in matrimonio Siciliae Re-  
gi Rogerio.

Vrraca & Aldephonfus Sextus maritus  
Aragonie Rex.

| Alphonfus VII. Vrracæ & Alphōfi filius  
è Comite Raimundo. his filia fuit Tarasia  
nupta Henrico Comiti Portugalliæ. ex vxo-  
re Berengaria genuit Sancium, Ferdinādū,  
Elisabettam, Beatiam. & Elisabetta nupsit  
Ludouico Francorum Regi, Beatia Sanctio  
Castellæ Regi.

| Sanctius III. cognomento Desideratus.  
Ferdinandus Primus filii Alphonfi VII.

Ii 2 Alphon-

Alphōsus Bonus VIII. Sancti III filius q̄ genuit ex Eleonora filia Richardi Regis Angliæ Sanctium, Henricum, Blancā matrē S. Ludouici Francorum Regis, Berengariam quæ genuit Alphonso Regi Legionensi, Ferdinandum Regem. idem Alphonso VIII. filias habuit Vrracam Portugalliæ Reginā, Leonoram Aragoniæ.

Alphonso IX. Ferdinandi I. filius Rex Legionis & Castellæ.

Henricus I. filius Alphonso Octauū.

Fernādus III. Alphōsi IX. filius, qui ex vxore Beatrice filia Philippi Sueui Regis electi à quibusdā Germanis suscepit Alphonsum, Fridericū, Ferdinandum, Henricum, Philippum, Sanctium, Emanuelē, Eleonoram, Berengariam, ex altera Ioanna filia Simonis Comitit de Pontino Ferdinandum, Eleonoram, Ludouicum. ex hoc tempore regna Legionis & Castellæ semper coniuncta fuerunt.

Alphonso Decimus Ferdinandi Tertij filius, cui ex vxore Violanta Iacobi Regis Aragoniæ filia fuerunt Beringuela, Ferdinandus, Sancius, Ioannes, Iacobus, Petrus, Berengaria, Leonora, & ex concubina quadā Beatrice coniux Alphonso Portugalliæ Regis, ac Dionysij mater.

Sanctius IV. excluso Alphōso della Cerdā nepote, ex fratre Fernādo primogenito, hic ex vxore Maria filia Infantis Alphonso, qui frater Ferdandi Tertij fuit, suscepit Ferdinandum Quartum, Petrum, Philippum, Henricum.

Fernandus IV. cui è Cōstantia filia Dionysij Portugalliæ Regis fuere filij Alphonso XI. & Leonora vxor Alphonso Regis Aragonensis.

Alphonso XI. qui ex Maria filia Regis Portugalliæ genuit Petrū I. ex Leonora Guimara, Henricum & Fridericū naturales. su-

Atque hæc Regum Legionensium, Castellanorumque genealogia, cui subiiciendæ essent genealogiæ Aragonensium, Nauarrensumque; sed quando omnes in vna coierunt, vt est explicatum, propter feminarum coniugia, hæreditariasque successiones, patientur nobilissima regna nobis esse breuitatem cordi, lectoremque ad exitum percipiendæ veritatis properantem non retardari nimia prolixitate, quæ non sit omnino necessaria, huiusmodi rerum recitandarum. Apponamus igitur, ac recensamus euenta felicissima Legionensium, Castellanorumque Regum, quos Hispanos nominamus.

Primum sit igitur, non legi ab orbe condito vllum celebre regnum in eadem cognatione tot annos permanisse, vt Hispanicum hoc, & in Hispania à Visigothis excitatum. Regnare cepit Recharedus anno quingentesimo octuagesimo sexto. Agitur itaque millesimus & quartus annus, ex quo consanguinitas eius regiam potestatem dignitatemque in eodem regno per suos liberos aut mares aut fœminas tueretur. Excepto namque regno Assyriorum nescimus vllum paulo illustrius regnum alienorum à nobis amplius, quàm trecentos annos, plus minus perstitisse in eadem cognatione,

vt ostend-

cepit etiam Sanctium, Telium, Petrum, & A Didacum.

Petrus Crudelis.

Hericus II. frater eius à se occisi; cui filij fuere ex Ioanna Ioannes I. & Leonora coniux Regis Nauarræ.

Ioannes Primus, qui genuit ex Leonora filia Petri Regis Aragoniæ Henricum Tertium, & Ferdinandum, qui Rex Aragoniæ fuit.

Henricus III. qui ex Catharina filia Ducis Clocestriæ suscepit Mariā, Catharinam, & Ioannem II. At Fernandus eius frater ex Comitissa Alburquequa Alphōsum Aragonum Regem, Henricum Magistrum S. Iacobi, Petrum Sanctium, qui Magister Alcázaræ fuit, Mariam Castellæ, & Ioannam Portugalliæ Reginas.

Ioannes II. cui fuit ex vxore Maria filius Henricus IV. & ex Isabella nīlia Ioannis quæ Rex Portugalliæ genuerat Isabellam.

Henricus Quartus.

Isabella foror Hērici Quarti, & vxor Ferdinandi Regis Aragoniæ, à quibus procreati Ioannes qui parētibus superstitis obiit, Isabella coniux Regis Emanuelis Portugallensis, Ioanna nupta Philippo Austriaco Maximiliani Imperatoris filio, Maria, quæ defuncta Isabella nupsit & ipsa Regi Emanueli, Catharina, quæ prius Arcturi, deinde Henrici VIII. Regis Angliæ coniux fuit, ac mater Mariæ.

Philippus I. regnum Castellæ cōsecutus est ob vxorem Ioannā, è qua genuit Carolū V. & Ferdinandum Primum Imperatores, è quibus felicissima Austriacorum proles, Leonoram coniugem Regis Emanuelis, deinde Francisci Primi Regis Francorum, Isabellam vxorem Christierni Daniæ Regis, è qua Duces Lotharingiæ & Scotiæ Reges.

A vt ostendemus signo de infelici posteritate alienorum. Durauit autem Legionense hoc & Hispanicum, non in aliud regnum translatum, vel alteri subiectum ratione vlla, annos mille quinque, si exordiaris à Recharedo; quod si à Luyba fratre eius, mille viginti tres; si ab Alarico, cuius facit confanguineum Recharedum Sancius, mille ducentos nouem.

Secundum. Nullum vmquam regnum vel imperium tam longè lateque sua confinia protulit, vt Hispanicum. Dionysius Halicarnassæus initio historiarum suarum probat imperium Romanum fuisse omnium, quæ exstiterant, amplissimum. Nunc verò Hispanicum maius est illo quo ad spatia terrarum, viginti aut pluribus etiam partibus, vt quiuvis metiri potest.

Tertium. Nullum vmquam regnum suis auspiciis tot regiones prius incognitas nobis aperuit, & exploratas omnino reddidit, vt Legionense & Castellanū. Isabella namque Castellæ Regina fuit in causa, vt Christophorus Columbus posset ad Indias Occidentales nauigare; inde aditus factus ad exploranda immensa terrarum spatia, longissimosque tractus perlustrandos.

Quintum. Quin si omnes gentes coirent à nobis alienæ ab orbis constitutione, haud tantum locorum tecere apertum, peruiumque reddidit ad instituenda societatis humanæ communia commercia, quantum Reges Hispanici per suos Duces.

Sextum. Cui similiter est consequens, vt cunctæ gentes à nostra doctrina dissentientes, numquam tam vasta maria toties traiecerint tam felicibus euentis, vt Hispanicorum Regum Duces.

Septimum. Neque fuit vllum regnum, quod tot gentes, tam remotas, tam dissentientes inter se adduxerit in suam potestatem.

Octauū. Neque legitur vlla gens tot nationes tam diris & efferatis moribus ad humanitatem perduxisse & excoluisse ad omnem ciuilem cultum, vt Hispanica.

Nonum. Quin si coeant cunctæ nationes, haud poterunt ostendere tot populos tam belluinis moribus horrentes ad humanum viuendi genus expoliisse, vt Hispani fecere. Nam quis vmquam legit vllam fuisse gentem, cui fuerit vstatum proprios filios alere, vt adultiores ac pinguioreseffecti, mox ab ipsis parētibus occiderentur, quasi fues, & comederentur, quod Indi Occidentales faciebant?

Decimum. Illud admirabilius, ab Hispanis omnes huiusmodi populos in vnam religionem vnus, diuini que cultus consensionem coniunctos; quod omnes populi à nostra doctrina remoti, numquā potuerūt efficere, quin neque moliti sunt. Nulli namque mortalium coetui contigit vmquam cohæsisse tanta animorum, quanta Catholicis, vt ostendimus libro secundo capite vltimo.

Vndecimum. Nulla regnorū à nobis alienorum, & sanguinis propinquitate se attinentium stirps tam diu regnauit, quæ non protulerit Regem, qui parentem necarit, regnandi causa: quod nos signo de pietate XXXVIII. aperuimus. At in Hispanico non ita contigisse liquet historiarum peritis.

Duodecimum. Nulla gens à nostro cultu remota potest in medium producere tot Reges, aut suorum Regum Duces; qui cum tam paucis militibus tam multas hostium copias fuderint, vt Hispanica, qui verò Reges Hispani, & qui duces hæc confecerint, explicauimus signo de prudentia & fortitudine militari XXXIII.

Decimum tertium. Neque est natio à nobis dissentiens, quæ possit è suis nominare tantæ sanctitatis Reges, quantæ fuit Alphonso Castus, aut Ferdinandus Tertius; quauis neque tot Reges, quorum facta sint litteris prodita, & qui tantæ fuerint iustitiæ, minusve recesserint ab illius præscripto.

Decimum quartum. Similiter haud poterit Regem ciere è suis, qui tam diu regnarit, communia negotia tractarit, cum quibuslibet fuerit versatus, & virginitatem tamen seruarit, vt Alphonso Castus; quem Volaterranus quidem testatur libro secundo Geographiæ coniugem duxisse, cumque illa virginem perstitisse; Franciscus Tarapha negat ab illo vxorem ductam, castum tamen semper permanisse. Nos è Regibus primum putamus Henricum Secundum Germaniæ inuiolatam cum sua Chunegunde ab incunabulis virginitatem custodisse. Alphonso autem Casto idem tribuere posse Volaterrano solo teste, ita vt istius rei penes ipsum sit fides: apud alium namque haud inuenimus, & Hispanici scriptores repugnant,

quibus maior fides videtur habenda; conueniunt tamen omnes Alphonsum in virginitate perstitisse. **A**

Decimum quintum. Nulla Regum progenies à nostra religione disfidens est quæ fœminas protulerit tot Regum & Imperatorum matres, vt Hispanica. E Blanca namque Ludouicus sanctus Franciæ Rex, posterique illius, Carolus Siciliæ Rex, è quo Hungariæ, Poloniæ, Bohemiæque Reges. ex illis exorti etiam Reges Angliæ, Scotiæ, Hierusalem, denique Imperatores Orientis & Occidentis.

Decimum sextum. Nullus vmquam fuit Rex ab orbe condito, qui haud dico tantum telluris possederit imperio, sed qui circumdederit ambitum totius terræ cunctis in locis ac regionibus habens portus, arces, vrbes, ac stationes suæ ditionis, vt Hispaniarum Rex Philippus Secundus cunctis regiis virtutibus ornatissimus.

Decimum septimum. Nec similiter fuit vmquam, qui tot loca auro, argento, metallis omnibus, ac gemmis quibuslibet abundantia sit potitus, vt idem Rex cum suo patre Carolo Quinto; qui si haberet sibi subiectos loco mancipiorum, vt habet Rex Turcarum, Sinarum, siue Serum, & Dux Moschouitarum, forent illius opes nimis incredibiles & immensæ. Nam quis recensere potest Indiarum regiones Eoas & Occiduas pretiosissima quæque metalla, & gemmarum quoduis genus producentes, quæ sunt in potestate Regis Philippi? Sed pergamus ad alia, & Gallicorum Regum genealogias texamus.

*Explicantur euenta felicia posteritatis Gallicanorum Regum. Cap. 1V.*



Hispanicis Gallica regna sunt adiuncta, quibus dominatæ sunt tres Regum **C**  
Prosapiæ prima est Clodouei, secunda Pipini, quarta Hugonis Capeti, quæ vinculo affinitatis sunt inter se adnexæ. Clodouei posteritatem & maiores sic aliqui delineare solent.

- I** Pharamundus Marcomiri filius (vt scribit Aimoinus lib. 2. cap. 4.) primus in Germania creatus est Francorum Rex, vel, vt alij volunt, Dux, anno quadringentesimo decimo septimo. Marcomiri meminit Sulpitius, Pharamundine Gregorius quidem Turonensis.
- II** Clodio filius anno quadringentesimo trigesimo. hic primus è Francis in Gallias Rheno traiecto irrupit, vt adnotarunt Prosper & Cassiodorus in Fastis. meminit Sidonius Apollinaris.
- III** Meroueus ex hoc ortus anno quadringentesimo quadragesimo octauo, qui rursus in Gallias transit: atque, vt ait Sidonius Apollinaris, Franci tunc Germaniam primam, & Belgicam secundam strauere. **D**
- IV** Childericus istius proles anno quadringentesimo quinquagesimo octauo, de quo Gregorius Turonensis: hic ex Basina filia Basini Thuringorum filia genuit filiam, quæ nupsit Theodorico Ostrogothorum Regi in Italia, è quibus orta Amalasuintha, & Clodoueam.
- V** Clodoueus anno quadringentesimo octuagesimo quarto, qui Christo nomen dedit quadringentesimo nonagesimo quinto, suscepitque è Clotildi filia Chilperici Burgundiorum Regis Childebertum Regem Parisiorum, patremque ex Vltrogotha Corthbergæ, & Crotsinghæ, ex eadem genuit Theodoricum Metensium Regem, parentem Theodoberti, & ex hoc auum Theobaldi: similiter ex eadem produxit Clodomirum Aurelianensium Regem, cui fuere ex Gundeaca filij Theobaldus, Guntharius, Clodoaldus; præterea Clotildim coniugem Amalarici Visigothorum Regis: denique Clotharium Sueffonensium Francorumque Regem. **E**
- VI** Clotharius Rex Sueffonensium & Francorum anno quingentesimo decimo quarto, regnauitque cum fratribus ac nepotibus annos quadraginta quatuor, solus sexdecim; obiit anno quingentesimo sexagesimo quarto; genuit ex Radegunde filia Bertharij Regis Thuringorum Aribertum, seu Cherebertum Regem Parisensium, Guntharannum, siue Guntrannum Regem Aurelianensium, Sigebertum Regem Metensium, patremque Childeberti, cui filij fuerunt ex Ingunda Theodebertus Rex Metensium, & Theodoricus Aurelianensium: denique Chilpericum Regem Sueffonensium ex Blitildi & Radedundem vxorem Amberti, ex quibus stirps Caroli Magni.
- VII** Chilpericus Rex anno quingentesimo sexagesimo quarto, qui ex Andouera suscepit Chil-

**A** pit Childetindem matrem Clodouei, à quo ortus Meroueus, qui genuit Theodebertum. Idem Chilpericus è Pedegunde produxit Theodoricum patrem Theodorici, & ex hoc auum Clotberti, à quo Sanson; denique Clotharium Secundum Francorum Regem.

| Clotharius Rex anno quingentesimo sexagesimo tertio, regnauit annos XLIV. cum VIII. patris, & patruelibus annos decem, solus XIV. & ex Bertrude genuit Dagobertum,

| Dagobertus Francorum Rex anno sexcentesimo trigesimo primo, qui è Gomatrude IX. suscepit Sigebertum Regem Austrasiorum, à quo Dagobertus, ex Nautildi autem Clodoueam Secundum, siue Ludouicum.

| Clodoueus Francorum Rex anno sexcentesimo quadragesimo sexto, qui genuit è Blitildi Clotharium Regem Francorum defunctum deinde anno sexcentesimo sexagesimo sexto, Theodoricum qui decessit anno sexcentesimo nonagesimo nono, eique ex Clotildi filius fuit Clodoueus Tertius, qui mortuus est anno septingentesimo primo; postremò autem Childericum Secundum.

**B** | Childericus Rex anno sexcentesimo sexagesimo secundo, à quo ex Blitildi natus XI. Childebertus.

| Childebertus Rex anno septingentesimo primo, à quo ortus Dagobertus. XII.

Dagobertus Secundus Rex anno septingentesimo decimo octauo cui fuere filij Clotharius Quartus Rex, qui migravit è vita septingentesimo vigesimo tertio, & Theodoricus.

| Theodoricus Rex anno septingentesimo vigesimo nono. XIV.

Chilpericus Stupidus superioris proles Rex anno septingentesimo quadragesimo secundo; deposit regno abdidit se in monasterium; septingentesimo quinquagesimo primo; in eius locum creatus Pipinus.

*Prosapia Pipini Regis.*

**C** Vt suprà ostēdimus, Clothario Regi ex Blitildi filia fuit Radedundis, quæ nupsit Amberto filio Sigeberti Proceris Fræci: ex his ortus Arnoldus, cuius filius fuit Arnulphus postea Metensis Episcopus, qui genuerat antè è Duda vxore Dagobertum, à quo prognatus Ansegisus, cui ex Begga vxore proles fuit Pipinus iunior, hinc Carolus Tutis, siue Martellus Pipini R. pater.

Pipinus Rex anno septingentesimo quinquagesimo primo. XVI.

| Carolus Magnus è matre Bertha, qui ex Hildegardi genuit Carolū Francorum Regem vita defunctum anno octingentesimo vndecimo, Pipinumque Italiæ Regem, à quo Bernardus & ipse Italiæ Rex, è Bernardo Pipinus iunior, cui nati sunt Bernardus, Pipinus, Heribertus. Idem Carolus genuit ex eadem Ludouicum Pium

**D** Ludouicus Pius Imperator, qui ex Hermingardi genuit Pipinum Aquitaniæ Regem, cui filij fuerunt Carolus & Pipinus Aquitaniæ Reges exacti à Carolo Caluo anno octingentesimo quinquagesimo tertio; similiter Lotharium Imperatorem, cui ex Hermingardi proles fuit Lotharins Lotharingiæ Rex, & huic ex Tiethberga Lotharingiæ Dux Lotharius, à quo Boso Marchio Thuscæ, cuius filij fuerunt Bertha, Ghifela, Rachildis, Vvilla Berengarij iunioris vxor. Eidem Lothario Imperatori ex eadem Hermingardi filius fuit Carolus Prouinciæ Rex. Rursus idem Ludouicus Pius ex eadem Hermingardi suscepit Ludouicum Germaniæ Regem primum. Huic ex Emma filij fuerūt Carolus Crassus Imperator, Ludouicus Germaniæ Rex, & Carolomannus Bauariæ, & Italiæ, cui ex concubina proles exstitit Arnulphus Imperator, Arnulpho autem Zuentebaldus, Ludouicus Germaniæ Rex, ac Luthgarda vxor Otthonis Saxonie Ducis, è quibus Orthonum familia.

Denique idem Ludouicus Pius ex Iuditha Vuelphonis Comitissæ filia suscepit Carolum Caluum Imperatorem, & Francorum Regem.

| Carolus Caluus Rex, qui ex Hermendrade genuit Carolomanum, & Carolum, qui obijt ante patrem, & Ludouicum Balbum. XIX.

| Ludouicus Balbus Rex, qui ex Ansgarda habuit Ludouicum, & Carolomanum Fræciæ Reges. Huic Carolomano ex filia Bosonis Regis prouinciæ natus est Ludouicus Nilus Franciæ Rex. Idem Balbus ex Adelhaide genuit Carolum Simplicem Regem Francorum.

| Carolus Simplex, cui ex Headinga filia Regis Anglorum natus est Ludouicus R. XXI.

| Ludouicus, cuius proles exstitere ex Gerberga sorore Otthonis Primi Imperatoris Hermingardis vxor Alberti Comitissæ Namurcensis, Carolus Dux Lotharingiæ, cui filius fuit XXII.

fuit Ottho occisus in prælio, Gerberga vxor Lamberti Longicolli Comitis Montensis, & A Lotharius R.

XXIII. | Lotharius Francorum Rex, qui ex Emma suscepit Ludouicum Regem Francorum, Mithildem coniugem Richardi Regis Burgundiæ, & Carolum Regem.

XXIV. | Carolus Rex, qui ex filia Heriberti Comitis Trecentis genuit Ludouicum R.

XXV. | Ludouicus Rex sine liberis decessit, regnumque iure hæreditario spectabat ad Carolum Lotharingæ Ducem, cuius filius Ottho paulo post sine maribus è vita migravit, sed proceres Franci elegerunt Hugonem Capetum.

*Prosapia Hugonis Capeti.*

Hugoni Capeto nonnulli voluerunt genus obscurum fuisse, in his Dantes poëta à Carolo Valefio è Capeti gente nato patria pulsus tradit eum Ianij filium fuisse. Eadem Ricordanus, & Villaneus scribunt. Glaber monachus Floriacensis, vt refert Maifonus, proximus ætate Hugoni Capeto, tradit, illi patrem fuisse Hugonem Magnum, matrem sororem Otthonis Primi Imperatoris, auum Robertum; supra hos nullos refert. Quidam voluit Vuitichindum Saxonem venisse in Gallias, eique filium fuisse Robertum Comitem Andegauensem, cuius liberos asserunt Odonem, qui, cum puer esset Carolus Simplex, à nonnullis est electus Franciæ Rex, & Robertum, qui similiter regnum Franciæ inuasit, Hugonemque. Magnum Capeti parentem genuit. Qualitercumque sit res, Sigibertus anno nonagesimo octuagesimo septimo scribit Hugonem Capetum filium fuisse Hugonis Parisiensis ex Hauuide sorore Otthonis Primi Imperatoris, & sequenti tradit eundem Hugonem fuisse nepotem Caroli Ducis Lotharingiæ, quem diximus supra magnum patruum fuisse Ludouici vltimi Regis. Aimoinus lib. 5. scribit Hugoni Magno filios fuisse è sorore Otthonis Imperatoris Hugonem, Otthonem, Henricum. Hugo Dux Francorum creatus est, Ottho Burgundionum, cui deinde defuncto successit Henricus frater.

XXVI. Hugo Capetus.

XXVII. | Robertus, qui ex Adelahide filia Otthonis Primi Imperatoris suscepit Hugonem Episcopum Antisiodorensis, Robertum Burgundiæ Ducem post Henricum, Otthonem, Adelahidem, & Henricum Primum R.

XXVIII. | Henricus Primus, qui ex Anna filia Regis Ruthenorum suscepit Hugonem Magni, Robertum Secundum, & Philippum R.

XXIX. | Philippus Secundus Rex, qui ex Bertrada concubina genuit Florum, Philippum, Cæciliam Comitissam Tripolitanam primò vxorem Tancredi nepotis Bohemundi, deinde Pontij Comitis Tripolitani, ex Bertha autem sorore Balduini Comitis Flandriæ Contatiam nuptam postea Bohemundo principi Antiocheno, Roberti Guiscardi Ducis Calabriae & Apuliae filio, & Ludouicum Crassum R.

XXX. | Ludouicus Crassus, cui fuere filij ex Adelhaide Constantia vxor Raimundi Comitis Tholofatis, & aliàs Eustachij, qui natus erat è Stephano Anglorum rectore, Petrum Decanum sancti Martini, Philippum clericum decanumque ecclesiæ Parisiensis, Robertum Comitem Dorcensem, & Philippum Secundum, Ludouicum Octauum Reges.

XXXI. | Ludouicus Octauus (nam Philippus obiit ante patrem) suscepit è Constantia filia Regis Hispaniæ Adelahidem siue Agnetem coniugem Alexij Imperatoris Constantinopolitani, & Margaritam coniugem Henrici Tertij Regis Anglorum, ex Aleonora filia Ducis Aquitaniæ Theobaldum Comitem Blefensem, Alam, Mariam, ex Ala verò Philippum Augustum R.

XXXII. | Philippus Tertius Augustus, qui ex filia Gulielmi Lungaspathæ Marchionis Montisferrati genuit Ludouicum Nonum Mitem R.

XXXIII. | Ludouicus Nonus, cui ex Blanca filia Regis Castellæ filius fuit Arnulphus Comes Pictauensis, & Alenconij, Robertus Comes Druydum, cuius proles exstitit Rubertus, ex hoc nepos Philippus, & è Philippo pronepos Robertus. Eidem Ludouico natus est Carolus Comes Andegauenfis, & Prouinciæ, ac Rex Siciliae, è quo Reges Neapolis, Hungariae, & Poloniae. Similiter ex eadem Blanca genitus est S. Ludouicus episcopus.

XXXIV. | Ludouicus Quintus cuius ex Margarita filia Raimundi Berengarij Comitis Prouinciæ proles fuit vnica filia, quæ nupsit Nauarræ Regi, Ioannes, qui Tuneci in Africa obiit, Ludouicus, & Philippus Quartus R.

XXXV. | Philippus Quartus, qui ex altera vxorum habuit Ludouicum filium, cuius filia nupsit Carolo Septimo Francorum Regi, & Philippus Eburonix Rex Nauarræ post obitum Caroli

A Caroli Septimi Regis Francorum consobrini, cui fuit vxor filia Ludouici Vndecimi Hutini: ex hoc autem Philippo Nauarræ Rege est orta coniux Philippi Septimi Francorum Regis.

Idem præterea Philippus Quartus genuit ex altera vxore Elisaberta Maria filia Iacobi Regis Aragonum Carolum Comitem Valefij, qui ex filia Roberti Regis Siciliae suscepit Philippum Septimum Regem Francorum.

Rursus Philippus Quartus genuit Philippum Quintum cognomento Pulchrum R.

| Philippus Quintus Pulcher, qui ex Ioanna filia & hæredes Theobaldi Regis Nauarræ suscepit Ludouicum Vndecimum Hutinum, Philippum Quintum Longum, Carolum Septimum Pulchrum ex ordine Reges, Isabellamque vxorem Eduardi Secundi Regis Angliæ, & matrem Eduardi Tertij. XXXVI.

B | Ludouicus Vndecimus Hutinus, cui proles fuit è Clemetia filia Caroli Martelli Regis Hungariæ Ioannes Francorum & Nauarræ Rex. XXXVII.

| Ioannes I. Ludouici Vndecimi filius sine liberis decessit. XXXVIII.

Philippus Sextus Longus frater Ludouici Vndecimi. XXXIX.

Carolus Septimus eiusdem frater. XL.

Philippus Septimus Valefius filius Caroli, & ex eo nepos Philippi Quarti, cui filius fuit Ioannes Septimus è sorore Ducis Burgundiæ, & Ludouicus Dux Aurelianensis. XLII.

| Ioannes Secundus, qui è filia Ioannis Bohemiæ Regis, & sorore Caroli Quarti Imperatoris suscepit Catharinam, cui ex Ioanne Galeatio Vicecomite primo Duce Mediolanensis filia fuit Valentina vxor Ludouici Ducis Aurelianensis, Isabellam vxorem Nauarræ Regis, Philippum Valentium Audacem Burgundiæ Ducem, Comitem Flandriæ, cui successit Ioannes filius, & ex eo nepos Philippus Secundus pater Caroli illius Burgundiæ Ducis ab Heluetiis occisi, cuius filia vnica Maria Maximiliano Imperatori nupta peperit Austriacos Reges, & ad eos Flandriæ latissimas ditiones transmisit.

Rursus idem Ioannes Secundus ex eadem coniuge suscepit Ludouicum Valefium Ducem Andegauensem adoptatum à Ioanna Regina Neapolis, cui natus est Ludouicus Secundus posthumus parens Renati Lotharingiæ Ducis, & ex ipso auus Iolandæ, quæ nupsit Friderico Vademontio progenitori Ducum Lotharingiæ, & Guisiorum.

| Denique idem Ioannes Secundus genuit Carolum Sextum Valefium Regem.

Carolus Octauus, seu quintus Valefius cognomento Sapiens habuit è Ioanna filia Regis Nauarræ Ludouicum Ducem Aurelianensem, & Turonensem patrem Caroli ex Valentina filia vnica Ioannis Galeatii Vicecomitis Ducis Mediolanensis, qui quidem Carolus ob id se Ducem Mediolani ex hæreditate matris appellauit, genuitque Ludouicum Decimum tertium siue Duodecimum, ex eodem præterea Ludouico natus est Ioannes Comes Engolismensis parens Caroli, ex quo postea est ortus Franciscus Primus Rex Francorum. XLIII.

| Idem Carolus ex eadem coniuge suscepit Carolum Nonum dictum.

Carolus Nonus, seu Sextus pater sequentis Regis. XLIV.

| Carolus Decimus, siue Septimus, cui ex Elisaberta filia Stephani Ducis Bauariæ filij fuere Violanta vxor Amadei Ducis Sabaudia, Margareta vxor Ladislai Regis Bohemiæ, & Hungariæ, Carolus Princeps Britannia, Dux Normanniæ, denique Ludouicus Duodecimus, siue Vndecimus. XLV.

E | Ludouicus Vndecimus, qui genuit è filia Amadei ducis Sabaudia Carolum Vndecimum, seu Octauum, qui sine liberis decessit. XLVI.

Ludouicus Decimus tertius, siue Duodecimus pronepos Caroli Quinti cognomento Sapientis, vt supra ostendimus, habuit duas filias, Claudiam, quæ Francisco Primo nupsit, ac Renatam, quæ Herculi Estensi, decessitque sine maribus. XLVII.

Franciscus Primus abnepos Caroli Quinti cognomēto Sapientis, vt aperuimus, qui è Claudia genuit Franciscum, & Carolum defunctos ante patrem, & Henricum Secundum. XLVIII.

| Henricus Secundus, cui fuere è Catharina Medicea tres Reges sequentes. XLIX.

Franciscus Secundus. L.

Carolus Nonus. LI.

Henricus Tertius, qui sine liberis obierunt.

Hi suntigitur quinquagintaduo Reges, è quibus si demas Pharamundum Clodionē, Meroueam, Childericum, qui Christiani haud fuerunt, sunt reliqui quadraginta octo quibus LII.

quibus si addas quos supra signo LXXXIX. cap. VIII. recensuimus, & hoc etiam capite A  
nominauimus, sed non retulimus in seriem Regum, erunt quinquaginta septem, aut etiam  
plures. Nam quidam numerant septuaginta nouem. Nos eos maxime adduximus, qui  
vel maxime partis, vel totius Galliarum dominatum tenuerunt, neque se Gallicarum alicuius  
regionis aut urbis Reges appellarunt, sed ut fuerunt, sic dicti sunt Francorum Reges.

Sed quando Carolus Ludouici Sancti frater Rex Neapolis fuit, & ex eius progenie  
Reges maximi Imperatoresque prodierunt, libet hic attingere ipsius genealogiam.

- I. Carolus Rex vtriusque Siciliae suscepit e Beatrice Balduinum II. Imperatorem Con-  
stantinopolitanum, & Carolum II.  
II. Carolus II. Rex vtriusque Siciliae e Maria filia & haerede Stephani Hungariae Re-  
gis genuit sanctum Ludouicum Episcopum Tholosatum, Raimundum Berengarium,  
Ioannem Clericum, Tristanum, Petrum Comitem Grauinam, Clementiam uxorem Caro-  
li Comitis Valesij, ac patris Philippi VII. Francorum Regis, Blancam uxorem Iacobi Re-  
gis Aragoniae, Leonoram uxorem Friderici Siciliae Regis, Mariam uxorem Regis Balea-  
rium, Beatricem primam coniugem Azonis Marchionis Estensis, secundam Bertrandi de Bau-  
cio, tertiam Roberti Delphini Viennensis, Philippum Principem Tarentinum, cui filij fue-  
runt Carolus in praelio caesus, Robertus princeps Tarentinus, & Imperator Constantino-  
polititanus, Philippus item principes Tarentinus, denique Ludouicus II. maritus Ioannae  
II. Reginae filiae Caroli Tertij.

Idem Carolus II. ex eadem coniuge suscepit Carolum Martellum e Principe Saler-  
nitano Regem Hungariae, qui ex vnica filia Cazimiri Poloniae Regis habuit Andream  
Primum maritum Ioannae Primae Reginae Siciliae, qui strangulatus est insidiis vxoris suae  
anno millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, & Ludouicum Regem Hungariae &  
Poloniae, qui ex Elifabeta coniuge genuit Mariam uxorem Sigismundi Imperatoris, &  
Hedwigim Ladislaui Jagelloni: rursus genuit Ioannem Principem Achaiae, & Ducem  
Dyrrachij, a quo ortus Ludouicus pater Caroli Tertij.

Idem praeterea Carolus genuit Robertum.

- III. Robertus Rex vtriusque Siciliae, a quo e filia Caroli Valesij nata est Ioana Regina.  
IV. Ioanna Regina inter alios maritum sibi adsciuit Ludouicum Tarentinum, eoque de-  
functo post varios euentus adoptauit sibi filium Ludouicum Valesium Ducem Andega-  
uensem anno millesimo trecentesimo septuagesimo nono; sed ab Urbano Papa VI. crea-  
tus est Rex Carolus Octauus anno millesimo trecentesimo octuagesimo primo; is erat pro-  
nepos Caroli II. ut supra retulimus.  
V. Carolus III. qui ex Catharina vxore ac consobrina suscepit Ladislaum Regem & Ioannam II.  
VI. Ladislaus obiit sine liberis anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, ei que  
succesit foror.  
VII. Ioanna II. quae primam adoptauit, cum sine liberis esset, Alphonsum Regem Aragoniae,  
& Siciliae, mox hac adoptione rescissa adoptauit Ludouicum Tertium Andegauensem  
Ducem; quo defuncto eius fratrem Renatum Lotharingiae Ducem: sed cum res armis  
sit acta, Alphonsum omnia potitus est, ut late Fatius in historia sua scribit.

Tres sunt igitur in Gallijs regiarum gentium stirpes inter se, ut apparet, consanguini-  
tatis vinculo, & quasi insitione quadam coherentes, & connexae. Prima deducitur a Clo-  
doueo, secunda a Pipino, tertia ab Hugone Capeto. Secunda inferitur primae, quod Ans-  
bertus ataus Pipini Regis habuerit in matrimonio Radegundem siue Clotindam filiam  
Clotharij Francorum Regis prognati a Clodouei agnatione. ex Ansberto igitur & Clo-  
tinda deducitur genus Pipini. Tertia connectitur secundae: Ortho namque Magnus non  
ille Imperator, sed Saxoniae Dux auus Imperatoris ex Luigarda filia Arnulphi Impera-  
toris, qui e Caroli Magni est agnatione, genuit Henricum Regem Germaniae patremque  
Othonis Magni Imperatoris Primi, & Hauuidis, quae data est in matrimonio Hugoni  
Magno Francorum Duci, e quibus est ortus Hugo Capetus Rex Francorum, cuius agna-  
tio in Gallijs hucusque regnauit. Atque ita tres haec gentes regiae mirabiliter inter se con-  
sanguinitatis cohaesione, ac deriuatione copulantur.

Primum fit igitur felicitatis caput, quod cum Clodoueus regnare coeperit anno qua-  
dringentesimo octuagesimo quarto, ut e Gregorio Turonensi, Sigiberto, Rheginone, &  
Aimoino constat, eius consanguinei regnent adhuc annos M. C. VI. I. quod si exordiaris a  
Pharamundo, quem volunt rerum potitum anno quadringentesimo decimo septimo,  
subdu-

A subducentur anni M. C. LXXIV. quod erit valde mirum. Ne vero decipiamur, est obseruan-  
dum discrimen inter posteros Recharedi, & Clodouei. Nam Recharedi foeminae transtu-  
lerunt ipsae in maritos ex alia agnatione acceptos regna suorum parentum, quibus ipsae  
succedebant, regiamque potestatem dignitatemque simul retinebant, ut e superioribus  
apparet, & Roderico Tolerano, ac Sanctio: sed foeminae prognatae vel a Clodouei vel a  
Pipini stirpe non ipsae ad suos viros regna deferebant. Ut ut sit, non apparet inter vllas ge-  
tes a nobis dissentientes vllam regiam stirpem posteros vlllo modo habuisse tamdiu re-  
gnantes.

Secundum, quod est cuiusdam diuinitatis caelitus communicatae opus, Clodoueo fuit  
hoc munus concessum, ut Francorum Reges manuum suarum tactu strumas sanent. Id  
est vulgatissimum, neque est quod verba hac in re infumamus. An hoc haereticis Regum  
familij vumquam datum? an vllis alienorum a nobis?

B Tertium. Cum tot saecula regnarint isti, mirabile sit illud, nullum ex eis Regem, qui to-  
ti Galliae sit dominatus, a suis propinquis vumquam fuisse occisum: quod alijs haud conti-  
gisse explicauimus signo de intestinis alienorum caedibus LIII. & de pietate XXXVII.

Quartum. Quin eorum, qui toti Galliae iura, ut diximus, darent, nemo est ab vlllo volen-  
te suorum subiectorum peremptus, qui tamen fuerit in Ecclesiae nostrae complexu, neque  
per excommunicationem fuerit eiectus, ac praecisus; qualis fuit Henricus Tertius ob in-  
terfectum Cardinalem primum post vndecim saecula, qui e Galliae totius Regibus a volen-  
te fuerit interfectus, a volente inquam; Henricus enim Secundus ab inuito est ictu infe-  
lici occisus.

C Quintum. Iam vero non modo per tot saecula non fuit vllus Rex Galliae totius in Ec-  
clesiae gremio consistens ab aliquo e propinquis aut e subiectis necatus, sed neque ab ini-  
micis, aut hostibus. & tamen si qui Reges in aciem prodierunt, ensesque strinxerunt in  
praelijs, ij fuere bellicosissimi Francorum Reges ad arma & pugnas nati ac facti. An parua  
haec felicitatis pars? Producat in medium similis e tota antiquitate.

Sextum. An non autem inter humana bona maximum numeratur potentissimos om-  
nium Reges consanguinitatis vinculo connexos habere? Atqui Portugalliae Reges, Ca-  
stellae, Aragoniae, Nauarrae, Siciliae, Neapolis, Angliae, Scotiae, Germaniae, Bohemiae,  
Hungariae, Poloniae, Daniae connectuntur istis Regibus, ut est explicatum, & quasi in  
tabella depictum. Quid? omittimus Reges Hierusalem, Principes Antiochenos, Cypri-  
que Reges? an Ludouicum Regem Canariarum in Africa, quem genus duxisse a Regi-  
bus Gallicis & Hispanicis refert Petrarcha lib. I. de vita solitaria? Sic igitur tres illae  
D Orbis partes, Africa, Europa, atque Asia, non potuerunt Regem habere aliquando, qui non  
esset Regum Gallicorum propinquus. Cyprus namque, Hierusalem, & Antiochia sunt in  
Asia, Canariae vero in Africa. quamquam magna pars Africa nunc pareat Hispaniarum  
Regibus Gallicorum consanguineis, & ante quingentos prope annos Rex Tunetensis tri-  
butum penderet Roberto Guiscardo & eius posteris, ita ut ille in ense descriptum gesta-  
ret illud:

*Appulus, & Calaber, Siculus mihi seruit, & Afer.*

Septimum. An hic tacendum, quod tot Occidentis Imperatores & ipsi Reges protule-  
runt Carolos, Ludouicos, Lotharios, aut alioquin habuerunt propinquos? Quis non  
hoc humanae felicitati adscribat? aut quando haec Gallici Reges prius habuerunt?

E Octauum. Sed certe & hoc Gallici Reges merito possunt sibi adsumere, quod Impera-  
toriam maiestatem toti orbi semper cunctisque gentibus admirandam reddiderint Occi-  
denti. Carolus namque Magnus tantum decus Europae restituit, adnitente ac procurante  
Leone Tertio Pontifice Romano, ut Eghinartus in eius vita, Ademarum, Rheginum, Si-  
gibertum, Contractum, Marianum Scotum, Vrspergensis, ac ceteri omnes anno octingentesi-  
mo primo scribunt. An aliquid huiusmodi haeretici sibi arrogabunt?

Nonum. Atqui non modo Reges Gallici dederunt e suis posteris Imperatores Occi-  
denti, sed Orienti etiam. Nam Balduinus Primus & Secundus, Robertus, Petrusque, Constan-  
tinopolis Imperatores ab Hugonis Capeti genere sunt profecti, ut apparet.

Decimum. & felicitatis non exigua pars est illa, e suis nepotibus habuisse, qui sanctis  
adnumerati sint, & nihilominus iura, dignitatemque regiam cum maiestate retinuerint.  
Talis nepe fuit Rex Sigibertus e Clodouei stirpe, cuius vitam scribit Sigibertus Geblacensis,  
ac Surius refert tom. 7. Sep. 1. e stirpe, vero Hugonis Ludouicus, quos Deus innocen-

ria vitæ multisque miraculis patris illustravit. Tales certè nulli à nobis alieni habuerunt vniquam.

Vndecimum. An verò contemneretur illud, quod Episcopi sanctissimi, miraculisque omnino celestibus ex iisdem regis gentibus prodierunt, quibus quidem viris nullum munus diuinitatem cordibus eorum insidentem testificans deerat. Huiusmodi fuit sanctus Arnulphus Episcopus Metensis, qui maternum genus ad Clodoueam refert, & eius vitam Surius habet tom. 4. Aug. 16. & qui cum Dodam habuisset in matrimonio, antequam facris itaretur, è suis liberis posteros habuit Carolum Magnum, nepotesque illius. Huiusmodi similiter existit sanctus Ludouicus Episcopus Tholosanus, cuius vita refertur à Surio Aug. 19. tom. 4. Cum sit itaque scriptum, Gloria patris filius sapiens: Jan non hi tales erunt, suorumque parentum felicitatem augebunt?

Duodecimum. Adnumeratur & illud humanis bonis, & quidem singularibus ac precipuis, esse in causa, vt bona studia litterarum disciplinarumque amplificentur; quòd scilicet illud à Platone dictum sit verissimum, felices fore illas Respublicas, quæ vel à philosophis regerentur, vel ab amicis philosophorum. Notissimum porro est, à Carolo Magno, promouentibus id etiam successoribus illius, publica gymnasia doctrinarum liberalium Parisiis ac Ticini aperta, quod nos signo XXIV. de peritia Catholicorum docuimus: ex illo studia huiusmodi dilatata per omnem Europam. Nunc autem Caroli Magni exemplum secuti posteri tam Galliarum, quam reliquarum regionum Reges, verbi gratia Hispanici, curarunt, vt in Indiis extremis vel ad Orientem vel ad Occidentem sitis huiusmodi gymnasia excitarentur.

Decimum tertium. Cumque certissimum sit ante ortum Christum fuisse in Galliis aliquos Reges, vel qui omnibus eius locis, vel pluribus dominarentur: certè nulli eorum nepotes afferri possunt, qui gesserint aliquid insigne in primis ac memorabile, aut huiusmodi sanè, quale plurimi ex istis tribus regis familiis prognati. Haud negamus autem fuisse Reges aliquos non obscuros; sed illud asserimus, ex eius deinde liberis nullum fuisse præcipua laude celebrandum. Quin eorum nomina vix memoriæ prodita sunt. Nominis autem celebritas pertinet ad humanam felicitatem. Quamuis hoc quidem commune sit omnibus propè Europæ regnis, Italia, Græcia, adiacentibusque insulis exceptis, vt nullum proferre illa Regem possint, cui posteri fuerint egregiis vllis factis aut aliis illustres.

Decimum quartum. Quid verò illud? an non maximæ felicitatis? Quicumque ex istis tribus familiis prognati, vinctique & coronati totius Galliarum regnum sunt assecuti, nunquam per apertam vim sunt illo spoliati, cum iam regnatum sit annos M. XCVI. quod sanè paucissimis contigit. Hæreticorum certè, atque alienorum à nobis nullum tale produci potest, cui Regum posteri fuerint hac in re tam fortunati, quod signo de infelici hæreticorum posteritate aperitur.

Decimum quintum. Sic etiam nulli regis genti euenit, vt tam nobilem regionem in Europa excoluerit, omnibusque bonis ornarit, vt Clodouei, ac Pipini nepotes. His enim debetur, quòd Germaniæ latissima loca prius horrentia cœperint exornari, terræ excolli, gentes ad ciuile viuendi genus informari; ex quo scilicet adnitente Pontifice Romano cœperunt in iis extrui monasteria, in quibus monachi possent efferatos populos perducere ad humanitatem, barbaros & omnis disciplinæ literaturæque ignaros bonis artibus instruere; quod maximè procurauit Dagobertus, & eius filij, mox Carolus, & eius nati: quod nos sequenti libro, vbi agemus de ducentis Germaniæ bonis, aperiemus. Atqui hoc tantæ felicitatis est ab antiquis habitum, vt ob eam causam multos Diis inseruerint. Audi Horatium, qui sic ad Augustum:

*Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux  
Post ingentia facta Deorum in templa recepti,  
Dum terras, hominumque colunt genus, aspera bella  
Componunt, agros assignant, oppida condunt.*

Decimum sextum. Eisdem similiter debetur, vt nobilissimum in Europa regnum excitarent, quale nunquam legitur ab vlla regia gente excitatum. Quale verò hoc? An Gallicum, quòd Clodoueus? In Europa sanè, ex quo mundus est conditus, nunquam legitur exortum tale: & tamen ab orbis exordio vsque ad annum Christi quadringentesimum nonagesimum quintum, quo Rex Clodoueus Christo se dedit, numerantur anni quater mille

A mille sexcenti, ac plures. Italiæ totius nullus vniquam post breue Ostrogottorum tēpus Rex fuit, neque similiter Græciæ, nisi Alexandrum Magnum dicas. At ille haud reliquit vllum torius Græciæ regem. Annò igitur gēs Clodouei fortunata, cui cōtigit nobilissimū regnū in Europa fundasse? An verò dicemus Germanicum regnum nobilissimum?

Decimum septimum sit igitur illud, quòd Caroli familia dedit initium regno Germanico. Ludouicus enim Ludouici Pij filius, & Caroli Magni nepos, primus Germaniæ totius Rex est dictus anno DCCC. XL. vt quā scribunt, ex illo fuit aliquis sēp Germaniæ Rex vel ex omni, vel ex maiori parte per annos DCC. XLIX. An verò hoc paruum? Producatur itaque ex aduerso, qui post tot annorū millia fuerit aliquid simile in Europa assecutus?

Decimum octauum. Sed ecquando auditum fuit ad Reges Gallicos in extrema Occidentis parte constitutos venisse ab vltimis Persarū locis honorificas legationes, muneraque nobilissima missa à potētissimis Regibus? Anno namque, vt Rhegino scribit, DCCC. I. Aaron Persarū Rex ad Carolum Magnum dona amplissima adiectis nobilibus legatis misit, elephantē, præter vestes, ait Eghinartus in vita Caroli, & aromata, & ceteras Orientaliū terrarum opes. Hæc ille. Tenebat verò Aaron imperio suo totum penè Oriētē. Quamuis ad Carolum Magnum & Constantinopolitani Imperatores, Sarracenicique Reges in Hispania, & Africa dona miserint. Ad Ludouicum porro Regem ex vltimis Asiaticæ Scythiæ terris Erchaltus Cham Tartarorum Rex Christianus effectus legatos misit, cum Cyprū is appulisset in expeditione Hierosolymitana; quod referunt Gaguinus lib. 7. & Vincentius lib. 13. cap. 91. Sed & ante hæc Anastasius Imperator Orientis ad Clodouē misit cum legatione honorificentissima, amplisque muneribus, & Patriciatus Romani dignitate, vt primum in Europa post Imperij Romani casum Catholicum Regem meritò, quantum posset, honestaret, illustrissimū regni, ac per tot sæcula potentissimi auctorem, cuius sepulchro iure Rhemigius Sanctus, hoc carmen inscripsit:

*Dives opum, virtute potens, clarusque triumphis  
Condidit hanc ædem Rex Clodoueus, & idem  
Patricius, magno sublimis fulsit honore,  
Plenus amore Dei contempsit credere mille  
Numina, quæ variis horrent portenta figuris,  
Mox purgatus aquis, & Christi fonte renatus  
Fragrantem gessit infuso chrismate crinem,  
Exemplumque dedit: sequitur quod plurima turba  
Gentilis populi; spreto quæ errore suorum  
Ductorem est cultura Deum, verumque parentem.  
His felix meritis superauit gesta priorum  
Semper consilio, castis, bellisque tremendus  
Hortatu Dux ipse bonus, ac pectore fortis  
Instruētas acies firmavit in agmine primus.*

Hæc sanctus vir versibus, vt tempora ferebant, non incultis. Ad summam vix inuenias Regum progeniem, ad quam è tam remotis locis tam magni Reges, atque Imperatores variis temporibus mittere dona & legatos curarint. credo è longinquis aliquando ad alios missa huiusmodi, sed non à Regibus & Imperatoribus tantis. Hoc autem pertinere ad dignitatem, quæ felicitati humanæ adnumeratur, nemo est qui differri possit.

Decimum nonum. Eidem non immeritò est adscribendum, quod in Francorum Rege fuerit Aurisflammula, id est vexillum flammulis aureis conspersū, quæ quoties in summis regni periculis aduersus hostes est educta, victorias nobilissimas Francis peperit vt iam mirum nō sit omnino, si Sarracenis, Phrisiis, Northmanisque, in Gallias, cum copias incredibiles adducerent, irrupentibus, nunquam tamen illas in potestatem redigere potuerint, sicuti neque valuerūt idē perficere gētes vllæ extere Christianorū per mille ac nonaginta sex annos. est porro aurisflammula dedicata SS. Dionysio, Rustico, & Eleutherio regni Gallici patronis. Multa ad hanc pertinentia refert Massonus in vita Philippi Augusti.

Vigefimum. Neque verò familias hæc regias parum videretur illustrare, quòd induerint perpetua cōsuetudine in mores, nō modò vt Reges certo ritu vngerentur, quod tamē nō nisi inter bona humana siue parua, siue magna quispiam reputaret, sed quod vngantur huiusmodi oleo, quod cælitus esse missum narretur, vt Gallico Regi cani illud possit, quod Regius vates de Regum Rege scriptum reliquit:

De Sig. Tom. 2.

Kk

Accin-

Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissime.  
Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna.  
Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua.  
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo latitæ  
præ conforibus tuis.

Ampullam porrò olei cælitus missam fuisse volunt Aimoinus lib. 1. cap. 16. quem sequuntur Henricus Erphordiensis, & S. Thomas libro de regim. principum cap. 2. Id aliquo modo diuinitus accidisse vult his temporibus proximus Gregorius Turonensis lib. 2. cap. 31. reuera autem fuisse ampullam à colūba mirabiliter delatam vult grauis auctor Hinchmarus Archiepiscopus Rhemensis, q. ante annos p. p. 800. viuebat, in vita Remigij, q. Surius recitat tom. 1. Iuanuar. xiiij. Quòd igitur hæ tres Regū p. sapiæ diuinitus oleo misso, qualitercūq; id acciderit, vncti semper fuerint, nō nisi cæleste munus est, cuidam felicitati adscribendum.

Vigesimalū primū sit itaq; nō inueniri è tota antiquitate inter alienos à nobiseiufdē regni Regū p. genes vllas tātæ vetustatis, ac tā pugnaciū & tā iustorū simul. Vix. n. fieri potest, vt aliquis sit manu prōptus, ac bellator, idēq. iusti tenax. Quin ille vates voluit hæc inter se diffidere, pugnacē, & iustū; respōdere autē sibi, bellatorē, & ex legē sic enim canit:

*Aur famam sequere, aut sibi conuenientia finge:  
Scriptor honoratum si forte reponis Achillem,  
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer  
Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.*

Quòd si quis ignarus antiquitatis neget Clodouei, Pipini, Hugonisq. posteros fuisse tam iustos, legat signum de pietate, de intestinis hereticorū cædibus, turpissimis alienorū progressibus, ac certò cognoscat, reuera esse, vt asseueramus. bellicosos verò fuisse, quamuis nemo diffiteri possit, tamē id etiam liquebit è signo de prudentia & fortitudine militari.

*Explicantur euenta felicia agnationum, quæ imperium sunt in Germania consecuta. Cap. V.*



Est Caroli nepotes, quinque agnationes præ ceteris Imperatoriam dignitatem consecuta, diuq. potitæ sunt, quarū posteritati nulla similis est post Caroli Magni gentem ex aliis, quibus eadem dignitas contigerit in Occidente, aut Oriente, si humanæ felicitatis partes potissimas contemplerur, ac p. femus: vna re superantur ab aliquibus, amplitudine scilicet Imperij, & aliis, quæcumque eam consequuntur. Alioquin longo interuallo distant omnes à felicitate nostrarū. Hæ porrò quinque connexæ sunt vinculo affinitatis inter se, ita vt nulla ex eis interciderit, sed propagata sint ab illarum vetustissima, deriuatioq. consanguinitatis ad nostra tempora producat. Ex his antiquissima est Saxonica, quæ Caroli Magni stirpi cohæret, & cum illa continuatur, exordio per illam deducto à Clodouei nepotibus ac per hos ab antiquissimis Regibus Burgundionum, atque ita per huiusmodi agnationū cohætionem decurrit ad ætatem nostram.

*Prosapia Imperatorum Saxonica gentis.*

Vuidichindus Saxonum Dux florebat Carolo Magno imperante anno 800. vt Regino, Vuidichindus, Sigibertus, ac postremò Crantzius testantur: hic genuit Vuigbertū,

| Vuigbertus è filia Ratbodi Frisiorum Ducis suscepit Vualbertum, & Brunonem.  
| Bruno Ludolphum.  
| Ludolphus ex Odda Luitgardam nuptam Ludouico Arnulphi Imperatoris filio, Brunonem Saxonum Ducem, Danchuounth, & Otthonem.

| Ottho Saxonie Dux è Luitgarda Arnulphi Imperatoris filia Brunonem, Ludolphū, Tanemarū, Richardim coniugē Marchionis Austrie, Luitgardā, Babā, & Héricū Regem.

| Henricus I. Germanie Rex cognomento Auiceps è Mithildi genuit Flauium, Rixam, Adelhaidem, Mithildim Abbatissam in Quintilingiburg, Brunonem Archiepiscopū Coloniensem, Gerbergam coniugem Ludouici Regis Francorum, & ex hoc matrem Lotharij Regis itē Fræcorū, Héricū Rixosū Saxonie Ducē, cui ex Iuditha filia Arnulphi Mali Bauarie Ducis soboles fuit Heduigis foror Burchardi Sueuie Ducis, & Héricus Hezelus, à quo è Bertha Lotharingie Ducissa prognati Ghifela vxor sancti Stephani Hungarie Regis, Bruno Episcopus Augustanus, & Henricus Imperator sanctis adscriptus.

Idem porrò Henricus Auiceps habuit filium Otthonem Magnum.

Ottho

A Ottho Magnus Primus Imperator, qui ex Editha filia Edmundi Anglorum Regis habuit filios Guglielmum Archiepiscopum Moguntinum, Ludolphum primogenitum, cui defuncto ante patrem ex Idda filia Hermanni Ducis Sueuorum proles fuit Ottho pater Brunonis, qui dictus est Gregorius V. habuit similiter ex eadem coniuge Luitgardā vxorem Conradi Franconie Ducis, è quibus Ottho pater Cunonis, & ex hoc auus Hermanni, qui ex Adelahide suscepit Conradum Imperatorem patrem Henrici II. Imperatoris. Idem præterea Ottho ex Adelahide filia Rodulphi Ducis Burgundie suscepit Otthonem II.

| Ottho II. qui è Theophania suscepit Otthonem, & Alysiam.

| Ottho III. sine liberis decessit, successusq. illi Henricus Germanie Rex secundus, & Imperator Primus.

B Henricus Primus ex eadem agnatione, vt ostendimus supra, qui virgo permanfit ac sine liberis decessit anno millesimo vigesimo quarto. Igitur agnatio Vuitichindi rerum posita est in saxoniam ducentos quinquaginta annos, atque etiam plures: Germanie verò regnum consecuta est anno, vt notat Hermannus Contractus, nongentesimo decimo nono: sic itaque Regium nomen tulit anno centesimo quinto, habuit autem quatuor Imperatores.

*Secunda Prosapia Gibellinorum superiori inserta.*

Conradus Franconie Dux è Luitgarda filia Otthonis I. Imperatoris genuit Otthonē. Ottho Cunonem Franconie similiter Ducem.

Cuno sigefridum, Eberardum, & Hermannum.

Hermannus ex Adelahide Geberardum Episcopum Ratifponensem, & Conradum Imperatorem, qui Henrico Primo successit.

Conradus Primus Imperator è Ghifela filia Lotharij Francorum Ducis genuit Beatricem coniugem Bonifacij Marchionis Thufcie, matremq. Mathildis illius Magnæ, quæ tot ditiones sancto Petro reliquit in testamento, & Henricum secundum.

Henricus secundus Imperator ex Agnere filia Ducis Aquitanie liberos habuit Ithā nuptam Leopoldo Quinto Pulchro Marchioni Austrie, Iuditham Regi Hungarie, Mathildim Rodulpho sueuie Duci, Regiq. Germanie electo, & Henricum Tertium.

| Henricus Tertius filios habuit Conradū regem Italie, designatumq. Germanie, qui patri haud fuit superstes; sophiā coniugē regis Hungarie, Agnetem Leopoldi VI. Austrie Marchionis, & hoc defuncto Friderici Comitis Staufen. & Henricum IV.

D Henricus Quartus sine filiis decessit anno m. c. xxvij. sic igitur Germanie regnum, dignitasq. & potestas imperatoria reledit in hac familia per annos centum ac tres.

*Tertia Prosapia Sueuorum superiori inserta.*

Fridericus Comes Staufen habuit in matrimonio Agnetem filiam Henrici Tertij, & forem Quarti, vt testatur Ottho Frisingensis lib. 1. cap. 8. ob id factus sueuie Dux, genuitq. filios Fridericum, & Conradum.

Conradus Imperator creatus anno millesimo centesimo trigesimo octauo sine filiis decessit.

Fridericus I. Imperator electus anno m. c. lxxij. nepos Conradi Imperatoris ex fratre. Hic ex Beatrice genuit Fridericum Ducem sueuie, Otthonem Comitem Burgundie, Philippum, qui à nonnullis Germanie Rex est creatus, sophiam vxorem Marchionis Montisferrati, Beatricem Abbatissam in Quintelinburg, & Henricum V.

E Henricus V. Imperator sicilie Rex è Constantia filia Rogerij sicilie regis habuit Fridericum secundum.

Fridericus II. Imperator è Iole suscepit Conradum regem Germanie à quibusdā creatum, & è Constantia filia regis Castellæ Henricum qui similiter ad idem regnum fuerat antea designatus: nothos verò filios habuit Manfredum, qui regnum sicilie tenuit, & è cuius filia Constantia nupta Petro Aragonie regi nati sunt Iacobus, Fridericus, Alfonsus, Iolanda, & Entiū sardinie regē qui cauea ferrea inclusus obiit Bononie. è Conrado autem rege est ortus Conradinus, ex Henrico autem, vt quidam volunt, natus Fridericus Austrie Dux Neapoli obruncati; & in his hæc agnatio defecit, perpetuata in regibus Aragonie per foeminas, Constantiā scilicet, & eius nepotes, è quibus Austriaci.

*Quarta Prosapia Austriacorum superiori inserta.*

Austriacorū, qui nūc latissime regnāt, ita vt ex tota antiquitate proferrī nulla gēs possit,

Te sig. Tom. 2.

Kk 2 quæ



quæ tãtã nãcta sit Imperij amplitudinem, genus quidam referunt ad Romanos, voluntq. A  
 è Petri Leonis Romani nobilissima familia prognatos Austriacos. In his est Nauclerus  
 scriptor Germanus. Quidam verò sic eorum genealogiam texunt.

Luthardus Comes Habsburg genuit Betzonem, hic Rathbodum, à quo Berengarius  
 Pius, inde Ottho, ab Orthone Verernerus, cui filius Albertus Dives, à quo Albertus Co-  
 mes Habsburgensis, atque, vt ait Cuspinianus, Lãtgravius Alsatia, præfectus Argentinẽ-  
 sis, cui coniux fuit Comitissa Cyburgi filia Hermanni senioris Comitis, è quibus Ro-  
 dulphus Primus.

Rodulphus Primus electus est Germaniæ Rex anno millesimo ducẽtesimo septuagesi-  
 mo tertio, ex Anna Comitissa Hohenberg septẽ mares, toridemq. fœminas suscepit,  
 primum Rodulphum, secundum Fridericum, tertium Hartmannum, quartum Rodul-  
 phum Secundum, quem pater Ducem Sueuiæ creauit, illiq. vxorem dedit Agnetem B  
 Otthocari Bohemiæ Regis filiam, è quibus natus Ioannes occidit Albertũ Primum Im-  
 peratorem patrum suum; quintum Albertum Primum Austriæ Ducem, sextũ Hartmã-  
 num Secundum, septimum Carolum. Filiarum verò prima fuit Euphemia, secunda Gu-  
 tha nupta Venceslao Bohemiæ Regi, tertia Mithildis Ludouico Palatino Rhœni, è qui-  
 bus Ludouicus Quartus Imperator, quarta Agnes Alberto Saxonix Duci, quinta Ca-  
 tharina Hermannio Marchioni Brandeburgensi, sexta Anna Otthoni Bauariæ Duci, se-  
 ptima Clementia Carolo Martello Regi Sicilia, ac Neapolis.

Albertus Primus Imperator ex Elifabetta filia Mainardi Comitis Carinthiæ & Ty-  
 roli suscepit Rodulphum Mitem, Henricum Placidum, Otthonem Venustum, Leopoldum,  
 Agnetem coniugem Andreæ Regis Hungariæ, Elifabettam Ducis Lotharingiæ,  
 Annam Hermannii Marchionis Brandeburgensis, Gutham Comitis Othingen, Cathari- C  
 nam, Fridericum Tertium Imperatorem, cui ex Elifabetta filia Jacobi Regis Aragoniæ  
 nati sunt Fridericus, Elifabetta nupta Ioanni Bohemiæ Regi, & Anna Poloniæ Regi: de-  
 nique idem Albertus genuit Albertum cognomento Sapientem, qui ex Ioanna filia Al-  
 berti Bauariæ Ducis habuit filios Margaritam coniugem Meinardi Bauariæ Ducis, Ca-  
 tharinam monialem, Fridericum Splendidum, Albertum Austriæ Ducem, patremq. Al-  
 berti Ducis Austriæ, & ex hoc auum Alberti Secundi Imperatoris, & Leopoldum  
 Probum.

| Fridericus Tertius Imperator, de quo diximus supra.

Albertus Secundus, de quo similiter diximus supra.

Leopoldo Probo è Viridi filia Barnabæ Ducis Mediolanensis orti sunt Elifabetta  
 vxor Comitis Goritiæ, Leopoldus Superbus, & Hænestus Ferreus, cuius filij scribuntur D  
 Rodulphus, Leopoldus, Anna, Catharina vxor Marchionis Badensis, Margareta Fride-  
 rici Saxonix Ducis, Albertus Misericors, denique Fridericus Quartus.

Fridericus Quartus Imperator, qui è Leonora Portugallensî suscepit Chunegundem  
 nuptam Alberto Bauariæ Duci, & Maximilianum Primum.

| Maximilianus Primus è filia & hærede Caroli Burgundionum Ducis genuit Philip-  
 pum, qui è Ioanna filia & hærede Ferdinandi Hispaniarum Regis habuit filios Carolũ  
 Quintum & Ferdinandum Primũ Imperatores, Leonoram nuptam Emanueli Portugal-  
 liæ Regi, deinde Frãcisco Franciæ, Isabellam Christierno Danorum, quorum neptis fuit  
 Maria Scotorum Regina, materq. Jacobi nunc regnantis; Mariam Ludouico Hunga-  
 rorum, Catharinam Ioanni Portugalliæ Regibus.

Carolus Quintus, qui ex Isabella filia Emanuelis Regis genuit Mariam coniugẽ Ioã- E  
 nis Portugalliæ principis, matremq. Sebastiani Regis, Ioannam vxorem Maximiliani  
 Secundi, & Philippum Secundum Hispaniarum Regem, præterea verò Ioãnem Austria-  
 cum, & Margaretam matrem Alexandri Parmensium Ducis.

Ferdinandus Primus, cui sunt ex Anna vxore filij Carolus, Ferdinandus, & Maxi-  
 lianus Secundus, Helena, Vrsula, Barbara, Margarita, Leonora, Catharina, Magdale-  
 na, Maria, Anna, Isabella.

| Maximilianus Secundus, qui è Ioanna suscepit Rodulphum Secundum, Albertum  
 Cardinalem, Ernestum, Maximilianum, Matthiam.

| Rodulphus Secundus, qui nunc Imperio potitur.

*Quinta Prosapia Lutzelburgensium superiori inserta.*

Henricus Comes Lutzelburgensis è Beatrice Comitissa Hannoniæ genuit Henricum  
 Sc-

A Septimum Imperatõrẽ, Vualtramum Comitẽ, & Balduinũ Archiepiscopũ Treuerensem.  
 Henricus Septimus Imperator habuit è Margarita filia Ducis Brabantix Ioannem  
 Bohemiæ Regem, ac filias tres, è quibus vna exstitit coniux Ludouici Palatini Rhe-  
 ni. Ioannes autem Bohemiæ Rex è Beatrice filia Ludouici Secundi Borbonij suscepit  
 Venceslaum, & Ioannem Comitem Lutzelburgensem, ex Elifabetta verò Carolum  
 Quartum Imperatorem, Venceslaum Ducem Brabantix, & Comitem Lutzelburgen-  
 sem, Ioannemq. Henricum Marchionem Morauix, cui filix fuerunt Margareta vxor  
 Henrici Bauariæ superioris Ducis, Guttha Philippi Valesij Franciæ Regis, & Anna Ot-  
 thonis Austriæ Ducis.

Carolus Quartus è Ioanna siue Anna genuit Venceslaum, & Sigismundum Imperato-  
 res; habuit & filiam Elifabettam coniugem Ioannis Galeatij Ducis Mediolanensis, è qui-  
 bus orta Valentina vxor Caroli Franciæ Regis.

B Venceslaus Primus, qui ob ignauiam communi decreto fuit Imperij dignitate spo-  
 liatus.

Iodocus cognomento Barbatus Imperator electus Ioannis Henrici proles absque li-  
 beris è vita migravit.

Sigismundus Primus Rex Bohemiæ, & Hungariæ; cui fuit è Barbara coniuge filia  
 Elifabetta nupta Alberto Austriaco Imperatori, è quibus Austriaci nunc regnantes,  
 atque Imperantes.

Atque hæc Lutzelburgensium agnatio post Austriacam venit ad Imperium, ante il-  
 lam verò desit in maribus, propter fœminas tamen in Austriacis perpetuatur.

C Istarum porrò agnationum, aut aliarum, quæ in Germania imperarunt, cum plurima  
 sint euenta felicia, illud à nobis primùm proponetur, nullum fuisse Imperatorem in  
 Germania, cuius adhuc consanguinitas non duret: quamuis enim defecerint agnatio-  
 nes ipsæ maribus deficientibus, tamen per fœminas aliis agnationibus coniunctas  
 consanguinitas est perpetuata. & de quinque his est à nobis probatum, ac testes ha-  
 bent probatissimos Vuitichindum, Rheginonem, Hermannum Contractum, Sigiber-  
 tum, Marianum Scotum, Vrspergenhem, Crantziuum, Nauclerum, ac post hos Ireni-  
 cum, Cuspinianum, Vuolfangum Lazium libro de gentium migrationibus. A quibus  
 etiam discimus sex aliis Imperatoribus Germanicis, qui nõ fuere ex istis quinque agna-  
 tionibus, hoc etiam diuinitus concessum, vt eorum consanguinitas vigeat, ita vt nullus  
 sit Germaniæ Rex, cuius cognatio non persistat. Ex his primus est Lotharius, cuius fi-  
 lia Gertrudis vxor Henrici Superbi Bauariæ Ducis, ac deinde Henrici Ducis Austriæ,

D è quibus genus Bauariæ Ducum, Rheniq. Palatinorum, vt è Vuolfangi libro septi-  
 mo apparet. Secundus est Ottho Quartus filius Henrici iunioris Superbi Bauariæ Du-  
 cis, cuius cognatio est eadem cum superiori, & permanet adhuc. Tertius est Gugliel-  
 mus Guntherus Holandiæ Comes, cuius filia Beatrix nupsit Ferdinando Tertio genuit-  
 que Alphonsum Decimum; & ex his Reges Aragoniæ, & Castellæ, vt ostendimus su-  
 præ, adhuc manent. Quartus est Rupertus, & si Imperatoribus eum velis adnumerare.  
 Quintus erit Ludouicus Quartus; qui sunt è consanguinitate Ducum Bauariæ, Comi-  
 tumq. Palatinorum Rheni. Sextus est Adolphus Comes Nassau, qui ex Imagina su-  
 scepit inter alios Mithildim coniugem Rodulphi Comitis Palatini Rheni, è quibus ele-  
 ctiores Palatini, & in his Rupertus Imperator. Sed quando non videretur aliquibus  
 omittendus Rodulphus Sueuiæ Dux, qui fuit aduersus Henricum Tertium creatus Rex,  
 & eius cognationem constat haud interiisse; eius namque filia Anna nupta Berthol-  
 do Zaringiæ Duci propagauit eius progeniem, quam rexit Lazius libro octauo. Sic igi-  
 tur, quod admirabile sit, nullius Imperatoris Germani cognatio intercidit, quamuis agna-  
 tio sit extincta; quod sanè non est nisi maximæ felicitatis, quam neque Imperatores illi  
 præsci Romanorum, neque Constantinopolitani sunt sortiti.

E Secundum. Quinque vllius Germani posteritas est intermorta, nisi Ottho-  
 nis Quarti, cuius nulla superfuit proles, quæ progeniem propagaret: ceteri omnes,  
 quicumque fuerunt, posteros reliquere, quorum consanguinitas non interierit, vt à  
 nobis est explicatum.

Tertium. In Occidente præterea nullus fuit Imperator, aut in Oriente, cuius posteris  
 toties eadem potestas dignitasq. Imperatoria contigerit. Gens namque Austriaca nu-  
 merat è suis, vt aperuimus, Imperatores decẽ, quod nulli agnationi contigit ex quo Im-  
 pera-

peratoris maiestas exorta primas inter mortales in rebus prophanis moderandis tenere A  
coepit : & tamen sumus supra annos mille sexcentos ac triginta, ex quo Imperatoris no-  
men ac potestas celebratur inter mortales.

Quartum . Similiter nulla Regis alicuius progenies proferetur ab orbis fabricatione,  
cuius posterit tot fuerint, nomēque & potestatem vel regni alicuius illustris, vel nobilio-  
ris principatus per tot sæcula retinuerint, quot huiusmodi quilibet Imperator Germaniæ  
diuinitus est sortitus, vno excepto Orthone Quarto, cuius tamen à maioribus dicitur con-  
sanguinitas durat, vt enim vidimus, siue à Carolo Crasso, aut paulo inferius ab Arnul-  
pho Caroli Magni nepote, siue ab Orthone Primo ducas initium ; quilibet agnationis  
alicuius primus Imperator habuit posteros, quorum soboles vel regni, vel imperij, aut do-  
minatus alicuius nobiliorem gradum hucusque semper retinuit.

Quintum . Quocirca non nisi diuinum videtur, qui fieri poterit, vt cum tot exstiterint B  
Reges & Imperatores in Germania iure electionis non iure sanguinis consecuti tantam  
maiestatem, tamen sanguine sic inter se deuincti fuerint, vt nullum cire possimus, quem  
vinculum affinitatis saltem cum superioribus sequentibusve non adstringat : neque ta-  
men, quod omnes norūt, Germania vel est exigua regio, vel paucos habet principes, qui-  
bus antiqui, ceteraque etiam nunc gentes à nobis alienæ regum nomen attribuisent,  
quando vel tenuis oppiduli dominis illud attribuebāt, & hodie Mahometani, ac reliquæ  
nationes tribuere solent . Hæc verò omnia pertinent ad humanam felicitatem.

Sextum . Quod si proponas tibi ante oculos posteritatem cuiuslibet Regis, aut Impe-  
ratoris à nobis alieni, quæ tamdiu perstiterit, vt quælibet Imperatoris alicuius Germani  
ab Ecclesiæ nostræ complexu non eiecti posteritas durauit, videasque quot è posteris C  
vtriusque fuerint à suis consanguineis interfecti, cognosces paucissimos Germanicorum  
Regum nepotes, qui fuerint in cætu Ecclesiæ nostræ, à suis interemptos, plurimos ex alio-  
rum liberis. quin si agatur de iis, qui regum nomen tulere, aut Imperatoris, vnus Alber-  
tus è nostris à suo nepote fuit occisus per tot sæcula. Nam Fridericus Secundus à Man-  
fredo filio suffocatus, aliique ipsius liberi à suis de medio sublati fuerant illi antea per  
Pontifices Romanos excommunicati. Hanc autem collationem facere possumus facili-  
mè, si inspiciamus signum de pietate XXXVIII. de intestinis alienorum cædibus LIII. fe-  
lici exitu nostrorum Regum LXXXIX. & infelici hæreticorum Regum, quod infra  
subiiciemus .

Septimum . Sed quid verba facimus de iis, qui fuerint à suis occisi ? Nam si nos eadem  
signa consulamus, scriptoresque, quos adducimus in medium, legere velimus, cognosce-  
mus certissimò, nullam Regum ab orbe condito posteritatem à nobis alienam, quæ tam-  
diu permanferit, exstiterit, cuius tam pauci nepotes fuerint ab extraneis necati, quæ si-  
gnis etiam superioribus apparent.

Octauum . E cuius porro Regis quæso cōsanguinitate ab orbis exordio tot Reges pro-  
dierunt, & quidem potentissimi, quot è qualibet Imperatoris cuiusvis profapia ? nam si  
attentè scripta legimus, cognoscimus è foeminis saltem quinque agnationum, quas deli-  
neauimus, prognatos Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Daniæ, Angliæ, Galliæ, Hispaniæ,  
Lusitaniæ, Siciliæ, aliarumque regionum illustrissimos Reges.

Nonum . Neque est, quod hic dicamus illud toties à nobis repetitū, è familia Austriaca  
exortos Reges, qui latissimè omnium, quicumque vmquam fuerunt, si telluris amplissima  
spatia, quæ potiuntur, metiri velis, dominantur: ea porro Germanica est, & ex Imperato-  
ribus Germanicis prognata.

Decimum . Spectat & illud ad humanam felicitatem, diuinissima quæque celebritatē  
nominis conciliantia cælitus nancisci . Quocirca Henricus Primus, cui tanta diuinitus  
sanctitudo concessa est, vt in coniugio illibatam virginitatem conseruari, non attulit ille  
ab humanis rebus profectam beatitudinem suis, sed à superis deductam gloriā, splendo-  
remque suæ profapia nobilitans modo quodam mirabili, & diuino; quod sanè nulla gēs  
à nobis aliena suis Regibus attribuere potest.

Vndecimum . Quamobrem non illud prætereundum, Imperatores Germanicos,  
sitoram successionem ipsorum spectes, minus recessisse à præscriptis iustitiæ legibus,  
quam seriem quamlibet alienorum à nobis vel Imperatorum vel Regum ; quod li-  
quet è signo de vitiositate alienorum quinquagesimo secundo. Nam reuera si qui fue-  
runt ex Imperatoribus Germanicis vitiosi ( quid enim, si inter tot aliqui fuerint  
aliquan-

A aliquando?) sunt illi communi decreto, consilioque maturo spoliati tanto gradu, non  
per factiones ac seditiones, sed per legitimos iuris legumque modos ; vt contigit  
Carolo Crasso, Adolpho, Venceslao : vel etiam quasi putrescentia membra præcisi sunt  
ex Ecclesiæ corpore, veluti Henricus IV. & Fridericus Secundus: vt appareat hac parte  
vitiositatis eos ad Imperatorum Germanicorum seriem speciatim non pertinere, quod  
de communi sententia illorum, quibus id iuris erat, loco sint moti ob vitiositatem. idque  
non ita contigisse aliis est manifestum, ne scilicet assueuerare possint, & malorum Regum  
successionem, quamuis improbarentur ab ipsis, ad eos non pertinere .

Duodecimum . Sic igitur videmus Germanicorum Regum posteros omnium fuisse  
maximè religiosos, vt nulla alienorum à nobis Regum progenies iis comparari possit;  
excitataque ab illis fuisse amplissima & locupletissima monasteria & templa, quibus eor-  
um memoria commendetur immortalitati, non vanis & inutilibus cōstructionibus, qua-  
lia sunt Pyramides, horri pentiles, Mausolea, Theatra, Circi, Naumachiæ, & quæcum-  
que sunt huiusmodi multa nihil aliud in animis hominum creantia, nisi inanitatis ac sto-  
lidi stuporis futilia spectra, non vt templa & monasteria religionem pietatemque cor-  
dibus humanis ingenerantia, ac penitus infingentia in recessibus intimis eorum : vt iam  
non sit hæc felicitas inanis gloriæ, sed promouentis homines ad diuinas virtutes, & acta  
virtutum sanctissimis monumentis .

Decimum tertium . Quamobrem sicut Francis Regibus à Pipini stirpe prognatis è  
magna parte cultus Germaniæ quondam squalentis & horridæ; nunc autem tot adiffi-  
ciliis & vrbibus ornata debetur, quod ipsi dederint initium perpeliendæ, & hac parte il-  
lustrandæ Germaniæ, postquam scilicet Carolus Magnus eam suo subiecit imperio, & in  
vnius regni formam redegit; sic nulla Regum stirps & agnatio tanta terrarum spatia pul-  
cherrimis in Europa structuris & oppidis nobilitauit, quanta sunt ope Germanicorum  
Regum, ceteris etiam promouentibus & adnitentibus, nobilitata, verbi gratia in  
Pomerania, Prussia, Liuania, finitimisque terris: cum tamen sciamus innumeros aut Re-  
ges, aut Duces, Principesque viros, & eorum liberos in Germania fuisse ante Otthonem  
Magnum, à quo vsque ad orbis exordia numerantur propè annorum quinque millia.

Decimum quartum . An non autem pertinebit ad humanam felicitatem, tot gymna-  
sia omnium disciplinarum, vel sumptibus suis ab istorū Regum posteris fuisse inter Ger-  
manos excitata, vel auxilium dedisse quoquo modo, vt excitarentur ? Certè felicitatis  
humanæ potissima pars & essentia collocatur in animi bonis . Homo namque hac parte  
homo, quod animo præditus sit & ornatus, non agresti & inculto, sed ad omne bonarum  
doctrinarum genus expolito . Quanti porro hæc sint, atque vt nostri antiquis præsent in  
his rebus, explicabitur signo sequenti .

Decimum quintum . Maxima laus igitur debetur ijs Imperatoribus, qui ab istis,  
quos supra recensuimus, prognati, monasteria condiderunt, è quibus educti monachi  
perdixerunt ad humanitatem tot populos efferatos, ac belluinis moribus horrentes  
in Septentrione, quod tot Reges, qui ante Christi doctrinam in Germania per Pontifi-  
cios haud disseminatam per tot sæcula fuerunt, numquam præstitere, quamuis antea tot  
annorum millia numerentur exacta .

Decimum sextum . Cum verò sit maximè felix videre, ait Regius vates, filios filiorum  
suorum; atque ob id felicissimum sit Imperatoribus hisce Germanicis, quod Romanis il-  
lis priscis haud contigit, perpetuatam fuisse ad nostra tempora illorum progeniem, siue  
exiguo fuerit illa numero, siue magno; certè si cum perpetuatione sit etiam coniuncta li-  
berorum multitudo, qui consentiant inter se, vnanimisque sint, neque infeliciter è medio  
tollantur; illud inter humanam felicitatem supremum meritò reputabitur: cum verè di-  
xerit David: Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. ] Dixit appositè, oli-  
uarum, quod ea sit pacis nuncia, quasi nihil sit miserius, quam si pater videat filios inter-  
ferixari, bella gerere, aut id futurum præfagiat: quod accidere Mahometanis plurimo-  
rum filiorum parentibus aperuimus, signo LIII. de intestinis alienorum cædibus cap. IX.  
sic etiam luctuosum plurimos quidem liberos habere, sed videre eos ab hostibus neca-  
tos, vt de Priamo canebat ille:

*Quinquaginta intus thalami spectant a nepotum.*

Imperatoribus autem Germanis aliquot fuit magna liberorum multitudo pacificè vnà  
viuentiū, qui nullas ab hostibus cædes sunt perpepsi: verbi gratia Rodolpho Primo qua-  
tuorde-

tuordecim, Alberto Primo viginti duo filij fuerunt, Ferdinando Primo tredecim, aliisq. pluribus plures. quibus autem non fuit tanta proles, quæcumque illa fuit, lat est, si perpetuata sit per foeminas, quando per mares non potuit. Merito igitur Mauricij Imperatoris, qui simplicem per derisionem vocavit Gregorium Magnum, iugebat decem natorum cædem veluti infelicitatem magnam versibus illis:

*O ego mille modis Regum miseranda duorum*

*Mauricij coniunx, filia Tiberij:*

*Edocui Regina satis, foecundaque mater,*

*Quam sint multorum commoda scepra Ducum.*

*Militis infidi iaceo, populiq; furore,*

*Et mecum coniunx, progeniesq; iacet.*

*Næ misera Niobes ego sum vitale cadaver:*

*Plurane Cisseis, plura Iocasta iacet?*

*Esto, iure pater; cur pignora parua necantur?*

*Humani proffus nescia turba doli.*

*Non iam Roma meis carpes à frondibus umbram*

*Eruta Threicio stirps Aquilone iacet.*

Hæc itaque sint euenta felicia Imperatorum Regumq; Germaniæ, qui permansere in Ecclesia, quo ad eorum posteritatem.

*Explicantur euenta felicia posteritatis Hungaricorum, & Bohemicorum Regum. Cap. VI.*



ermanico coniuncta sunt Hungarica & Bohemica regna, quorum Reges & sanguine sunt inter se coniuncti, & illa post Imperatorem Sigismundum conuenere semper in vnum vsque ad etatem nostram. Capiamus igitur ab antiquiori, si regium nomen spectare velimus, initium, ab Hungarico nimirum, cuius sanè Reges à Noè ex annalibus Hungaricis nominatim gradatimq; per consanguinitatis posteritatem à parentibus in filios deductam recenset Bonfinius lib. 9. Deca. 1. Sed huius quidem profapie admirabilis fides sit penes ipsum Bonfinium, qui & ipse agnationis istius perpetuam ferriem nõ cessat admirari, vel penes Hungaricos scriptores. Nos hic eam describere haud curamus, satis habentes certiora scriptis mandare. Exordiamurq; ab anno nongentesimo quinquagesimo, quo Toxis viuebat.

Toxis Hungarorum Rex, è verustissimo Hunnorum genere natus (inquit Bonfinius Decadis 2. lib. 1.) genuit Geyfam, qui è Sarola suscepit sanctum Stephanum Primum Regem, cui è Gysela Imperatoris Henrici filia natus est sanctus Emericus & Gysela, quæ nupta Guglielmo fratri Sigismundi Burgundiæ Ducis, peperit Petrum Regem secundum. Idem Toxis genuit Michaëlem, cui sunt è Rhussa nati Ladislaus Caluus & Vazulus; at Ladislao Bela Sextus Rex, & Andreas tertius Rex pater Salomonis quinti Regis, & Adelahis vxor Vratislai primi Bohemiæ Regis.

- I. Sanctus Stephanus Toxis filius sine maribus superstitibus è vita migravit.
- II. Petrus filius Gyselæ sororis sancti Stephani absque vlla prole defunctus.
- III. Andreas Primus, de cuius filiis est dictum, inter quos est Salomon sequens.
- IV. | Salomon, qui sine vlla sobole est defunctus, filius Andreæ I. ex Agmunda Ruthena.
- V. Bela Primus filius Ladislai Calui, nepos Michaëlis, ac pronepos Toxis, cui è filia Miecislai Primi Poloniæ Ducis aut Regis nati sunt Geyfa Magnus pater Calomanni Regis, & Almi, necnon sanctus Ladislaus Primus Rex, Lampertus, ac duæ filia, altera nupta Zelemiro Dalmatiæ Regi, altera Orthoni Marchioni Morauia; post Belam nonnulli interponunt Geyfam Magnum, sicut etiam mox Ladislaum Secundum, eiusq; fratrem Stephanum.
- VI. | S. Ladislaus, cuius filia Pyrifca fuit vxor Emanuelis Costantinopolitani Imperatoris.
- VII. Calomannus, cui nati sunt Adelahis vxor Boriuorij Bohemiæ Ducis, Stephanus Secundus Rex, Nicolaus, Ladislaus, & Borichius Nothus.
- VIII. | Stephanus Secundus, cuius nulla proles fuit.
- IX. Bela Secundus Almi filius, Geyfa Magni nepos, ac Belæ Primi pronepos, qui ex Helena

- A Iena Vri Macedonis filia liberos habuit Geyfam Secundum Regem, Ladislaum, Stephanum, Almu.
- | Geyfa Secundus genuit è filia Minoslai Ruthenorum Principis Stephanum Tertium, X.
- Belam Tertium, Arpad, Geyfam.
- | Stephanus Tertius nullis liberis fuit. XI.
- Bela Tertius è soreore Philippi Gallia Regis suscepit Constantiam coniugem Præmissai Otthocari Bohemiæ Regis, Emerici Regem, & Andreæ Hierosolymitanu Regis. XII.
- | Emericus Belæ Tertij filius è Constantia Aragonia suscepit Ladislaum Tertium vel Secundum Regem. XIII.
- | Ladislaus Tertius aut Secundus nullam progeniem reliquit. XIV.
- Andreas Hierosolymitanus è filia Marchionis Estensis genuit Stephanum, cui è Thoma Masina Maurocena Veneta filius fuit Andreas Venetus Rex; è Gertrudi verò filia Bertoldi Morauia Ducis sancta Elifabetta vxor Lantgrauij Thuringia, & Calomannus Halizæ Rex in Russia, ac Bela Rex. XV.
- | Bela Rex è Maria, vt quidam volunt, Imperatoris Constantinopolitani filia, genuit Chunegundem nuptam Boleslao Pudico Poloniæ Regi, & Stephanum Quintum vel Quartum Regem. XVI.
- | Stephanus Quartus vel Quintus filios habuit Ladislaum Quartum, & Mariam nuptam Carolo Claudio Regi Sicilia, è quibus Carolus Martellus Rex. XVII.
- | Ladislaus Quartus absque vlla sobole migravit è vita. Atque hic interponitur à multis Vencellaus Bohemiæ Rex, & Ottho Bauaria Dux. XVIII.
- Carolus Martellus è Clementia Rodulphi Imperatoris filia genuit Carolum Robertum. XIX.
- C | Carolus Robertus ex Elifabetta filia Ladislai Lotheci Poloniæ Regis genuit Andream Regem Neapolis, patremq; Caroli Parui, quem Forgatius interfecit, aumq; Ladislai Regis Neapolis, Ludouicum Regem. XX.
- | Ludouicus Rex suscepit Hedwigim coniugem Vuladislai Jagelloni Regis Poloniæ, Mariamq; Sigismundi Imperatoris nati è consobrina Ludouici Regis Anna filia Bulconis Ducis Suidnizensis in Silesia. XXI.
- Sigismundus cum Maria coniuge, qui è Barbara filia Ducis Cilia genuit Elifabetta nuptam Alberto Austriaco Imperatori. XXII.
- Albertus vnà cum Elifabetta, quibus orti sunt Anna vxor Guglielmi Saxoniæ Ducis, Ladislaus Rex, & Elifabetta coniux Cazimiri Poloniæ Regis. Post obitum Alberti quidam delegere Regem, quod Elifabetta prægnans esset, Vuladislau Polonum cognomento Varnensem. XXIII.
- D | Ladislaus Alberti filius posthumus absque progenia defunctus, Matthiasq; Huniades est illi substitutus. XXIV.
- Matthias Rex, cui cum nulli post obitum liberi foret, vocatus ad regnum Vuladislau filius Cazimiri, & Elifabetta, quam diximus ortam ex Alberto Imperatore, & Elifabetta nata è Sigismundo. XXV.
- Vladislaus ex Anna Gandala Vascone genuit Ludouicum, & Annam nuptam Ferdinando Imperatori. XXVI.
- | Ludouicus in prælio casus à Turcis ad Mocahz nulla sobole relicta decessit. XXVII.
- Ferdinandus maritus Annæ, cui se obiecit Ioannes Sepusius à quibusdam Rex creatus; è Ferdinando autem natus Maximilianus, & ex hoc Rodulphus. XXVIII.
- E | Maximilianus. XXIX.
- | Rodulphus: de quibus in genealogia Austriacorum. XXX.

*Genealogia Ducum Regumq; Bohemicorum.*

Genus Regum Bohemicorum sic recenset Cromerius lib. 3. Præmiffus Rusticus Bohemorum siue Dux, siue Rex, genuit è Lybussa Nezamiffum, cui filius Muata successit: hunc proles Voien excepit. post hunc filii Cresomiffus & Vratislau, hic Lucensem, ille Vifegradensem principatua partitione facta susceperunt. Vratislao Vratislau, Cresomiffus Neclan filij successere. Hic deinde defuncto fratre, & ex eo nepote ad Hoffuitum filium ditiones suas transmiffit: huius filius est Boriuorius sequens.

Circiter annum octingentesimum nonagesimum Boriuorius Bohemorum Dux Christo nomen dedit, & è Ludmilla Slauiborij Metnicensis filia genuit Spitigneum, Boleslaum, Vratislau.

- II. Vratislaus è Drahomira Lucensi Venceslaum martyrem sanctum, Boleslaum sæuum, & Premislaum. A
- I II. S. Venceslaus martyr ac virgo.
- IV. Boleslaus Sæuus è Brena filios habuit Strachyquam monachum, Alladam monialē, Dombrauam coniugem Miesconis, aut Miesislai Poloniæ Ducis, & Boleslaum Pium.
- V. | Boleslaus Pius ex Hemma prognata è principibus Saxonis suscepit Boleslaum.
- VI. | Boleslaus, cui nati sunt Iaromyrius & Vdalricus.
- VII. | Iaromyrius.
- VIII. Vdalricus è Beatrice Rustica genuit Bretislaum.
- IX. | Bretislaus Primus Marchio Morauia ex Iutha siue Iuditha Otthonis Rufi Imperatoris genuit Spitigneum Ducem, Vratislaum Olomuzij dominum, Regemque Bohemiæ primum, Conradum Brunæ dominum, Otthonem Znoymæ, Iaromyrium Episcopum Pragensem, & Otthoni quidem è filia Belæ Regis Hungariæ Suatoplucus Quartus princeps, & Ottho Niger filij fuere, & huic quidem natus est Venceslaus Quintus Interrex, illi Suatoplucus. B
- X. | Conradus Brunæ dominus è Valpurgi suscepit Vdalricum & Leopoldum.
- XI. Leopoldus Conradum Marchionem, cui tribuitur vxor Palatina Bauarica ab alijs Maria Henrici Quinti Cæsaris filia.
- XII. Vdalricus Vratislaum, cui fuit coniux Vasilca aliàs Basilia Ruthenici principis filia.
- XIII. Vratislaus regio nomine nobilitatus ab Henrico Tertio, hic ex Adelehide Andrea Regis Hungariæ filia genuit Bretislaum, Boriuorium, Boleslaum, Iuditham Vladislao Primo principi Poloniæ post abrogatos Reges nuptam; ex alia Suataua filia Boleslai Audacis Poloniæ Regis Vladislau, filiamque nuptam Vicherto Lufatiæ Marchioni, è quibus orti Venceslaus Marchio Lufatiæ, Sobieslaus, & Henricus principes ex ordine Lucenses. Sed quamuis Vratislaus regiam dignitatem tulerit, eius tamen successores per annos sexaginta regio nomine neglecto, soloq. principis titulo contenti fuerunt. Sunt verò sequentes. C
- XIV. | Bretislaus, Boriuorius, & Vladislau Vratislai filij, Suatoplucusque Otthonis Znoymæ domini. & Bretislao quidem sunt orti è Lucretia principis Rhenani filia Vladislau iu uenis ductor copiarum in Italia; Boriuorio è sorore Leopoldi Austriæ Ducis, Iaromyrius, Sobieslao principi Lucensi, ex Adeleida filia Colomanni Regis Hungariæ Vladislau, Maria nupta Leopoldo Austriæ Duci, Sobieslaus, Vdalricus, cui filius Spitigneus à Premislao Ottocaro excæcatus. D
- XV. Vladislau Vladislai filius, Vratislai primi Regis nepos, repetita regia dignitate à Friderico Primo coronatus fratres habuit Theobaldum, Hæricum Episcopum Pragensem, sororem Friderico Bauariæ Duci nuptam, coniuges duas Gertrudim Conradi Cæsaris filiam, & Iuditham Lantgrauii filiam, liberos quinque, Fridericum Primum Interregem, qui ex Elifabetta suscepit filiam Petro nepoti Emanuelis Imperatoris Constantinopolitani desponsam, suatoplucum, cuius vxor exstitit filia Geyfæ secundi Regis Hungariæ, Albertum Archiepiscopum saltzburgensem, Vladislau Morauia Marchionem, Premislaum postea Otthocarum.
- XVI. Post hunc Inter reges fuere. i. Fridericus II. Vdalricus sobieslai Lucensis filius, tertius sobieslaus frater, quartus Conradus Leopoldi Znoymensis filius, quintus Venceslaus Otthonis Nigri filius, sextus Premislaus Vladislai filius postea Otthocarus, septimus Henricus Episcopus Pragensis Vladislai Regis filius, octauus Vladislau Marchio Morauia Vladislai Regis filius. E
- XVII. | Premislaus Otthocharus Vladislai Regis filius tertius Rex è Constantia Belæ Tertij Regis Hungariæ filia genuit.
- XVIII. | Venceslaum Otthocharum Quartum Regem, & Annam Henrico secundo Pio Henrici Barbati principis Vratislauriæ & Poloniæ filio, qui à Tartaris est cæsus, nuptam: præterea verò filias, è quibus vna collocata est in matrimonio Otthoni Marchioni Brandeburgensi, alia Vldarico principi Carinthiæ, Agnes monialis. Porrò Venceslaus Otthocharus è Chunigundi filia Philippi sueui Regis Germaniæ à nonnullis creati Otthocharum Quintum Regem.
- XIX. | Otthocharus Quintus Rex è Chunigundi Rosislai Bulgariæ Regis filia suscepit Agnetem Rodulpho Duci sueuiæ Rodulphi Primi Imperatoris filio nuptam, è quibus ortus Ioannes

- A Ioannes Alberti Imperatoris interfector, Venceslaumque Sextum Regem; è concubina Nicolaum Ducem Oppauiensem cum tribus filiabus nuptis Vartembergo, Straconicensi, & Crauato.
- | Venceslaus è Iuditha Lodulphi Primi Imperatoris filia genuit Venceslaum Septimum Regem, ex Elifabetta filia Premislai principis Poloniæ maioris Annam Henrico Carinthiæ principi, & Elifabettam Ioani filio Henrici Septimi postea Regi Bohemiæ Octauo, è quorum progenie sunt Austriaci, nuptas. Habuit etiam Præpositum Vifegradensem spurium.
- | Venceslaus iunior deceffit absque prole.
- Postea nonnulli Interreges fuere, Henricus Carinthiæ princeps Annæ, Lodulphus Agnetis mariti, ac Fridericus filij Alberti Imperatoris. XX.
- B Ioannes Henrici Septimi Imperatoris filius è Ioanna Venceslai filia suscepit Carolum Quartum Imperatorem, patremque Venceslai & Sigismundi Imperatorum. XXI.
- | Carolus Quartus, qui ex Anna filia Bulconis Ducis Suidnizensis in Silesia genuit Venceslaum; ex Elifabetta verò filia Bugislai Ducis Stetini Pomerani, neptique Cazimiri Poloniæ Regis, & consobrina Ludouici I. Regis Hungariæ, suscepit Sigismundum.
- | Venceslaus sine sobole migravit è vita.
- Sigismundus, qui è Barbara filia Comitis Ciliæ genuit Elifabettam, quæ nupsit Alberto Austriaco Imperatori. XXIII.
- Albertus & Elifabetta coniuges, de quibus in Austriacorum genealogia, ex iis Ladislaus posthumus, & Elifabetta coniux Cazimiri Regis. XXIV.
- | Ladislaus sine progenie defunctus est. XXV.
- C Incidunt hic Georgius Podebrachus, Matthias Huniades Hungariæ Rex, & Elifabetta Cazimiri coniux, Albertique filia, vt diximus, ducens originem à Boriuorio per suos consanguinitatis gradus. XXVI.
- Vladislau Rex Cazimiri filius, & Elifabetta, cui ex Anna Gandala Vascone filij sunt Ludouicus & Anna vxor Ferdinandi Primi Imperatoris. XXVII.
- Ludouicus à Turcis ad Mochaz interfectus sine vlla posteritate; sic igitur eius soror cum marito est vocata ad regnum. XXVIII.
- Ferdinandus vir Annæ, è quibus foecundissima Austriacorum progenies, ac felicissima; inter quos sunt Reges & Imperatores sequentes. XXIX.
- Maximilianus, ac post ipsum Rodulphus. XXX.
- Rodulphus filius Maximiliani. XXXI.
- D Illud igitur primum sit felicitatis diuinitus concessæ euentum in his duobus regnis nunc in vnum Regem coeuntibus, seruata tamen amborum distinctione, posteritati Boriuorii & Geyfæ, quod adhuc per annos septingentos plus minus illa duret, quamuis in maribus intermorta, per foeminas tamen ita propagata, vt parentes succedentium non ignorentur. Quod si quibusdam contigit alienis à nostro coetu, vt eorum posteritas persistat, eorum tamen maiores nominatim cieri non possint; vt verò istorum possint, id pars gloriæ ac splendoris existimatur, quod adeò felicitati adscribitur, vt Aristoteles dixerit honorem esse nescio quid diuinum, Regesque antiqui pyramidibus, mausoleis, obeliscis, & alijs molibus attollendis nihil aliud exquirent, nisi vt ipsi posteritati cum suis nepotibus commendarentur: & tamen, vt per tot annos series nepotum, quos ipsi sunt sortiti, texatur, nulli sunt affecti. XXXII.
- E Secundum. Sed hoc exiguum sine dubio reputandum, nisi accederet illud etiam, posteros istorum Regum Boriuorij & Geyfæ Reges fuisse, & quidem regionum latissimarum, non oppiduli alicuius tenuis, quales antiquitas multos habuit, ac veluti maximos ostentat.
- Tertium. Illud accedit, quod ex eorum sanguine ac foeminis prognati sunt totius Europæ clarissimi ac potentissimi Reges & Imperatores Orientis & Occidentis, quique in Africa & Asia ditiones amplissimas potiantur, in Indijs Occidentalibus & Eois.
- Quartum. Ita vt deuenit eorum progenies non in abiectos, sed in nobilissimos Austriacos, quibus nulli Reges exorti sunt vquam pares in potiundis tot ac tantis terrarum spatijs ac regnis. sic igitur aliorum mortalium proles ab altissimo interdum felicissimæ posteritatis gradu deici solet, allidique hami, vt vilis ac prostrata iaceat, redacta ad homunculos nullarum virtutum & opum, vel abierit in nihilum profusus euanescentes, vt ape-

vt aperietur signo de infelici posteritate alienorum.

Quintum. Sic verò amarunt inter se liberi istorum, vt quod sæpiùs repetere non pigebit, nullus à nobis alienus cætus proferre possit in medium Reges, Regumque simul liberos tamdiu regnantes, qui magis amarint inter se, & minus sint aduersus semetipsos præliati, bella exercuerint, paucioresque è suis propinquis regnandi causa necarint, quod signo de pietate XXXVIII. cap. II. est explicatum.

Sextum. Et quod huic est quodammodo connexum, nulla Regum series ab eodem stipite procedens ac tamdiu regnans adducetur ab vllis à nostra doctrina alienis, quorum tam pauci fuerint à suis subiectis interempti, quod supra capite primo fusiùs est enarratum.

Septimum. Aut etiam tam pauci fuerint ab hostibus necati, qui que, vt repetimus, tam diuturnis regnis, atque etiam nobilibus præfuerint: quod magis mirum videri debet, cum Regibus istis sæpè bella fuerint cum populis Borealibus finitimis, qui non nisi ad prælia & cædes olim nati ac facti videbantur.

Octauum. Quamuis autem Romano Pontifice semper incitante, ac iugiter promovente omnibus modis debeat Germanis ex magna parte, quòd Hungaris ac Bohemis tradita sit ab initio humanitatis disciplina, vt ostendimus signo de cura Papæ in Catholicis tuendis LXXXI. cap. V. progressus tamen humanitatis, quam feritate antiqua abiecta induerunt Hungari & Bohemi, referri debet accepta maximè posteritati istorum Regum, pietatem Christianam, moresque humanitatis plenissimos vitæ suæ exemplofacis que consignanti; cum verissimum sit illud:

*Totus ad exemplum Regis conuertitur orbis.]*

ac bene scripserit Plato, quales in Rep. principes, tales esse solere reliquos ciues.

Nonum. Hinc non nisi felix istorum Regum posteritas iudicanda est, quòd regiones incultæ olim, nullumque habentes ædificiorum splendorem ac magnificentiam, nunc & cultissimæ sint, & structuris nobilibus ornatissimæ euaserint opera illius; quod capite de ducentis Germaniæ bonis libro sequenti aperietur. Quocirca maximè deplorandum nonnullas Hungariæ terras, & quidem præcipuas, adductas in Turcarum potestatem, postquam peruaserunt eas hæreticæ opiniones, cum sciamus à Turcis vastitatem squaloremque omnem locis, quæ occuparint, inferri.

Decimum. Quis verò vnquam Rex potuit, aut quæ Regum posteritas vt istorum valuit animos mortalium sic vnà colligare, vt in vnâ doctrinæ cælestis, sententiæque vnus consensionem per tot sæcula coierint, Regesque posterii à maioribus nihil omnino vel dissenserint, vel dissentire voluerint, suosque subiectos in idem conuenientes habuerint? quod nulli à nobis alieno cœtui sed nostro soli contingere docuimus initio tertii libri.

Vndecimum. An non etiam felix istorum progenies, quòd Geysæ quidem posteritas Stephanum, Emericum, Ladislaumque è suis, Boriuorii verò duos Venceslaos habuerit sanctissimos viros, quorum diuinissimam pietatem Deus miraculis orbi toti manifestam fecerit, cælestesque illis honores à tot mortalibus anniuersaria celebritatis die per tot sæcula tribuantur?

Duodecimum. Sic ex istis sanctissimis viris maxima felicitas deriuatur in consanguineos suos, quòd Emericus, Ladislaus, atque alter Venceslaus castissimam vitam duxerint, virginitatēque sint perpetuam tutati: præterea verò Venceslaus vitam sciens volensque posuerit pro Christi religione, quæ nõ nisi singulari felicitati debet adscribi. Hæc namque & augent sanctimoniam, laudesque ex illa proficiscentes amplificat, extolluntque incredibilem in modum, quæ simul in eorum successores consanguineos, ac maiores redundant, Quod autem dicimus à Ladislao virginitatem seruata, potest id quidem non temerè affirmari, si sequamur aliquorum sententiam. Sunt enim, qui velint ab eo Pyriscam prognatam, quæ nupserit Imperatori Constantinopolitano, quem vult esse Emanuelem Bonfinius lib. 4. Deca. 2. sanctissimus certè quidem vir fuit, ac nisi virgo, tamen castissimus sine dubio semper permansit.

A *Explicantur euenta felicia posteritatis Polonicorum Regum. Cap. VII.*



Polonicorum Regum gesta & euenta post alios summa diligentiâ doctrinaque Martinus Cromerius descripsit, à quo nos quæcumque hic legentur, collegimus, & ordine suo disposuimus. Post aliquot itaque Polonorum Duces, refert ille Miesconis, siue Miecislai, qui primus è Ducibus Polonorum nomen Christo dedit, agnationem. Prius sub annum MCCC. L. viuebat, è quo genitus Ziemouitus habuit filium Lescū, à quo ortus Ziemomyllus pater Miecislai.

Miecislai I. Christo se dedit anno nõgêtesimo sexagesimo quinto, & è Drambouuca filia Boleslai Bohemorum Regis suscepit Boleslaum; sic igitur Regum Polonicorum, Bohemicorumque cognationes inter se connectuntur.

B | Boleslaus I. è Iuditha filia Geysæ Hungarorum Regis genuit Miecislaium I. sic etiã consanguinitates Hungarorum, Polonicorumque Regum inter se copulantur. Atque hic primus regium nomen tulit.

| Miecislaius II. habuit è Rixa coniuge Cazimirum I. filiamque, quæ nupsit Belæ Hungarorum Regi, atque hæc est secunda connexio harum gentium regiarum.

| Cazimirus I. è sore Iaroslai Rhufforum principis, filiaque Annæ sororis Basilij, & Constantini Basilij Macedonis nepotum Imperatorum Constantinopolis, quam Dobro gneum vocauit, genuit Boleslaum, Vladislaium, Miesconem, Otthonem, & Suentochnã.

| Boleslaus II. cognomento Ferus, in quo intercidit regium nomē, cuius filia Suataua nupsit Vratislao Bohemiæ Regi, vnde Bohemici Reges.

Vladislaius I. frater è Iuditha coniuge suscepit Boleslaum, è Sophia sore Henrici Quarti Imperatoris filias tres, præterea vero è concubina Sbigneum nothum.

| Boleslaus III. Chriouustus è Sbislaua filia Suentopelci principis Chiouiensis genuit Vladislaium, Suentoslaium, Iudithamque nuptam Stephano filio Colomanni Hungarorum Regis, duxit & Adelehidam sororem Henrici Imperatoris, filiamque aliam collocauit in matrimonio Magno Nicolai Danorum Regis filio, habuit & Henricum, Cazimirumque Semdomiriensem Ducem sobolem suam, è Magni tamen coniugio nulla exstitit proles, vt è Saxone & Ioanne Magno docemur. Boleslai præterea soboles fuit Boleslaus Crispus ortus anno millesimo centesimo vigesimo octauo.

| Vladislaius II. ex vxore Christiana Henrici IV. Imperatoris filia natos habuit Boleslaum, Miecislaium, Conradum Lasconogum, & Boleslao quidem est ortus Dux Vratislaiensis Henricus Barbatus, qui è sancta Heduigi fuit pater Boleslai, & Henrici Pij; ex Henrico autem Pio, & Anna Otthocari Bohemiæ Regis filia procreati Boleslaus Caluus, Henricus, Conradus, & Vladislaius.

Boleslaus IV. Crispus filius Criuousti, eiecto superiori Vladislao, ex Anastasia Vleuodimiri Haliciensium principis filia genuit Boleslaum, & Lescum Album.

Miecislaius senex Vladislai II. filius filios habuit Otthonem, & Vladislaium Lasconogum. Otthoni autem natus est Vladislaius Sputator.

Cazimirus II. filius Boleslai Criuousti, cuius progenies est Lescus Albus, Conradus, & Adelehis ex Helena vxore. Conrado coniux fuit Solomea Præmisli Posnaniensium, & Califfiensium Ducis filia, è quibus Lescus Niger, Ziemomistus, Cazimirus, Vladislaius Loeticus, & Ziemouitus.

E | Lescus filius Cazimiri è Grimislaua filia Iaroslai Rhuffici Ducis genuit Boleslaum Pudicum, & sanctam Salomeam, de qua Cromerius lib. 9.

Vladislaius Lasconogus eiecto Lescu superiori.

Boleslaus Pudicus Lesci filius.

Lescus Niger filius Cazimiri Cuiuiensium Ducis, fratrisque patruelis Boleslao Pudico, vt vult Cromerius lib. 10.

Præmisli Posnaniensium Dux, qui titulum regium reduxit anno M. CC. XCV. inter mortuum M. LXXXIX.

Vladislaius Loeticus filius Conradi, nepos Cazimiri II. ex Heduigi genuit Cazimirum Magnum. Hic interponitur Venceslaus Bohemiæ Rex.

Cazimirus III. Magnus, cuius filia tres fuerunt; ex his Elifabetta nupta Carolo Hungariæ Regi protulit Ludouicum; atque hic defecit agnatio Priusti inter Polonos Reges sub annum millesimum trecentimum septuagesimum, perstitit annos quingentes.

tos viginti, in Ducibus tamen Massoniorū, & Cuiuiensium perseverauit, vt Cromerius scribit lib. 13. Consanguinitas etiam in Regibus haud defecit tum Polonicis, tum ceteris aliarum regionum. Anna porrò Cazimiri Magni alia filia nupsit Vuilhelmo Cilia Comiti, & Hedwigis Romero: ex Anna est Barbara coniux Sigismundi Imperatoris.

Ludouicus, cuius filia Maria Hungariae Regina, & Hedwigis Poloniae.

Vuladislau Jagello è Sophia Andrae Cuiuiensium Ducis filia protulit Vuladislau cognomento Varnensem à Turcis caesum, & Cazimirum.

Vuladislau Varnensis sine filijs obiit.

Caziminus Quartus ex Elisabetta Alberti Imperatoris filia suscepit sex filios, & septem filias, Vuladislau, Cazimirum, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigismundum, Fridericum Cardinalem. & Vuladislau quidem fuit Hungariae & Bohemiae Rex, de quo in superioribus genealogiis est dictum. Foeminarum duae praerepta immatura morte, Hedwigis Georgio Duci Bauariae, Sophia Friderico Marchioni Brandeburgensi, Barbara Georgio Saxoniae, Anna Friderico Segnicienfium & Bregensium Duci uxores fuerunt. In hoc autem Cazimiro Quarto repetita est consanguinitas Miecislai Primi, vt supra docuimus capite primo, ita vt regnum Polonicum perpetuetur in posteris Priusti per annos septingentos, ac plures.

Ioannes Albertus absque progeie decessit.

Alexander eodem modo.

Sigismundus Primus è Bona Sfortia genuit Sigismundum Augustum, Sophiam Henrico Brunsvicensi, Catharinam Ioanni Duci Finlandiae, nunc Sueciae Regi, Annam Stephano Battorio Regi nuptas.

Sigismundus Secundus Augustus sine liberis è vita excessit. Post hos interfertur ex aliena consanguinitate Reges duo sequentes.

Henricus Valefius filius Henrici Secundi Francorum Regis.

Stephanus Battorius maritus Annae.

Sigismundus Tertius filius Ioannis Regis Sueciae è Catharina filia Sigismundi Primi, cui Deus optimo, & Catholicae religionis integerrimo propugnatori omnem felicitatem largiatur, regium ius reduxit ad consanguineos Vuladislai Jagellonis, & Miecislai.

Primum fit igitur euentum felicitatis diuinitus concessae Miecislai I. posteris, quod nulla Regū posteritas ab orbe condito fuit in Sarmatia, quam nunc Poloniam vocamus, è qua fuerint tot agnationis eiusdem Reges, seu supremum nomine Ducum principis locum tenentes in Sarmatia, quot ex agnatione Miecislai I. inter Poloniae principes Christiani, & tamen ab orbe condito ad Miecislau numerantur anni à nonnullis quinquies mille quinquaginta tres.

Secundum. Quin in tota Europa nulla gens fuit à cultu nostro aliena, quae tot agnationis eiusdem posteros habuerit tantarum regionum siue Regio nomine, siue alio supremam potestatem designante principes, vt agnati è Miecislao.

Tertium. Quod si asseueremus per tot annorum millia à mundi fabricatione haud existisse Reges à nostra doctrina dissidentes quorū posteri consanguinei tam latis terrarū spariis praefuerint, id falsum non erit: quod tum è capite primo libri huius, tum è signo de infelici alienorum posteritate apparebit.

Quartum. Nulla Regum posteritas à nobis aliena fuit vllibi tam diu regnans, cui contigerit habere Reges tantae sanctitatis, aut etiam filios, quantae fuit Cazimirus Primus, aut Cazimiri Tertij, vel vt alij numerant, Quarti filius Cazimirus, qui ne virginitatis puritatem summam violaret, mori maluit, quam desinere esse virgo.

Quintum. Neque similiter vlli posteritati Regum à nostra doctrina dissentientium fuit vllus Rex agnatus, qui perpetuam cum sua coniuge castitatem pudicitiamque vsque ad mortem conseruauit. Tantae autem virtutis habere filium, non nisi maximae felicitati adscribi potest. Talis autem fuit Poloniae supremus princeps Boleslaus Pudicus, qui cum anno millesimo ducentesimo trigesimo nono Chingam siue Chunegundim filiam Belae Quarti Hungarorum Regis uxorem duxisset, eam non attigit, mutuoque consensu perpetuam continentiam vouere ambo. obiit Boleslaus anno millesimo ducentesimo septuagesimo nono, cum quadraginta annos res Polonicas moderatus esset.

Sextum.

A Sextum. Iam verò Sarmatae, finitimi que illis populi ante Miecislau Primum nullis erant humanis moribus, & ad humanae societatis colligationem conformatis ornati, quod nos signo de gentibus efferis ad humanitatem perductis attigimus, ac fusius sequenti libro, capite de ducentis Germaniae ac Septentrionis bonis, docemur que è secundo, tertio, & quindicesimo Cromerij libro, praeterea verò è Radeuici lib. 3. cap. 1. qua muvis reuera hic Radeuicus videatur nobis nimium diminuere statum, resque Polonorum. sic namque ille: Terra (Polonorum) vtique naturalibus firmamentis ornatissima, natio tam propria feritate, quam vicinarum contiguitate gentium pene barbara, & ad pugnandum promptissima. aiunt enim eius maris, quod illius terrae litus alluit, tales esse prouinciarum habitatores, qui famis tempore semet deuorent, & cum perpetuis rigeant algoribus, ideoque nullam possint agriculturam in quibusdam locis exercere, venationibus, & mortibus dediti sunt. Omnes autem piraticam exercent, & insulas Oceani, Hyberniam, & Britanniam, Daciam quoque inquietant, licet in alio littore reperiantur. Talium, vt assolent, nationum vicinia non nihil atrocitatis tamquam de rubiginoso ferro cariem sibi Poloni affricuere. Vnde nec principibus suis fidem, nec natura propinquis inueniuntur gratiam conseruare. Jhaec quidem Radeuicus, quem scuti putamus de finitimis Poloniae populis, qui nunc eidem parent, vera dicere, sic veremur eum non nihil Polonis, qui tum Germanis Imperatoribus aduersabantur, esse iniquum. scripsit haec ille ante annos quadringentos, ac ferè quadraginta, quo tempore Poloni sine dubio humaniores erant, supra illud haud negari potest efferos fuisse. Vt autem sic humanitatis leges imbiberint, ac iam nulli nationi cedant, innumeras vincant, pluribus quidem caelitus datis acceptum ferri debet, maxime verò principibus eius summis à Miecislao prognatis, siue Regum ferrent illi, siue Ducum nomen. Et hoc igitur ad felicitatem posteritatis istorum Regum pertinebit, quod tam late diffusas nationes in Septentrione moribus tam cultis expolierint. Mirum vero id perfectum per Miecislai consanguinitatem, quod intra annos quinquies mille quinquaginta tres, qui numerantur à quibusdam post mundi fabricationem, ad annum nongentesimum sexagesimum quintum, quo Miecislau Christo se dedit, nulla Regis alicuius posteritas efficere potuit.

Septimum. Sic etiam, nulli Regum posteritati à nobis alienae concessum fuit, vt tam lata in Septentrione, eisdemque caeli Borealis tractibus terrarum spatia domibus, villis, arcibus, monasteriis, templisque magnificentissimis, oppidis, vrbibus exornarit, ac munierit, vt consanguinitas Miecislai, siue agnatio istius, & agnatio Jagellonis, quae duae in vna deinde cognationem coeuntes vsque ad Henricum Valefium maxime inter Polonos rerum sunt potitae, & vtraque nunc agnatio conuenit in Sigismundum Tertium, qui ab antiquissimis Gotthorum Regibus, vt vult Ioannes Magnus, originem generis habet. Legimus sanè apud Herodotum lib. 4. à Dario in Sarmatiae confinibus, ac propinquis locis octo vrbes ingetes extructas, sed quas post euerfas testatur Horodotus aetate sua. sed quid octo vrbibus cum tot ac tantis, quae passim nunc in Polonia visuntur? Vrbes antiqui vocabant etiam quae nunc quidam minus Latine castra appellant; ciuitates priscis sunt, quae proprium iudicem, perpetuosque incolas, & vniuersitatis procuratores ordinarios habebant.

Octauum. Quid autem dicemus de gymnasiis omnium bonarum disciplinarum publicis, collegiisque, in quae iuuenes liberalibus doctrinis instituendi nulla mercede admittantur, & quae istorum Regum virtus aut exstruxerit, aut exstruetes iuuerit? Testatur Cromerius anno M. CCC. LXXI. à Cazimiro Rege missos ad Vrbanum V. legatos, qui impetrarent, vt Cracouiae noua Academia institueretur; impetratumque est quod petitum fuerat, & nobilissima in illa vrbe sunt excitata aedificia ad hanc rem, tota deinde res perfecta est per Vuladislau Jagellonem. sic itaque per duos Reges agnationum duarum in vnam postea consanguinitatem coniunctarum gymnasium fuit in ciuitate regia omnium bonarum artium constitutum. Quati verò haec gymnasia sint pra antiquis, libro sequenti, vbi agetur de ducentis Germaniae Septentrionisque bonis, aperietur. Illud nunc expendisse sit satis; tot annorum millia ab orbe condito vsque ad istos Reges praeteriisse, neque tamen tati vllis fuisse, ac tantum boni ab vllis profectum, quid dico in Poloniam? sed neque in vllas Septentrionis terras, quin orbis totius. Nam quae gymnasia priscis erant, ea non abundabant tot magistris, artiumque cunctarum praceptoribus, vt nostra.

Nonum. Sed nobis non est opus nostrorum felicitatem comparare hisce in rebus cum dissidentibus à nostro cultu; quando nulla agnatio, consanguinitasque Regum, principumque.

De Sig. Tom. 2.

LI 2. supre-

supremorum tam latèdiuque dominata legatur, & à qua prognati pauciores è suis occiderint propinquos, quam Miecislai, & Jagellonis, quod capite primo libri huius, & signo de pietate XXXVIII. cap. II. apparet.

Decimum. Verùm quid hæc adducimus in medium, cum neque à subiectis populis fuerint tot è summis Poloniæ Principibus occisi, quot alienorū à nobis Regum, qui tam diu & tam latè rerum sint potiti, quod tum è locis adductis, tum è signo de infelicitate alienorum posteritate constat.

Vndecimum. Ac veluti, quod supra examinabamus, nulli Regum posteritati tam diu, ac tam latè dominantium fuit vllus Rex similis quo ad integritatem vitæque innocentiam Cazimiro Primo, & Cazimiro Cazimiri Tertij, Quartive filio, & quoad castitatem præcipuè Boleslao Pudico; sic etiam si vniuersos Reges, principesque supremos Poloniæ cõferas cum alicuius regni Regibus à nostra religione dissentientibus, qui ditioni tam amplæ, ac tanto tempore præfuerint, videbis non esse, qui tam iusti fuerint, ac temperati, vt Poloniæ principes summos.

Duodecimum. Cui rei subiicietur illud reuera admirabile. Polonici regni forma est huiusmodi, vt respublica sit potius dicenda, quam simplex regnum, similis Spartæ, in qua Reges erant, qui ciuibus in libertate quadã iusta viuentibus iura administrarent; aut etiã Carthaginensium, de quibus nos libro decimo, capite octauo, signo de amicitia XLI. disputauimus. Hanc autem Polonici regni æquabilem rempublicam ex optimatum, populi, vniusque pulcherrima moderatione constatam libris duobus describit Martinus Cromerius. Quocirca Polonicorum Regum posteritas non nisi maximè felix, cui summo iure per tot annorum sæcula Reip. post Romanam, nisi me fallit, omnium potentissimæ moderato iure contigit præsidere; quod quidem nulli Regum posteritati legimus accidisse.

Decimum tertium. Cumque pars non minima felicitatis existimetur, Reges plures ac magnos consanguinitate coniunctos habere, maximè verò si ex eadem stirpe, quamuis foeminis intercedentibus, deducantur; non potest non valde felix reputari tum genus Miecislai, tum Vuladislai Jagellonis: ex eorum namque nepotibus, aut neptibus prognati sunt Imperatores Occidentis, atque Orientis, Regesque omnium quicumque fuerint in Europa potentissimi. Nam quantum pertinet ad Imperatores Orientis, cum Ladislao Sæcto filia fuerit Pyrisca nupta Manuelli Comneno, vt Coniatas etiam scribit in Annalibus suis, ex illa genitus est Alexius Imperator. At Ladislaus S. est ortus è Bela Rege, & eius coniuge filia Miecislai Secundi. sic itaque Alexius Imperator fuit pronepos Miecislai Secundi. De reliquis vero Regibus Europæ & Imperatoribus Germanis idem colligere nullo negotio poterit nõ indiligens lector è genealogiis in medium productis.

*Explicantur euenta felicia Regum Suecorum, Danicorum, & Noruagienfium. Cap. VIII.*



Onsequens est vt accedamus ad nobilissimas Regum Danicorum Suecorumque profapias: & quando finem fecimus supra in Polonis, quibus nunc imperat Sigismundus tertius Ioannis Sueciæ Regis filius, exordiemur à consanguinitate Suecorum, subiiciemusque illi progeniem Danicorum: altera namque est alteri, vt ostendemus, inserta ita, vt sese mutuo affinitatis nexu, ac perpetuatione continuare videantur, secumque adducere in eandem consanguinitatis deriuationem Regum Noruagienfium vetustissimam prolem, vt aperiemus. Hi verò sunt Sueciæ Reges:

Ioan. II. 8. c. 44.

Biornus Sueciæ Rex nonagesimus octauus, vt vult Ioannes Magnus, est is, cuius progenies & consanguinitas adhuc perpetuatur: vixisse videtur, quantum colligimus ex eodem Ioanne, circiter annum septingentesimum quinquagesimum.

| Alaricus Biorni filius genuit filiam Sigritham, quam Gormo Primus Daniæ Rex vxorem duxit, quod præter Ioannem testatur antiquus Danicarum rerum scriptor Saxo lib. 8. & ex illa genitus est Gottricius, seu Godefridus, à quo deriuantur per suos consanguinitatis gradus, qui nunc rerum potiuntur Danici Reges. Alarico præterea filius fuit Biornus sequens.

| Biornus est quem è Sueciæ Regibus primum vult Christo nomen dedisse Ioannes Magnus lib. 18. capite primo & sequentibus, opera S. Anſcharij Episcopi Brementis. Post

A Post hunc nullum scio è Regibus istis prognatum regnasse in Suecia, sed horum stirps continuatur in Danis, & è Danis repetetur in aliquibus Regum, qui subiiciuntur.

Bratemundus Sueciæ Rex.  
Syuardus.

Herotus filiam genuit, quæ nupta Regnero Daniæ Regi, ac Syuardi Noruagienfium Regis nepoti, protulit Rathbartum, Vuarthnum, Syuardum Biornum, Agnerum, Iuarum, è quibus Syuardus regnum Daniæ ad longam nepotum suorum seriem transmisit, vt ostendemus è Saxone, ita vt in hoc vno copuletur consanguinitas Regum Danicorū, Suecorum, & Noruagienfium: sed agnatio tamen Heroti diu regnauit in Suecia, vt aperietur. Viuebat verò Herotus circiter annum octingentesimum vigefimum.

Carolus.

B Biornus. horum nullos posteros Reges fuisse scimus.  
Ingeuallus, siue Ingellus Heroti superioris aut filius (inquit Ioannes Magnus) aut nepos.

| Olauus Ingelli proles.

| Ingo I. filius Olauui, cui fuit vxor filia Regneri Daniæ Regis.

| Ericus Primus Ingonis filius.

| Ericus II. Erici superioris soboles Segerfel dictus.

| Ericus Tertius Segerfelis Erici filius cognomento Aorfel.

| Olauus, siue Iacobus cognomento Schotchonung, quem vel fratrem, vel filium Regis Erici Tertij Aorfel voluit esse scriptores, hic Christianam religionem à superioribus Regibus non admissam neque cultam & coluit primus, ac reuocauit.

C | Amundus Annosus Olauui, siue Iacobi proles.

| Amundus Amundi Annosi Regis progenies è concubina.

Haquinus Rufus, quem Regibus nominatis haud inuenio propinquitatis vlllo vinculo coherere.

Stenchillus Olauui, siue Iacobi Schotchonung ex sorore nepos ad antiquam Heroti consanguinitatem, vel extincta, vel non adepta amplius regnum Heroti agnatione regnū idem reduxit, sic igitur Heroti agnatio in Amundo videtur intercidisse. ex hoc autè Stenchillo an fuerit soboles non est mihi compertum. quamobrem cognatio Heroti perpetuatur in Daniæ Regibus, ac repetitur in Suetiæ Regibus, vt aperietur.

Ingo II. pater S. Guthæ, vt scribunt Ioannes Magnus lib. 18. cap. 10. & Saxo lib. 11.

Halstanus frater Ingonis superioris.

D | Philippus Halstani Regis progenies.

| Ingo Tertius Philippi filius, cuius filia Christiana nupsit Erico Sancto, vt tradit Ioannes Magnus lib. 19. cap. 1. & Margareta Nicolao Danorum Regi.

Ragualdus, quem superioribus agnatum vel affinem non legi.

Magnus Nicolai Danorū Regis filius è Margareta filia Ingonis Tertij. Sic igitur consanguinitas Ingonis in hoc Rege Suetiam repetit, ac similiter Heroti: Nicolaus enim genitus ducit à Regnero, cuius vxor fuit Heroti, & ab his est propagata soboles Regum Danicorum: sed huius Magni nullam sobolem regnasse post ipsius obitum comperio, quamuis legamus habuisse in matrimonio Boleslao Crioufti filiam.

Suercherus primus è nobilissimo Comitum genere natus.

S. Ericus Quartus Induardi filius è Suetica nobilitate.

E | Carolus Suercheri Primi proles.

Canutus S. Erici filius.

Suercherus II. Caroli soboles, & Suercheri Primi nepos.

Ericus V. è Canuto natus, & ex hoc S. Erici regis nepos.

Ioannes Primus Suercheri II. proles.

Ericus Balbus VI. Erici V. filius, ac pronepos Erici Sancti, vt habemus è Ioanne Magno lib. 19. cap. 14. Atque in hoc defecit agnatio Erici Regis.

Vualdemarus Erici superioris è sorore nepos, qui coniugem duxit Sophiam Danici Regis filiam, & ex ea suscepit Richefam nuptā postea Primislao Pomeraniæ, ac mox etiã Poloniæ Duci ac Regi.

Magnus II. Vualdemari frater, ac nepos Erici Balbi, ex Hedugi Holfatiæ Ducis filia genuit Birgerū, & Vualdemarum, & Ingeburgim postea coniugem Erici Danorū Regis.

| Birgerus Magni filius ex vxore Merita suscepit Magnum, & Euphemiam Alberto A Magnopolensi nuptam, e qua Albertus, Henricus Magnus.

| Magnus Tertius ortus ex Erico, quem Birgerus occidit, & e sorore Regis Erici Danorum, hic Albertus Crantzius ponit duos Magnos, patrem, & filium, sed Ioannes Magnus vnum dumtaxat.

Albertus Euphemiae & Alberti Magnopolensis proles, & ex Euphemia nepos Birgeri Regis.

Margareta Regina Daniæ, & Vualdemari Tertij Daniæ Regis soboles eiecto Alberto, & capto. Hæc genus ducebat à Regnero Rege, cuius liberi ab Heroti Sueciæ Regis filia sunt prognati. Atque ita per hanc etiam regnum Sueciæ redit ad consanguineos antiqui Herotis. obiit Margareta anno millesimo quadringentesimo vndecimo, vt quidam volunt.

Ericus Septimus e Ducibus Pomeraniæ nepos Margarete ex sorore, vt Ioannes Magnus testatur.

Christophorus Erici Septimi e sorore nepos, & Bauariæ Dux, vt auctor idem scribit.

Carolus Canuti ex antiquis Gotthorum Regibus originem ducens, inquit Ioannes Magnus libro vigesimo tertio, capite primo, qui que ex Finlandia natus illustrissimum parentum suorum sanguinem clarissimis virtutibus atque insigni eruditione illustrauit, vt auctor idem scribit lib. 22. cap. 14.

Steno Sture I. Caroli Regis e sorore nepos genuit Suantonem Regem, & Carolum patrem Gostauri Regis.

| Suanto patrisque Stenonis II.

| Steno Sture II. filius Suantonis. A Carolo vsque ad hunc interponuntur aliqui Daniæ Reges ob varias electiones, ac bella propter eas exorta.

| Gostaus Eriscon Caroli proles, ac Stenonis I. nepos, cuius filij sunt Henricus, Carolus, Ioannes.

| Henricus regno expulsus, & sede deiectus à fratre Ioanne.

Ioannes, qui nunc regnat, pater Sigismundi III. Poloniæ Regis ob catholicam pietatem laudatissimi, e Catharina filia Sigismundi I. ac Bonæ Sfortiæ.

*Genealogia Regum Danicorum superiori coherens, & inserta per affinitatis consanguinitatisque nexum.*

Saxo texit genealogiam Regum Danicorum, quorum sanè nepotes haud multi leguntur, nisi post Haraldum Gormonis patrem, à quo nos exordiemur, eiusque cognationem perducemus vsque ad Christophorum Tertium, quem nonnulli volunt obiisse anno millesimo quadringentesimo quadragésimo octauo. Haraldus autem viuebat anno septingentesimo quadragésimo, quantum nos colligere possumus. sic igitur hæc cognatio rerum Danicarum potita est annos septingentos, & octo, quin durat eadem consanguinitas, vt aperiemus, atque ita præest annos octingentos quinquaginta duos.

Haraldus ex ordine nostro primus Daniæ Rex Gormonis pater, quamuis alioquin quartus eius nominis.

| Gormo e Sigritha Alarici Sueciæ Regis filia genuit Gottricum, seu Godefridum cuius meminit Aimoinus, & qui bella aduersus Pipinum Caroli Magni patrem gessit. Hunc autem Gormonem vult Saxo non ignarum fuisse rituum Christianorum, Christo tamen dedisse nomen non affirmat.

| Gottricius, seu Godefridus pater Olai II. nobis autem primi.

| Olauus II. seu primus.

Hemmingus, quem Vuolfangus Lazius Olai filium facit, subicit hoc Saxo.

Syuardus Ring. III. nobis autem primus, filius Syuardi Regis Noruagienis e filia Gottricii, seu Godefridi.

| Regnerus I. Syuardi superioris filius ex Heroti filia Thora suscepit Rathbardum, Vuarthuum, Syuardum, Biornum, Agnerum, Iuarum, e quibus Biornus Noruegiæ Rex fuit.

Haraldus II. alienæ stirpis inuadit regnum, vt Saxo tradit lib. 9. & Aimoinus lib. 4. cap. 111. & sequentibus.

Hella interponitur hic ex alieno ortus sanguine, qui de medio mox est sublatus, ac liberi Regneri rerum Danicarum potiti sunt.

Syuar-

A Syuardus II. Regneri filius ex Heroti filia protulit Ericum.

Ericus II. & iuxta ordinem nostrum primus, & Haraldus filij Syuardi, si credimus Lazio, sed contra vult Saxo, Ericos scilicet duos fuisse, alterum Syuardi filium, alterum verò Haraldus fratrem, & ab hoc eiectum Ericum Syuardi filium; mox oborta bella inter Ericum Haraldus fratrem, & Guthormum Haraldus filium, quibus ambo se interemerunt. sic ille lib. 9. quibus de medio sublatis regnum rediit ad Ericum Syuardi prolem, qui quidem Ericus primus fuit Christianus ex hac agnatione, vt idem refert libro 9. quamuis Haraldus antea Christo nomen dedisset, sed Christi cultum mox abiecit, vt idem scribit.

| Canutus I. Erici Primi, siue Secundi filius e filia Guthormi, Haraldusque nepotis. Atque hic rursus Lazius inducit alium Ericum, Saxo autem secus scribit.

| Frotho Canuti filius, Christianus, qui misit ad Agapitum Papam petens, vt mitteret, qui in Dania Christi cultum propagarent.

| Gormo I. vel secundus alijs, cognomento Anglicus, Frothonis superioris proles.

| Haraldus Tertius e Gormone natus, & Gormonis pater.

| Gormo II. qui e Thira filia Hedeldradi Anglorum Regis genuit Haraldum, atque Chanutum, vt Saxo scribit. Aduersus hunc ait Helmoldus bella gessisse Henricum Primum Germaniæ Regem, patremque Orthonis Magni.

| Haraldus Quartus, quem, si sequimur Helmoldum, vicit Ottho Magnus, victumque sibi vnà cum regno ipsius subiecit. Quin Haraldus vnà cum Gunnilda coniuge Christianæ se religioni omnino addixit, Otthoque ipsius filium Suenonem ex aquis baptismi eduxit, & nomine ex vtriusque appellatione composito Suenothonem vocauit. Hæc ille lib. 1. cap. 9.

C | Sueno I. siue Suenotho pater Canuti.

| Canutus II. pater Gunnildæ vxoris Henrici Imperatoris, & ex Gumilde, inquit Lazius, filia Henrici Quarti Imperatoris pater Haraldus Angliæ, Canuti Daniæ, ex Emma filia Ethelredi Angliæ Regis, & ex Aluira filia Richardi Ducis Northmannorum Suenonis Noruagiæ Regum, denique Suenonis ex Hestriitha: quamuis in vxoribus eius differat ab alijs Polydorus Virgilius lib. 7.

| Canutus Tertius, Canuti superioris filius, ac Magni, Suenonisque Regum patrens.

| Magnus Canuti Soboles.

Sueno II. Magni frater, Canuti que Secundi filius e pellicibus genuit Gormonem, Haraldum, Suenonem, Omundum, Vbbonem, Olauum, Nicolaum, Biornonem, Benedictum, Canutum, Ericum, Sviritham coniugem Guthstaldi Slauorum Ducis.

D | Haraldus V. filius Suenonis superioris.

S. Canutus IV. Haraldus frater, Suenonisque soboles, qui genuit Ingertam coniugem Fulconis Sueci, Benedictum, Canutum, ex Ingerta & Fulcone natus est Birgerus Sueciæ Dux, Cæcilia vxor Erici Gotthorum Præfecti, e quibus Carolus, & Canutus. Porro Canutus martyr etiam fuit.

Olauus frater S. Canuti, & parricida.

Ericus Primus similiter S. Canuti frater e Botildi suscepit Canutum, nothos habuit Haraldum, & Ericum.

Nicolaus eodem modo frater S. Canuti e Margareta filia Ingonis Sueciæ Regis protulit Magnum Sueciæ Regem.

E | Ericus II. contra Nicolaum per seditionem delectus.

| Ericus III. superioris Erici proles.

Sueno III. Erici III. frater, & Secundi filius.

Vualdemarus I. cognomento Magnus S. Canuti filius, quem vult Lazius regni, vt aiunt, inuestituram accepisse ab Henrico Sexto Friderici Primi filio: genuit autem Vualdemarus Canutum, & Vualdemarum, prater ea verò filiam, quæ nupsit Adolpho Quarto Hoslatiæ Ducis: hinc Hoslatiæ Comites, de quibus Lazius lib. 9.

| Canutus V. filius Vualdemari Primi.

| Vualdemarus II. Canuti Quinti proles, & pater Erici sequentis, Abelis, & Christophori.

| Ericus Quartus e Vualdemaro ortus.

Abel Vualdemari Secundi progenies.

Chri-



Christophorus I. horum frater è sorore Ioannis & Gerardi Comitum Holfatiæ protulit Ericum Quintum. A

- | Ericus V. pater Erici VI. & Christophori II.
- | Ericus VI.

Christophorus II. filius Erici Quinti, ac frater vterinus Ioannis Holfatiæ Comitum, paterque Vualdemari III. & Otthonis.

| Vualdemarus III. pater Margaretæ, quam collocavit in matrimonio Regi Noruegiæ Aquino.

- | Margareta, quæ sine liberis decessit.
- | Ericus VII. Pomeranorum Dux Margaretæ è sorore nepos, eiusdemque filius adoptivus, vt Ioannes Magnus scribit.

Christianus, siue Christiernus I. Comes Holdenburgi, & Delmenburghi maternum genus ducens ex antiquissimis istis Daniæ Regibus, vt apparet è Lazio lib. nono in genealogia Comitum Holfatiæ. Nam, sicut ipse scribit, Adolphus Tertius Holfatiæ Comes è sorore Vualdemari Daniæ Regis genuit Adolphum Quartum, hic Gerhardum Primum, Gerhardus I. Gerhardum Secundum, hic Adolphum VII. Adolphus VII. Gerhardum, cuius filia nupta Theodorico Comiti Oldenburgi suscepit Christianum, siue Christiernum hunc Daniæ Regem: qui, vt scribit Christianus Cilicius libro primo belli Dithmarsici, protulit Margaretam coniugem Scotiæ Regis Iacobi Tertij, matræq. Iacobi Quarti, cuius filius Iacobus Quintus genuit Mariam Stuardam, quæ peperit Iacobum Sextum nunc regnantem. Rursus idem Christianus suscepit Ioannem, & Fridericum Primum Daniæ Reges.

| Ioannes Daniæ Rex, cuius filij Franciscus puer obiit, Elisabetta nupsit Electori Brandenburgensi, & Christianus II. Rex Daniæ. C

| Christianus II. qui genuit Christianam coniugem Ducis Mediolanensis, ac post hunc Ducis Lotharingiæ, Dorotheam Friderici Electoris Palatini vxorem, Ioannemque, qui puer è vita migravit, pulsus est regno Christianus hic, & Fridericus eius patruus illud arripuit.

Fridericus protulit Elisabettam nuptam Vdalrico Duci Obotritorum, Sophiam Duci Prussiarum, Ioannem Ducem Holfatiæ, Adolphum, Fridericum, quem fecere Episcopum Bremensem, Hildesemensem, & Sleuicensem, & Christianum Tertium Regem.

| Christianus Tertius, è quo filij Dorothea coniux Ducis Luneburgensis, Anna Augusti Electoris Saxoniarum, Ioannes Dux Holfatiæ, Magnus, cui datus Episcopatus Torpatensis, & Fridericus II. Rex. D

| Fridericus Secundus Rex.

Ex his apparet regnare consanguinitatem Haraldi in Dania octingentos quinquaginta duos annos, cui coheret, atque inserta est consanguinitas Regum Sueticorum, quod Heroti Regis Suetiæ filia nupta Regnero Daniæ Regi produxerit hanc Regum successionem per suos gradus. nunc accedamus ad Noruagientes.

*Noruagiesium Regum genealogia superioribus cohærens, & inserta.*

Vult Saxo Grammaticus lib. 9. Noruagiesium Reges originem ducere ab Haldano: is autem filius fuit Frothonis è Sygne vxore, nepos Olai, pronepos Ingellonis, abnepos Frothonis, atnepos Fridleuui Daniæ Regum, Fridleuus verò hic habuit vxorem Froghertam filiam Amundi Noruagiesium Regis, vt idem scriptor lib. 6. refert. Quocirca si fides adhibenda Danico scriptori Noruagiesium res quandoque mordèti (quod ei fides conciliare potest) vetustissima est cognatio Regum Noruagiesium. Amundus namque ille videtur fuisse Augusto imperante, ita vt consanguinitas Amundi regnet annos circiter mille sexcentos: scribit enim Saxo, qui ante annos propè quingentos vivebat, Noruagiesium Reges, qui ætate sua rerum potiebantur, originem suam repetere ab Haldano, & Amundo, quorum hic Noruagiesibus, ille Danis Regio nomine ac potestate imperabant. Nos istæ antiquissima omittentes satis habebimus ostendisse, ne longam feriem Regum toties texamus, Regnerum, qui Regia potestate Danis præfuit, vt aperimus, fuisse Syuardi Noruagiesium Regis nepotem. amplius etiam discimus è Saxo Grammatico Noruagiesium Danicorumque Regum consanguinitates vtrunque derivatas, ac sæpius Daniæ Reges fuisse & Noruegiæ simul; eorum successionem distinctam singillatimque dispositam recenset propriis libris Albertus Crantzius. In his Olauus fuit

A fuit vir sanctissimus, vt testatur Polydorus Virgilius lib. 7. Angliæ historiæ ad finem fuit hic Olauus Magni Regis Noruagiesium pater, cui defuncto Haraldus sancti Olai frater successit, vt idem lib. 8. refert. Hic autem nos Noruagiesium Regum mirabilissima euenta in primis ad maximam inter mortales felicitatem pertinentia sic aperiemus.

Northmanni sunt è Noruagiesibus, solebantque à prisca scriptoribus inter Danos connumerari; quod facit Eghinartus in vita Caroli Magni: id verò accidebat; quod vel Danis aliquando esset subiecti, neque cogniti satis, vt Dani nostris locis propinquiores iisq. commixti in expeditionibus bellicis pro eadem gente, aut eiusdem parte reputarentur, & aliquo modo forent, vt è Saxonis vetusti scriptoris libro quinto, sexto, & octauo apparet: ij sub annum octingentesimum maximè in Gallias irrumpere piraticis excursionibus cœperunt. Ex eodem namque Saxone discimus Reges olim Boreales Danorum maxime, Noruagiesium, & Normannorum solitos fuisse filiis suis imperia maris ac terræ pariri. Quicumque igitur ex iis moderationem maris accepissent, in alienas terras ad nauigabant, prædæque agebant. Hinc Eghinartus Caroli Magni scriba sic in eius vita ait: Vltimum, quod contra Northmannos, qui Dani vocantur, primò piraticam exercentes, deinde maiori classe littora Galliarum, atque Germaniarum vastantes, bellum susceptum est. Quorum Rex Godefridus (de hoc egimus in genealogia Danicorum Regum) ad eò vanâ spe inflatus erat, vt totius sibi Germaniæ promitteret potestatem; Frisiam quoque, & Saxoniam, haud aliter, atque suas prouincias æstimabat. Iam Abotritos vicinos suos in suâ ditione redegerat. ] hæc ille. Anno deinde, vt notant Rhegino, qui his temporibus vivebat, & Sigibertus, octingentesimo octuagesimo secundo, Godefridus, & Sigefridus Nortmannorum Reges in Gallias confedere, Godefridoque data est coniux Gisla filia Lotharij

C Regis Francorum è stirpe Caroli Magni, anno octingentesimo octuagesimo quarto; sequenti tamen est occisus Godefridus, vt Rhegino tradit.

Anno deinde octingentesimo nonagesimo quinto, vt Crantzius notat, Rollo Tacedi Magni filius, teste Lazio, in Angliam primò, dein sequenti in continentem nauigans, Galliarum terras, quæ Nortmanniæ nomen acceperunt, occupauit, duxitque vxorem Opem, vt Polydorus vocat libro Angliæ historiæ primo, siue Papam, vt Crantzius lib. 11. ca. 22. Noruagiæ nominat, filiam Berengarij Bellouacorum Comitum. Scriptores Normanni volunt ab hoc Rollone, qui dictus est in baptismo Robertus, ductâ Gislam Lotharij Regis filiam, vt Polydorus scribit, idem confirmat Fazelus libro sexto Decadis posterioris. Crantzius primo Rollonis huius vxorem facit Papam, mox autem cap. 28. Gislam Caroli Simplicis Regis sororem; atque ita priore defuncta duxit secundam, quod affirmat ipse. E prima tamen susceptus est Vuilhelmus. Huius igitur sanguinis à nobis ponetur primus Tancredus Magnus, & ordine suo numerabuntur sequentes.

| Tancredus Magnus pater Rollonis, seu Roberti.  
| Rollo seu Robertus, à quo ortus Vuilhelmus.  
| Vuilhelmus suscepit Richardum.  
| Richardus Vuilhelmum, Richardum, & Emmâ, quæ nupsit Etheldredo Anglorum Regi, inquit Polydorus lib. 6. & ex iis geniti Alfredus, & Eduardus Sanctus. Eadem porro Emma, defuncto Etheldredo, nupsit Canuto Magno Daniæ Regi, protulitque Canutum Daniæ Regem, & Gonnildam coniugem Imperatoris Henrici. Sic igitur ex ista Nortmannorum consanguinitate orti Danici, & Anglici Reges.

E | Richardus II. procreauit Richardum III. Robertum, Vuilhelmum monachum, Aliam coniugem Reginaldi Britanniarum Comitum, Aleonoram Balduini Comitum Flandriæ, & aliam Nauarræ Regis, vt scribit Polydorus lib. 7.

| Richardus III. sine prole decessit.  
Robertus superioris frater, pater Vuilhelmi Regis Angliæ, & Tancredus Comes Altauillæ cognomento Magnus.

Tancredus, qui ex duabus vxoribus duodecim liberos genuit, vt Fazelus Decade posteriore lib. 6. scribit, quem magis sequimur, quam Lazium, quod ille proferat hac in re antiqua Regum diplomata à se lecta: è prima, cui Moriella nomen fuit, Sarnum, Gotifredum patrem Comitum Roberti, Drogonem primum è Nortmannis in Apulia Comitem, Vuilhelmum Ferreumbrachium è quo Richardus, & Rainulphus, Vnifridum Secundum è Nortmannis in Apulia Comitem, à quo ortus Baielardus Tertius Apuliæ Comes. ex eodem Tancredo nati Malgerius, Alberedus, Tancredus, Vuilhelmus Comes S. Nicandri

candri, paterque Comitis Roberti, Frumentinus, Robertus Guiscardus, qui anno millesimo sexagesimo Dux Calabriae & Apuliae factus est feudi nomine à Nicolao II. deinde ab Alexandro II. & Gregorio VII. Ab hoc Roberto Guiscardo natus est Bohemundus, qui fuit Princeps Tarentinus, & mox Antiochenus, & è Constantia filia Philippi Francorum Regis procreauit Bohemundum secundum principem Antiochenum, qui ex Hali filia Balduini II. Regis Hierosolymitani genuit Constantiam nuptam Raimundo filio Vuilhelmi Comitis Pictauiensis, è quibus Philippa vxor Hemfredi, Arabiae Petrae, & Syriae Sobal domini, Bohemundus Tertius princeps Antiochenus, & Maria vxor Manu-  
lis Comneni Imperatoris Constantinopolitani, vt habet Tyrius lib. 21. cap. 13. Ab eodè Tancredo natus est Rogerius Siciliae Comes.

| Rogerius I. Siciliae Comes procreauit Simonem, & qui post hunc Siciliae praefuit Rogerium.

| Rogerius II. primus vtriusque Siciliae Rex, qui è Beatrice protulit Constantiam, ex Albria Henricum, Tancredum principem Tarentinum, Rogerium primogenitum, qui ante patrem decessit relicta filia Constantia, quae nupsit Henrico Sexto Imperatori, genuitque Fridericum secundum Imperatorem, à cuius progenie foeminea sunt Reges Aragonenses, & Austriaci: ex eodem Rogerio primogenito natus Tancredus, de quo mox agemus. Denique è Rogerio primo Rege est ortus Vuilhelmus Rex patri superstes.

| Vuilhelmus Rogerij Regis I. filius è Margareta filia Regis Nauarræ procreauit Robertum principem Capuanum, Henricum, Rogerium qui ante obitum patris decessit, & Vuilhelmum cognomento Bonum.

| Vuilelmus Bonus sine liberis decessit, regnumque peruenit ad Tancredum Rogerij Regis I. nepotem.

Tancredus genuit è Sibylla Rogerium, qui patri superstes non fuit, Alceriam, Constantiam, Mydoniam, & Vuilhelmum.

| Vuilhelmus Tancredi filius ab Henrico Sexto Imperatore, qui Constantiam duxerat vxorem, atque ob eam regnum ad se pertinere asserbat, captus, oculisque ac virilibus est priuatus: ex eo regnarunt Suenici, de quibus in genealogia Imperatorum Germania, mox Franci, postremò Aragonenses, nunc Austriaci, quibus est consanguinitas à Nortmannis istis.

Quod autem diximus supra Mariam filiam Constantiae & Raimundi nupsisse Manu-  
li Imperatori Constantinopolitano, hinc factum vt è sanguine Nortmannico quantum ad matrem fuerit Alexius Manuelis Imperatoris filius, & ipse Imperator. Quocirca mendum videtur esse in Annalibus Choniatae lib. 4. in quibus est Mariam fuisse filiam Itaque Principis Antiocheni: reponendum namque est Raimundi.

Primum sit igitur euentus felicitatis à Deo concessum tribus hisce profapiis Sueticorum, Danicorum, Noruagienfiumque Regum, quòd ab ipsius orbis fabricatione haud leguntur in iis locis tot eiusdem consanguinitatis Reges vnumquam regnasse; quod liquet quantum ad Danos, & Noruagienfes, è Saxone; quantum ad Sueticos tum è Saxone, tum è Ioanne Magno. Singillatim verò textit ex ordine illorum seriem Crantzius propriis libris, sed quia multis in locis putamus illum labi, & aberrare à vero, idcirco propius rei veritas apparebit è Saxone, & Ioanne Magno.

Secundum. Amplius affirmamus in tota Europa nullam fuisse gentem, quae dissenferit à nostro cultu, & agnationis eiusdem tot Reges procrearit, quot Danica, & Noruagienfis. De Suetica non possumus hoc affirmare propter Heroti posteros, qui nomen Christo haud dederunt, nisi vsque ad Olauum, siue Iacobum.

Tertium. Illud tamen admirabilius de Danicis ac Noruegienfibus asseuerari potest, per tot annorum millia toto orbe terrarum non legi cognationem Regum, qui tandiu imperitarint, quamdiu Danici Reges, ac Noruagienfes: ab arate namque Augusti vult Saxo lib. 9. inter istos intercessisse affinitatem, & ad illud tempus reduci profapiam Noruagienfium Regum, qui Saxonis aetate viuebant, quae perpetuata est in Danis, in Noruagienfibus extincta defuncto Aquino Margaretae marito circiter annum millesimum quadringentesimum; ex illo Noruagienfe regnum in vnum Regem conueniens Danici sanguinis, Danico semper coniunctum fuit, vt testatur Albertus Crantzius Sueciae lib. 5. cap. 33. Quòd si quis ambigat his in rebus, existimetque haud fieri posse, vt Saxo antiquitates istas bona fide scriptis mandarit, cum nullus vsus litterarum fuerit apud populos  
Borea-

A Boreales ante Christi cultum receptum, & idcirco necesse sit priscorum facta & euenta obliuioni tradita fuisse. Respondemus in primis in more fuisse apud plerasque gentes barbaras (barbaras voco non ex loco, sed ex moribus, & in ciuili agrestiq. vita) vt maiorum facta carminibus attexerent, eaque memoriae mandarent, ac posteris per manus accepta traderent; quod Cornelius Tacitus libro de moribus Germanorum, & Annalium secundo, Eghinartus in vita Caroli Magni, Iornandes opere de Gothis testantur: & quamuis fabulosa multa possent iis adiungere, Saxo tamen is est in historia sua, vt facile Noruagienfium res extenuet, atque ita verisimile non est tantam rem de iis voluisse scriptis consignare, quorum solet euenta potius obscurare, quam tantopere extollere, atque illustrare. Hoc igitur maximè facit ad Noruagienfium Regum felicitatem, per tot annorum saecula semper cognationis eiusdem Reges habuisse.

B Quartum. Quamobrem longè admirabilissimum videbitur illud, istorum consanguineos Reges adhuc tam late in istis locis imperitare, siue agamus de Noruagienfibus, siue de Danicis, ac Sueticis. & quando ostendimus Danicos Noruagienfesque Reges imperante Augusto inter se affinitatem contraxisse, hinc fit ex eo tempore haud intercidisse vtriusque consanguinitatem regiã post annos mille sexcentos. Nam Saxo testatur Noruagienfium Reges suum genus referre ad Haldanum atnepotem Frideloui Daniae Regis, cuius vxor nata erat ex Hamundo Noruagienfium Rege, idemque lib. 9. scribit Reges Noruagienfium suo tempore originem suã retulisse ad Haldanum, ac proinde etiam ad Amundum, qui imperante Augusto rerum potiebat. Illud tamen ex eodem scriptore colligitur, aliquando Hamundi posteros cognatos vel regno exactos, vel eo nõ potitos, mox tamen ad illud iterum peruenisse.

C Quintum. Nulla Regum successio memorari potest eorum, qui Christi, veri que Deum cultum neglexerint, aut ignorarint, qui tãtã sanctitudinis Reges habuerint, quantã fuit Olauus Noruagienfium, Canutus Danorum, & Ericus Suecorum Reges innocentissimi, sed neque vllis eorum contigit habere filias tantã puritatis ac sanctimonie, quantã existit Giutha.

Sextum. Similiter nulla Regum consanguinitas tamdiu regnans actam late inter alienos à nobis afferri potest, quibus Reges fuerint, qui pro religione, quacumque illa fuerit, animo libenti vitam profuderint, vt Sueciae, Noruegiae, Daniaeque Regibus fuit Canutus enim, Ericus, & Olauus pro Christi cultu sunt ab impiis occisi.

Septimum. Quocirca his contigit, quod nulli à nobis alieno Regi contigisse affirmari potest. Nam cum Catholica Ecclesia suos habeat studiosos è qualibet celebriori gente prognatos, magnamque per omne saeculum terrarum partem sua religione semper occupant, hinc fit vt Martyrologia ex institutione antiqua quotidie legantur in plurimis atque innumeris locis, neque sit vlla ferè gens, quae nõ habuerit, habeatve aliquos, qui illa legant, At in iis quorannis recensentur sua die nomina Canuti, Erici, Olai, simulque caelestes iis honores habentur: & Erici quidem memoria celebratur cultu sacro XV. Kal. Iun. Canuti VII. Id. Ianuarij, Olai III. Kal. Augusti. Quamuis enim prisci diuinos honores dederint aliquot vel impuris ac flagitiosis Regibus suorum, vel Imperatoribus, non tamen per tot saecula, ac tot in locis simul hoc contigit. Nam fabulosi antiquorum Dei, qui in terris etiam dicti sunt imperia vel regna tenuisse, ecquando sunt illi in Indijs Occidentalibus, extremisque Orientalibus, quae conficiunt orbis tertiam partem, culti? Atqui nunc aut in singulis earum locis, aut in plerisque Martyrologium legitur, & iis caelitibus, qui lectione illa memorantur, quotannis sacri honores merito tribuuntur: in quibus est Olauus Noruegiae, Canutus Daniae, & Ericus Sueciae Reges non modò suum nomen, sed agnationem totam, consanguinitatemque praeterea suis factis illustrantes. Quòd si quis velit in dubium reuocare vllò modo, quae asserimus, propter antiquos quosdam Reges Dijs annumeratos, vt Herculem, Liberum, & quicumque sunt huiusmodi; certè è toto Aquilone Rex proferri non potest, cui tantus, tot in locis, per tot saecula cultus sit à tot mortalibus vnumquam tributus.

Octauum. Quanta porrò feritas esset olim Borealiū populorum supra mare Balthicum, quod Daniam, Sueciam, Noruegiamque alluit, qui ignorat, legat sequentem librū, capitibus de ducentis Germania bonis, ac videbit illos olim fuisse omnibus bonis prope nudos. Atqui Regibus istis, eorumque consanguinitati debetur, vt tot nationes ad Aquilonem posita deposuerint agrestes belluinosque mores, & cum figura, quam habebant,

bant humana mores simul humanos assumpserint, ac deserint iam pridem bestiis esse quam simillimi, & affines: ut non immerito ex vso dicat eorum quosdam prognatos gentilis eorum Saxo, in formi scilicet quodammodo & effigie, & vita.

Nonum. Quis verò ignorat præterea regiones Daniæ, Sueciæ, ac Noruegiæ nullis vrbibus olim, nullis ædibus, ædificiisve ornatas fuisse, quod Iornandes libro de Getis, aut Gotthis testatur, nunc vero secus esse? ita ut nihil iis locis desit aut ad ornamentum, quoad natura cæli & terrarum ferre potest, aut ad institutionem commerciorum, vitæque humanæ societatem colligandam, propulsandas incursiones hostium, ciuiumque & incolarum salutem & vitam tuendam; quæ sanè omnia, postquam Reges illi præcepta Christianæ vitæ didicerunt, sic præstitere, ut non iam solitudinum vastitatumque sint domini, neque, ut aiebat ille vates, teneant immania faxa, & in aula speluncarum, specuumque se iactent, sed in vrbibus celeberrimis perconguineos olim Reges ad suorum posteritatem beatitudine humana replendam constructis, ita ut in oris Aquilonaribus ab orbe condito numquam fuerint vlli Reges, quibus talia sint bona diuinitus concessa.

Decimum. Sic etiam videbis nepotes ac posteros istorum Regum magis inter se amasse, ac minus aduersus suos prælia gessisse, si temporibus tempora, eorumque diuturnitatem compares, quam quosuis alienorum Regum liberos, ac posteros. & id quidem, si de Borealibus agatur, liquet è Saxone, qui ab antiquissimis temporibus texit Danicorum, Noruegicorum, Sueticorumque Regum genealogias, & euenta; è quibus licet cognoscere mutuis olim cædibus inter se prætorum Regum filios atrocissime sauisse, & nihil aliud iis curæ fuisse, & eorum subiectis, quam bella, & strages mortalium: quæ sanè omnia maxime inturbant, ac tollunt humana bona, & felicitatis euenta. Nam verè de beato canebat ille vates:

*Non excitatur classico miles truci,  
Nec horret iratum mare.*

Vndecimum. Quis verò inficietur inter bona maxima reputari, à suis posteris prodire maximos ac potentissimos Reges? Atqui hoc sanè sic accidit Danis, Noruegicis, ac Suecis Regibus, ut ab illorum consanguinitate connexas ostenderimus Regum totius Europæ potentissimorum cognationes, Imperatores Orientis, atque Occidentis; ita ut pertigerint ab extremis terræ partibus ad extremas quodammodo illius oras; quin orbem totum consanguinei ipsorum complectantur imperio: patet enim è superioribus insertas his Austriacorum genealogias, quorum dominatus adeò latus est, ut ei similis vllus ex antiquitatis latebris expromi aut nominari non possit.

Duodecimum. Verum enimvero Suetici Reges cognationis à nobis propositæ posterorum, ac gentis propriæ Reges maximis Europæ regnis dederunt, quale esse Polonicum cuncti sciunt. Sigismundus namque III. Suetici Regis Ioannis est proles, Poloniamque iure Regio tenet. Noruegicenses autem Galliarum nobilissimæ parti, Sicilia, amplissimisque Neapolis ditionibus, ipsi denique ad Orientem procul positæ Syria, Antiochiaque, principes summos dederunt. Northmāni enim de suo nomine & Northmāniam dixere, & moderati sunt, nobilissimum Sicilia, ac Neapolis regnum primi excitarunt, Antiochiamque totius Orientis olim metropolim longissime à patriis maiorum suorum sedibus remotam summa sic cum dignitate tenuerunt, ut clarissimus Orientis Imperator Emauel Comnenus experierit iis esse cognatus, & ex ipsorum consanguinitate posteros suos propagare. Quæ cum tot sint, ac tanta, nulli Regum prosapia à nostra doctrina abhorrenti hucusque contigerunt.

*Explicantur euenta felicia posteritatis Scotticorum Regum. Cap. IX.*



Ioannes Leslaus Episcopus Rossensis historiam Ducum Regumve Scotticorum post alios texit. Est verò in confesso apud omnes Scotticam gentem ex Hybernia ad nauigasse in Britanniam, partique illius magis ad Aquilonem spectanti nomen dedisse. Quo tempore hoc definitè contigerit, haud disputamus. Illud ad rem nostram maxime pertinens quæri potest, ecquando nomen Christo dedit. Leslaus id attribuit Donaldo Regi, quod is primus ex illius siue Ducibus, siue Regibus, Christi doctrinam sit amplexatus. regnare cœpit iste anno ceteresimo nonagesimo septimo, Christo se addixit cc. l. i. ac frater

A frater fuit Sathraclis & Ethodij Regum, nepos è sorore Mongalli Regis. Nos, ut ambiguitates cunctas curremus, à Reuda, seu Ruthari Bedam sequentes exordiemur. Is circiter annum trecentessimum sexagesimum in Britannia nouissimam partem venit, auctore eodem, post hunc Polydorus ponit Eugenium I. siue proximè hic successerit Reuda, siue longè post, haud anxie nimitū scrutamur. Eugenium I. Leslaus ait regnasse anno cccc. lxxix. Variant alij scriptores hac in re. Nos donec certius aliud occurrat, interim Leslaum sequemur, qui Eugenium hunc à Donaldlo illo genus ducere non dubitanter affirmat.

Eugenius I. Fincormi Regis filius sine prole decessit, regnumque iniuit post eum Fergusus II. Finchormi Regis pronepos, Erthi filius, Ethodij nepos.

Fergusus II. genuit Eugenium II. & Constantinum Reges, quibus absque sobole defunctis regnum deuenit ad Dongardum fratrem istorum ex eodem fratre.

B | Dongardus filios habuit Congallum, & Conranum Reges ex ordine rerum potitos.  
| Congallus genuit Eugenium III. Conuallum patrem Chennenti, & Chinatillum.  
| Conranus Aidanum.

| Aidanus Eugenium IV. parentem Ferquardi, à quo Ferquarthus Eugenij pater, & L. Fiactus.

| Eugenius IV. præter superiorem Ferquardum suscepit præterea Donaldum genitorè Muldundi, & Dongardi, à quo Eugenius V.

| Donaldus Eugenij proles.

Muldundus absque sobole migravit è vita.

Eugenius V. filius Dongardi procreauit Ambirchelethum patrem Mordaci, & Eugenium VI.

C | Eugenius VI. suscepit Dongallum, & Etrinum.

| Etrinus Guillerentum, & Fergusum III. & Achaium.

| Fergusus III. sine liberis est defunctus.

Achius Etrini filius, & Fergusij frater genuit Reges ex ordine Conuallum, Alpinū, & Dongallum patrem Gregorij Regis.

| Alpinus Donaldum, & Chennedum Reges.

| Chennedus Ethum Constantini III. patrem, à quo Constantino natus est Indulphus parens Culeni, & auus ex hoc Constantini IV. Regum, & Constantinum II.

| Constantinus II. protulit Donaldum VI.

| Donaldus VI. Duffum, & Chennetum III. Reges.

| Chennetus Grimum, & Malcholmum II. Reges.

D | Malcholmus II. Beatricem, & Doadam. Atque hinc interdidit agnatio Donaldi, quæ Leslaus affirmat vixisse anno m. xcvi. Malcholmus extinctus est m. xl. sic igitur illa perstitit annos octingentos quadraginta tres. Postea consanguinei à sceminis regij sanguinis prognati regnarunt. Nam Doadam genuit Machabeum Regem patrem Luthaci, Beatrix autem Duncanum.

Duncanus Malcholmi II. è Beatrice filia nepos genuit Malcholmum III.

| Malcholmus III. habuit uxorem Margaretam Sanctam sororem Edgari Angliæ Regis, è qua suscepit Mathildim, Mariam nuptā Eustachio Comiti Bononiæ Celticæ, à quo Reges Portugallenses, & Hierusalem, Lotharingiaque Duces, duos Edmundo, Ethebe, dum, Regeq. Edgarum IV. & Alexandrum I. sine filiis defunctos, Dauidemque.

| Dauid I. qui genuit Henricum I.

| Héricus I. Malcholmū IV. Regē, qui sine filiis è vita migravit, Margaretā, Adamā, Dauidēq. cuius ex alia Margareta neptis fuit Deruogela, & ex hac pronepos Ioanes Baliolus Rex, ac rursus eiusdem ex Isabella filia nepos fuit Robertus Brusus pater Dauidis

II. Regis, de quibus agetur infra. Idem porrò Henricus I. suscepit Vuilhelmum Regem.

| Vuilhelmus Rex procreauit Margaretam, Isabellam, Ioannem, & Alexandrum II.

| Alexander Secundus Alexandrum Tertium.

| Alexander Tertius Alexandrum, Dauidem, qui sine filiis obierunt; Margaretamque nuptam Noruegiæ Regi, è quibus alia Margareta, post Alexandrum verò III. regnavit

Ioannes Baliolus, post hunc Robertus Brusus pronepos Henrici filij. Atque ita agnatio Duncanij Regis, qui regnare cœpit anno millesimo quadagesimo, desuit in Alexandro

Tertio, qui defunctus est anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio rerum, potita est iure Regio annos cc. xlii.

Robertus Bruscius post Ioannē Baliolum Regem Rex est factus anno millesimo trecē- A  
tesimo quinto, genuitque Mathildim, Margaretam, Marioretamque Roberti II. Regis  
matrem, coniugemque Vualtheri Stuarti, & Dauidem II.

| Dauid II. Rex obiit absque prole.

Robertus II. Stuartus regnare cœpit anno millesimo trecētesimo septuagesimo primo,  
& eius adhuc agnatio rerū poritur post annos ducentos ac viginti. ex Euphemia Rober-  
tus hic genuit Dauidem, Elisabettam, Robertillam, & Robertum, ex Elisabetta vero al-  
tera coniuge Robertum Ducem Albanæ, Alexandrum Comitē Fifoti, ac Robertum III.

| Robertus III. qui genuit Iacobum I.

| Iacobus I. Leonoram coniugem Ducis Austriæ, Margaretam Ludouici Franciæ, vt  
vocat, Delphini, ac filij Caroli VII. Regis Franciæ, & Iacobum Secundum.

| Iacobus II. è Maria Ducis Gheldriæ filia Iacobum III. filiamque nuptam Comiti Ara- B  
niæ, è quibus longa series nepotum.

| Iacobus III. è Margareta Regis Daniæ filia, vt in Regum Danicorū genealogia fuit  
explicatum, suscepit Iacobum IV.

| Iacobus IV. è Margareta Henrici VII. Regis Angliæ filia Margaretam matrem Hen-  
rici Stuarti mariti Mariæ Scotorum Reginæ, & Iacobum V.

| Iacobus V. è Maria Ducis Guisæ filia Mariam Reginam.

| Maria Regina, quam falsissimis criminibus onerata securi percussit Elisabetta  
Angliæ dicta Regina, quod Catholica foret, ac fidem Catholicam diu seruasset, & quæ  
post obitum Francisci II. Franciæ Regis ac primi mariti nupta Henrico Stuardo Iacobi V.  
è sorore nepoti peperit Iacobum VI.

| Iacobus VI. qui nunc rerum potitur, cui Deus Catholicam mentem largiri dignetur, C  
de quo non ineleganter quidam vates.

*Scotia sis felix, cui mater Regia Regem*

*Indolis, atque animi protulit eximij;*

*Qui si maternæ fuerit pietatis amator,*

*Tum tefelicem terque quaterque canam. ]*

*Genealogia Anglicanorum Regum superiori cohærens, atque inserta.*

Anno, vt adnotauit post alios Polydorus Virgilius lib. 4. Angliæ historiæ, quingētesimo  
vigesimo primo Cerdicius Anglosaxonum Occidentalium Rex in Occidentali Bri-  
tanniæ parte regnum constituit, quod eius posterius ex ordine exceperūt, Cenricus, Ceau-  
linus, Celricus, Ceoloulphus siue Quichelmus, qui ex istis primi nomē Christo dederūt,  
Cynigillus, quem Berynus Italus Episcopus Christo cōciliauit, Cenoualchius, Elcuinus, D  
Centuinus, Cedoualla, qui Romam veniens, & à Sergio Pontifice baptizatus in æde S. Pe-  
tri est humatus, Inas, qui insulæ partem, quam tenebat, tributariam S. Petro, Apostolicæ-  
que sedi constituit, Romamque veniens monachum professus est, cum regnum Ethellar-  
do consanguineo suo tradidisset, post quem ex ordine regnarunt Cuthredus, Sigibertus,  
Cineuolphus, Britrichus, & horum consanguineus, qui totius insulæ dominatum tenens  
Angliam dici voluit, Egbertus, à quo nos ordiemur.

Egbertus anno octingentesimo regnare cœpit, regio sanguine natus, & à superiori-  
bus ortum ducens, genuit Ethelulphum.

| Ethelulphus cum subdiaconus esset, Leonis Papæ auctoritate à vinculo religionis  
solutus ex Osburga vxore suscepit Ethelbaldum, Ethelbertum, Ethelredum, & Alfredū, E  
Romamque veniens Anglorum scholam ab Offa Merciorum Rege conditā restaurauit.

| Ethelbaldus absque prole defunctus.

Ethelbertus eodem modo.

Ethelredus sine liberis decessit.

Alfredus Romæ profectus ab Hadriano II. coronatur, hoc regnate anno DCCC. LXXXVII.  
Northmāni duce Rollone in Angliā, mox verò in Gallias venerūt. suscepit ille ex Ethel-  
uita Edouardum seniore, Adeluoldū, Alfredā, Ethelgerā, siue Elginam, & Etheluitā.

| Edouardus I. ex Edgina procreauit Adelstanum, Edmundum, & Eldredum.

| Adelstanus sine sobole migravit è vita.

Edmundus eius frater ex Elgida filios habuit Eduinum, & Edgarum.

Eldredus frater Edmundi.

Eduinus filius Edmundi, qui regno est deiectus ob ablegatum Dūstanum Abbatem.

Edga-

A Edgarus ex Elfreda procreauit Edouardum, ex Alfreda Edmundum, & Etheldredū.

| Edouardus II. Sanctus ac martyr obiit sine prole.

Etheldredus ex Emma filia Ricardi Ducis Northmanniæ procreauit Alfredum, &  
Edouardum III. Sanctum, & ex Ethelgina Edmundum patrem Haraldī.

| Edmundus protulit Edmundum, & Edouardum patrē Edmundi, Edgari, Margaretæ  
Christianæ. hic interponūtur Canutus, Haraldus, & Canutus sanguine Danico prognati.  
Alfredus Etheldredi proles dolo Goduini necatus.

Edouardus III. Sanctus frater Alfredi.

Haraldus filius Edmūdi, ac nepos ex hoc Etheldredi aui Regis: hic occisus est in acie  
à militibus Guglielmi Northmanni anno M. LXXVI. atque ita in eo defecit agnatio Cer-  
dicij, & qui ex illo genus trahebat, Egberti: durauit annos. D. XLVI.

B Guglielmus Northmannus nepos amittinus Edouardi III. Sancti, è Mathildi Comitiss  
Flandriæ filia procreauit Ricardum, qui iuuenis obiit, Robertum Northmanniæ Ducē,  
Guglielmum Rufum, & Henricum I. Reges, Cæciliam monacham, Constantiam coniugem  
Alani Britanniæ Ducis, Adalam Stephani Blesensium Ducis, è qua Stephanus Rex.

| Guglielmus Rufus absque filiis excessit è vita.

Henricus I. frater Rufi è concubina (vt vult Polydorus, dissentit Lazijs, ortumque tra-  
dit è Mathildi Regis Scotiæ filia; nos sequimur Polydorum) tulit Robertum Glocestriæ  
Comitē, & è legitimo thoro Mathildim nuptam Gaufredo filio Fulconis Comitiss Ande-  
gauorum, Turonum, & Cænonanorum, è quibus natus est Henricus II. hic autem Fulco  
est, à quo è filia Balduini Comitiss Flandriæ natus est Balduinus III. Rex Hierosolymita-  
nus, & alij nonnulli hinc prognati.

C Stephanus filius Stephani Comitiss Blesensium genuit è concubina Guglielmum no-  
thum, Comitem Northfolchiæ, & Eustachium ex Mathildi.

Henricus II. filius Gaufredi Comitiss Andegauenensis, ac Mathildis, fraterque Gaufredi,  
& Gulielmi, regnare cœpit anno millesimo cetero quinquagesimo quarto ex Aleono-  
ra genuit Héricum, Ricardum, Gaufredum patrem Arturi, & Ioanē, Mathildim coniugē  
Hérici Saxoniæ Ducis, è quibus Ortho Imperator, Aleonorā Alfonfi VIII. Castellæ Re-  
gis, matrēque Blanca, è qua natus S. Ludouicus, & Ioannam Guglielmi Siciliæ Regis.

| Ricardus sine liberis decessit.

Ioannes ex Isabella procreauit Henricū III. Ricardum, Ioannā nuptā Alexandro Sco-  
torum Regi, Isabellā Friderico II. Imperatori, Aleonorā Guglielmo Comiti Glocestriæ.

D Henricus III. ex Aleonora filios habuit Edouardum agnationis huius primū, Edmū-  
dū Comitē Lācastriæ, Margaretā nuptā Alexandro Scotiæ Regi, Beatricē Duci Britanniæ.

| Edouardus I. ex Aleonora priori coniuge procreauit filios Ioanē, Henricum, Alfon-  
sumque. patri haud superstitēs, Edouardum II. Aleonoram coniugem Ducis Barri, Ioannā  
Gilberti Comitiss Glocestriæ, Margaretam Ioannis Ducis Brabantæ, Elisabettam Hū-  
fredi Comitiss Herefordiensis, Mariam monacham, è Margareta secunda vxore Thomā,  
Edmundum, & Margaretam.

| Edouardus II. protulit ex Isabella Edouardum III. Ioannem Helthamium, Aleono-  
ram, quæ nondum nubilis obiit, Ioannamque nuptam Dauidi Scotorum Regi.

Edouardus III. è Philippa vxore genuit Edouardum patrem Ricardi Regis, Gugliel-  
mum, qui puer obiit, Leonellum Clarentiæ, Ioannem Lancastrī Edmundum Eboraci,  
Thomam Glocestriæ Duces, Mariā Ioannis Britanniæ Ducis vxorē, Isabellā Bedfordiæ,

E Margaretam Penbruchi Comitibus locatas. Edmundus porrò Dux Eboracensis genuit  
Edouardum Rutlandiæ, & Ricardum Cātabrigiæ Comites: hic ex Anna pronepti Leo-  
nelli Clarētæ Ducis, nepti Philippæ, filia Rogerij, quæ sola supererat è genere Leonelli  
primogeniti, genuit Ricardum cognomento Plantagenetam, cuius ex vxore Cæcilia li-  
beri fuerunt Guglielmus, Henricus in pueritia, Ioannes, & Thomas in iuuentute defun-  
cti, Anna, Elisabetta, Margareta, Vrsula; Edouardum postea Regem IV. Edmundum Co-  
mitem Rutlandiæ, Georgium Glocestriæ, & Ricardum Clarētæ Duces. At Ioannes Lā-  
castri Dux è prima coniuge suscepit duas filias, in his Philippam, quæ Ioanni Lusitaniæ  
Regi nupsit, vt Polydorus lib. 20. scribit: alij namque produunt Henrici, credo, quarti  
natam existisse, è secunda vxore Constantia Catharinam locatam Henrico filio Ioan-  
nis Castellæ Regis.

Ricardus II. nepos Edouardi III. ex Edouardo primogenito suo sine filiis decessit.

De Sig. Tom. 2.

M m 2 Hen-

Henricus Quartus Dux Erefordienſis, ac filius Ioannis Lancaſtri Ducis, vt Polydorus lib. 25. teſtatur, conſanguineus Ricardi, per vim deiecto Ricardo, regnumque illi conce- dente, factus eſt Rex, & Maria coniuge ſuſtulit filios Henricum V. Thomam Clarentiæ, Ioannem Bedfordiæ, & Humfredum Gloceſtriæ; Duces, Blancham nuptam filio Ducis Bauariæ, Philippam Daniæ Regi.

Henricus V. è Catharina filia Caroli VI. Franciæ Regis genuit Henricum VI. Eidem verò Catharina filij fuerunt Edmundus Richemondiæ, & Gaſpar Penbruchi Comites. Edmundus porro iſte genuit è Margareta filia Ioannis Somorſeti Ducis Henricum VII. tulit eadem Catharina Edmundum, & Gaſparem ex Ouino Tyderio viro nobiliſſimo inter Vallos, qui ſuū genus referebat ad Cadoualladrum vltimum Britanorum Regē, qui Romæ deceſſit ab Anglis eiectus, vt refert Polydorus lib. Angliæ hiſtoriæ 3. & 4. Iniuit regnum Cadoualladrum anno cccc. lxxxv. ante ipſum regnauerat eius pater Cadouallo & ipſe Chriſtianus. quæ cum ita ſint Anglicanorum Regum conſanguinitas, rerum potitur ſupra annos mille centum & amplius.

Hericus VI. è Margareta filia Renati Comitis Andegauenſium genuit Edouardum, ſed ante mortem regno deturbatus eſt ab Edouardo IV. filio Ricardi, & ex hoc nepote auo Edmundi Ducis Eboracenſis, ac filij Eduardi III.

Edouardus IV. ex agnatione Henrici II. ſuſcepit ex Eliſabetta vxore Edouardū Principem Vuallia, & Ricardum Ducem Eboracenſem, Eliſabettam, Cæciliam, Annam, Catharinam, Brigidam, è concubina Arturum.

Ricardus III. frater Edouardi IV. per ſummum ſcelus interfectis filiis Edouardi IV. Rex Angliæ eſt creatus, & ab Henrico VII. occiſus.

Henricus VII. de quo diximus in Henrico V. filius Edmūdi, ac nepos Catharinæ vxoris Henrici V. fraterque vterinus Henrici VI. duxit vxorem Eliſabettam filiam Edouardi IV. regnare cœpit anno milleſimo quadringēteſimo octuageſimo ſexto. ſic igitur agnatio Hērici II. regnauit vſque ad hoc tēpus ab anno m. c. l. i. quod eſt annorū ſpatiū trīgintaduorum, conſanguinea tamen gens huculque regnat. Henricus autem Septimus ſuperſtites reliquit ex Eliſabetta filios tres, Henricum VIII. Margaretam, & Mariā. Margareta nupſit Iacobo IV. Scotorum Regi, de quibus eſt dictum ſuprà.

Henricus VIII. coniugem duxit Catharinam, quæ fratri ipſius Arthuro ante patrem defuncto fuerat deſponſa, ex ea ſuſcepit Mariam, mox à Catholica fide deſiciens hac repudiata duxit Annam Boleniā, è qua nunc regnans Eliſabetta. Cum verò ob adulteriū caput obruncari iuſſiſſet Annæ Boleniæ, cepit vxorem Ianam Seimeram, quæ peperit Edouardum VI. & paulo poſt partum defuncta eſt.

Edouardus VI. veneno ſublatus, vt Lazius teſtatur lib. 3. à Duce Nordumbriæ, ſine filiis obiit adoleſcens.

Eliſabetta, cui Deus det bonam mentē, vt ſcleribus antiquis deletis poſſimus meliora ipſius facta laudare, horumq. ſplendore priſtina diſſipentur, & euaneſcant, quod optamus, ac Deum precamur.

Primum vero euentum felicitatis pertinens ad hæc regias poſteritates à nobis illud proponetur commune cum ſuperioribus Regum ſucceſſionibus, non legi vllam Regum à noſtra doctrina diſſentientiū cognationem, quæ tamdiu regiā dignitatē poteſtatēq. tantā in ſuis poſteris conſeruarit, vt hæc Anglicanorū, Scoticorūq. Regū: hoc autem pertinere ad felicitatē quis negabit? Nouit ille vates, qui ſcripſit Mæcenatis laudes decātaturus:

*Non quia, Mæcenas, Lydorum quicquid Hetrufcos*

*Incoluit fines, nemo generoſior eſt te.*

&c: *Tyrhena Regum progenies.*

Et alius ſublīmiori verſu inducens in Elyſiis campis Anchifen, qui cum filio Aenea loquatur, felicitatemque ipſius hac in re poſitam iactabundus oſtentet:

*Nunc age Dardaniam prolem, quæ deinde ſequatur*

*Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes*

*Illuſtres animas, noſtrumque in nomen ituras*

*Expeditam dictis, & te tua fata docebo.*

Quòd ſi Deus veluti magnum quiddam Dauidi pollicetur futurum, vt de fructu ventris eius ponatur Rex ſuper ipſius regiam ſedem; quantum reputabitur hoc quod tractamus, cum paruum foret Dauidis regnum præ iſtis, nec tam longa ſeries nepotū ipſius regnarit.

Secun-

Secundum. Neque ſimiliter vlla Regum ſtirps à noſtris decretis abhorrens in medium poterit produci, quæ tot tantoſque Reges in tam remotis locis, ac tam diuturno tempore propinquos & affinitatis vinculo coniunctos habuerit, vt iſtæ, quæ, vt vidimus, Gallicos, Luſitanicos, Hiſpanicos, Germanos, Danos, Noruegienſes, & omnium potentiffimos latiffimeque dominantes Auſtriacos Reges affinitate ſibi deuinxerunt.

Tertium. Illud autem longè fortunatius eſt habendū, quòd ab iſtis poſteritatibus Anglicanorum Scoticorumque Regum prognati ſunt Reges omnium potentiffimi, Imperatoresque illuſtriſſimi. Nam fieri poteſt, vt affinitate cohæreant inter ſe aliqua Regum cognationes, quarum tamen altera non deriuetur ab altera vllō modo. Verbi gratia, ſi duæ filia Philippi Regis nubant, altera quidē Regi Germaniæ, altera verò Regi Poloniæ: qui naſcentur ex iſtis duobus matrimoniis, propinqui erunt inter ſe ſecundo cognationis gradu, neuter eorum tamē ab altero prognatus dici poteſt, ſed ab Hiſpanico Rege, ac liberis ortus meritò dicetur. Hoc verò multo felicius, quàm ſolius affinitatis gradu attigiffe vllum Regem atque hoc eſt, quòd Anchifes cum filio gloriatur, *qui maneant Italia de gente nepotes*. Quid verò hîc iſta minora adducimus? Hoc illud eſt, quòd ipſe Deus veluti quoddam maximum, ac propè diuinum pollicetur Abraham: Reges de lumbis tuis egredientur. Atqui multo propinquus iſtud pertinebit ad Scoticos, Anglicoſq. Reges, è quibus prognatæ fœminæ prorulerunt Imperatores Occidētis, Luſitanicos Reges, Hiſpanicos, Danicos, Italicofque in Sicilia, & Neapoli, è quibus prodierunt ceteri in Europa præſtantiſſimi Reges, & Orientis Imperatores.

Quartum. Quòd ſi nos Anglicanorum vel Scoticorum principum, quicumque poſſent memorari ante Chriſti doctrinā receptā, facta perſcrutari vellemus, certe nullos proferre poſſumus è tota antiquitate, qui ſint iſtis feliciores, ex vlla ſtirpe à nobis aliena, aut tot tantaque tamdiu præſtiterint in vlla Europæ regione, quot ac quanta illius conſanguinitatis poſteri patrarunt. Sed, vt alia, quæ domi foriſque egerunt, hîc omittamus; certè nullus ex Anglia Scotiæ Rex vumquam prodiit, qui ſit auſus adornare tam remotam expeditionem, atque armis ea parare inter exterarum gentes, ac longè poſitas, vt Richardus Primus, qui cum maximis copiis in Syriam contendit, & inter alia Cyprium cepit, in regni formam redegit, illamque Guidoni Luſignagno, à quo ſunt orti Cypri Reges vſque ad Iacobum, potiundam dedit, ac donauit, vt inter alios refert Choniatas lib. 1. cap. 1. ad finem.

Quintum. Quis porro producet vllam Regum proſapiam à noſtris abhorrentem decretis, quæ inſulam tam magnam, vel etiam regionem tot vrbibus, oppidiſque, & caſtris ornari, aut aliis ædificiis illuſtrari, vt iſtæ Regū conſanguinitates, quòd Iornades libro de rebus Geticis refert? In virgeis antea caſis habitabāt, agreſti, incultoq. viuendi genere ſiue Angli, ſiue Britanni, idque ætate illa. Inunc, & inuiſe Angliam & Scotiam, & aude, ſi potes, iſtud affirmare. Potuerunt varia Regū nullo inter ſe vinculo propinquitatis coniūctorum ſucceſſiones aliquid ſimile in aliis regnis præſtare, ſed iis non erat eadem conſanguinitas, iſtis erat eadem. Hoc enim ſigno nos agimus de felici Regum Catholicorum poſteritate, & genealogiis.

Sextum. Atqui hoc eſt nullius momenti, ſi conſideremus quid iſtæ proſapiæ Regum perfecerint in animis Anglorum Scotorumq. excolendis, & ad omnes liberales diſciplinas expoliendis: nam cum monaſteria per illos ædificata fuerint commoda, ex iis viri literatiſſimi prodierunt, qualis Beda ex antiquis Anglis, è Scotis verò Ioannes, & Albinus, ſiue Alcuinus, per quos Carolus Magnus in Occidente publicas Academiaſ omniū doctrinarum primus aperuit Pariſiis, ac Ticini. In Anglia verò duæ ſunt nobiliſſimæ Academia, Oxoniensis, & Cantabrigienſis, de quibus ſic Georgius Coriata:

*Et duo ſunt totum gymnaſia nota per Orbem,*

*Oxonium ſtudiis florens mihi dulcis alumna*

*Regis opus: tuaque illuſtris Rex Cantaber ædes,*

*Magnificè florens ſacris Academia Muſis.*

Et Oxoniensem quidam volunt ab Aluredo Rege excitatam, Cantabrigensem verò à Sigiberto Orientalium Anglorum Rege. plurima verò ſunt collegia in illis inſtituta, in quibus iuuenes erudiuntur gratis ad omnes bonas diſciplinas. In Scotia verò tres ſunt Academia publicæ, S. Andrea, Aberdonienſis, & Glaſcouieſis, de quibus Middendorpius lib. 2. de Academia ad finem. Proferatur itaque Regum à nobis alienorū cōſanguinitas

De Sig. Tom. 2.

M m 3 vlla,

vlla, quæ talia tantaque præstiterit inter populos olim tam rudes ac barbaros. Nam qui  
quantiq; viri in omni genere doctrinarum prodierint ex istis locis, qui ignorat, is plane  
est historiarum litterarumque imperitus.

Septimum. Necesse porro est dicamus liberos istorum Regum maximè inter se amaf-  
se, si comparentur aliis à nostro cultu alienis, quod constat, quia non tot à suis perem-  
pti, quot inter eos, qui abhorruerunt à nostra religione, & quorum facta sint litteris vel  
Græcis, vel Latinis quoquomodo illustrata (de his enim loquimur semper, cum facimus  
has comparationes hinc, aut alibi) & quorum sint exitus memoriæ proditi: quod tum è si-  
gno de pietate, de intestinis alienorum cædibus, de felici exitu Regum Catholicorum,  
infelici hæreticorum liquet; tum verò quia profapia istorum tam diuturnum tempus du-  
rant non excisæ domesticorum aut extraneorum cædibus, regiamque potestatem tam  
magnam ad suos propinquos, ac nepotes transmiserunt quod non contigit alienis.

Octauum. Quocirca necesse est etiam sint hac parte felices istæ cognationes, quod po-  
pulos nactæ sint subiectos, à quibus neque sint adductæ ad interitum, neque regia digni-  
tate sint earum posteris spoliati: quod accidit aliis Regum posteritatibus à nostro cultu alic-  
nis, & aliquo modo necesse est acciderit, cum tanta regna tam diu nullæ sint potita.

Nonum. Huic aliud est consequens, exteris Reges numquam per tanta temporum spa-  
tia, ac tot sæculorum decursum, sic valuisse, ut istorum Regum consanguinitatem folio  
deicerent, ut enim Dani per aliquod tempus insula sint potiti, rediit tamè illa ad Angli-  
corum Regum nepotes, & ex iis ad Northmannos affines transmissa regia potestas, & ab  
istis eodem iure affinitatis ad Henricum II. natione Gallum, sed Anglorum cõsanguineum.

Decimum. Neque verò id mirandum cuiquam videri omnino debet. Nam si Reges isti  
nostri conferantur cum Regibus alienis à nostra religione, hac etiã parte feliciores: quod  
si aliquorum tam longam seriem capias, non inuenies (modò facta istorum sint comper-  
ta) qui tam iusti fuerint, ac temperati, ut quicumque ex istis Catholici fuerunt, quod con-  
stat è signo LVI. de turpissimis alienorum progressibus cap. XIV. & sequentibus, ac signo  
de temperantia, amicitia, & pietate.

Vndecimum. Sic etiam nulla Regum profapia à nostris decretis dissidens hanc sibi fe-  
licitatis partem vindicare potest, quod protulerit Reges tantæ sanctitatis, quãta fuerit  
Edouardi duo inter Anglos, aut tantæ innocentis, quantæ Malcholmus, & eius vxor  
Margareta Sanctis adscripta, ut est in martyrologio IV. Id. Iunij.

Duodecimum. Non est igitur, quod in comparationem vocemus illos, si pensare veli-  
mus dona diuinitus concessa Regibus Anglicanis interuentu ac meritis à Christo Deo  
deriuatis S. Edouardi III. qui cæleste hoc priuilegium transmisit ad suos posteros Angli-  
Reges, ut manuum tactu sanent strumas, annuliq; ue certo ritu consecratis membrorum  
stupori medeantur, ut Polydorus Virgilius testatur lib. 8.

Ex his omnibus apparet quanta sit regiarum cognationum felicitas inter Catholicos,  
è quibus ceteras etiam diiudicare possemus. quæ felicitas scilicet pensanda est remoto  
luxu, & intemperantia, in quibus si ponatur illa, sine dubio superamur à cunctis. Reliquum

foret afferre genealogias Imperatorum Orientis; sed quia pauca sunt earum,

quæ non habeant hæreticos, & si quæ sunt, eæ nepotum seriem non

admodum longam producunt, idcirco reiciimus istas in


signum de infelici posteritate alieno-

rum à nobis.

FINIS LIBRI VIGESIMI PRIMI.



DE



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.



SIGNVM NONAGESIMVM TERTIVM.

Decens foelicitas Catholicorum.

*CVM DEVS OMNIBVS BONIS, QVAE MERITO AC  
sine vlla sceleris labe desiderari & expeiri propter ipsum Deum possunt,  
Catholicam nationem ad virtutes assequendas amplifica-  
rit, hinc colligitur in nobis esse Eccle-  
siam Dei. Cap. I.*



Ortatur Dauid populum Dei, ut ipsum laudet, quod eum munierit  
vndique, ita ut sit instar domus suis seris vndique obstructæ, in quã  
nemo inimicorum possit irrumperere, quin longè arceat ab eius con-  
finibus hostes omnes, ut eius pacem inturbare haud possint; &  
qui in Ecclesia sunt, quasi in vrbe quadam pacati & securi summa  
tranquillitate fruantur; adipe vero frumenti cuncti satientur, &  
omnibus ad extremum bonis circumfluat. Hæc diuinus vates om-  
nia complectitur psalmo illo, qui incipit, Lauda Hierusalem Do-  
minum. ] Rursus eadem vaticinatur idem ventura Ecclesia Dei post Christi aduentum:  
Orietur, inquit in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna ( non  
igitur ad exiguum tempus ) & mox ait futurum, ut in summis montium verticibus, qui ste-  
riles esse solent, tanta sit frumenti copia, ut fructus eius extollatur super Libanum: Erit fir-  
mamentum in terra in summis montium super extolletur super Libanum fructus eius. ] Nã  
quod in nostro codice est firmamentum, in Hebræo est pugillus frumenti, in Chaldæo ful-  
cimentum panis, cuius (vbi in verticibus montium satus fuerit) aceruos ait tam sublimes  
fore, cum pugillus antea foret, ut Libanum superet. Hinc Isaias sic inducit Deum loquẽ-  
tẽ ad Ecclesia alumnos; Lætamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes, qui diligi-  
tis eam; gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, ut fugatis, & repleamini  
ab vberibus consolationis eius, ut mulgeatis, & delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius.  
Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi tor-  
rentem inundantem gloriam gentium (non igitur verba facit omnino de æterna beatitu-  
dine quæ non fugitur à gentibus), quam sugetis: ad ubera portabimini, & super genua  
blandientur vobis. Quomodo sicui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hieru-  
salem consolabimini. ] hæc Deus. eadem porro non modò à nostris vaticibus, sed à Sibyllis  
etiam prædicabantur olim futura. Nam quis ignorat, quæ Virgilius cecinit ex oraculis  
earum? quæ ne putes tantummodo spectare ad eam felicitatem qua superis diuino mu-  
nere adscripti perfruemur, vbi cecinit ille fore omnia plenissima tranquillitatis, iustitiæ,  
summæque vbertatis quo ad fruges:

*Molli paulatim flauescet campus arista,  
Incultisque rubens pendebit sentibus vna.*

Et

*Et dura quercus sudabunt rosida mella:*

Ceteraque ad humanum victum necessaria, subiicit:

*Pauca tamen suberunt prisca vestigia fraudis,*

*Quæ tentare Tethym ratibus, quæ cingeremuris*

*Oppida, quæ iubeant telluri infidere sulcos.*

*Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat Argo*

*Delectos Heroas, erunt etiam altera bella,*

*Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.*

En, ait, in tanta felicitatis, quam Christus aduehet Ecclesiæ suæ in terras, affluentia, fraudes aliquas tamen futuras, futura etiamnum bella, remorissimasque hominum nobilissimorum nauigationes ad bella. Illud tamen certum, maximam Catholicæ Ecclesiæ felicitatem futuram quo ad bona etiam terrena, quatenus facere possunt ad virtutes capefendas, promouendosque ad illas infirmiores homines è nostris: alioquin non facerent ad felicitatem humanam, cuius essentia, vt ita loquamur, ac potissima pars in virtutibus collocatur; sed potius perducerent ad infelicitatē. Quocirca ne decipiamur, distinguendum nobis est, qualisnam futura sit hæc felicitas Ecclesiæ Catholicæ præsignificata, cum scriptum sit; Omnes, qui piè viuere volunt, in Christo Iesu persecutionem patiuntur: Et, Si me, inquit Christus, persecuti sunt, & vos persequerentur. Nonnullaque sunt nobis adnotanda; ac primum felicitatem hanc longè ponendam ab illicitis voluptatibus, ab omni libidine & luxu: in his enim feliciores, si modo felicitas est hæc, Catholicis Protestantibus hæretici, qui ad cælestem beatitudinem nulla honesta actione aut voluntate esse opus contendunt, satis esse affirmantes Christo fidere, ieiunia nulla volunt, nulla continentia paupertatis, obedientia, aut aliarum virtutum vota. Hæc etiam parte Mahometani, Sinæ, Romani antiquitus, aut alij huiusmodi Catholicis beatiore. Secundum sit illud & hæreticis, & singulis etiam populis à veritate Catholica alienis posse obtingere & euenire etiam felicitatis aliquam partem, qua cunctis videantur præstare; sed illa si nostræ comparetur, exigua, & breuis, & quæ cum peruenerit ad summum, protinus miserabiliter euanescat: vt appareat illud verum, Velut somnium surgentium Domine imaginē illorum ad nihilum rediges, & deiecisti eos dum alleuarentur: & quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. ac mille huiusmodi: neque verò felicitas hæc est opum immensarum, sed solummodo tantarum, quantæ decent eos qui non omnino sunt abstracti à terrenis, sed maiori ex parte sunt abstracti, & terrena hæc expetunt propter ipsum Deum, virtutesque in illum referendas. Tertium, è Catholicis, qui semper in diuinis sunt defixi, & cælestibus penitus addicti, ij respere terrena omnia, delicias omnes aspernari sæpè solent, seque dura & aspera vel in deliciis ipsis, vt monachi plurimi, religiosi, ac sancti viri, qui que remotissimas oras adeunt, vt inter efferas gentes Christi cultum latè propagent; aut si qui alij se tormentis ac cruciatibus sponte deuouent exemplo Christi, vt eius munere ac merito humano generi Dei gratiam concilient. Isti proculdubio diuinissimi viri, Ecclesiæ Catholicæ altissima fundamenta longè sublimiorem felicitatis gradum tenent; se uolant isti ad supera, & ab hominum conspectu subducuntur in excelsis cælestium bonorum penetralibus collocati, de quibus ait Dauid: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti scientibus te, perfecisti eis qui sperant in te, abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Quin hi sunt, qui cum videant infirmitatem plurimorum Catholicorum, quibus haud tantum roboris est ac virtutis, vt pati ac sustinere aspera valeat, ardentissimè expetunt omnia in se infausta & aspera deuolui, quo ceteris bene ac feliciter sit, caritate maxima inflammari nimirum viri, & heroes. Nos stulti, inquiunt isti cum Paulo ad alios Christianos, propter Christum; vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles: vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. maledicimur & benedicimur, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramur, tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsa vsque adhuc. Actales sanè fuerunt Antonius ille Magnus, Basilus, Benedictus, Franciscus, Dominicus, Ignatius Loiola, innumerique horum sectatores, qui eligunt cum Christo esse stulti, quo ad hominum quorundam opinionem infirmi, ignobiles, esuriētes, sitientes, nudi, opprobriorum pleni, iniuriis obnoxij, instabiles, & veluti mundi huius purgamenta,

A

B

C

D

E

2. Tim. 23.  
Ioan. 15.

Psal. 72.

Psal. 30.

1. Cor. 4.

menta, vt ceteri habeantur prudētes, fortes, nobiles, diuites, honorati, gloriosi: sic enim Paulus ait; Christus propter nos egenus factus est, cum esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus. Quamobrem felicitas hæc, de qua agimus, est Ecclesiæ quidem Catholicæ, sed vt seruiat Christi doctrinæ amplificandæ propter infirmos, ac paruulos, quibus ait idem: Lac potum dedi, non escam; non dum enim potestis. ob istos Christus offert se vltro inimicis suis, modò sinant ipsos, vt & Apostolos adhuc infirmos olim, illæfos abire: vult enim blandiri ipsis, ait Isaias, tamquam paruulis lac fugentibus. Ad hos Dauid inquit, ne imitentur flagitiosos, quamuis eos videant bonis terrenis abundare, sed spem ponant in Domino, bonitatis vestigiis insistant; fore enim, vt aliquando diuitiis pascantur, quas & habere tamquam non habentes optimi viri possunt, parati vbi opus est abiicere pro Christo, qui illas interdum non volentibus, aut certè non magni facientibus largitur. His positis, asserimus Ecclesiæ summam propter hosce diuinitus felicitatem contingere, cui si prosperitas aliorum conferatur, cunctis pensatis, exigua sit, ac breuis. Illud tamè reperimus, necui forsitan excidat memoria, non singulis ex Ecclesia hanc felicitatē contingere, quod neque deceat, sed aliquibus; neque istis aliisve semper, sed aliquando; neque hæc in primis bonis numerari, sed in omnium postremis, quin aliquibus neque bona reputari, & esse, quasi illis impedimēto futura ad maiora tendentibus, ac verè diuina. Quod vt euidentissimè appareat, nonnulla subiiciemus. & in primis ad hanc rē faciunt quatuor illa, quæ supra latè explicauimus, nepe amplissima Regū dona, opes copiosæ è lōginquo aduectæ, Regū Catholicorum, & familiarum regiarum felicitas: è quibus conficitur omnino summam esse Catholicorum felicitatem, sed propria adhuc quædam producemus. Quartum sit igitur illud, ab ipsis Ecclesiæ nascentis incūabulis diuinitus fuisse prouisum, vt in ea forent aliqui viri & nobilissimi, & opibus maximæ præstantes, vt ab illis aliorum posset inopia subleuari: quamuis enim non multi nobiles, non multi potentes, & diuites in ea fuerint, aliqui tamè extiterunt. En tibi primus ille è gentibus ad Christum traductus Cornelius, cuius maxima laus erat in eleemosynis distribuēdis. Hic è familia Corneliorum, è quibus vna Romæ nobilissima inter omnes erat, vt è Fuluij Vrsini viri doctissimi scriptis apparet, originem ducebat, & Cæsareæ morabatur, quæ Syriæ Palæstinæ metropolis erat. Pudentis meminit Paulus, atque hæc familia similiter Cōsularis, vt è Fastis apparet. Idem Claudiam quædam nostram scribit. atque Claudiorum gens Imperatores dedit Tiberiū & Neronem Claudios. ex eodem Paulo cognoscimus Christum cultum à Clementibus: at Diō scribit Clementem fuisse Domitiani patruem, Suetonius addit eius filios fuisse ab eodem sibi designatos successores, sed ab incepto destitisse, quod Clemens esset Christianus, atque ob id occidi iussus, atque vt videas, vel iis temporibus magna fuisse Christianos felicitate; narrat Lucianus, qui Paulum vidit, quemdam finxisse se Christianum, vt in carcerem coniectus eleemosynis Christianorum colloqueretur; quod profusissimæ essent in captiuos ob pietatem: atque ita tunc, vel qui infelices reputantur, fortunati maximè erant quo ad externa bona: sic enim Lucianus hostis noster. Post hæc considera Ecclesiæ Catholicæ numquam cōtingere Reges vltos, aut Imperatores tot flagitiis coopertos, quot olim gentibus à Christi cultu alienis, per quos eueniebat, vt plerumque subiectis, neque vita, neque honor, neque opes vllæ essent in tuto. Licet enim nostri interdum mali, nullo tamè modo quales plerique omnes antiqui. An non supra ostendimus optimos eorum peiores pessimis nostrorum? Quinquaginta & octo Imperatores à quibusdam numerantur Romanorum, vix octo ex istis inter bonos reponas. An non supra testimonia clarissima protulimus, quibus palam factum eos flagitiosissimos fuisse, non homines, sed mōstra turpissima ad humani generis perniciem nata? Non est quod eadem repetamus. Idemque apertissimè ostendimus de principibus hæreticis. Quamobrem necesse est populos Catholicos maximè esse felices; tum quia Reges eorum felicissimi; tū quia per eorū integritatem sit, vt quieti ac tuti uiuant, à nullo meruant, vel exiguis contenti. Nam quis non horreat post tot annorum sæcula ad nomen ac memoriam Tiberij, qui Augusto successit, qui nihil intactum à turpissimo quouis libidinis genere reliquit, qui Galliarum, Hispaniarum, Syriæque, & Græciæ principes omnes bonis nulla de causa per summi sceleris calumniam spoliavit, qui que in amicos, matrem, filios, & consanguineos cunctos, vt Suetonius testatur, scruuit crudelissimè. De Caio verò, & Caligula, Claudio, Nerone, Galba, Otthone, Vellio, Domitiano, Adriano, Lucio Antonino, Commodio, Pertinace, Iuliano, Seuero, Caracalla, Macrino, Diadumeno, Heliogabalo, Maximinis, Valeriano, Gallieno, Aureliano,

2. Cor. 8.

1. Cor. 9.

Quatuor argumenta à superioribus petita.

V. arg. ab Imperatorū Regūq. Catholicorū integritate.

liano, Carino, Numeriano, Diocletiano, Maximiano, Maxentio, Maximino, Licinio. **A** Quid attinet eadem repetere quæ supra recensuimus? & ab istis sanè Imperatoribus sæpè maiora mala inferebantur iis qui à Christo erant auersi, quàm Christianis; illis namque ampliffimè tunc opes erant, in quas inhiabant Imperatores; & scelera multa, quorum prætextu spoliari omnibus possent, inuidiæ quæ, crudelitati, ac libidini paterent aliorum. ne idè ex hac causa obringeret Christianis, illud efficiebat, quòd cuncta in pauperes erogarent. Ex quo factum, vt Romani Pontifices in primis ad necè quærerentur ab Imperatoribus, quòd ad eos veluti ad pedes Apostolorum ampliffimæ opes, quibus egenis subueniretur, deferretur, vt è vita Laurètij apparet, epistola Dionysij Corinthij, quâ signo de confirmatione attulimus, aliisque multis. Idcirco primus impetus potissimum tunc erat in Papas. Quòd si quem capiunt ampliffimæ illæ opes Imperij Romani, is secum consideret, vniuersas ad Imperatores ac Reges Catholicos ad extremum peruenisse, ac tot tantaque superiorum Imperatorum facinora, à quibus nihil erat tutum, sublata; & quamuis post aliquot annos Imperium Occidentale conciderit, tamen ij Reges, qui illud discerpere, Ecclesiæ se Catholicæ adiunxerunt; quæ postquam passa est Imperij Orientalis defectionem, eodem tempore adepta est latissimas Borealium gætium supra Rhenum & Danubium regiones, mox ampliffimas Indiarum Occidentalium & Orientalium terras & opes. Atque hinc etiam colligere possumus Ecclesiæ Catholicæ summam felicitatem, cui contigit in Europa quidem duplo ampliora loca excolere ad omne humanitatis, ac terrenæ etiam (licitæ modò) felicitatis genus, in Indiis verò Occidentalibus, atque Orientalibus tertiam propè orbis partem. Nonne olim cuncta supra Rhenum & Danubium inculta, horretia, inuia, latrocinii & prædationibus perpetuis infesta; nullæ populis certæ sedes, quòd se quotidie plerique illorum mutuo expellerent, vt quisque viribus atque armis magis valebat; neque oppida illis vlla, aut agrorum cultus, & termini, in præda, venatu, ac pecoribus victus omnis; quòd supra apertissimè ostendimus, & infra adhuc illustrius aperietur, singillatimque explicabitur? Vt nunc illa nitent, vt pacata omnia degunt? Pauca sanè, si antiquis nostra comparentur, iis in locis superfluere præcæ fraudis vestigia. vbi prius erant fentes & dumeta, nunc, si locus fert, vitis, & vua, aut alioquin arbores speciosæ, ac fructiferæ, vt verè dici queat: *Incultis quæ rubens pendebit sentibus vna*. Vbi iustra erant, ferarumque, antra & stabula, nunc agri amantissimi, villæ elegantissimæ: vt falso dictum non sit; *Et dura quercus sudabunt rosida mella*. Nam quid de vastissimis Indiarum Occidentalium regionibus dicemus? in quibus alicubi tanta feritas, vt ipsi parentes filios alerent, qui adulescentes facti, ac pinguedine de industria distenti occiderentur, & ab ipsismet genitoribus comederentur? in quibus innumera hominum millia quotannis demoni sacrificabantur, nulla lex, nullus mos paulo humanior, disciplina nulla, aut ars nobilis vigeat? An non isti nunc præ antiquis illis fortunatissimi? Age vero rem propius adhuc attingamus. Infra ostendemus, & apertius explicabitur, idcirco in aliquas prouincias irruptionem factam ab efferis nationibus, per quas incolæ pristini, aut bonis omnibus spoliati, aut miserimo tyrannidis iugo oppressi, delective etiam, quòd illi vel propter hæresim, vel propter contumaciam desierint ab Ecclesiæ Catholicæ mandatis. Nunc ostendamus quanta sit nationum Catholicarum felicitas in iis, quæ spectant ad irruptiones barbaricas. Ioannes Leo in Africa descriptione narrat immisos ante plurima sæcula à quodam Pontifice Mahometano ex Arabia in Aegyptum & Africam innumeros Arabas, qui ex illo occuparunt quicquid est ab Euphrate vsque ad Oceanum Atlanticum intra Atlantis montes, Libyæque, & Aegypti deserta. Degunt isti in tentoriis, & sparsi per montes, & agros, continenter prædationes exercent, ita vt nihil sit incolis ab illorum raptu tutum, ac viatores habeant necesse præsidia militum secum ducere, ac magnis copiis, quas carauanas appellant, iter habere, quòd sua tueri possint. Hæc Arabum, quos antiqui Scænitæ vocabant, irruptio contigit ante annum octingentesimum, ex quo scilicet Sarracenorum principatus, qui in vno Pontifice erat, quem Califam nominabant, & ab extremis Persici Imperij finibus, Asiæ ferè toti dominabatur, Africa, Hispaniæ, atque insulis aliquot mediterranei maris, in plures Reges est diuisus. Omnes igitur illæ regiones ab Euphrate ad Atlanticum mare perpetuis Arabum prædationibus omnino habentur infestæ, vt nihil incolis ac viatoribus per istos iam supra annum octingentesimum sit securum. At in Asiæ reliquas regiones ab anno sexcentesimo tres gentes efferatissimæ irruptionem fecerunt, à quibus omnia occupata, & populi præcæ fere ad internecionem delecti, reliqui omnibus bonis nudati, tyrannideque

VI. Quòd opes Imperij Rom. & Catholicos translate.

VII. ab excultris ampliffimarum regionum locis.

VIII. à barbaricis irruptionibus, & prædationibus.

**A** nideque durissima oppressi. Ac prima quidem Sarracenorum fuit, qui sub annum septingentesimum quadragesimum, Aegyptum, Syriam, Persidem, plurimasque finitimas Asiæ prouincias in suam potestatem adduxerunt, vt è Miscella & Cedreno apparet. erant tunc omnia in illis locis hæreticorum plena, vt alibi ostendimus. Huic affinis est Corozanitarum, qui anno octauo & nono Copronymi, is est à Christo nato DCC. XLVI. in Asiæ subiecta loca se effuderunt, atque omnes ferè Sarracenos è cognatione Maruâ, qui annos iam centum & plures dominati fuerant in Perside, & adiacentibus locis, trucidarunt, ac paulo post anno eiusdem Copronymi XXI. qui est Christi DCC. LXI. Turcæ egredi coeperunt è Caspiis portis, & omnia ferro & flammis vastantes, cuncta prædari vsque ad Iberiam, & Armeniam, vt è Miscella liquet. Secunda irruptio est ipsorum Turcarum, qui circiter annum nongentesimum octuagesimum, imperante Basilio Porphyrogenito, cuius genus est à Basilio Macedone, Persiam, finitimasque regiones occuparunt; imperare autem Monomacho, cum Michael Græcorum Patriarcha Catholicos excommunicare est ausus, Asiâ totam subegere, vt è Zonara, & Curopalate apparet. Tertia est Tartarorum, qui, vt Hayto Armenus scribit, è Scythia mouerunt anno millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, totamque Asiam vsque ad extremos Sinas & Indos occuparunt, Turcarumque res in Persia, Syria, Armenia, Cappadocia, Ciliciaque funditus euerterunt, sedesque posuerunt in iis locis, ac regna noua fundarunt haud multo post annum millesimum trecentessimum; quarum rerum meminerunt etiam Marcus Polus, Gregoras, Ioannes Villaneus, & alij. Horum porro Tartarorum nonnulli Reges Christiani fuerunt, & alij ex iis eodem tempore in Poloniam & Hungariam irruptione facta toto triennio cuncta ferro & igni vastarunt, donec omnes aut extincti, aut eiekti, aut denique capti à nostris. **C** sed in Asiæ locis non ita. In his namque diutissimè confederunt barbarica tyrannide cuncta opprimentes. Est autem diuersa hæc irruptio Tartarorum ab ea, quæ longè post contigit duce Tamerlane circiter annum millesimum trecentessimum nonagesimum quintum. Hi namque Tartari postea Tamerlane defuncto victi cuncta amiserunt: sed à superioribus omnia in seruitutem squalloremque redacta, populis præcæ ferè ad internecionem delectis. Obseruandum præterea tercentesimo quoque anno ferè ab huiusmodi truculentis nationibus Asiæ loca pleraque occupata sedibus fixis, populos miserima tyrannide oppressos. Anno namque DCC. Sarraceni millesimo Turcæ, M. CCC. Tartari cunctas Asiæ regiones adduxerunt in potestatem, incurfationibus prius aliquot, oppugnationibus, & occupationibus factis. Atque hæc quantum ad Asiam, cum hæreticorum iam plena esset. Nunc ostendamus quotus sit annus, ex quo in Occidentis oras, quæ magis Romani Pontificis fidem sunt secutæ, populi isti truculenti non ita inuaserunt, vt domicilium in eis diu posuerint. **D** Aduentus Longobardorum in Italiam, cum Venetiæ, Istriæ, Liguriæ, Rauennæque Episcopi subiecti ab obedientia Romani Pontificis defecerant, incidit in annum quingentesimum sexagesimum tertium, ex illo nulla efferata natio in illa domos suas collocavit supra annum iam millesimum & vigesimum quintum. Atqui Galli exciderunt Romam, totaque Italiam diu sunt populati anno vrbs conditæ CCC. LXI. ex quo si numeres annos vsque ad aduentum Longobardorum, colliguntur nongenti nonaginta septem. sed anno octingentesimo septimo antequam Longobardi Italiam caperent, Heruli Odoacre duce, cum Zeno, & Momyllus Augustulus hæretici ambo imperarent, ac paulo post Gotthi, qui populi ambo mox victi, ac delecti à nostris in eadem confederunt nongentesimo decimo ab vrbe à Gallis euerfa. Igitur Italia felicior ex quo Imperium Romanum concidit, quam prius hac parte. Nam cum stabat illud, efferatæ nationes crebrius occuparunt eam: postea non ita. Ex irruptionibus igitur barbaricis, quibus populi bonis omnibus spoliari solent, apparet quanta sit gentium Catholicarum felicitas, siue Africam respicias, in qua nihil tutum ab Arabibus, siue Asiam, in qua ter intra annos nongentos confedere efferatissimæ nationes, siue ipsam Italiam. omnes autem miseræ, quæ populo alicui possunt accidere, tolerabiles præ illis, quas efferatæ istæ gentes, vbi sedes alicubi figunt, inducere solent. Inspiciamus reliquas Europæ terras. Post Fracos nulla gens Gallias occupauit, paruulâ tantum partem Northmanni: atque annus est supra millesimum, & centesimum, ex quo Franci Gallias in suam potestatem redegere, tantundem ex quo Angli Britannias, octingentesimus ex quo Sarraceni Hispanias: quæ omnia contigere cum populi illarum regionum hæresibus se adiunxissent, vt ostendimus alibi: sicuti etiam Græciæ contigit, Maior itaque hac parte Catholicarum gentium felicitas nunc, quam Romano Imperio flo-

Miscel. lib. 22.

Hayt. lib. i. c. 4. 8. 11.

Mar. Pol. lib. 1. c. 8. Greg. lib. 8.

Ctom. Bonf.

Supra lib. 5. c. 11. Signo XVI.

rente.



IX. à more deducendarum coloniarum Romanis vscato.

rente: sed proculdubio neque illo stante cum Italis bene agebatur quo ad ipsorum bona, ut agitur ex quo illud est euersum. Notissimum namque, vscatissimum fuisse Romanis ab ipsa vrbe condita colonias deducere, & agros eorum, quos vi expugnant, ac rebelles fenserant, militibus distribuere, & assignare. quamobrem tota Italia coloniarum plena, sicuti & cetera propè prouinciæ, à quarum indigenis optimi quique agri & domus auferbantur, militibus dabantur. quin incidentibus ciuilibus discordiis, earumdem coloniarum agri, & vrbes cum suis domibus, contrariæ partis militibus assignabantur. Hinc Appianus & Dion testantur Italiam propè vniuersam ab Octauiano distributam, militibusque assignatos agros, populis multis deletis. Nam cum decreto Triumvirali colonias decem & octo deduxisset, mox duodeviginti post Antonium deuictum; quare factum, vt non agri dumtaxat inimicorum, sed & aliorum, militibus concederentur: notum namque illud,

Veteres migrate coloni. &: Mantua va misera nimum vicina Cremona &: Impius hac tam culta noualia miles habebit.

Dis. lib. 5.

X. à lege Romanorum in exigendo ære alieno.

Igitur quo ad externa bona pessimè actum cum Italis & ceteris Reipublicæ Romanæ subiectis ab vrbe condita propter hanc consuetudinem deducendarum coloniarum qua prisca colonis cuncta eripiebantur, & sæpius incidentes discordias ciuiles. Quales deinde forèt Imperatores, ex quo in illos est Respublica translata, est dictum. Atque vt adhuc videas Romæ quàm malè & ipsi ciues haberentur in iis, quæ ad externa bona spectant, illud est in memoriam reuocandum, fuisse ciuibus Romanis eam consuetudinem, vt nisi debitor creditori satisfaceret, à Iudice addiceretur ei; qui nisi intra tempus præstitutum solueret, poterat secari; interim verò vinciebatur, & operas dabat, flagris vtrumque cardipoterat, vt è Gellio, Dionysio, Liuioque apparet: quocirca sæpius in vrbe concitata seditiones à plebe ob eam rem. Lex erat hæc duodecim tabularum à Græcis, vt reliquæ, desumpta; abrogata dicitur postea sub annum, vt quidam volunt, quadringentesimum sexagesimum septimum. eadem verò propè lex nunc apud Sinas viget, & haud dissimilis illi Iudæis erat. Nunc apud Christianos, qui non habet in ære, bonis cedit, ac liber est, quamuis ignominiam quamdam subire videatur. Quocirca infelicitas summa erat Italis ac Romanis antiquitas quo ad externa bona. Nam quod gentes quædam transmigrationsibus suis efficiebant, vt indigenas patriis sedibus expellerent, id Romani coloniis deducendis agebant; quibus ipsos interdum Romanos alterius partis omni re spoliabant, etiam si partem nullam secuti erant, vt Mantuanis accidisse Virgilius deplorat. Præterea verò iisdem pessima diu conditio & consuetudo fuit necendi debitores, eosque in vinculis habendi, donec (& id apud multas gentes vscatum notans Christus dixit in Euangelio) miseri tortoribus traditi nouissimum quadrantem soluerent, ac miserè perirent. Neque illud Catholicis in minima parte felicitatis ponendum, quod cui libet ferè nationi suus est princeps, Hispanis, Gallis, Anglis, Scotis, Italis, magna ex parte Germanis, Bohemis, Hungaris, Polonis, Danis, Suecis; nam quibus eadem gentilitatis coniunctio, iisdem maximum solatium, si videant suæ gentis aliquem summo loco præsidere, & quodammodo suum reputant quod illis est concessum. Hinc etiam fortunatos se possunt Catholicis reputare, quod inter suos sint tot principes minores, quibus suæ sunt iurisdictiones in castris aut vrbibus hæreditariæ, quorum plurimos antiqui non modò regulos, sed maximos etiam Reges vocassent. Atque hoc facit, vt Catholicæ nationis gubernatio temperata sit è triplici illo genere principatuum, vnius, optimatū & populi, atq; ob id optima. Eodè spectat quod Episcoporum, quibus sunt amplissimæ opes, dignitas omnibus patet, qui viam sibi ad illam virtute duce fecerint. Idcirco videmus euehi ad illam humillimo interdum genere natos, quos gloria doctrinæ ac recte factorum commendat. Quid quod suprema inter Christianos potestas nulli præcludit ad se aditum? Nam quo loco ætate nostra nati Sixtus Quintus, Pius Quintus Itali, Hadrianus VI. Belgæ, vt antiquos omittamus? Neque illud omittendum, quod inter nos plurimi sunt religiosorum militum coetus, quibus ditissima prædia inter eos distribuenda qui spectata fortitudinis in bello signa dederint, & in acie aduersus hostes certo temporis spatio steterint: quamobrem vt aliquis sit pauper, bellica tamen gloria sibi vnde maximè dicitur comparare potest. Huiusmodi sunt milites Hierosolymitani sancti Ioannis Baptistæ, Theutonici sanctæ Mariæ, sancti Iacobi, Mauritij, & Lazari, Stephani, aut si qua sunt eius generis. Huc referri possunt prædia innumera,

Gell. lib. 10. c. 1.

Matth. 5.

XI. quod enlabet nationi suæ fore princeps.

XII. quod tot inter nos principes.

XIII. ab Episcoporum dignitate.

XIV. à Pontificia sede.

XV. à religiosorum militum coetibus.

A mera, quæ beneficia vocantur, atque Ecclesiasticis viris distribuuntur pro meritis & dignitate cuiusque: ita vt quiuis sperare possit, vbi ad aliquè virtutis gradū peruenit, aliquid futurum vnde sibi bene ac feliciter esse viuenti possit. Quocirca innumeræ adhuc inter Catholicos sunt hominum religiosorum familiæ, quibus plurimi sunt prouetus in commune collati, iis eadem mensa, idem cibus, idem vestitus, vt si quis omnino mendicus non habet vnde se tueatur, modò Christianè & integrè viuere cupiat, eò confugere possit, & eorum societati se addicere. Atque horum diuersissima instituta, vt quiuis sibi possit satisfacere; ac datur facultas ex vna in aliam familiam migrandi, modò ad quam fit transitus sit arctioris regulæ, & sanctioris quodammodo vitæ. Neque verò mirandum si tot Ecclesiæ Catholicæ alumnis bona Deus sit largitus: nulli namque genti contigit, vt tot exteris gentibus aperuerit viam, qua iustè possent abundèq; ad vitam societatemque humanam nec essaria & vitia sibi comparare, vt Ecclesiæ Catholicæ alumnis. Quatuor namque deerant olim Borealibus populis, & Indis Eois, & Occiduis, quibus sanctissimè homines sibi necessaria & vitia acquirere possunt. Agricultura, ratio eruendi fossilia, aut alia pretiosa, verbi gratia metalla, gemmas, innumeræ artes rerum parandarum, aut conseruandarum, quibus opus est ad vitam, societatemque humanam tuendam, & nauigantium mercatura. His factum, vt ipsi collocupletentur, & alios etiam collocupletare possint, neque, ut prius, raptò viuunt; sine legibus, sine vllò vinculo humanæ coniunctionis; sed si velint, possunt sibi consulere ac suis sanctissima ratione, & laudabili industria; ni malint cum multis nostrorum, qui pauperiem summam vouent, vt liberius & expeditius diuinis possint vacare, instituta religiosissima profiteri. Atque ita siue velint homines pauperiam vitam degere, possunt, si aut abundè, aut parcè habere eodem modo licet; neque cuiquam fit iniuria. Quod si quibus hæc haud sufficiant, videas nulla ferè oppida Catholicorum paulo celebriora, in quibus non sint ædes hospitales ægrotis aut infirmis hominibus alendis, qui sibi victum parare haud valent, neque vnde viuant habent: similiter vix est locus vllus inter Catholicos, in quo non sit aliqua societas instituta ad subleuandam inopiam aliorum. Sunt inter alias etiam gentes hæc, sed solummodo in celeberrimis vrbibus, & in iis, neque tot neque tanta. Ad bona externa pertinet, & quidem maxime, orbem terrarum Catholicum neque tot, neque tantis, vel terræmotibus vniuersalibus, vel pestibus vastari, vt olim contingebat. Id sic esse nos certissimis historiarum monumentis vltimo signo, & LXXII. palam facimus, vbi aperietur, terræmotus, ac pestes vniuersales magnas tū maxime extitisse, cum summi principes profani, Imperatores nimirum, bella mouerunt aduersus sumos principes sacros, Pontifices scilicet; aliàs non ita. idq; ex oraculis diuinis ita contingere aperiemus. Denique beneficia maximè diuina sunt aliquibus prouinciis Catholicis cælitus apertissimè concessa, vt sciamus aliis locis alia data, quod è signo LXXIII. constat quamuis ad ea non aduertatur animus hominum quorumdam prisca illa magni facientium, quippe qui temporis acti laudatores sint ex eorum numero, de quibus est dictum:

Nemo, quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa contentus vinit, laudat diuersa sequentes. Quo teneam vultus mutantem Protea modo?

Nimirum sunt isti mulieribus similes, quæ, vt ille Comicus ait cum velis nolunt, cum nolis rursus volunt, instabiles, versipelles, qui vt Luna (ait Salomon) mutantur. Nos autem vt omittamus terræmotus, pestesque vniuersales non tam crebrò vt olim contingentes, vt suo signo aperiuimus; quid esse in causa dicemus, quod postquam Britania insula amplissima cultū Christi est amplexata, neque venenatum gignat animal, neque aliud de illarum nutriet? idem concessum narrat insulæ Augiæ in lacu Constantiensis sitæ precibus Episcopi Dirminij. Hybernia ex illo tēpore hoc amplius habet, vt que libet in ipsa insula res nata mirè valeat aduersus venena: Athanati id insulæ tempore Solini attribuebatur, Hyberniæ verò, quam vocat ille Iuuernam, nullo modo. Melitæ concessum vt eius glebæ idè possint. Atqui diligētissimè prisca insulas istas describere, nihil earum prætermiserūt: hæc tū rerū nulla mentio apud illos. Audi aliud de Britannia. Producebat olim lupos tāta copia, vt Rex Edgarus antiquus imperarit Ludouallo Vuallorū Re gulo vestigalis nomine singulis annis lupos trecentos tēpore autè Polydori Virgilij, qui summa fide res Anglicas scripsit, antequam descisceret à nobis Henricus VIII. nō modò nullus in Anglia lupus, sed

XVI. à beneficiis Ecclesiasticis. XVII. à cægitis hominum religiosorum.

XVIII. ab iis quæ Catholici gentibus innumeris tradiderunt ad opes ferendas.

XIX. ædes hospitales.

XX. ab infrequentia vniuersalium terræmotuum ac pestium.

XXI. à beneficiis quibusdam diuinis.

Munf. lib. 3.

Polyd. Virg. li. 1.

neq; animal maleficū, vulpe excepta. Quocirca licet etiā credere regiones alias Catholi-  
carū gētiū diuinis beneficiis maximē amplificatas, vt Soles iis melu- niteat, quod aiebat  
ille de Augusti temporibus. Atque ideo mirandum nullo modo videri debet alicui res  
nostras attentius examinanti, & cum priscis conferenti, quod Plinius tamquam miracu-  
lo proximum refert (vt demus esse verum quod ait, nam plurima aliorum mendacia in-  
uitus interdum refert) in Italia regione octaua Vespasiano Augusto centenum annorum  
centos esse homines LTV. centenum denum homines LVII. centenum vicenum qui-  
num homines duos, centenum tricenum quinum aut septenum totidem, centenum qua-  
dragenum homines tres. Hæc Plinius: scribit enim Polydorus idem passim reperiri in  
Anglia plures, qui viuant annos centum decem, & nonnulli centum viginti, ego harum  
rerum nullo modo curiosus scrutator noui, ne longius abeā, Eugubij, quæ est patria mea,  
duas vetulas, quarum vni fuit ætas annorum centum sexdecim, alteri centum duodecim  
fenem centum quatuor; neque tamen vr̄bis situs satis est salubris. Sed quid dicemus  
de Ioanne de Temporibus, siue Stampis, quem referunt grauissimi auctores, Nangiachus,  
Gaguinus, ac post eos Nauclerus, & Ignatius, vixisse annos ccc. LXI. nā fuit armiger Ca-  
roli Magni, vitamque protulit vsque ad Carolum VII. iuniorum Franciæ Regem? Quis  
abrogauit scriptoribus huius fidem, & Plinio magis habebit? Verum nihili hæc faciamus.  
Ætas enim (Salomon inquit) senectutis, vita immaculata. Ioptandumq; Catholicis eripi  
quamprimum ex ærumnosa hac vita, & ad superos euolare, & in ea permanere res bene  
pensantibus nullo modo beneficij loco reponendum: dies enim annorum nostrorum  
in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octuaginta, & amplius eorum labor &  
dolor, verè canit Dauid. Vt sciamus tamen suis Deum neque ista interdum denegare,  
amplissimè supra omnes largitur, vel nolentibus. An non putamus sanctissimo viro Ro-  
mualdo, qui annos centum viginti vixit, graue, & molestum quodammodo fuisse non  
quamprimum dissolui, vt cupiebat, & esse cum Christo? An non idem Symeoni Episcopo  
Hierosolymorum, Dionysio Areopagita, Quadrato, Ignatio, quibus vita cursus dicitur  
longissimus fuisse? Nos igitur ad alia transeamus: & quando nobis est fermo de felicitate  
quo ad bona externa; ad eam rem faciunt innumera inuenta ad humani generis com-  
moditatem pertinentia, quæ Catholicis debentur, de quibus egimus cum de peritiis  
Catholicorum locuti sumus, ad quæ reuicimus lectorem. His verò omnibus, quæ dixi-  
mus, illud exempli gratia satis erit adiecisse; Latium visum priscis multas ob causas fe-  
licissimum inter omnes regiones. Atqui Plinius tradit ex antiquo Latio quinquaginta  
tres populos deletos ætate sua: quod si numeres annos à primis Latij cultoribus latè dif-  
fusis vsque ad Plinium, & rursus à Plinio vsque ad nos, videbis vtrumque temporis spatium  
haud multum inter se differre; sed à Plinio vsque ad nos, neque è Latij populis, quod scia-  
mus, duo periēre. Nam qui quæso? quantum verò discriminis inter quinquaginta tres,  
ac duos? Sed vt finem faciamus, illud erimus cōtenti addidisse; Christū in paupertate na-  
tū in paupertate vitā duxisse, in paupertate à principio cum Apostolis fuisse, nihilominus  
vt infirmorum simul personam susciperet, ad extremum oculos habuisse, cōuiuuiis, cōena-  
culisq; magnis vnā cum suis exceptum, regiis honoribus excultum à populo, & quod ma-  
gis videtur mirandum, passus est pedes suos vngi vnguento nardo pistico. Atqui Athenæus  
docet, id cum fieret, in summis deliciis reputatum; ac Plinius veluti miraculi loco scribit,  
Otthonē monstrasse Neroni, vt pedes vnguento liniret, Xenophon autē id muliebri ait  
fuisse. Quid, quod vnguenti istius pretiū erat denariorum trecentorū, quam summā colligunt  
quidam fuisse, aureorū plus minus quadraginta? Id si Papa fieri sibi permitteret ex-  
plo Christi, huius quantum vociferarentur hæretici? Hæc sanè Christus sibi præstari sinit  
propter homines infirmioris virtutis, obseruemus Dei mandata, cuncta præ illis nihili sint,  
omnia pro abiectis reputemus, cetera interdū permitti possunt. ne turbemur, & Ecclesiæ  
summa felicitas est etiam in externis bonis, non tamen, vt præmissimus, voluptariis, sed  
necessariis, ac decentibus. Quocirca concludendum videtur, Ecclesiæ Catholicæ  
propter aliquos infirmioris virtutis homines, aut vsus humanos diuinis coniungendos,  
esse felicissimam quo ad externa bona, vt aliquando futuram est prædictum, ob an-  
tillissima Regum dona, opes copiosas è longinquo aduectas, Regum Catholicorum  
ac regiarum gentium prosperitatem, eorumdem integritatem, Romani Imperij celsi-  
tudinem, quæ se ipsi subiecit, innumera loca per suos exculta, irruptionum barba-  
ricarum coercitionem, sublatam coloniarum deducendarum consuetudinem, rigi-  
dissi-

Plin. lib. 7. ca.  
49.

Gang. lib. 6.

XXII.

Lib. 3. cap. 5.

A diffimas leges exigendi æris alieni abrogatas, principes omnibus ferè nationibus suos,  
communicationem iurisdictionum supremarum Episcopatum, Pontificiæ dignitatis, cœ-  
tus innumeros religioforum, militares ordines ditissimos, fundos locupletes communiū  
beneficiorum, traditas innumere nationibus artes opum frugumque parandarum, ho-  
spitales edes egenis curandis, & infirmis alendis passim excitas, infrequentiam terræ-  
morum, pestiumque vniuersalium, diuina beneficia Catholicis quibusdam regionibus  
præcipuè concessa, nobilissima denique inuenta ad humani generis coniunctionem ma-  
ximè tuendam, quæ omnia nulli adfuisse nationi vmq; nemo est, qui iure inficiari possit.

Enumerantur ducenta Germaniæ ac Septentrionis bona, quæ cælitus illi sunt  
communicata, ex quo sequitur auctoritatem fidemque Pontificis  
Romani. Cap. I I.



Larissima sicut omnia superiora, si recēseamus singillatim, quæ bona cōti-  
gerint Aquilonaribus populis, ex quo Papa procurante Christum colue-  
re, & Papæ auctoritatem sunt secuti; sic namque luce meridiana illustrius  
fiet, à Christi cultu, Ecclesiæque Catholicæ studio bona cuncta pende-  
re, vt ex oraculis diuinis supra ostēdebamus. Totum verò tractatum dis-  
tinguemus in sua capita, & quantum fieri poterit ordinem seruabimus, &  
suum cique bono locum decenter attribuemus. Sit igitur primum caput, ac primi capi-  
tis primum bonum, pertinens ad superstitiones fugatas.

C EXPVLSIO DAEMONIACI CVLTVS. ] Et quidem necesse est eos, qui com-  
menticios deos venerantur, Deoq; indigna imponunt, dæmonibus, quibus illa indigna  
conueniunt, eū cultū tribuere; sed hoc commune est Borealibus cum singulis propè gēti-  
bus antiquis. Proprius autē dæmonas colere dicitur, qui colit inferos ipsos, quasi partici-  
pes diuinitatis supremæ. Sic etiā prisci colebāt Plutona, ac manes, & taliū scelerū figmē-  
ta, sed omniū maximè flagitiis istis addictæ erāt illæ gentes, quæ in maiori existimatione  
& honore habebant inferos ipsos. Huiusmodi erant Galli, Britanni, Germani. Cæsar lib. 6. Cap. 4.  
Gallici belli refert Gallos Druydum sentētiis secutos, gloriari olim solitos se à Plutone  
inferorū Deo prognatos. Druydæ porro, vt ibidem testatur Cæsar, hanc à Britannis disci-  
plinā acceperunt, non est enim propositum nobis hic agere de Gallis, obiter autem tangi-  
mus hæc ad eos pertinētia, quod à Britannis sint accepta & consona moribus Germano-  
rū. Germani verò se à Tuiscone antiquissimo deorū volebant ortos: hunc non è cælo, sed  
è terra natū prodebāt, vt Tacitus in principio libri de moribus Germanorū scribit. Ad ta-  
les itaq; deos Galli, Germani, ac Britanni suū genus, veluti nobilissimū referri volebāt,  
perinde ac si illos Diaboli filios dixisses. Vt verò agnoscerent tantam stultissimæ gloria-  
tionis stoliditatē, contigit ex quo studio Pontificū Romanorū Christū colere cœperunt.  
EXPVLSIO CVLTVS EFFERATI. ] Plurimis olim populis in more erat homi-  
nes diis sacrificare. E Plinio discimus lib. 30. cap. 1. ante ortum Christum centesimo  
plus minus anno vetita huiusmodi sacrificia à Romanis in aliquot Italiae locis. Tibe-  
rij Cæsaris principatu refert idem sublatum fuisse in Galliis huiusmodi sacrificiorum ge-  
nus, de quo & Cæsar idem latè. Hinc de Gallis ac Germanis Lucianus.

E Et quibus immitis placatur sanguine diro  
Theutates, horrensque feris altaribus Hesus.

Theutates est Mercurius, vt docet nos Lilius libro 6. tertiæ, Decadis, cui litasse huma-  
nas hostias Gallos ac Germanos testantur Cæsar & Tacitus locis ad ductis. hunc enim  
potissimum colebant gentes istæ, quod iidem tradunt. Quin aliqui legunt Theutanes,  
& inde dictos Theutonos volunt. Mercurius porro ab antiquis dictus est θεός, id est,  
inferus, siue terrenus; Homerūque in Odyssæa, & Lucianus apud inferos illum statuunt.  
Hinc Claudianus:

Atlantis Tegeæ nepos, commune profundis  
Et superis numen, qui fas per limen vtrumque  
Sonus habes, geminoque facis commercia mundo.

Iam verò non modò à Gallis, Germanis, ac Britannis est humano sanguine Mercurio li-  
tatum priscis tēporibus; sed Procopius libro belli Gothici secundo scribit, Fracos ætate

adhuc sua, non omnes puto, sed aliquos in eadem consuetudine permansisse. In vita Boni A  
facij I. Archiepiscopi Moguntini habetur, à Germanis nonnullis etiam Christianis solita  
vendi fuisse mancipia, quæ diis immolarentur. Diethmarus lib. 1. refert, Northmānos,  
ac Danos quotannis mense Ianuario sacrificasse diis homines nonagintanouem, idque  
durasse vsque ad Henrici Primi Germaniæ Regis ætatem. Idem de Lithuanis libro de-  
cimo quinto Cromerius tradit. vt autem Boreales non ita inter se, & in humanum ge-  
nus immolando atrocissimè fauiant, euenit post Christi cultum disseminatum inter  
ipfos opera Pontificum Romanorum.

III. CESSATIO STOLIDARVM CONSVLTATIONVM.] Commune olim cunctis  
propè gentibus fuit, vt ex auguriis consilia caperent, quæ tamen viri prudentiores con-  
temnebant ac deridebant, in agendis rebus ducem rationem sequentes. At siquæ gentes  
auguriis ducebantur, & ex iis deliberabatur, eæ fuerunt Boreales. Lampridius, vt nescio B  
quid magnum de Alexandro Mammeæ dicat, Vascones, inquit, & Hispanos, & Panno-  
nios in aruspicina vicit. Tacitus libro de moribus Germanorū scribit Germanos ex hin-  
nitu equorum solitos fuisse in rebus grauiissimis deliberare. Illud autem præcipuè stoli-  
ditatis argumentum, quod addit foeminas adhibitas in consiliis, ac de illorum senten-  
tia res diffiniri solitas Plutarchus ait libro de foeminarum virtutibus, de Celtis loquens.  
Quod de hinnitu equorum retulimus, idem tribuit Diethmarus Leuitiis populis. De  
foeminis consultatricibus idem prodit Cæsar. Nota est historia Veledæ Germanicæ  
mulieris, de qua Statius lib. 1.

*Non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem  
Captiuæque preces Veledæ, cui maxima nuper  
Gloria.*

Paulus Diaconus lib. 4. rerum Longobardorum scribit Germanis adhuc eamdem fuisse C  
consuetudinem, vt à foeminarum consilio penderent, paulo ante sua tempora. In vita Bo-  
nifacij Archiepiscopi Moguntini habetur ætate ipsius Germanos fuisse deditissimos aru-  
spicinæ, sortilegiis, cautionibus, præstigiis. Eadem de Lithuanis Cromerius tra-  
dit.

IV. CESSATIO EFFERATARVM CONSVLTATIONVM.] Verum si ferenda  
non sunt quæ diximus, multo minus efferati Borealium mores tolerandi quos sta-  
tim subiungemus. Strabo inquit libro septimo, à Cimbris, quos facit eosdem cum Cim-  
meriis, sicuti & Diodorus libro quinto capite nono, ductas in exercitu fuisse mulieres, quæ  
captiuas per castra strictis occurrebant gladiis, eosque humi sternentes, ad æreum per-  
trahebant craterem, & ascenso pulpito, tollebant hominem, ac super lebetem iugulabant; D  
profusoque inde in craterem sanguine, cum stillaret, vaticinabantur, alia nonnulla re-  
fert idem libro quarto atrocium diuinationum genera. Addit Tacitus, Germanos con-  
suesse captiuum producere armatum patrio more, qui pugnaret aduersus alium Ger-  
manum Germanicè armatum. Vter vicisset, à sua gente victoriam stare portendebat.  
Tantæ feritatis vestigia remanserunt æuo nostro in committendis duellis: hic enim mos  
ex Aquilone deductus, vt duobus pugnantibus veritas ac iustitia victoriæ partis aite-  
rius attribueretur. sustulit hunc morem non bene antiquatum post multas Pontificum  
leges Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 19. Hæc autem quando sublata, nisi postquã  
Pontifici Romano adhæserunt Boreales ac Germani?

V. LIBERATIO A STOLIDIS SVPERSTITINOIBVS.] Boreales populos olim E  
superstitionum genere stultissimo abundasse inter alios apparet. Quãtus ab iis cultus fal-  
sis deis adhiberetur testatur Cæsar lib. 6. Tacitus de moribus Germanorum, Plinius  
lib. 16. ad finē. Natio est, inquit Cæsar, omniū Gallorū admodū dedita religionibus, atq;  
ob eã causam, qui sūt affecti grauioribus morbis, quiq; in præliis, periculisq; versantur, aut  
pro victimis homines immolant, aut se immolatuos vouent. ] hæc Cæsar. Nihil habet,  
ait Plinius, Druyde, visco, & arbore, in qua gignatur, sacratius. ] Hæc ille: q; deinde addit  
viscū ab illis appellatū omnia sanātē, & aduersus omnia mala valere ab iis proditū, & cre-  
ditū. In vita Bonifacij Archiepiscopi Moguntini habetur, illa adhuc ætate Germanos li-  
gnis ac fontibus immolasse. Eadē de reliquis Septentrionis populis Saxo Gramaticus,  
Diethmarus, Cromerius, ceteriq; scriptores. Verum multæ gētes Aquilonaribus populis  
præstiterūt in diuinitate tribuenda abiectissimis rebus. Aquilonares hoc præstiterunt, vel  
q; ab indignissimis rebus quasi diis ipsis omniū malorū depulsionē p̄fici existimabant,  
viscum

A viscum namque non vna aliqua re, sed omnibus sacrationem colebāt, & aduersus omnia  
mala potentiorē: vel hoc etiam stolidā superstitione præcelluisse sunt visi, quod homi-  
nes immolabant diis istis, vt arboribus, ac fontibus. Tanta porrò veneratio Gallorū fuit  
erga viscum præcis temporibus, vt quamuis illa sit omnino sublata, tamen illius adhuc  
vmbra quædā, & quasi tenuis fumus à Britannis erūpens, & acceptus remanserit publica  
quadam contestatione consignatus ad memoriam sempiternam. Hodie namque cuncti  
Galli clamant initio anni au guy, l'an neuf. id est. ad viscum. annus nouus. qua de re  
Ouidius:

*Ad viscum Druydæ, Druydæ clamare solebant.*

Rurfus ob arborum cultum Druydæ Britanni & Galli nemora abstrusa incolebant, qua-  
si in deorum recessus hoc modo sese abdidissent. Lucanus lib. 1.

B *Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum  
Sacrorum Druydæ positis repetistis ab armis:  
Solis nosse Deum, & cali numina vobis,  
Aut solis nescire darum; nemora alta remotis  
Incolitis lucis.*

CESSATIO MAGICARVM SVPERSTITIONVM.] Perfæ sibi primas vendi VI  
care visi sunt apud antiquos in magia, damnatisq; artibus; quocirca non nisi magiæ pe-  
ritus Rex eligebatur apud illos. Et nihilominus tanta olim sceleris istius erat celebritas  
in Britannia, vt hinc ad Perfæ fluxisse videri possit, inquit Plinius lib. 20. cap. 1. Neque  
in Britannia sola, sed in Septentrione toto id erat, vt ostendimus. Quamobrem nõ modò  
liberatus est Septentrio cum Germania à magiæ impio iugo, postquam Pontificem Ro-  
manum colit, sed à dirissimo, omniumque maximè primo, & portentoso.

C CESSATIO MAGICARVM CRVDELITATVM.] Inter horrenda flagitia, quæ VII  
admittebantur olim, fuit & illud, homines immolare ad magicos vsus: ea de re apud anti-  
quos non semel est mentio. Hoc scelere abudabat olim Britānia, & siqua illi finitima re-  
gio eūdem morē retinebat, vt supra de immolands hominibus & efferatis consultatio-  
nibus verba faciebamus. Audiamus Pliniū loquētē lib. 30. cap. 1. DC. LVII. demū anno vr-  
bis Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craffo Coss. Senatuscōsultū factū est, ne homo im-  
molaretur. palāque in tēpus illud sacra prodigiosa celebrata Gallias vtique possidēt, &  
quidē ad nostrā memoriā. Tiberij nāque principatus sustulit Druydas eorum, & hoc ge-  
nus vatium, medicorūq; sed quid ego hæc cōmemorem in arte (magica) Oceanū quoque  
transgressa, & ad naturæ inane peruectā? Britannia hodieq; eã attonitè celebrat tantis cę  
remonis, vt dedisse Perfis videri possit. Adeo ista toto mūdo consensere quamquam di-  
cordi, & sibi ignoto. Non fati æstimari potest, quãtum Romanis debeat, qui sustulere  
monstra, in quibus hominem occidere religiosissimū erat, mandī verò etiā saluberrimū. ]  
hucusque Plinius: E cuius verbis colligitur, à Britannis non modo ad vsū magicū fuisse  
immolatos homines olim, sed etiam videtur innui pro cibo fuisse illis humanam carnem,  
quod in more positum fuisse ætate sua populis Polonicæ genti finitimis mare Balthicum  
versus testatur Radeuicus lib. 3. c. 1. Annon igitur summum beneficium Romani Pontifi-  
cis auctoritas præstitit Septentrioni toti, à quo depulit hanc feritatem, qua mortales  
sele mutuo mandebant.

*Bona pertinentia ad religionem. Cap. III.*

E **N**IVS DEI CVLTVS.] Sublatis igitur antiquarum superstitionum VIII  
tam scedis flagitiosisq; abominationibus, ex quo Papa Eleutherius in Bri-  
tanniā misit Fugasum, & Damianum, Cælestinus autem Palladium; &  
lōgè post, antiquato ob hereses enatas Christi cultu in iis locis, Gregorius  
Magnus Augustinū, Mellitūque, Gregorius verò II. in Germaniā Boni-  
faciū, Nicolaus Magnus in Bohemiā Cyrillū, & Methodium, Pontifices  
deinde alij alios, quod abundè explicauimus signo de fidei propagatione; hinc factum,  
vt omnes isti populi conuenerint in vnus Dei summi, à quo cuncta sint creata, pendeatq;  
ex omni parte, cultum: ita vt ex illo tempore gens quælibet ad Aquilonem posita supra  
Rhenum Danubiumque dicere de se ipsa verè possit: Beatus populus, cuius Dominus  
Deus eius, populus, quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. Psal. 45.

De Sig. Tom. 2.

N n 3 IN-

IX. INCREDIBILIS ANIMORVM IN DIVINA FIDE AC DOCTRINA COL-  
LIGATIO.] Suprà namque lib. 2. ad finem, & initio tertij, signoq. de vna fide fuit à no-  
bis explicatum, Catholicis esse animorum connexionem prorsus admirandam. Quilibet  
enim Catholicus est hoc animo, vt indubitè credat omnia, quæcumque ab Adam crea-  
to pro indubitatis habita sunt per omnes ætates à populo Dei, auerferet his cõtraria; præ-  
terea verò paratus est credere omnino vsque ad vitæ ipsius effusionem quæcumque in po-  
sterum statuentur ab iis, qui Ecclesiam Dei referunt, Episcopis vniuersis rite conuocatis,  
aut Pontifice Romano: quin paratus est obedire omnibus sanctiõibus, quæ rite ab iisdẽ  
promulgabuntur, & in mores inducentur. Nemo porrò est in Ecclesia Catholica, qui sibi  
omnino soli habendam fidem possit arrogare. Pontifex enim summus necesse habet in  
iis, quæ sunt æternæ veritatis, haud discedere vlllo modo à superiorum Pontificum Conci-  
liorumque decretis, & vnanimi totius Ecclesiæ consensu, neque potest quidquam repu-  
gnans iis definire. Ecclesia porrò Catholica complectitur omnes ætates; nam numquam  
non illa fuit: complectitur omnes nationes. nulla namque est natio, quæ non aliquando  
dederit, aut per aliquos suorum datura sit nomen Christo, & in Ecclesia Catholica com-  
plexum conuolatura, vt signo de Ecclesia Catholica aperuimus. Ex his fit, vt animus cu-  
iuslibet Catholici, cum nemo sibi soli in illa vlla in re credat, sed alter alteri deferat, insi-  
nuet se in animos omnium nationum, omniumque ætatum, colligenturque omnes animi  
Catholicorum mutua cuiusdam fidei & obedientiæ vinculo constringente cuncta tempo-  
ra, cunctas regiones, ac gètes, & in corporibus innumeris vnus vniuersorum quodam mo-  
do mirabili, ac diuino existat animus. Hinc etiam dilucidè apparet, in iis, quæ spectant  
ad religionem, nobis esse veram sapientiam. Nam sapientiæ cælestis dumtaxat est hoc  
opus, vt tot in vnum tam mirabiliter consentiãt. Quæ autem, inquit S. Iacobus, defursum  
est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cõ-  
fertiens. Ex hac mirabili animorum coniunctione cuncta bona enascuntur: vt iam dicere  
Septentrio possit; Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare (in Ecclesia, & domo  
Dei) fratres (nam quiuis è nostris est ferè alter, ac frater alterius respectu) in vnum spi-  
ritum consensus huius vnanimis. Sicut vnguentum & suauitas quælibet in capite, vel prin-  
cipio ætatis cuiusuis, vel principis effusum, descendit in barbam, barbam Aaron: à summo  
enim Pontifice exorditur iucundissima hæc animorũ connectio; neque est in Ecclesia Dei,  
qui vel minimus sit, & instar pili in barba diffusi, vel abiectus, terramque spectans, & con-  
tingens, vt ora vestimenti, ad quem non pertingat; est autem veluti ros copiosus, qui ab  
altissimo monte, qualis Hermon, defluit in cohærentes montes, & iuga collium subiecta,  
veluti Sion. Ex hac igitur animorum coitione, & intima conglutinatione Deus vult  
omnibus bene esse, ac bene dici, quin vitam cælestem sempiternamque concedi, vt è  
subiectis apparebit.

X. INNUMERA SANCTISSIMORVM VIRORVM MULTITVDO.] Nam quis,  
quæso, posset vitã diuinissima viros cuiusuis conditionis, aut si de pueris etiã velimus age-  
re, cuiusuis ætatis, nominatim recensere, quos Hybernia, Scotia, Britannia, Germania, ac  
Septentrio totus in lucem dedit? Nos erimus itaque contenti illustriores tantum refer-  
re, & suis locis ordine decetè disponere. quocirca hoc caput debetur viris sanctis, qui dũ  
degerent in terris nullam sunt affecti vel profanam vel sacram dignitatem, gradumve  
honoris primarium. Ac talis fuit in Britannia, quam nunc Angliam vocamus, Vuingaloc-  
cus, qui vixit anno quingentesimo octuagesimo; Ethbinus, cuius naturalis dies celebratur  
XIV. Kal. Nouembris; Chillenus, Vualaricus, Vuandalinus Scoti & S. Colubani discipu-  
li, qui claruit anno sexcetesimo quadragesimo; Altanus Anglus de. l. Osiuinus, Balthfri-  
dus, Leuinus, Baldericus, Vuillicus, qui floruit anno septingentesimo vigesimo; Eberar-  
dus, qui in solitudine S. Meginradi Martyris ad Syluã Umbrosam vixit vnã cum Grego-  
rio quodam Regis Anglicani filio sub annum nongetesimum quadragesimum quintum;  
Candedus monachus Fontanellensis, Adelbertus Epernacensis, Albertus Mediolanen-  
sis, Paternus natione Scorus monachus cœnobij Paderbornensis, quos omnes refert Tri-  
themius libro de viris illustribus ex ordine S. Benedicti, eminueruntque insigni vitæ san-  
ctimonia, & miraculis diuinitus nobilitati fuerunt. Eorum gesta qui velit cognoscere, cõ-  
sular auctores, quos idem citat: aliquot ex eis Surius etiam suis locis recenset. His succe-  
dunt, quos dedit ordo S. Dominici, in quibus est Conradus Theutonicus, qui virgo de-  
cessit, Henricus, qui vita migravit in conuentu Vlmensi anno millesimo trecentesimo  
sexa-

A sexagesimo quinto, Petrus è Confluentia, Iacintus Polonus, cuius admiranda gesta supra  
omnes naturæ vires innumera narrantur, qui decessit anno millesimo ducentesimo quin-  
quagesimo septimo; Franciscus Retza, Gualterus Teutonicus, Laurentius Anglus, quem  
sanctus ipse Dominicus familiæ suæ aggregauit, Robertus Saxo Magdeburgensis, Alber-  
tus Teutonicus, Conradus Constantiensis, Guinandus, Vollandus Argentinensis, Gualte-  
rus Merseburgensis, Helgerus, Hermannus, Seruatius Theutonicus, Paulus Hun-  
garus, Britius Anglus, è cuius tumulo scaterere oleum narrat Leander Albertus Bono-  
niensis, Henricus Polonus è conuentu Vratislauenfi, Encardus, Hermannus, Arnoldus,  
Guglielmus, Gualterus Theutonicus, Ioannes Dacus, qui vixit in conuentu Rostildensi  
sub annum millesimum quadringentesimum quinquagesimum, Andreas Noorth, Ioan-  
nes Vituorth Theutonicus, Steno Dacus in conuentu Scarenfi, qui decessit anno millefi-  
mo quadringentesimo octuagesimo secundo, Matthias item Dacus in Roschildensi, qui  
obiit m. cccc. xc. Mauritius è regio Hugarorũ sanguine prognatus, Paulus Cracouiensis,  
Iacobus Alamannus Vlmensis, Nicolaus Batauus. Horum verò acta plenissima innocen-  
tiæ, cælestisque integritatis, ac miracula diuina narrat Seraphinus Razius. Sequuntur hos  
religiosi è familia sancti Francisci, quos latè recenset laudatissimus ille Franciscus Gon-  
zaga propriis libris, è quibus huc exscribere cuncta huiusmodi non est necesse.

XI. SANCTISSIMI VIRI VIRGINITATIS PVRISSIMAE INTEGERRIMI CV-  
STODES, IDEMQ. AVT REGES, AVT REGVM FILII.] tales autè fuere Cazimi-  
rus Cazimiri Tertij Poloniæ Regis, Magniq. Lithuanix Ducis filius, cuius sanctitatè te-  
stificatiã miracula multa sunt edita, & edũtur adhuc ad eius sepulchrũ, quod post alios te-  
statur Cromerius in oratione funebri Sigismundi Primi; Emericus Stephani V. Regis Hũ-  
gariæ filius, cuius vitam refert Surius tom. 6. Nouembris 5. Eduardus Angliæ Rex, qui  
quamuis matrimonio foret alligatus, vnã cum coniuge virginitatem colere vsque ad vi-  
tæ diem supremum voluit, anno autem m. lxxvi. migravit è vita; Venceslaus item Bohẽ-  
miæ Rex, qui dcccc. lxxv. anno decessit, de quo Dubrauius latè. Post hos sunt ex ordine  
inferiori innumeri, quos referre superfedemus, vt nimiam prolixitatè lectori non obiicia-  
mus. Ex his autem qui fuerint, & quot fortis cuiusuis alij, facilè cognoscere possumus.  
In amplissima namque regione vnus Rex, innumeri subiecti. & Regibus quidem nulla nõ  
adeo occasio, quæ transuersos in libidinem possit illos agere; ceteris non ita. Virginitatè  
porrò illibatam corporeque & animo tueri tota vita, id verò est mortales in terris degen-  
tes, corporique alligatos, superis mentibus, & ab omni corporeæ concretionis vinculo  
solutis prorsus æquari, si cetera adsunt sanctitudinis opera. Hi namque sunt, qui, vt ait in  
D Apocalypsi Ioannes, sequuntur agnum quocumque ierit, quasi nullum propè diuinitatis  
arcanum viris huiusmodi occultetur. Igitur Septentrio meritò potest gloriari in diuinis-  
simo religionis, ad quam ceteræ virtutes morales referuntur, bono; quod paucissimis na-  
tionibus concessum legas, quodque post annorum millia multa ab orbe condito neque  
ipsi contigerat, neque innumeris regnis contigisse scimus: gloriari autem potest, ex quo  
Pontifici Romano adhæsit.

XII. INNUMERI VIRGINVM SACRARVM CHORI.] Germania, totusque Septen-  
trio haud poterat ostentare vel vnã virgunculam, quæ Deo totam se deuouisset, sum-  
mamque sui corporis puritatem consecrasset, priusquam Pontificis Romani auctoritati  
pareret; quod quidem maximè mirandum per tot annorum millia ab orbis fabricatione  
haud illi datum, sed neque ceteris nationibus à vero Dei cultu alienis. Nam, quæ Vestal-  
es erant Romanis, illæ post annum trigessimũ exactum poterãt nubere; & quamuis plu-  
rimæ haud nuberent, vetitum tamen nulla lege erat animo concipere desiderium nuben-  
di, aut quoquo modo coeundi, saltemque se oblectandi impuris cogitationibus, ac spe-  
ctris huiusmodi obscenis, à quibus mētem pulsari sæpè sentimus, & aduersus quæ neces-  
se habemus arma castitatis expedire, vt illa procul abigamus, & intra pudicitia cãdidissi-  
ma septa commoremur: ita vt bene Ioannes Cassianus acutissimus vitiorum cognitor, &  
inquisitor statuerit, fieri haud potuisse vt antiquis illis tota vita adfuerit vera castitas  
corporis, & mentis. Vt vt res sit, Germania certè ac Septentrio neque vnã potest ab or-  
bis creatione è suis virginem ciere, quæ se Deo totam dederit, antequam Pontificum  
Romanorum fidem sequeretur. Quocirca frustra quærimus, an Septentriõni contigerit  
vmquam per tot annorum millia virgo sanctitate illustris. nã si neque virgo verè adfuit,  
quomodo virgo præterea sanctitatis vllius eximie dicetur illi adfuisse? Iã verò postquam  
perdu-

perductus est ad Christi cultum, Romanorum Pontificum studio, plurimæ illum virgines mirabiliter ornarunt; illarum verò numerum solus ille scit, qui nouit multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Vide quantum discrimen: per tot annorum millia Septentrio neque vnam verè virginem, quæ se Deo tota vita consecrarit, nominare potest, antequam Pontifici Romano obediret, postea verò tot, vt Deus trinus & vnus, aut qui Deum penitus intuentur, earum numerum sciant.

XIII. VIRGINES SANCTITVDINIS ADMIRANDAE. ] Diuinum munus perpetua mentis ac corporis Deo dedicatorum virginitas, sed longè diuinissimum si præterea sit illi adiuncta reliquarum virtutum non mediocri quædam, sed excellentissima præstantia. tales autem plurimas Septentrio produxit, ex quo secutus est Pontificem Romanum. Huiusmodi namque fuere Milburga, Mildreda, Miluida Merualdi filia, de quibus Polydorus lib. 4. fuit Fara Abbatissa monasterij Hibrigenfis, quæ claruit anno sexcentesimo quadagesimo, Francongota sexcentesimo sexagesimo, Edilberga filia Annæ Regis Orientalium Anglorum, Ira cum filia Gertrude monasterij Niuelensis fundatrix sexcentesimo quinquagesimo, Edilburga Abbatissa monasterij Bereringensis, Edeltrudis filia Annæ Regis Anglorum sexcentesimo octuagesimo, Hilda filia nepotis Eduuini Anglorum Regis sexcentesimo trigesimo, Irmina filia Dagoberti Regis fundatrix monasterij, quod Horreum, seu vulgo Oëren Treueris vocatur, anno septingentesimo decimo, Modesta Treuerensis sexcentesimo octuagesimo, Seuera Abbatissa S. Symphoriani Treuerensis, Athela filia Dagoberti Regis Abbatissa Treueris monasterij cuiusdam, Thecla Angla Abbatissa monasterij, quod eius frater Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus construxit in Germania iuxta Moganum in Eizingenno, Lioba Angla, quæ præfuit monasterio, quod idem Præsul condidit in Bischofscheimo anno septingentesimo trigesimo, Amalberga, quam Carolus Rex coniugem sæpius & ardentè expetiuit septingentesimo septuagesimo secundo, Analtasia & Basiliissa Abbatissæ Horrei Treuerensis septingentesimo sexagesimo, & octuagesimo, Mathildis soror Henrici Imperatoris primi, & Brunonis Archiepiscopi Colonienfis Abbatissa sancti Seruatij in Saxonia nongentesimo nonagesimo, Vuiberadis monialis sancti Galli nongentesimo vigesimo, Vualburgis Anglica Abbatissa in Heidenhemo Eistatenfi soror sancti Vuillibaldi septingentesimo quinquagesimo, Benedicte Abbatissa in Suuestrensi cœnobio, Notburgis monialis Capitoli Colonienfis, Hadeloga Abbatissa monasterij Rinchingenfis, Landrada Leodiensis, Vualtrudis Castrilocensis, Gladefindis Metensis, Lutrudis Corbeienfis, Cæcilia Abbatissa in Suuestris, Richardis Imperatrix quæ post obitum Caroli Crassi viri Christo se deuouens virginibus sacris præfuit, Iutta soror Meginhardi Comitis Spanheimensis millesimo centesimo trigesimo sexto, Hildegardis admiranda Iutta discipula millesimo centesimo sexagesimo, Elisabetta Abbatissa in monasterio Schonacigenfi millesimo centesimo sexagesimo quinto.

Adelheis Abbatissa Vilecensis tempore Hereberti Archiepiscopi Colonienfis: eius vitam refert Sur. tom. 7. Februar. 5.

Brigida Scotæ anno quingentesimo decimo octauo, vel quingentesimo vigesimo secundo. Sur. tom. 1. Febr. 1.

Catharina Sueca filia S. Brigidæ anno millesimo trecentesimo octuagesimo primo. Sur. tom. 2. Mart. 22.

Elisabetta Regis Hungariæ filia. tom. 6. Nouemb. 19.

Ermelende Virg. tom. 5. Oct. 29.

Hiduigis Poloniæ Ducissa. tom. 5. Oct. 15.

Hunegundis. tom. 4. Aug. 25.

Iandrada. tom. 4. Iul. 8.

Margareta filia Regis Hungariæ. Ianuar. 28. tom. 1.

Margareta Scotiæ Regina. tom. 3. Iun. 10.

Maria Oëgniensis. tom. 3. Iun. 23.

Maxellendis Virg. & Mar. tom. 4. Iul. 30.

Monegundis. tom. 4. Iul. 2.

Noitburgis. tom. 5. Oct. 31.

Liduuina. tom. 2. Apr. 14.

Ludmilla Bohemiæ Ducissa, & Martyr. tom. 7. Septemb. 16.

Lutgar-

- A Lutgardis. tom. 3. Iun. 16.  
Lutrudis. tom. 5. Septemb. 22.  
Opportuna Virg. tom. 2. April. 22.  
Onitha Virg. & Mart. tom. 5. Oct. 7.  
Ricardis Martianensis. tom. 3. Maij 12.  
Vualburga. tom. 3. Maij 1.  
Brigida Sueca.

Tales habuit olim nonnullas Oriens, & Græcia, nunc verò quas potest nominare? quas Africa producet suas? quas Moschouia?

VIRGINES SANCTIMONIA SIMVL, DOCTRINA SCRIPTISQVE EDITIS PRAESTANTES. ] Admirabiles simul, & omni memoria mortalium laudatissimæ fuerunt virgines aut mulieres illæ, quæ scriptis editis ingenij virilis nõ effœminati clarissima monumenta protulerunt in lucem. Sed illæ vt plurimum, si quas alieni à nobis cætus ediderunt, libidini, aut aliquo vitio deditæ fuerunt: non enim cecinit infulsè vates ille Satyra tertia, haud sibi fœminam placere,

— *quæ curtum sermone rotato  
Torqueat enthymema.*

Verùm Germania, ac Septentrio, non modò doctas quasdam fœminas, sed inuiolatæ virginitatis integerrimas custodes, amplius autem virtutibus diuinis præstâtissimas, sanctitudineque illustrissimas produxit in lucem. Nam tales fuerunt quinque illæ, quarum meminimus signo de spiritu precum 37. lib. 9. cap. 12. Rosuida, Elisabeta, Hildegard. s. Gertrudis, Mechtildis, Brigida Sueca, quamuis hæc vidua exstiterit.

C Quocirca mirandum sit maximè tot annorum millia elapsa nunc esse, neque produci posse è toto Septentrione vel vnam simillè virginibus istis, antequam Põtifici parerent populi Boreales. Quin neque ex orbe toto nominari potest vlla virgo, cuius exstent tantæ pietatis doctrinæque ad omnem bene instituendæ vitæ morumque formandorum rationem libri, quales exstant istarum viraginum. An non igitur paruise Papis est præclarum? numquid simile est hæreticis vllis, qui fuerint vmquam? Aduocetur omnis Græcia optimarum disciplinarum magistra & parens, & proferat si quidem potest, fœminam suam, cuius extent tantæ pietatis scripta moribus, vitæque innocentis exemplis illustrissimis ac diuinis obsignata. Numquid igitur Germania, Saxonia, Scotia, Suetia præstabit atrici, ac matri artium bonarum? Ita sanè. i nunc, & voca barbaros Boreales. An Barbari, quibus virgines ac mulieres tantæ? Voces quantum vis Barbaros; isti Barbari præstabit omnium mortalium sapientissimis. Tanti scilicet est obedire Pontifici Romano.

VIRGINES AC MVLIERES PROPHETIAE DONO ADMIRABILES. ] XV. Huiusmodi est è Suetia Brigita & Helena viduæ, & de hac Ioannes Magnus lib. 19. cap. 7. è Germania Hildegardis, è Scotia Mechtildis, quarum plurima habentur oracula scriptis mandata, eorumque nonnulla nos retulimus signo de spiritu prophetiæ: plæreq; earum præterea, quas supra retulimus, dum vixere, plurima consulto prædixerunt, vt ex earum gestis ac vitis, quas Surius libris suis attexuit, apparet. Habet antiquitas sanè admirabiles illas Sibyllas, è quibus aliquot diuino reuera spiritu afflatæ fuerunt: in quibus vt obscuraret falsa eiusdem nominis appellatione dæmõ illustrissimam sanctitatem, mortalesque ad impietatem vitiaque pertraheret, emisit fœminas olim nonnullas im merito nomine Sibyllas dictas, quæ plena impietatis, turpitudinis, & ambiguitatis oracula fuderunt. Sed perlege quæso istarum, quas nominauimus, scripta, perlege, & cognosce acta, ac videbis omnia cælestis omnino pudicitæ plenissima, virtutes præterea cunctas sic in illis enitere, vt nihil supra propè dici, aut excogitari possit. Producat quæso talem, non dico hæretici omnes, quicumque fuerint ab orbe condito, sed vniuersæ nationes à Christi cultu alienæ (nam quæ Sibyllas cælesti, non dæmoniaco flamine inspiratas veluti suas nominabunt, illæ non erunt à veritate religionis abhorrentes) talem quæso inquam fœminam producat, qualem in prædicendis futuris fuisse istas Germanas, ac Boreales, ipsarum libri, ac vitæ manifestò declarant. An forsitan illas efferemus, quæ mastrandis hominibus atrocissimum in modum præfagire ventura inaniter ac falsò olim se iactasse, capite superiori est à nobis explicatum? Nemo hoc sanæ mentis homo audebit effutire. En igitur quanti est hucusque Papis obedisse.

FOE

XVI. FOEMINAE ORDINVM RELIGIOSORVM INSTITVTTRICES.] Hocverò A  
multo diuinius esse videretur. Nam si qua res est, quæ soleat animos effœminare, ea pro-  
culdubio fœmina in primis esse dicitur. Huius esse nemo negat virtutum neruos incide-  
re, deliciis voluptatibusque appetendis emollire, & corrumpere. Verum Germania, & Se-  
ptentrio, ex quo Papæ auctoritatem sequi cœpit, tales produxit fœminas, quæ regulas vi-  
uendi seuerissimas præscripserunt, exemplo vitæ propriæ consignarunt, innumeraque ad  
idem perduxerunt; & quod mirum sit, non vno loco, sed plurimis, non vno sæculo, sed plu-  
ribus hæc tanta fœminæ istæ admirandæ præstiterunt. Talis quippè exstitit Irmina, quæ  
Treueris Horreum monasterium fundauit circiter annum septingentesimum decimum;  
Athela, quæ aliud in eadem ciuitate: has sequuntur Anglici sanguinis ornamenta diui-  
na, Thecla, quæ virginum sacrarum monasterium fundauit, ac rexit in Einzingenno in  
Germania iuxta Moganum, & Lioba, quæ similiter aliud construxit, ac gubernauit in Bi-  
schofshaimo, ambæ sorores Bonifacij Apostoli Germanorum, circiter annum septingen-  
tesimum trigesimum, de quibus agit tum Trithemius libro de viris illustribus ordinis sancti  
Benedicti, tum verò is, qui vitam sancti Bonifacij scripsit. His succedit foror sancti  
Vuillibaldi & ipsa Angla Vualburgis, cuius vitam refert Surius tom. 7. Maij 1. Mathildis  
foror Henrici Imperatoris, quæ monasterium sancti Seruatij in Saxonia ædificauit, ac  
moderata est. An verò te tacitam præteribimus Brigita, maximum ac singularissimum nõ  
modò Suetiæ, sed Septentrionis etiam totius ornamentum? Ex te nã que prodiit ordo non  
modò fœminarum, sed etiam virorum religiosorum, qui floruerunt non in Suecia solũ,  
Gotthia, Noruegia, Dania, Germaniaque omni, sed in Anglia etiam, adde in Italia ipsa,  
quæ tuetur adhuc in multis vrbibus, & quidem nobilissimas tuæ regulæ monasteria, in  
quibus degunt innocentissimæ vitæ tum suis locis fœminæ, tum suis item viri perpetuo ca-  
stitatis, paupertatis, atque obedientiæ voto sponte deuincti.

XVII. REGINAE REGVMVE AVT IMPERATORVM SORORES AC FILIAE  
ORDINVM RELIGIOSORVM AVCTRICES.] Hoc autem multo diuinius est  
superioribus. Nam fœminæ cum sint ad mollitiem quamdam procliues, tum verò potissi-  
mum sunt, vbi nanciscuntur occasiones, quibus affluere deliciis illæ possint. Quod si non  
modò voluptatibus se haud dedant, verum vitæ durissimæ, ad quam perducant alias ex-  
plo suo diuinorum contemplationi macaturas, nã singulare præ cunctis istæ laudem  
merentur. Gallia, quæ prius omnibus etiam, quas recitauimus, laudibus olim cum toto  
Septentrione destituebatur, prima omnium Maximas Reginas produxit, quæ abiectis  
terrenarum rerum cunctis deliciis vitæ seuerissimæ ob amorem meditationemquererũ  
cælestium se deuouerent, & intra monasteriorum septa includerent. Principatum tenet  
itaque Radegundis, quæ de consensu Clotharij viri, cui primo totius Galliæ dominatus  
obrigit, secedens, Pictauij monasterium construxit, austerissimamque cum plurimis virgi-  
nibus ac fœminis vitam, quam Fortunatus Episcopus Pictauiensium & eius alumna Ban-  
domina describunt duobus libris, traduxit: habetur à Surio tom. 4. Aug. 13. Eius de-  
inde exemplum secuta est Ediltrudis coniux Egfridi Regis Anglorum, quæ tamen virgini-  
tem seruans illibatam, impetrata à marito licentia, in monasterium se abdidit, præfuitque  
deinde alij monasterio, quod ædificauit ipsa in regione Elge: ei postea defunctæ successit  
Sexburga & ipsa coniux Earcomberri Cantuariorum Regis, quæ refert Beda lib. 4. c. 19.  
historiarum. Harũ similiter exempla sunt amplexatæ Edilberga filia Annæ Regis Ori-  
entalium Anglorum, Irmina, & Athela filia Dagoberti Francorum Regis, de quibus inter  
alios Trithemius libro de viris illustribus ordinis sancti Benedicti. Post autem longo in-  
teruallo floruerunt eadem laude Mathildis Henrici I. Imperatoris foror, quæ monasteriũ  
sancti Seruatij, cui præfuit ipsa, construxit. Post hæc est Heduuigis Poloniae Ducissa, (tũc  
enim Polonia regium nomen intermiserat) quæ vnã cum marito Henrico perpetuam cõ-  
tinentiam Deo vouens, monasterium Trebnicense condidit, & in eo sanctitate vitæ illu-  
strissima vixit, quod Cromerius lib. 7. tradit, ac vitam sanctissimæ fœminæ refert Surius  
tom. 5. Octob. 15. miracula innumera referens, & in his oracula plurima illius. sed loa-  
gè ante has exstitit filia Boleslai Bohemiæ Regis cognomẽ Sæui, & alterius Boleslai  
Pij foror antea quidem Mlada dicta, postea verò de iussu Ioannis Papæ Mariæ, quæ Deo  
sux virginitatis voto nuncupato Pragæ in æde sancti Gregorij vitam sanctissimam tradu-  
xit; eius meminit Dubrauius lib. 6. Neque verò tantæ laudis expers Hungarorum stirps  
regia fuit. Belæ namque Regis filia Margareta ordini Prædicatorum sese addicens, virgi-  
nita-

A nitatemque deuouens, monasterio sese condito inclusit, ei que præfuit omnes vitæ suæ  
annos, quod Seraphinus Razius scribit, & Garinus in eius vita, quam Surius refert tom.  
primo Ianuarij vigesimo octauo. His adnumeranda est Ragnildis Sueciæ Regina,  
cuius corpus ad Telge prope Australem partem lacus Meler sepultum iacet. Deni-  
que Brigida & ipsa regij sanguinis fuit, quamuis Regis filia, foror, aut coniux non  
fuerit, vt superiores. Hæ sunt igitur ex Anglia, Scotia, Germania, Bohemia,  
Hungaria, Polonia, Suetiæque regiæ stirpis, admirandæ fœminæ ordinum sacrarum au-  
ctrices, quæ monasteria construxerunt virginum sacrarum, gubernaruntque illa sanctissi-  
mis institutis, exempla diuissima cælestis innocentiae præbentes, in quibus deinde mo-  
nasteriis vsque ad ætatem nostram vel maiorum nostrorum per multa sæcula virgines in-  
regerrimæ floruerunt. Quocirca quid petamus ab hæreticis, vt aliquid simile à suis factũ  
B nobis ostendant, quando neque cunctæ nationes, quæ toto orbe, toto æuo, quod ab Ada-  
mo vsque ad nos est exactum, quidquam tale somniando adumbrarint, quale contigit  
Septentrioni, ex quo Romanis Pontificibus obtemperare cœpit.

INNUMERA FOEMINARVM MARTYRVVM MVLTITVDO.] Nihil mor- XVIII.  
talibus est vita iucundius, nihil morte acerbius; si humanitatis communem sensum spe-  
ctes, omnia tolerabilia existimantur, cum vita in discrimen vocatur. Quod sicui contigit  
imbecillitas animi, fœminis illa cõtingere solet, vbi quid tristius oculis obiicitur. & tamẽ  
Germania, Septentrioque totus innumeram potest fœminarum vim proferre, quæ liben-  
tissimè mortem oppetierint pro Christi cultu aut virtutis Christianæ decore. vna Britan-  
nia, vna die dedit huiusmodi viraginum vndecim millia, quæ cum in Gallias ad nau-  
garent, nupturæ gentilibus suis, qui confederant in iis locis, & colonias ducere cogita-  
bant, quo tempore Maximus Tyrannus occupat Imperium, captæ fuerunt à Piratis  
C Hunnis, quos aduersus Maximum Gratianus Imperator auxilio aduocarat, teste etiam  
sancto Ambrosio in relatione ad Valentinianum: cum verò illi virginibus inferre vim vel-  
lent, eæque constantissimè obfisterent, Vrsula admonente, à Barbaris obruncatæ sunt ob-  
seruandam pudicitiam, cum non viderent illi, quibus vsibus ipsis illæ seruire possent, nisi  
exsatiandæ libidini, & barbarica rabie impellerentur ad exercendam truculentiam in  
eas, quæ captæ desiderijs impuris obsequi nollent: ita rem tradit Polydorus Virgilius li-  
bro tertio Anglicæ historiæ, & Gaufridus Episcopus Asaphensis, cuius liber de rebus Bri-  
tannicis extat in bibliotheca Vaticana numero DCCCC. XLIV. Neque verò Britanni puell-  
as gentiles videntur voluisse sibi adiungere in matrimonio ea de causa solũ, quia cun-  
ctis ea solet esse natura, vt patria quæque magis exoptent, & colonias ducere vellent, sed  
etiam quòd Borealibus populis hic semper mos fuerit, vt in bellum cum suis vxoribus  
D proficantur, quod Tacitus libello de moribus Germanorum, Cæsar libro primo de  
bello Gallico, Strabo libro septimo tradunt. Cupiebant igitur & istorum quicumque  
fedes figere in Gallis haud voluissent, ducere coniuges, quas in bello fidas socias ha-  
berent, cum Maximus genere Britannus Gallis domitis Imperium Romanum sibi  
subiicere, ducens exercitum suorũ Britannorũ secum somniaretur. fuere porrò virgines  
Britannæ maxime omnium castitatis amantes. Hinc legimus abscissis sibi naribus aliquã  
do vultum deturpasse, vt à concubitu illarum barbari abhorreret, & ab ipsis violãdis ab-  
stinerent. Hunni verò, in quorum manus Britannicæ virgines inciderunt, omnium popu-  
lorum petulantissimi sunt semper visi, vt refert Saluianus Massiliensis de prouidẽtia Dei  
lib. 4. & 7. eosdem verò fuisse crudelissimos, exemplo sit Attila illorum Rex. Nihil autem  
E facit ad rem, quo fuerint ipsæ loco interfectæ, quamuis in mari fuerint comprehensæ; nã  
quid obest, quin isti Hunni in terram descenderint, vt vrbes à Maximo deuictas caperent,  
spoliarent, ac vastarent, & ad efferatissimam barbarici terroris sæuitiæque simul edenda  
exempla, Britannosque exanimandos, virgines minus obsequentes interficerent, ea-  
rumque truncos de industria relinquerent in aliquo patenti loco? Ad summam quantum  
virtutis institum fuerit pectoribus fœminarum Septentrionis, ex quo Eleutherius in Britan-  
niam misit Fugatum & Damianum Romanos, ex hoc uno exemplo facilè perspici po-  
test. neque enim poteris è tota antiquitate, è toto orbe simile fortitudinis exemplum pro-  
ferre. Neque verò reliquæ Septentrionis regiones tanto supremæ virtutis, quæ est vitam  
pro Christo & honestate profundere, caruerunt: quod ad eò verum est, vt & primarij lo-  
ci fœminæ id fortiter præstitisse legantur: Ludmilla Bohemiæ Ducissa, vt vocant, ex istis  
fuit, quod post alios Dubrauius lib. 4. scribit, & Surius tom. 7. Septemb. 16. verum enim  
verò

uerò in exordiis ipsis fidei Christianæ nulla est Aquilonis natio, exceptis Polonia, & Liuonia, aut huiusmodi similibus populis, quæ semel susceptum Christi cultum mox populariter commotis gentibus excindere non fit conata. Quo sanè tempore oportet ut feminæ multæ ob veram pietatem fuerint occisæ, quando integræ ciuitates ad internecionem sæpè dabantur, quod capite sequenti ostendemus. Interim sanè liquidò patet, quantum roboris adiectum sit feminis in Septentrione ad officia virtutum præstanda. quod quidè contigit ex quo Pontifices Romani per suos ad Christum traduxere illius gentes. Nam quæ natio fuit ab orbe condito vsquam toto orbe terrarum, quæ tanti roboris foeminas extulerit in lucem? Vide quæso, quid asseuerem, petamque. Haud ego nostræ ætatis, vel omnium superiorum temporum cunctos hæreticos appello, sed omnes vbi que positas, quouis illæ tempore fuerint, nationes à nobis alienas, ut producant tantæ fortitudinis feminas è suis. Quid autem dicemus de iis, quas recensuimus nostro sæculo ex Anglia prodiisse ad finem tomi primi?

In superiores autè præclarissimas virgines Vrsulæ, socialisq. ipsius, sic ingenio ad omnes bonas artes felici & erudito Ioanes Franciscus Bordinus nostræ Cõgregationis Sacerdos:

*Dum mare, dum terras summo despectat Olympo  
Omnipotens rerum genitor, crispantia vasti  
Oceani cernit sulcantes dorso carinas,  
Candida Virginei portantes pondera cœtus  
Littus ad Armoricum; classis dux Vrsula tanta  
Cornubiæ prisco prognata è sanguine Regum:  
Quam sequitur iungenda procis formosa iuuentus  
Condictas meditans tadas, pactosque Hymenæos.*

*Vt vidit, prædæ confestim victus amore  
Sic fatur; Num pulchra viris mortalibus ista  
Lilia conueniunt? cur non cælestibus hortis  
Inferimus? cur non nati dignanda superbo  
Connubio? Tales roseo sibi namque cruore  
Delegit sponsas natus, postquam æthere ab alto  
Virginis in gremio mortales induit artus,  
Pascitur ille rosas inter, canisq.ue ligustris  
Oblectat visum, & florentia lilia fertis  
Intexit, violisq.ue comas flauentibus ornat.  
Sydereas igitur sedes, lucemque perennem  
Accipiat dilectæ cohors, atque ima relinquens,  
Æterna mecum regnans in pace quiescat.*

*Vix ea fatus erat, celeri cum flamine venti  
Inceptum auertunt cursum, paruosque Britannos,  
Pergere quo remis tentant, & pectore toto,  
Frustratosque viros post terga relinquere longè  
Compellunt, coguntque alias appellere ripas:  
Hic vbi Germanas oras, humilemque Thiellam  
Perluit Oceanus, Rhenique ad saxa bicornis  
Vertitur, atque Vbios anfractibus interclusos  
Implet Agrippinæ Romana Colonia campos.  
Huc tandem fessam post multa pericula classem  
Subducunt nautæ. Ac placidæ dare membra quieti  
Dum cupiunt, vacuoque parant succurrere ventris  
Impetit en subito fessas cum milite naues  
Pictorum Dux Melga ferox, Gaunusque superbis  
Imperitans Hunnis, qui fortè hæc littora circum  
Ambibant, res exosi nomenque Britannum.  
Hic vbi virginibus naues conspexit onustas,  
Ac variis gemmis argenti pondus & auri  
Permixtum videt, atque hostes inimicaque signa  
Agnoscit, prædæ sauis meditatatur, & ultro*

Diri:

*Diripiunt alij gazas, alique pudori  
Virgineo insidias tendunt. heu dira cupido,  
Quo ruis in præceps? heu dura heu barbarâ corda  
Quo vos Tartareus furor incitat? hæcine vestra  
Gloria militiæ? muliebrem perdere sexum,  
Et probro maculare fidem, violare pudorem  
Tentatis? nec vos Superum pia numina terrent?*

*Interea ingenti tacli formidine nautæ,  
Et socij, queis tota gregis concredata cura est,  
Palantes fugere omnes, petiere latebras,  
Illæ hostis rabiem iam iam se euadere posse  
Desperant, letumque sibi, vel damna pudoris  
Cari instare vident, nec iam spes vlla salutis:  
Continuò teneras tendunt ad sydera palmas,  
Et castis Superos votis precibusque fatigant,  
Suffusæque genas lacrymis oculosque nitentes  
Prosterunt sese, & late loca questibus implent.*

*At Regina graui mentem percussa dolore  
Spem simulat, socias hortatur, fidere Christo  
Imperat, & mortem suadet præponere culpa.  
Non locus hic lacrymas, inquit, sed fortia poscit.  
Eia agite, & niuei quæ sit nunc cura pudoris  
Sponte feris monstrate viris, sint perua feryo  
Pectora, sint vllò numquam temeranda furore.*

*Inde ad crudeleis vultum conuersa piratas  
Intrepida hæc loquitur; Vestram hanc ne credite prædam  
O miser! nam sacra Deo est hæc victima magno,  
Integer hic cœtus, desit non vna coronis,  
Sed cingant omnes rutilantia tempora gemmis,  
Sitque illis thalamus calum, sit sponsus Iesus,  
Virgineosque choros ducens sit pronuba mater.*

*At tu summe pater, qui terras, æthera, pontum,  
Perpetuo regis imperio, quem Tartara, quem mors  
Cocytusque, Erebusque tremunt, vinctusque catenis  
Acternis pauet ipse nigri Rex ferreus Orci:  
Vltorem is sceleris te, assertoremque pudoris  
Sentiat, & nostro victus certamine cedat.*

*Has tibi nos palmas, atque hæc Rex magnæ trophææ  
Erigimus late, sit tanto hæc ripa triumpho.  
Nobilis, ac testes spaciosa hæc littora Rheni,  
Nostræque perpetuum venerentur busta nepotes.  
Dixit, & amplexu caras dignata sorores.*

*Prima suo gaudens sacravit membra Tonanti  
Excipiens iugulo gladium: quam deinde sequuntur  
Mox alia, pulchramque hilares occumbere mortem  
Certatim properant, tepidi fluit vnda cruoris,  
Misceturque vndis, penetrat pia victima calum,  
Atque olea frontem & palma redimita virenti  
Æthereis comitata choris, optata reuissit.*

*Atria, fulgentemque polum, flammantiaque astra.  
Inde ad conspectum magni genitoris, & altum  
Accedit solium, claraque insignia palma  
Illius ante pedes pulchra sub nube reponit.  
Dulcia dehinc sponsi delibans oscula IESV  
Amplexus inter castos mellitaque verba  
Æternas recipit sedes, euoque beato*

De Sig. Tom. 2.

Oo

Per.

*Perfruitur, tantoque refert condigna labore  
Præmia, quæ nulli sit fas æquare loquendo.  
Nec minus interea cineres ad littora Rheni  
Collegere sacros, superum vi & numine moti  
Indigenæ, atque aras illis, templumque superbum  
Ædificant, dant thura focis, & ferta sepulchro  
Florida multa ferunt, & munera magna quotannis  
Insuper & vota damnant, & vota reportant.  
Nunc tu igitur Veneranda polo, venerandaque terris  
Atque Deo coniuncta cohors, res aspice nostras,  
Germanosque tuere tuos, patriosque Britannos,  
Da priscam renouare fidem, atque extrudere monstra  
Et spurca odisse, immitti quæ Tartarus antro  
Immisit terris fragmenta, atque vnica Petri  
Decreta amplecti, puro quæ gurgite Tivris  
Transmittit, totumque diu sunt sparsa per orbem;  
Aethereaque olim cæli regione beari.*

XIX. INNUMERI MARTYRVM EXERCITVS. ] Hoc vt bene percipiatur, illud explicabo, quod antea non obseruatum, scribenti hæc mihi nunc, & mente priscorum temporū euentus in cunctis Boreæ regionibus percurrenti, occurrit. Post annum septingentesimum, sæculo scilicet octauo Bonifacius I. Archiepiscopus Moguntinus in interiori Germania Christi cultum stabiluit: ex illo nullum sæculū fuit (nouē verò numerantur vsque ad hoc labens) in quo non existerit aliqua natio Septentrionis, quæ contemderit vel in suis, vel in proximis regionibus omnem Christi cultum prorsus excindere, vel autem corrumpere, idque non modò scriptis, & concionibus, sed etiam seditionibus, & armis. Ex quo factum, vt innumeri in iis locis martyres existerint, qui sanguinem pro Christi cultu fuderunt. Septingentesimo namque & septuagesimo sexto anno Saxones nomen Christo dederunt, vt scribit Rhegino, ex illo septies cultum Christi abiecerunt, & qui in fide Christi constantes erant, occiderunt, ac septies ad mentem redire, donec anno octingentesimo quarto duodecimum iam victi à Carolo Magno ex maxima parte in Franciam sunt translati. Hæc Rhegino tradit.

Nono sæculo Cyrillus & Methodius Bohemos Christo conciliarunt, & post non multos annos iidem Bohemi suos gentiles, qui constantiores erant in cultu Christiano, seditione concitata interemerunt, vt libro quarto Dubrauius scribit, quæ rursus est renouata à Boleslao Sæuo, vt idem persequitur libro quinto. Iterum verò cum præfesset iis S. Adalbertus Archiepiscopus Pragensis, plurimi è Bohemis Christi cultu abiecto bellū mouerunt in gentiles suos Christianos, innumerosque ex illis interfecerunt, vt idem libro sexto narrat, in his quinque fratres S. Adalberti.

Sub decimum deinde sæculum cum Dani iam Christo nomen dare cœpissent, & eorum Rex Frotho ad Agapitum Papam legatos misisset petens, vt eò profiterentur, qui Danos ad cultum Christi perducerent, eius pronepos Gormo Rex & ipse Danorum crudelissimum in omnes Christianos bellum mouit, plurimosque ex iis interemit, vt Saxo libro nono scribit. Rursus autem post multos annos, obitumque Haraldæ Regis Christiani, Sueno filius eius vbi regni habenas cepit, in Christianos, eorumque sacra omnia atrocissime sæuiit, quod idem lib. 10. scribit, & Helmoldus in chronico Sclauorum lib. 1. cap. 15.

Vndecimo sæculo Slauī à cultu Christi, quem fuerant amplexi, deficientes, innumeros è nostris occiderunt, vt refert Helmoldus lib. 1. cap. 16. & sequentibus: tot autem nostrorū sunt ab impiis interfecti, vt eorum nomina vix libro comprehēdi possint, inquit idē. Iterū verò cum iam rediissent iidem Slauī ad fidē, mox Christum cœperunt auerſari, sumptisq; armis cunctos penè Hamburgensēs, Sturmarios, & Holfatos ad internecionē ceciderunt. ait eodem libro Helmoldus cap. 24. Similiter Hungari à fidē deficientes, Andrea Rege constituto, & eiecto Petro, plurimos è Christianis occiderunt, quod Bonifacius & Cromerius testantur,

Duodecimo sub annum m. c. 11. cum regnare cœpisset Boleslaus Tertius cognomento Criuouſtus Prussi à Christiana religione, quam iā fuerat amplexati defecerunt ad eāque rursus iidē redire sub annū m. c. lxxii. vt Cromerius lib. 6. scribit; sed mox armis sumptis

Bonfin. Dec. 2.  
lib. 2. Cro. lib. 4.

A innumeros è nostris alienati à Christo interfecerunt. Similiter è Liouonibus multi ob religionē Christianā perēpti, martyrij palmā sunt assecuti, vt refert Arnoldus lib. 7. cap. 9. Eodemque S. Sigfridus Archiepiscopus Eboracensis in Gothiam Suetiamque nauiga uit, cuiusque nepotes tres ab impiis occisi, vt refert Ioānes Magnus lib. 17. cap. 20. Olauus autem Noruegiæ Rex à suis Noruegiensibus ob fidem Christianam regno est depulſus, multi que ob id è nostris occisi, vt refert idem Ioannes idem Magnus lib. 18.

Decimo tertio Ladislaus IV. Hungariæ Rex sub annum m. cc. lxxvi. cum plurimis suorū deficiuit à cultu Christi, plurimiq; ob id è nostris interfecti. Christiani præterea innumeri Suecorum necati in confinibus à populis Borealibus à Christi cultu alienis; quod Ioannes Magnus persequitur lib. 19. & 20. similiter Mindacus Lithuanie Dux Christo se addixit anno millesimo ducētesimo quinquagesimo secundo, ac regiū nomē à Papa impetrauit, mox autē Christi cultu abiecto, christianis infestissimus fuit, vt Crom. li. 9. tradit.

Decimo quarto, Lithuani abiecto Christi cultu haud destiterunt plurimis bellis & incursionibus plurimos Christianos in Prussia & finitimis Poloniae terris interficere; quæ latè describit Cromerius lib. 10. & 11. in quo narrat anno m. ccc. xxv. filiā Ducis Lithuanie in sacra Christiana cōcessisse, vocatāq; Annā nupsisse Cazimiro Vuladislai Regis filio, dotis autē nomine nihil aliud datū, nisi innumerā captiuorū Polonorū multitudinem; qua factū, vt inculta prius Polonia redierit in antiquum decus. Ibidem scribit, virginem quamdā Deo sacrā, cum nō posset impetrare à Lithuano milite, vt intactā ipsi virginitatē seruariet, rogasse ad extremū ne sibi vim faceret; se eū docturā, quī corpus eius nullo vmq; ferro vulnerari posset: quod cum discere ille percuperet, iugulū ei fortis puella præbuit, vt in se rei mirabilis periculū faceret. credulus Lithuanus stricto gladio caput eius amputauit, sic illa libidinem barbari superauit, stuprumque honesta morte laudabiliter euasit. Anno autem m. ccc. lxxxvi. Jagello Dux Magnus Lithuanorū vnā cū tota gente Christo se deuouit, ductaq; vxore Heduigi filia Ludouici Regis Poloniae, dotis nomine regnū Poloniae accepit, Lithuanique ex illo vsque ad nostrū sæculū perſtiterunt in fide. Sic igitur in Europa vix vlla superfuit regio, in quā Christi cultus non induceretur vsque ad huius sæculi finē, exceptis Laponibus quibusdā sub ipsa propē Arcto sitis. Similiter hucusque nulla gens fuit in Septentrione, quæ contempto Christi nomine non abiecerit eius doctrinam, & in Christianos arma sumperit, interfeceritq; plurimos ex illis.

Decimo quinto. Hucusque Septentrionis aliqua gētes in quemuis Christi cultū sæuierunt, conataque sunt illum prorsus excindere; nullumque ipsi honorem, quicumque is foret, dari volebant; quod tamen adeo non perfecerunt, vt magis ac magis in Aquilonaribus terris Christi religio sit amplificata, & ex aliis in alias gentes propagata, vt apparet. Quocirca dæmon aliā cœpit inire rationem, qua Christianam veritatem tolleret è terris. id verò aggressus est per hæreticos pestilētissimos Hussitas. Anno nāq; m. cccc. viii. Ioānes Hussus, & Hieronymus Pragensis in Bohemia cæperūt excitare hæresim Vuicleffii Angli; quam obrē fortē non ipsi hæresiarchæ, sed Vuicleffus. tantus porrò Hussitarū furor exarſit in Bohemia, tātaque cōmouerunt incendia, vt incredibile sit, quot Catholicorum millia trucidarint, quot nobilissimo regno vastitates intulerint vsque ad annū propē m. cccc. xc. quæ latè explicat Dubrauius à lib. 23. vsque ad 32.

Decimo sexto sæculo, quod est præsens, impius Lutherus è Saxonia quibusdā latebris erupit, ac teterrimum virus effudit in omnes Aquilonis oras; inde tot hæreses enatae, vt non sint tot capita, quot illæ. Hæreticorū porrò flagitiosissimi sectatores innumeros è Catholicis occiderunt, quorum nos aliquot enumerauimus signo de perpetua martyrum successione, & sanctitate Ecclesie nunc militantis. Et fanē nullo sæculo tot ac tanti è nostris per hæreticos sunt interempti, vt hoc nostro. Necessè verò est nostræ doctrinæ aduersarios esse hæreticos vel suo iudicio. Nemo namque ex ipsis est, qui nō variat in decretis religionis, aut securus sit aliquem, qui variat, vt ostendimus signo de vna fide. Similiter est necessè vt doctrinæ veritas haud sit inter istos. Veritas namque vna est, ipsorum verò sectæ innumerae, & nemo ex illis in vna sententia perſistit; aut ei, qui in vna sententia perſistit, adhæret.

Cum verò nostra Ecclesia semper in iisdē decretis ad æternorū veritatē pertinentibus immobilis per tot sæcula permāserit, sine dubio veritas est à nobis, cuius est illud propriū sibi constare; quod aperuimus signo II. de vna fide. Verūm qualiacumque sint hæc, cum constet è tot signis, quæ libris hæc explicamus, nos esse ex Ecclesia; necessariò colligi-



tur, quicumque è nostris à Protestantiù sectatoribus sunt occisi, eos esse reuera martyres. A  
Cumque laudabile semper sit habitum vitam ponere pro quouis virtutis officio; Moralium  
verò virtutum potissima, ac nobilissima sit religio; nostræ verò Ecclesiæ religio; ex omni-  
bus appareat diuinissima; certè isti nobilissimum virtutis munus expleuerunt, sanguinisque  
proprij profusione consignarunt: vt testatissimum sit cunctis, ex Ecclesia nostra nullum non  
maximum bonum inter Aquilonares gentes profectum.

Ex his rursus, quæ differuimus, detecta est apertissimè Dæmonis fraus, ac rabies in  
Aquilone. Nam postquam non potuit per multa sæcula facere, ne Christi doctrina inter  
populos Boreales disseminaretur, id ad extremum contendit, & aggressus est, vt eam va-  
riis hæresibus contaminaret. sed institutum profequamur.

XX. REGES MARTYRES. ] Laudabilissimum sanè vitam ponere pro veritate, religione  
à tota antiquitate vnanimi consensu recepta & culta, qualis est nostra: sed longè lau-  
dabilissimum, si Reges hoc agant. Vt enim priuatus hoc agat, maximum quidem bonum,  
perquam maximum si Reges, ille namque haud tot illecebris rerum terrenarum huma-  
narumque retinetur irretitus, quibus ei sit iucundum permanere in vita; at Reges nullis  
non rebus affluunt, quibus eorum sensibus sit suauissimum diutissimè eam traducere, ac  
tueri. Quocirca habebunt Septentrionis gentes, quo maximè gloriantur, & quod paucis-  
simis secundum eos sit à Deo concessum; nimirum, vt nullum prope sit regnum earum,  
quod non aliquem martyrem ciere è suis Regibus possit: Noruagia gloriatur Olauo, Sue-  
tia Erico, Dania Canuto, Bohemia Venceslao, Anglia Eduardo & Eadmundo Regibus,  
qui temporibus antiquis pro Christi cultu in suis regnis propagando sunt occisi.

Ex hoc & superioribus colligitur necessariò, Dæmonem maximè in Septentrione ad-  
uersus Christi doctrinam debacchari sæuissime, quando neque Regibus pepercerit, quod  
alii regnis haud contigisse scimus.

XXI. REGINAE MARTYRES. ] Et quando superbia eorum, qui oderunt Deum, sem-  
per ascendit, vt ait Dauid Psal. 73. hinc ad extremum Dæmon haud temperauit à Regi-  
nis, quod per tot sæcula numquam fuerat auditum; nostro enim Maria Scotiæ Regina  
iussu Elisabettæ ex Anna Bolenia nata, est necata: de Mariæ verò Reginæ laudibus, &  
Apologia, dictum est signo LVII. Verum, quamuis Dæmon in Septentrione sic abstulerit  
è visceribus humanis humanam diuinamque pietatem, Christus ex aduerso hoc maxi-  
mum laudabilissimumque bonum dedit Septentrioni, vt Scotia haberet martyrem Re-  
ginam, Regis filiam, coniugem, & matrem, & quæ non modò in Scotia, sed in Galliarum  
nobilissimo regno imperauerit viuens. Hoc sanè bono nulla natio, nullum regnum sese  
efferre toto orbe ab ipsius exordio potest.

XXII. IMPERATORES SANCTI. ] Anno ante Christum natum quadragesimo secun-  
do Imperium Romanum est constitutum: ex illo Imperatoria maiestas in toto orbe per  
annos mille sexcentos triginta duos præstitit omnibus aliis profanis: cumque plerumque  
duo fuerint Imperatores, quorum alter Orienti, alter verò Occidenti imperarit, & ex iis  
multi fuerint omni virtutum genere florentes, nullus tamen ex iis tantæ fuit innocentia,  
vt meruerit adscribi Sanctis, diuinitusque miraculis sanctitatem vitæ cõsequenteribus, & an-  
te, & post obitum fuerit illustratus. Sola Germania iactare se potest in Henrico primo Im-  
peratore, Rege autem secundo; cuius sepulchrum (scribit Ortho Frisingensis lib. 6. ca. 27.)  
& hodie crebris miraculis celebre habetur.

XXIII. IMPERATRICES SANCTAE. ] Similiter sola Græcia poterat ostentare hucusque  
Imperatricem Sanctarum numero adscriptam, Pulcheriam scilicet Augustam Theodosij  
Magni genere Hispani neptem. Sed ne Germania, Septentrioque videretur tanto  
bono destitui, dedit Deus, vt haberet Chunegundem Imperatricem Henrici Pri-  
mi vxorem diuinissimis virtutibus excellentem, Sanctarumque coetui merito annume-  
ratam, cuius vitam Surius refert tom. 2. Mart. 3. & Chunegundim, de qua mox agemus.

XXIV. IMPERATORES ET IMPERATRICES AMBŌ VIRGINES  
IN MATRIMONIO. ] Hoc autem Græciæ negatum, quin toti orbi, vt habue-  
rit Augustum, Augustamque simul, qui vnanimi consensu delatam ex vtero materno  
virginitatem in ipso etiam matrimonij nexu, in ipsi matrimonij diurni diurnis maxi-  
misque illecebris, vsque ad obitum conseruarint illibatam. Coeant igitur omnes quæ-  
cumque sunt nationes ab ipsius orbis fabricatione, toto orbe terrarum, & produ-  
cant, si quidem possunt, tantæ potestatis ac maiestatis principem virum, qui  
non

nò modò vsque ad coniugium, sed in ipso coniugio vsque ad mortem tutatus fuerit inta-  
ctam virginitatem vnà cum coniuge sua. Per tot annorum millia tantæ virtutis tantus prin-  
ceps nullus exstitisse dignoscitur. Hoc igitur cælesti munere se potest extollere supra om-  
nes gentes Germania, ex quo Papæ sanctissimi auctoritatem, fidemque est secuta.

In hunc verò Henricum II. Germaniæ Regem, & Imperatorem I. Chunegundim que  
ipsius vxorem sanctitate tanta admirandos sic excellenti ingenio, poëticisque studiis flo-  
rens Iulius Cæsar Stella:

*Felix sorte tua, que se Germania tecum*

*Comittat pars orbis, & in certamina laudum*

*Descendat, regio ante alias sublimior omnes?*

*Non quòd amica feris, mutisque natantibus apta,*

*Et Cereri dilecta, nec importuna Lyæo*

*Tot loca, tot gemmis grauidos, auroque fluentes*

*Omnifero gremio montes alissimilita quamquam*

*Hæc bona sunt, reliquis sunt & communia terris:*

*Sed te quòd titulis vnâ maioribus auxit*

*Omnipotens: neque enim quos tu secunda dedisti*

*In lucem, regio vlla viros per sæcula tales*

*Quamuis longa tulit, pacis sic artibus illos*

*Suspicit insignes, belli que laboribus Orbis:*

*Quos sileam vt tacitus (quis enim tot maxima gyro*

*Claudat facta breui?) numquam, quem docta priorum*

*Carmina præteriere, meis indictus abibit*

*Henricus titulo, sed non virtute secundus:*

*Qui primus tamen Imperij lucratus honores,*

*Ceu si virginitas omnes seruata per annos,*

*Et populis diuisum auri graue pondus egenis*

*Parua forent, sancta pro relligione tuenda*

*Italiam in gra ferre rudem, Slausque secundis*

*Contudit, infregit que armis, quin aspice quantum*

*Fauerit Augusto Superum clementia Regi*

*Hic primum sacro tædarum foedere iuncta*

*Chunegunda potens animi matrona virilis,*

*Sexum oblita suum, more que imitata maritos,*

*Virgineum nulla temeravit labe pudorem:*

*Non dulces Veneris curæ, consorsque voluptas*

*Coniugij, & cara sperati è stirpe nepotes*

*Edomuere mares horrenda in Virgine sensus.*

*Vincebas Henrice armis felicibus hostes,*

*Tuque alti Regina animi minor esse mariti*

*Dedignata tui vincebas pectoris hostes.*

*Quòd sauos armis Henrice subegeris hostes,*

*Partem miles habet, tormenta que bellica laudis,*

*Quæ que dat euentus rerum fortuna secundos.*

*Quòd te ipsam, sensus que tuos inuicta domaris*

*Virgo, tua est laus omnis, in hoc pars debita nulli est.*

*Quinetiam luxus, vrbisque exosa superbæ*

*Fumam, & opes, & delicias, vbi peruia sacris*

*Virginibus, nullique virum penetrabilis: eset*

*Ampla domus, templum ædificas, casta que caterua*

*Te facis ipsa ducem, clausaque in sede recondis.*

*Saluete illustres animæ, que digna laborum*

*Præmia sub pedibus nubes, Lunamque videtis,*

*Solemque, stellasque, & inanem luminis Irim.*

*Si vnus quæ cura fuit, post fasta superstes*

*Durat adhuc, vobis & adhuc Germania cordi est:*

De Sig. Tom. 2.

*Ergo agite, & lapsis regni succurrite rebus,  
Olim orbis quod vester erat, concedat ut omnis  
Ira, furorque Dei, quæ damna tot intulit illi  
Sic merito, & maiora dabit, ni numina vestra  
Mota prece in melius mentem mutata reflectant,  
Et nubem excutiant, quæ crassa obducta tuenti  
Visum hebetat: ah ne castissima Chunegunda,  
Ah ne Henrice tuæ fortissime desice genti:  
Reddite nunc patria lucem, nascentibus olim  
Quam vobis dedit illa, facesque extinguite flamma,  
Quæ septem tot regna vorat subiecta Trioni:  
Vt reuocata sua Germania parcere fama  
Vestra per ad summos vestigia tendat honores.*

**XXV. IMPERATRICES SANCTAE ORDINVM RELIGIOSORVM AVCTRICES.** ] Huiusmodi fuit Richardix Imperatrix vxor Caroli Crassi Augusti, Germaniæq. Regis, quæ post obitum mariti in monasterio à se constructo sacris virginibus præfuit, & in sanctas relata cultu anniuersario celebratur XIV. Kal. Septemb. quod scribit Abbas Trithemius libro de viris illustribus ordinis S. Benedicti. Hanc sequitur Chunegundis, de qua supra locuti sumus. Hæc enim similiter defuncto viro, cum laminas ferri candentes manibus illæsis contrectasset ad comprobandum suæ virginittatis intactum florem, in monasterio à se constructo virginum sacrarum nobilissimum conuentum prudentia singulari est moderata. eius vitam Surius refert tom. 2. Martij 3. Igitur Germania non modò diuinitus accepit hoc bonum, vt haberet regij sanguinis sanctissimas foeminas, quæ religiofos ordines gubernarint, primæque in aliquo loco constituerint, sed Imperatrices etiã nobilissimas, diuinitusque vitæ. quod fanè maximè ad Septétrionis laudem pertinet. Numquid enim non laudandæ Imperatrices istæ, quæ se totas cælestibus contemplandis ac procurandis deuouerunt, aliasque ad id exemplo suo perduxerunt, & edocuerunt ipsæ, locaque in id exstruxerunt, in quibus eadem sectatæ mox aliæ per multa sæcula vixerunt? Quæ porrò regio Septétrioni in huiusmodi bono se comparabit, quod habuit ex quo Papæ obtemperauit?

**XXVI. REGES SANCTI.** ] Ne qua verò laus ex vlla parte deesset Borealibus terris, præter Imperatores sanctos, Reges virginittatis dono illustres, aut martyrij, producet alios etiam Reges, qui quamuis talia non fuerint fortiti, sanctitudine tamen admirabili præstiterunt, pluribusque miraculis editis à Deo sunt nobilitati. Angliã namque præter duos Eduardos, & Eadmūdum martyrem, de quibus meminimus supra, meritò sese effert in duobus Ethelbertis, Osualdo, Chenelmo, Richardo. Atque huius quidem corpus Lucæ in S. Fridiani requiescit. Regno namque dimisso, ad Apostolorum limina visenda in Italiam venit, ac Lucæ est defunctus. eius autem sepulchro hoc epitaphium legitur incisum stylo antiquo compositum:

*Hic Rex Richardus requiescit, sceptrifer almus.  
Rex fuit Anglorum, regnum tenet iste polorum.  
Regnum dimisit, pro Christo cuncta reliquit.  
Ergo Richardum nobis dedit Angliã Sanctum.  
Hic genitor sanctæ Vualburgæ virginis almæ,  
Et Vvillebaldi sancti simul, & Vinibaldi:  
Suffragium quorum nobis det regna polorum.  
Amen.*

Istius porrò filij Vuillebaldus, & Vinibaldus, socij fuerunt Bonifacij Archiepiscopi Moguntini in perducenda ad Christum Germania: Vualburga, verò constituit in eadem Germania monasterium virginum Deo sacrarum, de quibus Trithemius lib. de viris illustribus.

Eodem modo Bohemia, præter Venceflaum martyrem, meritò habet cur maximè gaudeat ob alium Venceflaum Regem sanctitatis admirandæ, de quo Aeneas Syluius, postea Pius II. diligens rerum Bohemicarum scriptor cap. 28.

Hungaria sese extollit Stephano ac Ladislao Regibus item sanctis, de quibus Bonifacius latè; Polonia Cazimiro.

**A PRINCIPES SANCTI.** ] Similiter præter eos, qui Regio sunt nomine inter gentes Boreales honestati, fuere minoris gradus excellentissimi viri, quos antiquitas Reges & quidem maximos appellasset, qui fuerunt altissimæ sanctitatis. Inter alios est Lupoldus, siue Leopoldus Austriæ Dux, qui mortuis quatuordecim dicitur vitam restituisse, & alia patrasse miracula diuina, cuius vitam Surius refert tom. 7. Nouembr. 15. Hunc sequetur Emericus S. Stephani Hungarorum Regis filius, & Sclauoniæ Dux, cuius vitam descriptam habemus à Surio tom. 6. Nouemb. 5. Sicut autem nobilitatur Hungaria Emerico, & Austria Leopoldo, sic Polonia Cazimiro Cazimiri Tertij Poloniæ Regis filio, cuius aliqua gesta refert Cromerius in oratione funebri Sigismundi I.

**PONTIFICES SANCTI.** ] Sed numquid Aquilonis loca solis hinc gloriabuntur? aut numquid Deus hæc illis dumtaxat bona ad religionem sanctitatemque vitæ pertinètia dignatus est largiri, ex quo Papæ obediuerunt? Atqui sanctissimos etiam Pontifices produxit. Nam qualis quantusque Leo Nonus, Victor II. Stephanus IX? de quibus apud Platinam in viris Pontificum, Hermannum Contractum, qui Leonis IX. tempore fuit, Leonem Hostiensem, Trithemiumque de viris illustribus S. Benedicti. An huiusmodi aliquid habuit Germania, antequam Christo nomen daret, Pontifici Romano obediret?

**ARCHIEPISCOPI SANCTI.** ] Quis verò possit Archiepiscopos omnes sanctimonia præstantes, quos Germania & Septentrio produxit, enumerare? Enumeremus tamen aliquos, quorum vitas refert Surius: Colonienfium quidem Annonis Decemb. 4. tom. 6. Brunonis Octob. 11. tom. 5. Cuniberti Nouemb. 12. tom. 6. Engelberti Nouemb. 7. tom. 6. Euerghisti Oct. 24. tom. 5. Hereberti Mart. 16. tom. 11.

**C Treuerensium Materni tom. 5. Octob. 10. alterius Materni, de quo Cæsar noster in annotationibus ad Martyrologium, Septemb. 14. Hildulphi Iul. 11. tom. 4. Nicetij Oct. 1. tom. 5. Valerij Ianuar. 29. tom. 1. Maximini Maij 29. tom. 3. Modoaldi Maij 12. tom. 3. Huberti Nouemb. 3. tom. 6. Lamberri, de quo Ado in Martyrologio Septembr. 18. Bafini, de quo Trithemius libro de viris illustribus ordinis S. Benedicti.**

**Moguntinorum Bonifacij Iun. 5. tom. 3. Lulli Octob. 16. tom. 5. Maximi Nouemb. 18. tom. 6.**

**Bremenfium, Anscarij, Rēberti, Adalgarij, Vnni, Adalberti, de quibus Trithemius eodem libro, Vuillehadi Nouembr. 8. tom. 6.**

**Magdeburgensium Nortberti. Iun. 6. tom. 3. Vpsalensium Adaduardi, & Stephani, de quibus Ioannes Magnus lib. 17. cap. 15.**

**D Pragensium Adalberti. April. 23. tom. 11. Hyberniæ, præter Palladium, & Patritium, Malachiæ. Nou. 5. tom. 6.**

**Dublinensium Rumoldi. Iul. 1. tom. 7. Vuironis Maij 8. tom. 3.**

**Cantuariensium Anselmi. April. 21. tom. 2. Ceaddæ. Mar. 2. tom. 2. Theodori, Sept. 19. tom. 5.**

**Thomæ, Decemb. 29. tom. 6.**

**Dunstani. Maij 19. tom. 3.**

**Edmundi. Nouemb. 16. tom. 6.**

**Egelnori, de quo Trithemius.**

**Elphegi. April. 19. tom. 2.**

**Laurentij. Febr. 2. tom. 1.**

**E Lanfranci.**

**Eboracensium Ioannis. Maij 7. tom. 3.**

**Vuilfridi. Octob. 12. tom. 5.**

**Sigifridi, de quo Ioannes Magnus lib. 17. cap. 18.**

**Gnesnensium post Robertum,**

**Adalberti Pragensis. April. 23. tom. 2. Crom. lib. 3.**

**EPISCOPI SANCTI.** ] quorum gesta Surius describit.

**Traiectensium, Amandi Februar. 6. tom. 1. Vuillebrodi Nouemb. 7. tom. 6. Friderici Iul. 18. tom. 4.**

**Frisingenfium, Corbiniani Septemb. 8. tom. 5. Kiliani Iul. 8. tom. 4.**

**Augustanorum, Vldarici Iul. 4. tom. 4.**

**Bambergensium, Othonis Iul. 11. tom. 4.**

**Misnentium, Bennonis Iun. 16. tom. 7.**

Hildefensium, Beruardi Nouemb. 20. tom. 6.  
Herbipolensium, Burchardi Octob. 14. tom. 5.  
Argentinesium, Florentij Nouemb. 7. tom. 6.  
Monasteriensium, Lugderi Mart. 26. tom. 2.  
Ratisponensium, Vuolfanghi Oct. 31. tom. 5. Alberti Magni, de quo Raphaël Razius,

cum plurimis aliis, quos esset infinitum nimis enumerare.

XXXI. **ABBATES SANCTI.** ] superioribus succedunt Abbates sanctimonie laudibus, ac rebus præclare gestis illustrissimi. recensemus aliquos: nam singulos vt afferamus, fieri non potest. Columbanus, cuius meminit Sur. Nou. 22. tom. 6. illum sequitur Gallus discipulus, de quo idem Oct. 16. tom. 5.

Adelhardus Iun. 2. tom. 1.

Aichardus Septemb. 15. tom. 5.

Robertus Anglicanus Iun. 7. tom. 3.

Poppo Ian. 25. tom. 1.

Gerardus Bremensis Octob. 3. tom. 5.

Vuolphelmus Bruuilerensis April. 22. tom. 2.

Furcus, Foilanus Abbates Chaob herfsburgi.

Leodeboldus fundator Floriacensis cœnobij.

Ceadda Abbas Lestighaensis.

Bercharius primus Abbas Altiuillarensis.

Catta, & Boifilus Abbates Mailrosenses, quibus successere Cutbertus, & Oduualdus.

Egbertus discipulus S. Columbanus Hiberni multorum monasteriorum pater, inde Adamannus.

Adelmus Maldubiensis, Vuilhelmus Abbas monasterij Danici.

Benedictus Abbas SS. Petri & Pauli in Anglia, cui succedunt Ceolfrius, Beda.

Sturmus Primus Abbas Fuldenfis, quem sequuntur innumeri ex ordine eodem.

Berno primus Abbas Cigniaccensis. Post hos sunt Abbates sancti monasteriorum Hirsaugiensis, Spanheimensis, Corbeiensis, Lobienfis, & alij, quos Trithemius recenset: ab his, & horum posteris Septentrio tota, & ad fidem Christi, & humanitatis cultum perductas, vt signis de propagatione fidei libro quarto retulimus.

XXXII. **VIRI SANCTITATE, AC DOCTRINA SIMVL ILLVSTRISSIMI.** ] Cum scriptum sit: Scientia inflat, caritas ædificat: ] sapè fit, vt qui scientia sunt eminentes, à sanctimonie viis longissimè recedant. Quòd si quos extollit doctrina, non obliuiscantur illi tamen modestie, neque intumescant villo modo, ij sanè supra omnes sunt laudandi. Tales autem multos è Septentrione producere possumus, ex quo Pontificibus Romanis obedire cœpit. recensemus aliquos, qui & doctissimi fuerint, ac simul sanctissimi.

Beda, de quo Surius Maij 10. tom. 3.

Anselmus Archiepiscopus Cantaur April 21. tom. 2.

Adelmus, de quo Trithemius lib. de scriptoribus Eccles.

Adamannus. Idem.

Egelnotus Archiepiscopus Cantauriensis.

Leo Papa IX.

Guiglielmus Abbas Hirsaugiensis, Philosophus, ait Trithemius, & astronomus, musicusque insignis, vita & conuersatione sanctissimus, quippe qui multis legitur coruscasse miraculis.

Ratbodus Episcopus Traiectensis, de quo Trithemius.

Stephanus Episcopus Leodiensis.

Smaragdus Abbas.

Abbo Floriacensis Astrologie peritissimus, idemque martyr.

Bruno Episcopus Herbipolensis, cuius sunt in omnes psalmos multa scripta.

Lanfrancus Archiepiscopus Cantauriensis.

Rupertus Abbas Tuitiensis.

Rupertus Abbas Limpurgensis.

Iordanus Saxo ordinis S. Dominici, cuius vitam Seraphinus Razius describit.

Ioannes Friburgensis, & Episcopus Bofnenfis, Theologus, Philosophus, & Iuriscōsultus insignis.

Ale-

A Alexander Halensis, cuius vitam scripsit Petrus Episcopus Porti.

His si quis addat Henricum Harphium Minoritam, Dionysium Richetium Carthusianum, Ioannem Lanspergium, Ioannem Thaulerium ex ordine Prædicatorum à nullo reprehendendus, ab omnibus laudandus esset.

Albertus re & cognomento Magnus, Philosophorum coryphæus.

Henricus de Kalkal Carthusiensis.

Henricus Sufo ex ordine Prædicatorum.

Ac de his omnibus Trithemius. Nunc omnia sæcula exacta ab orbis fabricatione inspiciantur, & è Septentrione vnus superioribus similis producat, quin ex omnibus gentibus ab Ecclesia sancta alienis. Vt enim proferri possit pari, vel etiam maiori doctrina, sanctitate quidem nemo erit, qui nominetur. Sed postquam Septentrio Papæ leges obseruat, tot ac tantos ille produxit.

B **RELIGIOSORVM ORDINVM AVCTORES.** ] Inter virtutes morales primæ dandæ meritò videntur ipsi religioni, quòd hæc actiones nostras in Deum referat. XXXIII.

Quamobrem qui cœtus religiosorum moribus ac legibus ad puritatem mentis & corporis, fluxarum rerum despicientiam, diuinarum desiderium, veritatisque assentionem perducunt informant, exemploque vitæ stabiliunt, ij maximè laudandi, beati que sunt illi populi existimandi, quibus huiusmodi viri quasi cœlitus demissi contingunt; idque habere est quoddam maximè supremum bonum. Neque hoc igitur Septentrio caruit, ex quo Papæ obedire cœpit. Ex Hibernia namque prodiens Columbanus multa in Gallia, & Germania finitimis locis, quin in ipsa Italia, quæ propinquior est Gallia, monasteria construxit: in Gallia certè Corbiense condidit, è quo profecti monachi alterum in Saxonia Corbeiese monasterium excitauerunt, à quo sunt in lucem dati Ansharius, Rhembertus, Adelgarius, Vnnus, Adalbertus, Villehadus Archiepiscopi Bremenses, qui terras supra mare Balthicum positas in Dania, locisque finitimis, doctrinæ Christianæ lumine illustrauerunt; At Germania duos ordines, quibus distincti sunt mores, rem Christianam maximè promouentes, Carthusianum, & Præmonstratensem dedit, anno namque de quorundam sententia m. lxxxiv. Bruno Colonienfis Carthusianos legibus instruxit, Nortbertus autem Magdeburgensis Archiepiscopus ordinem clericorum Præmonstratensium excitauit circiter annum millesimum centesimum vigesimum quintum. In Hungaria verò sancti Pauli primi eremite nomine institutus est alius ordo. At Friderici Primi ætate à Theutonicis in Syria funditus est ordo Theutonicorum, qui Friderico II. imperante, in Prussia quam deinde totam Christo acquisuere, sedem fixerunt, vt è Cromerio nos docuimus signo de cura Papæ in tuendis Catholicis regnis; alter item qui dictus est Ensferrorum, à quibus Liuania deuicta, quique Theutonicis postea sese coniunxerunt, vt ex Arnoldo Lubicensi ibidem docuimus. Longè autem post istos Brigida Sueua, eorum qui S. Basilij leges sequi dicuntur, ordinem tam mulierum, quam virorum, legibus propriis firmavit ac latè non modò in Septentrione, sed in Gallia & Italia propagauit.

C **CVLTVS CHRISTIANI AMPLIFICATORES.** ] Quòd si Christi cultus nihil nõ boni continet, è Germania ac reliquo Septentrione maxima bona exstiterunt, ex quo loca illa Pontificias leges obseruant. Vt enim latè explicauimus signo VI. cap. 1. de propagatione fidei, postquam Palladius à Cælestino Papa missus Hibernos, & Scotos, Augustinus verò à Gregorio Magno Anglos, ambo Romani, Romanæque Ecclesie presbyteri, qui tum Cardinalium locum tenebant, ad Christum perduxere, monasteriaque multa condiderunt in Hibernia & Britannia, inde Scoti & Angli emissi in Germaniam venerunt. Nam Gregorius II. Bonifacium Anglum in Germaniam misit, qui multis Episcopatus erectis, ac monasteriis conditis, eas regiones Christo adiecit. sic Ansharius, Rhembertus, Adelgarius, è Corbeia Saxonia profecti Daniam Christianis moribus excoluerunt, Sigifridus Archiepiscopus Eboracensis Suecos, Ortho Bambergensis Pomeranos, Nicolaus Anglus S. R. E. Cardinalis Noruegos, Meinardus Liouoniam, ceterique Septentrionales populi reliquas Aquilonis plagas, vt fusiùs eo capite explicamus. Sic itaque Pontifici Romano obedientie exhibitæ hoc Septentrio debet, speciatim verò Cardinalibus, quales Palladius, Augustinus, & Nicolaus fuerunt, vt tantos Euangelicæ doctrinæ præcones ac propagatores dederit in lucem, per quos populi efferatissimi ad omnes humanitatis artes ac studia sunt perpolitati. Cumque tota antiquitas toto orbe nulli prædictis similem produxerit, Aquilo verò tot emisit; id non nisi Pontifici Romani dilig-

XXXIV.

E

ligentia potest adscribi, per quam factum, ut isti talia patrarent, postquam Roma misit, A  
qui Septentrionem Christo conciliarent.

XXXV.

RELIGIOSORVM SOLITARIJ COETVS A GERMANIS CONSTITVTI.] Diximus supra in vniuersum, religiosorum coetus à Germanis quibusdam fuisse excitatos legibusque firmatos. Sed nunc illud est speciatim considerandum, quod solitarij quidam coetus ab illis sunt auctore Brunone excitati sub annum millesimum octuagesimum quartum. quanta vero sit istorum laus, è quinque perspici potest: ac primum sit illud. Antiqui nostrarum rerum scriptores mirificis præconis extollunt anachoretas, ut Græco vocabulo vocant, aliquos, qui se cellis includebant tota vita; atque ubi possunt duos tresve istorum toto alicuius ætatis decursu nominare, magna se litteris mandasse arbitrantur: neque sanè fallunt, aut fallunt. Homo namque id maximè appetit, ut in societate plurimorum vitam traducat: feræ in syluis & antris solæ degunt; quæ verò ex illis prudentiæ quædam B partem vel effectus ostendunt, gregatim præ ceteris viuunt, ut elephantes, grues, & si quæ sunt huiusmodi, quasi propius ad humanam naturam videantur accedere. Homo delectari solet frequentissimis ciuitatibus, mortaliumque, celeberrimis conuentibus, ac multitudinem: à quibus tamen aliqui subducere se interdum soliti sunt ingenio præstantissimi viri, ut veritatis inquisitioni, rerumve naturalium & cælestium contemplationi, similibusve studiis interiori conatu dare operam possent; quod cunctis sapientibus est visum semper maximè laudandum. Hinc Cicero vocauit eos, qui se ab hominum frequentia segregant, ut inuestigandæ veritati dent operam, præstanti ingenio viros, quibus id solum dicit licere.

Cum sit igitur magnum, duos tresve huiusmodi, non quales Cicero, qui neque mente poterat concipere excellentiam nostrorum, describit, sed quales reuera sunt nostri, exstitisse; atque ob id veluti rem memorandam posteritati tradant Sozomenus, Theodoretus, Socrates, Euagrius, Palladius, SS. Hieronymus, Gregorius Magnus, Gregorius Turonensis, ætate sua duos tresve fuisse, qui se in abditas cellas abstruderent; Bruno Colonienfis vir cælo delapsus coetus hominum talium primus ab orbe cõdito est ausus instituere maxima Germanicæ nobilitatis laude; ut essent scilicet, qui ab omnibus terrenis rebus omnino abstracti, toti in rerum diuinarum contemplatione & obrutu defigerentur, quamuis Romualdus etiam sit hoc aggressus, sed non tanto, ut appareret, vel exitu, vel conatu. Secundum sit illud. Sic Bruno Germanus feliciter est hoc ausus, ut non in Carthusia sola, agri Gratianopolitani loco, hoc perfecit, sed in Anglia, reliqua Gallia, Germania, Italia, Hispania, aut si quæ sunt aliæ regiones, quæ cõuētus habeat huiusmodi virorum celeberrimos. Tertium. neque verò vna ætate aut sæculo id ille diuino munere est affectus, ut instituti sui plurimos diuersis in locis imitatores habuerit; sed quinque iam sæcula exacta numeramus, quo tẽpore innumeri prodierunt tantæ laudis viri ex ordine ipsius. Quartum. Hinc factum, ut pauci ordines religiosorum sint, qui tot è suis ciere possint, à quibus a deo cælestium contemplandorum ratio sit illustrata, ut à scriptoribus Carthusianis, qui vias omnes perueniendi ad summum cõtẽplationis rimati, atque exactissimè perscrutati, maximè ceteris aditum mox aperuere ad explicanda mysteria, quibus progredi mēs ad altissima quæque facilius possit. Atque ut omittamus alios, referamus solos Germanos, neque omnes tamen, sed ætati nostræ propinquoiores. Igitur quales, quæso, quãtiq. Ludolphus Saxo, Henricus de Cosuelda, Ioannes Teneramunda, Hermannus Petra, Henricus Hassia, Gerardus Stredamus, Bartholomæus Ruremundensis, Iacobus Lunterburchius, Iacobus Mosander, Dionysius Richelius, Ioannes Haggen siue de Indagine, Iacobus Guytode, Henricus Pirus, Henricus Prudens, Henricus Arnoldi, Ioannes è Lapide, quem Trithemius inter præcipuos gymnasij Tubingensis auctores ponit, Vuernerus Roleuinchius, Laurentius Surius? Quintum. iure attribui posse videtur Carthusianorum familiis, quod numquam sic eorum mores à primæua institutione sunt collapsi, ut eorum leges in deteriore faciem, nedum viuendi normam, sint immutata. Quod multis ordinibus non ita cõtingit, qui longè ab antiqua puritate, vel saltem vitæ austeritate visi sunt deflexisse. Tale igitur ac tantum bonum diuinitus obtigit Germanis, ex quo Papæ auctoritatem sequuntur, quale tota antiquitas non habet per tot annorum millia toto orbe terrarum. id verò est diuinissimum: ordo namque hic contemplationi diuinorum maximè est addictus, in qua præcipuè posita est nostra suprema felicitas, vel de ipsius Aristotelis profani scriptoris sententia libro Ethic. 10. & Metaphys. 1.

OR.

A ORDINES RELIGIOSORVM MILITARES.] Sicut autem Carthusiani potissimum contemplationi cælestium vacant, & ab omni actione foras prodeunte sunt præcunctis remoti, atque id in summis bonis est numerandum, sic si qua sit familia religiosorum, quæ propter eundem Deum, cui seruire debent omnia, maximè dedita sit honestæ, utiique actioni, quam moderetur in singulis norma religionis, illa multis erit laudibus celebranda. Nulla verò functio foras magis dare se videtur, quam militaris, quæ scilicet vi nitatur, agat, contendat, & cõpellat aduersus homines obsistentes. sicut itaque Germanis obtigit maximum bonum, quod intimas hominum partes excolit, & ad summum virtutis extollit, ab ordine Carthusianorum dimanans, sic iidem maximum bonum diuinitus euenit, ad summam virtutis perducens, qua corporis vires in externa prodeunte perficiuntur, in Deum, quem proximè religio spectat, relata. Anno namque m. c. xci. quidam ciues Bremenses, ac Lubecenses, qui Danici sanguinis habentur à multis, apud Acam construxere ædes hospitalis ægrotis excipiendis & curandis, ordinemque instituerunt sanctæ Mariæ Theutonicorum, quem nonnulli tradunt à Cælestino III. confirmatum, teste Polydoro lib. 7. de inuentoribus rerum. Primus ordinis magister fuit Henricus Vualpotus. Ij deinde in Prussiam concessere Gregorio IX. adnitente, eamque Christo adiecerunt. Post hunc exortus est alter ordo Ensisiferorum ad Liuoniam capiendam, à Bremensibus, & ipse, quantum colligere ex Arnoldi lib. 7. cap. 9. possum, constitutus: in vnum deinde ambo ordines coierunt, nomenque Theutonicorum sanctæ Mariæ ille retinuit. Huius illud est peculiare, quòd cum plurimi existerint ordines religiosorum militares, Hierosolymitanorum, Templariorum, S. Iacobi, Christi, sancti Mauritiij, sancti Lazari, solus hic duas amplissimas prouincias Christianæ pietati acquisiuit, Prussiam, & Liuoniam, mortalesque, effertissimos excoluit ad omnes humanitatis, ac politioris vitæ actiones. Hoc autem maximum bonum, quod nulli genti, si illud huiusmodi sit, ab orbis exordio contigit, est Germaniæ datum ex quo Papæ iussa sequitur, Lutheranæ impietatis turbo deiecit, ac ferè funditus euertit.

C CLERICORVM REGVLARIVM SODALITATES.] Ac ne quis putet Germanos, & Aquilonares ad extrema quædam ferri, cum maximè inter se differre, ac remota esse videantur opera intima contemplationis, quæ sibi proponunt agenda Carthusiani, & opera bellica, quæ sibi efficienda constituerunt Theutonici milites; interiectam quamdam mediamque Deus voluit è Septentrione exoriri religiosorum sodalitates regularium clericorum Præmõstratensium, quam Norbertus excitauit, ac formauit. Hi non minus actionibus intimis, quàm externis, æqualiter genus humanum iuuere. Quocirca nihil nõ ad religionem diuinam faciens Germaniæ ac Septentrioni Deus dedit, atque ita dedit, ut ex eius alumnis emanaret in omnes, ex quo Papæ auctoritatem sequi cœpit. Ac veluti Dania vel ei finitima regio gloriari potest ob Ensisiferorum, Theutonicorumque militares sodalitates, sic Germania prima, quæ Norbertum protulit, Præmõstratensibus suis: at Germania secunda cui Colonia attribuitur, vnde ortus est Bruno, Carthusianis: denique Suecia, quæ Brigidam dedit, suis etiam religiosis, qui sceminæ sanctissimæ instituta sequatur. Ex his apparet, quot, ac quanta bona ad religionis sanctitatem pertinētia Deus Aquiloni sit largitus, ex quo Papæ obedire cœpit; quæ magis elucescent, si cum malis capitè superiori comprehensis conferantur; expendanturque cuncta singillatim; quod nos ex parte fecimus, & comparentur hac in re Boreales populi cum Græcis, Africanis, & cunctis populis Orientis, qui ab Ecclesia Catholica & obedientia Pontificis Romani desciuere, & nullam non religionis ruinam maximo omnium nostrum dolore infelicissime fecerunt.

Bona proximè consequentia religionem. Cap. 1 V.



P LVRES PONTIFICES.] Pontificum Romanorum tanta semper fuit potestas, ut eisdem terminis contineri visa sit omni tempore, quibus orbis habitati ac peruij spatia sunt cõprehensa, quod ostendimus signo de prudentia politica XXXIII. cap. 3. Quocirca & hoc bonis Germaniæ magnis & Septentrionis annumerabitur; tot è suis dedisse Pontifices summos, qui latissimè confinia suæ iurisdictionis porrexerint. Romani verò Pontifices è Germanico sanguine sunt hi, Gregorius V. Bruno antea vocatus, Otthonumque Imperatorum affinis anno dngentesimo nonagesimo quinto, natione Saxo, qui electoribus Germanis ius creandi

di

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

di Imperatoris è Germanica gente largitus est; Clemens II, qui Suidigerus vocabatur, ac Bambergensis Episcopus fuit, sanguinisque Saxonici, vt Hermannus scribit, m. XLVII. Damafus II. Episcopus Brixinensis m. XLVII. Leo IX. qui Bruno vocabatur, Leucorūq. Episcopum prius agebat; hic Sanctis ob res diuinè gestas innocentiamq. summam est adscriptus anno millesimo quadregesimo nono: Victor II. Episcopus Eistatensis nomine Gebhardus millesimo quinquagesimo quinto; Stephanus IX. Gothifredi Thufcia Ducis frater, Fridericus antea dictus, millesimo quinquagesimo septimo; Hadrianus VI. Batauus, si quidem Bataviam velimus Germaniæ adscribere, millesimo quingentesimo vigesimo secundo. Ante hunc autem fuit millesimo centesimo quinquagesimo quarto, ex Anglia Hadrianus IV. qui Nicolaus antea dicebatur, Noruegiamq. Christo, cum Cardinalis esset, acquisiuit, quod post Saxonem tradit Ioannes Stella in chronico suo, & Platina in vita ipsius. Angliam verò Borealibus terris annueramus. Omnes hi summi Pōtiffices octo. Quocirca cum pertineat ad cuiuslibet regionis nobilitatē maximos ex se principes edidisse; Pontificatus verò, de quo agimus, sit huiusmodi, vt siue multitudinem populorum quibus dat leges, siue temporis, quo persistit, diuturnitatem, siue eius diuinissimam potestatem contempleris, nihil illi humanum compari possit in terris; hinc fit Germaniam, Borealesque oras nobilissimum consecutas bonum, ex quo Papis auscultarunt.

XXXIX.

CARDINALES PLVRIMI.] His Papis merito subiunguntur Cardinales, qui quando non pauci existerunt ex Aquilonaribus plagis, nos aliquot nostræ ætatis, vel à nostræ ætate non admodum remotos recensuisse nunc erimus contenti è Polonis, & Anglis: infinitum namque esset Germanos enumerare, à quibus insigne aliquod beneficium præstitum fuerit ipsorum patriis locis, aut aliqua in re fuerint excellentes. Ac primus offert se Sbignæus Cardinalis, & Episcopus Cracouiensis, qui decessit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto de quo sic Cromerius lib. 23. Per hoc tēpus Sbignæus Cardinalis, & Episcopus Cracouiensis, cum Sandomiræ Quadragesimam ferè omnem arctiore abstinentia peregrisset, ac die Palmarum nomine apud Christianos celebri publicè sacris operatus esset, sequenti verò die Conespolij Cancellarij exequias peregrisset, ex lassitudine morbum contraxit: cuoremque exputans præfocato anhelitu postridie, quæ prima dies Aprilis erat, vitam cum morte commutauit, cum triginta duos annos Episcopus fuisset, vixisset sex & sexaginta, vir magnus, pupillorum & viduarum patronus, in egenos liberalis, Ecclesiæ vindex, atque defensor acerrimus, Reip. studiosus, & constans aduocatus, minarum periculorumque contemptor. Hic Sandeciæ nouæ collegium sacerdotum cum prælatis instituit: facultates suas omnes egenis, & studiosis adolescentibus, & Academiæ, ecclesiis item, & monasteriis, propinquis præteritis, testamento legauit. Inde domus per amplam, quæ Hierusalē vocatur, studioforum contubernio, Ioannis Duglossi cura, studioque, ex ædificata Cracouiæ, ceteraque omnia voluntati eius supremæ conuenienter impleta. Jhæ Cromerius.

Sequitur hunc Stasnislaus Hofius, cuius innocentissimam vitā descripsit Stasnislaus Rescius, vir eruditione, ingenio, fideque præstanti; doctrinam scripta declarant.

In Anglia duo propè nostræ ætate floruerunt, Ioannes Fischerus, de cuius gestis ac benefactis egimus signo LVII. ac Reginaldus Polus doctrine & integritatis summæ. Maiorum nostrum memoria vixit Henricus Episcopus Vintoniensis, de quo sic Polydorus lib. 23. Vir (erat) multo frugalissimus, qui res Anglicas sæpè afflictas, consilio, & opibus iuuandas maximè omnium curauit. J& mox: Vnus omnium erat, cuius & consilio, & opibus quibus valebat, ita Henricus (Rex) iuuari potuisset, vt depulso animi periculo, facillè in perpetua pace domi fuisset.

Sed omiffis quibuscumque, maximè pertinet ad nationis dignitatem, è suis aliquos habuisse, quibus potestas fuerit eligendi illius Pontificis, cuius legibus pareant tot gentes, Ecclesiæque toto orbe diffusa. Id est maximum inter huiusmodi bona, quæ mortalibus contingant, & ab omnibus maximum reputatur; quod sanè plurimis nationibus non obrigit, Aquilonaribus autem datum, ex quo sedi Apostolicæ adhæserunt.

XL. HONOR SACERDOTALIS IN CONSESSV, ET IN ELIGENDO IMPERATORE.] Ostendimus supra conuenire iure naturali, gentium, diuinoque, vt in omnibus vsquequaque sacra prælint profanis, ac leges illis præscribant, veluti terrena videmus à cælestibus regi, eorumque infima à supremis. Quin orbes superi quò sunt propinquiiores orbi omnium summo, eo minus ab eius motione recedunt, minimoque intervallo in

A lo in diuersam partem voluntur; quòd scilicet, qui Deo maximè similiter appropinquant, sacris eius motionibus, quæ per sacerdotes in humanum genus deriuantur, præcunctis aliis subiiciantur. Quocirca & Germani, ceterique Aquilonares hac parte in primis excelluerunt, vt præ reliquis gentibus sacerdotum præfulumque sacrorum primas esse voluerint. Hinc electio Regis, qui postea futurus est Imperator, ad tres præcipuè Archiepiscopos spectat, Mogutinū, Treuerensem, Coloniensem. id verò institutū, ex quo Germania parat Pontifici Romano. Similiter electio Regum Bohemiæ, Hungariæ, Poloniæ, Sueciæ, Daniæ, Angliæ, Scotiæ, siquando ex istis aliqua iure hæreditario delata non sunt ad successores, spectat primo loco ad Episcopos, deinde ad ceteros regni proceres: quin haud habetur vllus Rex in iis regnis, nisi ab Archiepiscopis supremis coronetur, vt docuimus signo LXXVI. Vt igitur sacris viris detur primus locus reuera, non in speciem quamdam simulatæ ac fucatæ religionis, quod hæretici faciunt, est maximum bonum.

COLLEGIA MAGNIFICA STATA SACERDOTVM.] Hinc aliud emanauit, frequentia nimirum collegiorum sacrorum in quibuslibet vrbibus magnificentiam splendoremque in rebus diuinis præferentium. de Deo namque ac rebus eius illud est scriptum: Dominus regnauit, decorem indutus est, & confessio, & pulchritudo in conspectu eius.] Natura verò ita comparatum videmus, vt mens nostra nihil omnino percipere possit, nisi à sensibus illud expiscetur. Quocirca rerum diuinarum splendorem, magnificentiamque, quanta sit illa, non addiscet absque externis istis. Sic enim Deus etiam cælestia voluit esse perquam fulgentissima, pulcherrima, nobilitatisque cuiuslibet plenissima, vt ex admiratione illorum raperemur in admirationem simul cultumque exhibendum rebus à sensu seiunctis; & nos, quàm fieri posset, imitaremur ipsum non intimo dumtaxat virtutum decore, qui præcunctis est à nobis expetendus, sed externa etiam dignitate, ac maiestate sacerdotum conuenientium ad honores laudesque Deo præstandas in vnum. Paucissimi namque sunt, qui contemplari arcana mysteria, abditumque illorum decorem sensus humanos effugientem possint absque aliquo huiusmodi rerum adminiculo externo. Sed & alia vtilitas est hinc profecta, quòd attributa sunt istis collegiis ampla bona, quæ in communi posita, non immerentibus, sed honorifico ac laudabili gradu præstantibus tribui solent; ita vt etiam possint egentes inopiam subleuare, virique nobiles auitam dignitatem tueri. Atque hoc non adfuit populis Borealibus certum statumque, nisi postquam Pontificis auctoritati parere cœpit.

EPI SCOPORVM NOBILITAS, AC POTESTAS.] Ex hoc similiter fonte manauit aliud bonum: non enim prius qui sacra curabant, & antistitum quouis loco erant inter Boreales vel tantæ existimationis potestatisve, quantæ ex quo Pontifici Romano student: id verò esse bonum magnum, tum patet è superioribus, tum verò magis liquebit è subiectis. Quamuis enim Cæsar in commentariis suis testetur inter Gallos plurimum Druidas potuisse; haud tamen asserit, vel ab eis Reges totius nationis electos, aut gradu deiectos, vt ostendimus factum sæpè à præfulibus nostris signo septuagesimo sexto de admiranda progressionē sacre potestatis. Atque vt legamus viris religiosi delatum maximè ab aliis gentibus, haud tamen tantum, ac tamdiu, vt à Catholicis, ac Romano præfuli subiectis: quod conuenire iuri naturali, gentium, diuinoque explicauimus signo septuagesimo quinto de præstantia sacre potestatis. Quin id populis maximas affert vtilitates. Nam cum viri sacri minus aberrant à iustitiæ viis, vt aperuimus signo de religione trigesimo quinto, hinc multi è Regibus & Imperatoribus, ob scelera patrata, inertiamque, è gradu à nostris sunt deiecti, vt signo de admiranda progressionē sacre potestatis est explicatum septuagesimo sexto: quod facit, vt qui virtutis amore non fecere officium suum, saltem faciant pœnæ formidine, dum timent expoliari dignitate, ac potestate sua.

Sed & aliud est in Germania & ex parte in Polonia & Borealibus quibusdam regnis spectans ad Episcoporum præstantiam. Multi namque ex illis sunt in suis ciuitatibus Imperij principes, & in profanorum gubernatione speciatim leges præfigunt populis subiectis, atque ita non modò sacris, sed etiam profanis præfunt; hi verò à quibusdam dicuntur esse Episcopi.

Moguntinus.	Treuerensis.	Coloniensis.	A
Saltzburgenfis.	Bambergenfis.	Herbipolensis.	
Leodiensis.	Vuormatiensis.	Spirensis.	
Argentinenfis.	Curiensis.	Augufitanus.	
Tridentinus.	Brixinenfis.	Bremenfis.	
Bifuntinus.	Rigenfis.	Eiftetenfis.	
Constantienfis.	Hildefheimenfis.	Ratzenburgenfis.	
Frifingenfis.	Ofnaburgenfis.	Monafterienfis.	
Ratifponenfis.	Patauienfis.	Bafilenfis.	

**XLIII. ABBATVM NOBILITAS, AC POTESTAS.]** Ac ne quid excellens deesset religioni ac pietati Germanorum, sed illa in omnes partes illustrissima resplenderet. post acceptam per Pontificios ministros Christi fidem & illis est hoc diuinitus datum; vt Abbates quosdam suorum vellent in confessionibus publicis ac pompis maximè honorari; quin eis amplissimas iurisdictiones esse voluerunt, nomenque & iura principum imperij habere. Hi verò sunt quatuor in primis, Fuldenfis, Campidonensis, Vifleburgenfis, Murbacensis. quibus inter Germanicos Proceres sunt primæ sedes. Sequuntur hos alij, è quibus exstiterunt maximi in omni re laudabili excellentesque viri; verbi gratia, Hirsaugienfes, quorum gesta Trithemius conscripsit; Corbeienfes, quibus Dania veræ pietatis cultum debet; Spanheimenfes, Sancti Galli, plurimiq. huiusmodi per omnes tractus Borealium regionum Catholicorum studio excitati, quos nimis longum foret singulos recensere. Atque horum sanè Abbatum præclara gesta plurimis habentur monumentis consignata, vt periti norunt. Cùm verò sint omni hæc laude digna, nec nisi in magni bonis numerari possint; Boreales verò populi nihil simile habuerint, antequam Pontificias leges amplecterentur; necesse est doctrinæ hæc pietatiquæ Catholicæ referant accepta, quæ sanè plurimis regionibus defuere, & adhuc aliquibus desunt; splendor autem, magnificentiaque externa bonis humanis non minimis annumeratur.

**XLIV. MONASTERIA ILLVSTRISSIMA.]** Ac ne putemus Abbates hosce aut alios cū suis monachis, quod antiquitus Germani solebant, in tuguriis habitasse; passim videas in Aquilonaribus terris amplissima excitata monasteria à Catholicis principibus, vt qui in illa se abdebant, honeste possent ali, & educari ad omnem disciplinarum liberalium informationem, morumque honestatem. In his porò monasteriis floruerunt semper vsque ad hereticorum tempora bonæ artes, ingeniaque summa. Hinc videas, ex illis produsse excellentissimos in omni doctrinarum genere viros, vt ostendemus capite sequenti. Tanta verò fuit adhuc vtilitas illorum, vt magnificentiissimæ vrbium Borealium sint ædificatæ prope ista monasteria, quod impius Munsterus adnotauit lib. 3. cap. Germaniæ ciuitates quomodo temporum successu fuerunt extructæ & nos ostendemus cap. 6. Interim satis fit in vniuersum dixisse hoc olim bonum Germaniæ non adfuisse; sed postquam missi à Pontifice legati venerunt ad illas oras, excitauit Bonifacius monasterium Fuldenfe, Eiftetenfe, ac multa alia, de quibus in ipsius vita.

**XLV. INNMERA MONASTERIA.]** Et quando hoc est maximum bonum Germaniæ collatum ex quo Papæ cœpit obtemperare, vt ex eius fructibus apparet; sine dubio, quo latius porrigetur, eo fecundius ac felicius erit. In oris autem Borealibus tam multa fuerunt monasteria, vt in vna Anglia dicantur eorum mille ab Henrico Octauo fuisse in profanos vsus conuersa, quod auctor libelli de origine schismatis Anglicani refert; & hæreticus quidam librum composuit, in quo innumera recenset monasteria Germaniæ, eaque summatim describit, & à quibus fuerint excitata narrat. sic è Bonfinio Hungarica, multa, è Cromerio Polonica, è Dubrauiio Bohemica, ex Olauo Magno Suetica, è Crantzio & Saxone Danica & Noruegica multa hic recitare possemus: sed quando res est clara, non abutemur otio lectoris aut nostro in iis recensendis.

**XLVI. DITISSIMA MONASTERIA.]** Similiter huiusmodi monasteriis magnas opes adesse, est effectus animi, qui hæc largiatur, ad diuina maximè propensi, religionēq. amplificari cupientis. Vt autem monachus aliquis aliquando non bene vtatur opibus paratis; laici certè, vt nos Christiani vocamus, plerumque iis licentius ac luxuriosius abutentur. signo namque de religione trigesimo quinto aperuimus, examinata hinc Ecclesiasticorum paucitate, & illinc aliorum multitudine, plures esse ex Ecclesiasticis sanctitate præstantes viros, quàm è reliqui populi cœtu. quocirca magis abutentur alij vel opi-

**A** opibus, vel rebus quibuslibet, quàm sacri viri. Adde huc, maius esse illud bonū, quod pluribus est commune, quàm quod paucioribus: ar bona monasteriorum magis in cōmune conferuntur, quàm reliquorum, pluribus illa seruiunt, quàm ista. Quocirca in vniuersum verè diffiniri potest, melius esse, vt monasteria sint ditissima, quàm laicorum domus, quòd hi priuato studio magis impellantur, quàm Abbates, qui quamuis interdum propria curent, ac quærant, non ita tamè, vt profanarum rerum profani domini, & administratores, Et hoc igitur bono caruit Germania ante præstitam Pontifici Romano obedientiam, cui referre acceptum & istud reuera debet.

**TEMPLA MAGNIFICENTISSIMA.]** Iam verò quis magnificentiam Germanicorum templorum splendoremve meritis laudibus possit exornare? nos cuiusdam Noruegicæ mentionem fecimus signo de magnificentia XLV. nonnullorum maximam dignitatem refert damnatæ memoriæ Münsterus in sua Geographia. testatur Aeneas Syluius in Bohemia sacras ædes adeò magnificas esse, vt Bohemia cuius regionis hac in se videatur præstare: & sanè res ipsa testatur. In Praga namque, audiui de multis, qui viderunt, esse templa omnium, quæ viderint, aut legantur, magnificentissima. Maiorum quidem nostrorum ætate Italica templa Germanicam structuram maximè referebāt. Carolus Magnus primus videtur fuisse, qui splendidissimum templum in Germaniâ solo exciitauit Aquisgranis, in qua vrbe regiam sedem constituerat, ac plerumque morari solebat, quod scribit Eghinartus in eius vita. Sicut autem magnificentia domorum bonis humanis adscribitur, sic diuini aliquid præterea videtur habere magnificentia templorum, quòd hæc scilicet Deo sint dedicata, ac proinde diuina, quo sanè Germania gloriari non potest, nisi ex quo Papam colit: antea namque nihil huiusmodi poterat ostendere, aut nominare.

**C INNMERA TEMPLA.]** Vocabant porò antiqui templa non quaslibet ædes sacras, sed quæ augustiores iis viderentur. quòd autem dicimus augustiores, tale est, vt nullus sit Germaniæ, & Borealium plagarum vicus paulo insignior, in quo non sit aliquod huiusmodi templum, quod antiqui augustissimū vocassent. Id liquet è Pausaniæ libris, quibus nobilissimas quasque Græciæ regiones describit, vrbesque, & earum templa, è quorum delineationibus cognoscimus & pauca antiquis, & angusta, si quidem comparentur nostris, fuisse templa, quod autem Græciæ pertinens ad ornatum splendoremque ædificiorum deerat, id sibi nullus locus poterat adrogare. Nos quæ forent olim Romæ tēpla, quot, ac quanta, diximus signo de magnificentia XLV. Aquilonaribus terris vt essent ædes aliqua, nulla certè templa erant, nunc tot, vt in Anglia dicatur Henricus Octauus remansse dena templorum millia: & quidem si quis tractus illos inuiferet, ita cōperiret, vt dixi: qui non potest, interroget peritos, aut ex illis oriūdos. Munsterus certè in sua Germania imagines vrbium celebriorum depingit, in quibus licet intueri & plura vnicuique vrbis, & plena splendoris templa; quæ non exstitisse olim, veluti nemo propè ignorat, sic à nobis dilucidum fiet cap. 6. libri huius.

**D ORNAMENTA TEMPLORVM.]** Quis verò persequetur opulentissima & pulcherrima ornamenta templorum? Nos quædam pertinentia ad hanc rem diximus signo de amplissimis Regum donis, vbi egimus etiam de Caroli Magni largitionibus, quibus moriens multa templa exornauit. Illud verò est certum, nostræ ætatis hæreticos incredibili rapacitate præcipites agi, quod videat è sacrilegis templorum direptionibus in Aquilonaribus terris mirabiliter se collocupletandos. Henricus Octauus hæreticus cū sancti Thomæ martyris Anglicani nobilissimum monumentum donariis omnibus spoliavit, inde auexit illorum tantam copiam, vt vigintifex plaustra bouum fuerint onerata auro, argento, lapidibus pretiosis, ac vestibus sacris. Eadem sacra fames auri sacri Hussitas olim cōpulit expilanda Bohemica templa, vt Aeneas Syluius ac Dubrauius testantur. scriptores Germanici hoc in primis Germaniæ laudi tribuunt, quòd ornamentis templorum sint illustrissima; quod perspicere potest ex iis, quæ reliqua facta sunt. Quòd si inter humana bona non vltima recensentur ornamenta domuum profanarum, diuini aliquid habebunt Deo dicata, qualia cū non haberet olim Germania, mirabiliter abundare cœpit postquam fidem sequitur Pontificis Romani.

**E OPES ECCLESIASTICAE MAXIMAE.]** Et ob easdē similiter causas iactare se merito possunt tū Germani, tū Boreales cuncti, quòd in vniuersū sacra opes sint inter eos maximæ. Fide facit, quòd in Germania, Hungaria, Bohemia, Poloniaq. Episcopi deligunt

Reges, & primi in confessionibus publicis cum splendido comitatu visuntur. Ac ne multis nos hac in re lectorem moremur, Irenici verba adducemus lib. 11. cap. 10. Verum dempto, inquit, etiam illo, quo regnamus (nos Germani) Imperio, nulla gens totius orbis Germanis religiosior est. Testantur primò id tot delubra honestissima, tot insignia altaria, quibus nihil in tota Francia, Italiaq; respondet, sicuti Aeneas Syluius ait. Verum non auctoritate opus est, quotidianis id oculis subiectum est. Nam quicumque Galliam, aut Italiam viderunt, nullo pacto Germanis istorum delubra conuenire testantur. Dracotius ille prætulit ecclesiam diuæ Virginis eremiticam dictam penè (Romanis exceptis) Italia vniuersæ. Quid ante Hussitanorum insanias Ecclesiasticis Bohemorum ornamentis speciosius? quid nobilius? referente Aenea Syluius; Tot demum sacerdotibus scætet Germania, tantæ rerû diuinarû opes, tot vrbibus, prouinciisq; cõstât Episcopus, quorum quinquaginta numero recitat Aeneas. Nec Gallia duces tantis referuntur opibus, quibus tãtum Ecclesia nobilitatur Germania. ] Hæc Irenicus meritò ostentans quasi non paruum bonum Germaniæ Ecclesiasticas opes. Eadem propè de Scotis Lelleus, de Polonis Cromerius, de Suecis Olaus, de Danis Saxo, de his, ac Noruegienfibus Crantzius narrant.

LI. THEOLOGI EMINENTISSIMI.] Ac ne putemus externa quædam dumtaxat bona collata Germaniæ, postquam Pontifici Romano adhæsit, ostendamus è Septentrione existisse Theologos eminentissimos, qui subtilitate ac soliditate doctrinæ possint quibuslibet æuari. Nam quales & quanti quæso Bedæ, & Alexander Halensis, ac Nicolaus Lyranus Angli, Ioannes Scorus, & Scotici generis, Albertus ille Magnus, innumeriq; alij, quos Trithemius recenset? qui quantumque Stasius Cardinalis Polonus, cuius ille non poterat meminisse? Nos attulimus multos supra cap. 3. Hic illud sit satis dixisse, vnum Dionysium Richelium Carthusianum esse instar omnium. Septem namque ille summa vnus præstitit, quæ ab vno Catholicorum hucusque præstita non videmus. Nam primo loco in singulos diuinæ scripturæ libros erudita commentaria composuit, quæ priscis haud cedant. Secundo, singulas quæstiones ad Theologiam spectantes argumentis in vtramque partem doctissime propositis disputans collegit commentariis editis in Sententiarum libros. Tertio, quidquid pertinet ad excolendos mores omnium mortalium, cuiuscumque sint illi conditionis, sexus, ac status, singillarim genera illorû distinguens, & informans propriis libris est cõplexus. Quarto, quæcûque pertinentia ad cõtèplatione cælestiû rerum variis operibus est diligentissime & latissime persecutus. Quinto aduersus Sarracenos, & alios quosuis fidei Catholicæ hostes volumina sua speciatim composuit. Sexto homilias, vt vocant, edidit in festis Sanctorum dies, Euangeliorumque occurrentium lectiones. Septimo, Apocalypsim dedit in lucem, qua sibi plurima futura diuinitus ostensa narrat, & in his Germaniæ, Septentrionisque, quem nunc lugemus, infelicissimum casum. Decessit autem tantus vir anno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Quid igitur haud mirifice gloriatur Germania tanto viro, quantum sanctimonia simul ornatum vix protulit vlla ætas, vlla gens ab orbis ipsius fabricatione?

Age verò producamus admirabile his in rebus euentum. Scimus ab antiquis veluti rem magnam posteris traditam, cæcum fuisse Homerum: quidam reuocant hoc in dubiû. Alexandria Hieronymi ætate iactabat se Didymo cæco, eodemque doctissimo scriptore: non immeritò isti quidem. Sed quid si è Septentrione producamus tres huiusmodi admirabilissimos viros sæculi huius, qui nihil non calluerunt? Qui verò fuerint isti, & quanti, meis verbis non recitabo. Audiamus Trithemium.

Nicasius de Voerda Mechiliensis natione Theutonicus, patria Brabantinus, captus à tertio ætatis suæ anno oculis, & ob id elementorum quoque omnium naturaliter penitus ignarus, velut grande miraculum secundum nostra ætate Dydimum Alexandrinum exhibuit, dum in omni doctrina, & scientia tam diuina, quam humana eruditissimus euasit. Nam in gymnasio Coloniensi, vbi & mortuus est, iura publicè docuit: libros vtriusque iuris, quos numquam vidit, auditu didicit, tenuit mente, apertè recitauit. In vniuersitate Louaniensi gradum Magisterij in artibus primò suscepit, scholas postea aliquãto tẽpore in Mechilinia rexit: deinde ad Louaniû reuersus in sacra Theologia licentiatu cõstituitur, & singulari dispensatione Apostolica sacerdos ordinatur, prædicat publicè, audit confessiones, ad altare ministrat, Euangelium cæcus corâ omnibus

(men-

A (mente vtens pro libro) recitat: tantum ad altare diuina per se non celebrat. Postremò in Coloniensi Academia omnium doctorum cõsensu doctor Canonici iuris factus est, & legum quoque Imperialium cautus interpret edidit celeberrimum opus, quod in eadem vniuersitate Coloniensi multis excipientibus extraordinariè legit, ac scripsit

Super Institutis lib. 4.

Super Sententias lib. 4.

Sermones varios lib. 1.

Quæstiones diuersas. obiit anno millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

Carolus Phernandus natione Theutonicus Brugis oppido Flandriæ ortus, à parua ætate captus oculis, & ob id elementorum quoque penitus ignarus, tantum sui miraculû præbet, vt velut alter Homerus poëta, musicus, philosophus, & orator celeberrimus euaserit, diuinarum quoque scripturarum sagacissimus interpret, carmine excellens & profa, ingenio subtilis, eloquio disertus, vita & cõuersatione integerrimus; qui à Rege Galorum publico donatus stipendio, in celeberrimo gymnasio Parisensi multo tempore litteras humanitatis egregiè docuit, & auctores complures pulcherrimè exposuit. Demum contemptis omnibus, mundum cum suis stipendiis deseruit, & ante biennium fermè ordinem D. patris nostri Benedicti intrauit, in monasterio probè reformato, quod Casale Benedictum appellatur, situm in quadam sylua densissima, decem à Bituricensi ciuitate fermè milliariis distante, in quo vsque hodie perseverat magno feruens zelo animarum, ad eò vt dispensatione Apostolica Leuita ordinatus verbum Dei cum maximo omnium fructu & admiratione publicè prædicet. scripsit tam metro, quàm profa, multa præclara volumina, quibus nomen suum posteritati commendauit. In decertationem metricam Ruperti Gaguini, de purissima Conceptione sacre Dei genitris & Virginis Mariæ opus elegantissimum

Commentariorum lib. 1.

Laudes ordinis Carmelitarum lib. 1.

Odarum in laudem Christi lib. 4.

De Conceptione lib. 1.

Carmen Iambicum de eadem.

Orationum de Conceptione lib. 1.

De sancta Catharina lib. 1.

Epistolarum lib. 11.

Carminum lib. 1.

D Elegiarum de contemptu mundi lib. 1.

Hucusque Trithemius, nunc loquatur Genebrardus, qui sic in suo chronico sub annum millesimum quingentesimum quinquagesimum, Marcello sedente:

Robertus Mancop Scotus à puero cæcus vsque eò in litteris Parisiis profecit, vt Theologiæ doctor, Romæ creatus Archiepiscopus Armachanus, deinde Legatus à latere in Hybernia fieret.]

Quid hic Græcia dicet, aut Italia, quæ se populis cunctis interdum præferre, neque forsani iniuria, videntur? An poterunt tres cæcos tantæ doctrinæ è suis in medium theologos proferre? Quid appello Græciã, vel Italiã? cunctæ regiones, quæ sunt in vniuerso orbe terrarum, è toto æuo tales ac tantos cæcos haud producent. Atqui hoc habent Aquilonares, ex quo parent Pontifici Romano.

E INNUMERA SCRIPTA THEOLOGICA.] Maximæ laudis est eminentissimos Theologos genuisse: sed illud præterea videtur adiciendum, Germaniam & Britanniam multitudine scriptorum Theologicorum certare cum qualibet prouincia vel hisce in rebus florentissima. Si consideremus tempus ex quo Bonifacius à Gregorio II. fuit in Germaniam missus; id esse verissimum colligere quiuisset facillimè potest è Trithemij libro de scriptoribus Ecclesiasticis, in quo multo plures tum Theologos, tum Theologorum libros è Germania & Britanniis prodisse cognoscet, quàm forsàn è duabus aliis quamuis alioquin litterarum abundantissimis prouinciis, aut regnis. Hoc autem quis negabit esse ingens bonum?

CONCIONATORES SACRI.] Quid autem de concionatoribus eloquentiæ diuinæ plenissimis dicemus? Recensere illos esset operis infiniti. legat, qui volet, chronicon ordinis sancti Francisci editum à Francisco Gonzaga Episcopo Cephalœdenfi, aut

aliud scriptum à Marco Episcopo Porti Lusitano; legat historias ordinis Prædicatorum A compositas à Seraphino Razzio Florentino; & verissimum, quod dicimus, esse cognosceret. Quid verò isti concionibus sacris effecere? Illud profecto, quod cunctæ gentes à nobis alienæ earumque clarissimi oratores quicunque unquam fuerint ab orbe condito, quamuis illius singulas regiones perscruteris, haud effecerunt; ut scilicet multi contemptis opulentissimis non modò patrimoniis, sed ditionibus, ac regnis, nihili facientes cunctas dignitates, auerfati omnes delicias arctissimis se viuendi legibus astringerent. An hoc effecit Lutherus, & Caluinus, qui nihil non obscenitate sua deturpant? Nullus cœtus à nobis alienus habet vltos tantæ puritatis, obedientiæ, paupertatisque obseruantes, ut Ecclesiæ Catholicæ vniuersitas. id effecit inter Aquilonares eloquentia sacrorum concionatorum, quæ Reginæ, Regesque, Imperatrices, & Imperatores summi summa sanctitatis opera miraculis consignata præstiterunt, ut explicauimus supra capite superiori; ad illud reuicimus B lectorem.

LIV. CONCILIA VNIVERSALIA. ] Per aliquot sæcula soli Græciæ datum fuit, vsque ad annum scilicet octingentesimum septuagesimum, ut quidam numerant, quæ in suo solo Concilia vniuersalia habuerit, ad quæ conuenerint ex omni celebriori natione aliqui Episcopi in vnam doctrinam & fidem coeuntes; octo verò habuit. Ex illo paulatim desciscens à Pontificis Romani auctoritate, nihil simile est sortita. Ut autem notauimus signo XIV. nullus mortalium cœtus gloriari potest, quamuis Imperia summa fuerit natus, & omni conatu contenderit, vniuersale Concilium vel vnum coegisse; solis hoc Catholicis, seu Pontificis Romani studiosis est datum, ut ex omni insigniori gente numerent aliquos suorum, à quibus Concilia huiusmodi in vnam fidem cõspirantia confici possint. At Germania, quod toti antiquitati, quæ fuerit à nobis aliena, est negatum, id diuinitus est assecuta, ut vniuersale Conciliū in suis terris congregauerit; illud autem est Tridentinum, cuius sanctiones sequuntur extremi Indi, & Aethiopes, neque est celebrior vlla gens, è qua non sit aliquis eas complectens, & colens. Quis verò inficiabitur huiusmodi vnanimem consensum prorsus esse diuinum? qui negauerit, legat quæ notauimus ad finē libri secundi, & initium tertij, & nostræ sententiæ non poterit non assentiri.

*Bona pertinentia ad disciplinas liberales. Cap. V.*

LV.



LITTERARVM COGNITIO, ET VSVS. ] In confesso est apud omnes doctos antiquis Germanis ante disseminatā inter eos fidē Christi, & antequā Põtificis Romani ductū sequeretur, nullā fuisse litterarū cognitionē & vsū, sine quibus, cõsentiunt cuncti sapientes, hominē belluæ instar esse. Hæc sunt verba ipsa Cornelij Taciti, libro, quo multa Germanorum præclara recenset, & quem de Germanorum moribus inscripsit: Litterarum, inquit, secreta viri pariter ac fœminæ ignorant. ] hæc ille: & ante: Colebāt carminibus (quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus est) Tuiskonem deum terra editum, & filium Mannum. ] Hinc nullus, antequam Bonifacius Moguntinæ diocesi præfice retur à Gregorio II. è Germanis scriptor ab orbis fabricatione reperiri potest. Accessisse in Germanicas terras Græcos aliquando, nonnulli volunt, & inscriptiones quasdam lapidibus incisas reliquisse. Id etsi non omnino admittat Germanicarum rerum diligēs indagator, ac scriptor earum verax Cornelius Tacitus, aut etiam potius rideat, tamen fieri potest. Græci namque ex antiquo tempore multas oras collustrarunt; atque ut erant appetentissimi gloriæ, non est inuerisimile lapidibus incidisse memoriam sui aduentus. Ut tamen res sit, nō minus hoc fecit Germanos litteratos, quàm si quis dicat ex incisione lapidum litteras insculpi mentibus humanis: quod si quis dicat, magna præbebit acuti ingenij argumenta. Quocirca qui fuerit è Germanico sanguine primus scriptor inquirenti non alius occurrit primus, quàm Vualafrius Abbas sancti Galli: verum Trithemius non audet hoc affirmare, atque idcirco ait, ut dicitur, natione Germanus. Illud erit certius, si dicamus fuisse Haimoinē Episcopum Halberstatensem ex Abbate Hirsfeldensis cœnobij ordinis sancti Benedicti, cuius exstant eruditissimi libri: decessit verò anno octingentesimo trigésimo quarto. Illud erit admirabilius, è Germanis vsque ad annum millesimū ac propè centesimum nullos fuisse scriptores, nisi monachos; ex eo vsque ad Sigismundum, qui a uorum nostrorum memoria vixit, paucissimos etiam fuisse, qui non fuerint & ipsi

A & ipsi monachi, aut alioquin ex numero Ecclesiasticorum, seu sacrorum. Priscis Britannis non eamdem fuisse inscitiam litterarum, credibile est, quæ fuit Germanis; & nihilominus ipsi haud possunt vllum scriptorem eieere è suis, cuius opus aliquod superfit, nisi Bildam Christianum, qui vixit sub aduentum Anglorum in insulam. Postquæ verò Augustinus Romanus à Gregorio primo missus ad Anglos Christo cõciliandos, monasteria multa excitauit, plurimi doctrina & ingenio præstantes viri ex illa insula prodierunt, sed omnes propè monachi vsque ad tempora a uorum nostrorum: ita ut nihil nō monachis debeant Aquilonares. Ad summam, postquam populi Septentrionis Romano Põtifici obedire cœperunt, cum nullum prius vsū litterarum haberent, nihil illis defuit ad omne politioris litteraturæ genus. Id tanti est, quanti est esse hominem, non pecus. fides igitur Papæ, ac Papa è pecoribus illos homines fecit. Hoc an aliquid sit, pecora non possunt æstimare, soli homines æstimabunt.

B LINGVARVM MVLTIPPLICIVM STVDIA. ] Neque litteras solū Germani LVI. acceperunt à Papistis, quales meritò nos esse gloriamur, quicquid insanientes garriant hæretici, sed multiplicium linguarum, quibus ipsi delectantur, studia. Quamobrem multi è Borealibus sunt exorti, qui Latine, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, Syriacè, & Arabicè sciant. Edant, si quidem possunt, an ante aduentum Bonifacij in Germaniam, vel Augustini in Angliam, fuerit aliquis eorum gente sciens vllius celebrioris linguæ: postea verò istorum tanta est multitudo, ut numero comprehendi non possit. Quod autem memorandum sit; qui primus Græcè inter Germanos scierit, Trithemius nominat non virum, sed virginem doctissimam simul ac sanctissimam Rosuida Saxoniam Gandesheimensis cœnobij, quam dicit vixisse eo tempore, quo nonnulli inepti fabulantur Ioannem Papifam fuisse, circiter annum scilicet DCCC. LV. Hæc porò Rosuida scripsit Latino sermone cœmædias sex, de gestis Otthonum Panegyricū versu exámetro. Quamobrem necessariò fallitur Trithemius. Ottho nāque III. Otthonis I. nepos obiit anno millesimo quarto, neque potuit Rosuida vixisse anno octingentesimo quinquagesimo quinto, si vel Otthonibus imperantibus, vel quod maius est, mortuis florebat. Scripsit etiam Rosuida in laudes B. Virginis elegiarum, & exámetro lib. I. In sanctum Dionysium, Gangulphum, & alios plura. sed è Germanis qui hoc sæculo maximas linguarum, politiorisque doctrinæ laudes sit assecutus, est Rodolphus Agricola, de quo elegantissimè Hermolaus Barbarus Cardinalis designatus, est loquutus:

*Inuida clausurunt hoc marmore fata Rodulphum*

*Agricolam Phrisij spemque decusque soli.*

*Scilicet hoc vno meruit Germania laudis*

*Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.*

D

E HVMANIORVM DISCIPLINARVM STVDIA. ] Neque defuit igitur, postquæ LVII. Papæ obedire cœperunt, Germanis humaniorum doctrinarum scientia, & vsus, ut apparet: quod si hæc dicuntur ob id humanæ, quod reuera per illas sumus homines, ut aiebat Cicero; quæ gratiæ Papis, ac Papistis, non dicam referri aut agi, sed meritæ haberi possunt à Germanis? Ut autē fuerint, ipsi in aliqua scientia viri eminentissimi, quod ostendemus; omnes tamen doctrinas, humanitatisque, & linguarum studia videntur excellenter affectus Nicolaus Cusanus, qui decessit anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, de quo sic Trithemius: Nicolaus de Cusa Episcopus Brixinensis, & sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ tit. S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis natione Theutonicus ex dicecesi Treurense, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & Theologorum sui temporis facilè princeps, atque in læcularibus litteris egregiè doctus Philosophus, Rhetor, & Mathematicus celeberrimus, ingenio subtilis, & eloquio disertus, trium linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritus, vita & conuersatione integerrimus, & singulariter deuotus, animarum salutis amator sincerus, & feruidus. ] hæc ille. Opera porò tanti Cardinalis enumerauimus signo de peritia XXXIV. ad finem. Post Rodulphum meritò huic succedet ætate posterior Conradus Celtes, de quo sic idem: Conradus Celtes Protucius natione Theutonicus ex Francia Germaniæ oriundus, vir vndeque doctissimus, philosophus clarus, orator facundus, astronomus, & cosmographus insignis, & poëta laureatus, diuinarum quoque scripturarum non ignarus, vtriusque linguæ peritus, ingenio excellens, eloquio disertus, scripsit tam metro, quàm prosa quædam præclara opuscula, quibus memoriam sui posteris commendauit; de quibus mihi pridem legit subiecta ad



ad Maximilianum Romanorum Regem clarissimum in vtramque M. Tullij Rhetoricā, A

Epitomes lib. 1.  
De laudibus eloquentiæ lib. 1.  
De arte versuum lib. 1.  
De condendis epistolis lib. 1.  
De situ Norimbergæ lib. 1.  
Epistolarum, & epigrammatum varia.  
Peregrinationum Sarmaticarum lib. 1.  
Carminum lib. 4.  
Amorum lib. 4.  
Panegyricorum Duci Bauariæ lib. 1.  
De vita sancti Sebaldi lib. 1.  
Orationum lib. 1.

Viuebat anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

Hunc sequetur alius, de quo sic Balthasar Verlinus Colmariensis, Is est Arnoldus Haldrenius Vefaliensis vir singulari vitæ sanctimonia, atque sacræ scripturæ exacta cognitione conspicuus, linguarum quoque trium, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritissimus, perinde carmine valens, ac prosa: tanta fuit humilitate, vt opera varia (sicut accepimus ab amicis eius) quæ tum conscripsit, tum correxit, in publicum non euulgarit, præter hæc pauca. Macrobius castigauit adhuc adolescentior, iis, quæ à Græcis desiderabantur, quantum fieri potest, appositis. Eandem operam adhibuit Diomedii antiquo grammatico instaurando, item aliis quibusdam minus notis: libellum edidit de decem præceptis Decalogi super illud Euangelij, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. ] item alterum contra Agiomastigas, præfationes, epigrammata Græca, & Latina, argumenta in quatuor librorum singulas distinctiones sententiarum singulis distichis expressa, ac præfixa commentariis Dionysij Carthusiani. Atque hæc de Haldrenio Vefaliensi Balthasar Verlinus.

LVIII. SCHOLAE FREQUENTES. ] Neque putemus Germaniæ ac Septentrioni superiorum bonorum seminaria fuisse arida, & iciuna. Nam nulla vrbs, nullus est propè dixerim vicus, cui non sit publica mercede conductus, qui Grammaticam, Rhetoricam, Poeticamque Latinè & Græcè doceat pueros, & adolescentes. Id quanti sit, hinc perspice, quod Romanis rebus florentibus, imperanteque Claudio, Romani tamen haud habebant, qui publicè Græcas litteras in vrbe docerēt; atque ob id filios suos Massiliam Græcorum coloniam mittebant, vt illas ibi assequerentur vnà cum ceteris disciplinis; quod Strabo lib. quarto, Iustinus 43. scribunt. Quin Eusebius in Chronico refert, imperante Domitiano primum Romæ Quintilianum publica mercede conductum ex Hispania Rhetoricam docuisse. Atqui nunc nullam poteris in Septentrione urbem nominare, cui nō adfit humaniorum litterarum Rhetoricæq. publico stipendio honoratus magister. In Polonia porrò vel ipsi rustici litteras Latinas callent, cūcti ex infima plebe: vt iā videatur in illas oras Latium commigrasse, linguamque Latinam melius à Polonis teneri, quàm à plurimis Latini soli alumnis, atque è solo Latino oriundis. An non igitur hoc maximi faciendum bonum post doctrinam Romani Pontificis receptam?

LIX. STVDIA PHILOSOPHIAE. ] Verùm non in hisce rudimentis verborum linguarumque substitit largitas diuina per Pontificum Romanorum, siue Pontificiorum, atque vt nobilissimo nomine nuncupemus nosmetipsos, Papistarum manus in Aquilonares effusa. Ad Philosophiæ namque intimos recessus & penetralia pertigerunt, non volaticam quamdam philosophorum sectam, sed solidiorem, veritatisque tenaciorem persequuti, Aristotelis scilicet, quem meritò aiebat Cicero, orationis aureū, nō plumbeū sumē fundere lib. 4. Academicarum quæst. Nam quis, inquit alibi idem, omnium doctior? quis acutior? quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis acrior Aristotele fuit? ] hæc ille libro de Oratore. & in Bruto: Aristotele, ait, nemo neruosior in scribēdo. ] & Aristoteles est singulari vir ingenio, ac propè diuino, Tuscul. q. lib. 1. qui mentis acie omnium rerū vim naturasque vidit. lib. 1. de Diuinat. & nihilominus in illius libris errata nonnulla per nostros deprehensa apertissimè, & solidissimè confutata Boreales etiam reiecerunt: ita vt absque vlla vel tenuissima nubecula contemplari per Pontificios ipsam veritatem è Cimmeriis tenebris erutam Germani, Angli, ac reliqui Boreales valerent. Quid verò est Philosophia,

A losophia, nisi (vt inquit idem Cicero libro de Orat.) omnium mater artium, donum, & inuentum deorum? & in Tusculanis, mater omnium benefactorum, & benedictorum, medicina, & cultura animi? & de Orat. sine qua nec genus & speciem cuiusque rei cernere, neque eam diffiniendo explicare, nec distribuere in partes possumus, nec iudicare quæ vera, quæ falsa sunt, neque cernere consequētia, repugnantia videre, ambigua distinguere. Sicut igitur, auctore Paulo, inanis philosophia respuenda; sic solida, de qua nobis est sermo, amplectenda: vt meritò S. Iustinus dixerit in dialogo cum Tryphone, Sine philosophia nemo rectam rationem intelligit, oportetque omnem hominem philosophari, & hanc præcipuam functionem ducere, nā philosophia felicitatem parit. ] & in Apologia secunda hanc ait in iudiciis sequendam. Verè est enim illud, inquit, dictum sapientis cuiusdam, nisi magistratus ac subditi philosophentur, non fore fortunatas ciuitates. ] hæc B sanctissimus martyr.

PHILOSOPHI SVMMI. ] Ob id videmus è Septentrionis regionibus philosophos summos exstitisse: nā qualis & quātus Albertus ille cognomēto, ac re ipsa Magnus? qualis Ioānes Dūs Scotus? Alexander Halēsis Anglus? Quātus in Dialēcticis Rodolphus Agricola? Sed omittemus ne Ioānem Baconum Anglum, Gabrielium Bielium Germanum, Henricum Gandauensem, Petrum Danum, Alanum de Insulis, Henricum Bruxellanum, Franciscum Maronis, Ioannem Danchum, Simonem Spirensem, Ioannem Eligerū, Thomam Argentinensem, Marsilium Ingenium, Conradum è Montepuellarum, Hugonem è Sletstadi, Thomam Vualdensem, Heimericum Campensem, Nicolaum Cusanum, Henricum Gorrichemium, Stephanum Hoëstium, Ioannem Tinctoris, Ioannem Beetzium, Ioānem è Lutria, Ioannem è Lapide, Aquinum Succum, Guglielmum Copum, Bartholomæum Arnoldum, Ioannem Cæsareum, Martinum Polichium.

C ASTROLOGIA. ] Neque verò defuit Aquilonaribus locis Astrologiæ doctrina, quæ motus orbium cælestium contemplatur, eorumque in corpora subiecta efficientiam tradit, & quam maximi faciendam, vtilissimamque esse, nemo est qui diffiteatur; vt meritò Latinus ille poëta dixerit.

*Me verò primum dulces ante omnia Musæ  
Accipiant, calique vias, & sidera monstrant,  
Defectus Solis varios, Lunæque labores,  
Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant,  
Obicibus ruptis, vix usque in se ipsa residant,  
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles  
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.*

D Hanc sanè, antequam Papis obtemperarent, populi Boreales nō agnouerunt, aut paucissimi illorum sciebant, quid illa esset, & quænam methodus tantæ doctrinæ assequendæ.

ASTROLOGI SVMMI. ] Neque tamen est putandū à populis Septentrionis Astrologiam summis labris esse degustatam. Nihil namque est, quod ad eam pertineat, quod illi non perceperint, amplificauerint, & perduxerint ad summum. fidem facit Beda Anglus, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Albertus natione Danus, qui de calculo lib. 1. Tabularum Astronomicarum lib. 1. Calendarij lib. 1. scripsit circiter annum millesimum trecentessimum, Henricus Bruxellanus monachus Hassligemensis, qui de ratione computi edidit lib. 1. Calendarium de incensionibus lib. 1. Ioannes Danchius Saxo, qui composuit, Canones Eclipsales lib. 1. Canones Tabularum lib. 1. De astrolabio lib. 1. De incensionibus lib. 1. claruit anno millesimo trecentesimo trigesimo: Ioannes Eligerus è Gonderisfeuen, qui scripsit de cōpositione Astrolabij lib. 1. de vtilitate Astrolabij lib. 1.

E De vtilitate Quadrantis lib. 1.  
De Magnete lib. 1.  
De astrogeometro lib. 1.  
Floruit anno millesimo trecentesimo quinquagesimo.  
Ioannes è Regiomonte, cuius exstat  
Calendarium lib. 1.  
Ephemerides lib. 1.  
Contra Gerardum Cremonensem lib. 1.  
Epistolarum ad hæc pertinentium lib. 1.  
Albertus Prutenus, cuius habentur

- In Theoricis Georgij Purbachij lib. 1. A  
Ad Ephemeridas Chonispergij lib. 1.  
Ioannes è sacro Bosco ) de sphaera.  
Rupertus Linconienfis )  
Albertus Pighius, cuius leguntur  
Astrologia defensio, & in Prognosticatores quædam.  
Andreas Striborius Boius, cuius sunt in manibus studiosorum  
Liber instrumentorum Astronomicorum primi & secundi mobilis cū canonibus propriis, & veteribus.  
Clypeus Aultriacus, in quo de Astrolabio.  
De quadrantibus.  
Introductorium in sensibilem Astronomiam, cum variis astronomicis picturis, & Calendario astronomico. B  
Gemma Phrisius cuius, exstant opera multa.  
Georgius Collimitius Tansesterus, cuius sunt  
De naturis & proprietatibus planetarum compendium.  
De ratione dierum criticorum.  
Artificium de applicatione Astrologia ad Medicinam, & de conuenientia earum dē.  
Georgius Purbachius, cuius exstant Theoricæ Planetarum opus nobilissimum.  
Nicolaus Copernicus Prutenus, qui composuit admirabiles libros de reuolutionibus corporum cælestium, tabulasque Prutenicas dictas.  
Ceteri præterea, de quibus infra agemus.
- LXIII. ARITHMETICA. ] Numerandi ars, quanto sit mortalibus vsui, qui nescit, is profecto in syluis dicetur enutritus. Nam verè dixit Plato in Epinomide, & septimo de Rep. prudentiam, atque adeò humanitatem omnem è mundo tollere, qui Arithmeticam è vita tollant: cum sine ea neque publicæ, neque priuata res constare possint: eamque esse vestibulum & aditum ad reliquas doctrinas percipiendas. Hanc exultam, aut in aliquo existimationis gradu positam fuisse apud Boreales, non legimus, aut scimus: quin contra est certissimum neque vsu litterarum fuisse apud illos. Post Christi legem receptam, postquam Papiæ esse cœperunt, & hanc simul illi sunt assecuti.
- LXIV. ARITHMETICI SVMMI. ] Ita verò sunt assecuti, vt peruenerint ad illius excellentiam summā. nam quos supra enumerauimus, fuere omnes Arithmeticæ scientissimi. Atque vt omittamus multos, qui de Arithmetica peritissimè scripserunt, è quibus esse verissimum quod dicimus, apparet; vnus sit instar omnium Christophorus Clavius Bambergensis, cuius habemus opus hac in re præclarum.
- LXV. GEOGRAPHIA. ] Geographiæ porro quid scire poterat, cum nulla inter illos disciplina esset? Quantæ sit hæc vel utilitatis, vel iucunditatis, qui ignorat, is non artium bonarum dumtaxat, sed omnis sensus expers esse cunctis peritis videbitur. Et hanc igitur, postquam Pontifici Romano adhæserunt, ab ipsis perceptam videmus, & experimur.
- LXVI. GEOGRAPHI SVMMI. ] Ita verò perceptam cognoscimus, vt præstantissimi è Septentrione Geographi prodierint. Talis quippe est Gemma Phrisius, Abrahamus Hortelius, Petrus Apianus, ac si qui sunt alij, quando tot sunt, vt eorum numerus ac nomina nos facillè præterire, ac memoriam fugere possint.
- LXVII. DIOPTRICA. ] Sed quanti quæso est illud, orbium superiorum, stellarumque spatia, & interualla nostris oculis metiri, magnitudines, altitudinesque rerum distitarum è paruulis seu foraminibus, seu rimulis certò deprehendere? An hoc est aliquid exiguum, & ignobile? Nihil est in quo clarius quanta sit ingenij nostri vis perspicere possit. Et hoc igitur bonum Septentrioni diuinitus est communicatum, ex quo Papæ cœpit obedire.
- LXVIII. DIOPTRÆ SVMMI. ] Sic porro est communicatū, vt existiterint ex eo excellentissimi in huiusmodi doctrina viri. Tales enim fuere omnes, quos supra enumerauimus, quorum ne vnum quidem poterat proferre antequam Papis se subiceret.
- LXIX. METEOROSCOPIA, ET METEOROSCOPI SVMMI. ] Quamobrè neque illi defunt Meteoroscopi summi, quos quamuis re ipsa cōplexi sumus bonis superioribus; tamen, quia multi non ab re hæc distinguunt, idcirco visum nobis est distinguere. Huc autè propriè spectant astrolabia, planisphaeria, quadrantes, annuliq. astronomici, de quibus Purbachius, Ioannes è Monte Regio, Géma Phrisius, Ioannes Stofferinus, aliq. multi.

DIO-

- A DIOPTRICA INVENTA. ] Quod diximus excellentissimos è Septentrione viros existisse, id non modò constat è libris, quos supra à Borealibus editos recensuimus, sed etiam ex illo, quòd inde oriundi nobilissima tanti artificij inuenta dederunt in lucem. Verbi gratia Petri Apiani habemus Folium populi, Petri Beaufardi, Géma Phrisij, Ioannis Dryandi, Burchardi Myrthosij, denique Ioannis Taihnierij varios annulos, rursus Géme Prifij radium astronomicum, Ioannis è Monte regio Torquetum, baculumque astronomicos.
- GEOMETRIA. ] Superioribus meritò adnectetur Geometria, cuius, sicut omnis disciplina liberalioris, ac litteraturæ, ignari erant omnino olim Septentrionales; postquã verò Pontificis leges ac decreta accepere, cum iis simul & hanc nobilissimam fructuosissimamque sunt assecuti.
- B GEOMETRÆ SVMMI. ] Assecuti que sunt adeò, vt summos è suis viros eminentissimos ciere possint. Dioptrica namque inuenta huic in primis rei seruiunt, vt agros, montes, aliaque huiusmodi metiri, ac partiri comodè possimus, Arithmeticaque adhibere ad locorum multiformia spatia diuidenda, & in vnã figuram redigenda, vt summam superficie totius facillè colligere possimus, & inæqualia cum planis comparare, obliquisq. lineis & incuruis comprehensa in directas protendere, & omnia cœquare suis commodè numeris possimus. huc speciatim spectat quadratum Geometricum Purbachij.
- GNOMONICA. ] Quid verò de Gnomonica dicemus, quæ ex vmbra directi styli quora sit hora colligere nos docet? Nam quantas hæc utilitates pariat ad omnes nostras actiones, operaque, nemo sanè ignorat, nisi qui nullius est actionis, aut operis, quod hominem mente præditum deceat. exstat Petri Apiani Horoscopium, & absolutissimum
- C Gnomonices volumen Christophori Clauij è Societate Iesuitarum, quo nil melius videtur excogitari posse.
- GNOMONICA INVENTA. ] Hinc idem pulcherrima quædam nobis inuenta dedit in lucem, quibus assequi facillius & expeditius horarum numerum, temporisq. interualla possemus, de quibus nos signo de peritia Catholicorum XXIV.
- MATHEMATICA, ET MATHEMATICI SVMMI IN VNIVERSVM. ] Denique cum nihil non ad Mathematica spectans intactum reliquerint Aquilonares, nihil ab illis sit omisum, quod non didicerint, ac multis scriptis illustrissimisque inuentis nobilitarint; in vniuersum principia elementaque præstantissimæ disciplinæ tradidit, & commentariis editis explicarit Christophorus Clavius Bambergensis; alij porro etsi nõ omnia principia, quædam tamen aut explanarunt, aut conclusionibus inde deductis amplificarunt; veluti Nicolaus Cusanus, cuius exstant de Mathematicis complementis lib. 1. de Mathematica perfectione lib. 1. de Quadratura circuli lib. vnus. Ioannes Tholosus nonnulla etiam talia diuulgauit. Sic Ioannes Taisnierius libellum scripsit de demonstratione proportionum motuum localium contra Aristotelem, sectatoresque illius.
- HISTORIA, ET HISTORICI. ] His autem placet subiicere historiã, historiãq. scriptores. Boreales olim cum nullū haberent vsu litterarū, nullos similiter habebat, quos legere possent libros, scriptorumque monumenta, quibus acta maiorum mādare possent; impolita tamen quædam carmina componebant, quibus soliti erant attexere gesta, quæ voluissent, ac nomina Regum, vel quorumlibet suorum. Hinc Tacitus: Celebrat, inquit, (Germani) carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus est, Tuistonem Deum terra editū, & filiū Mānum. ] & Eginarthus in vita Caroli Magni: Barbara & antiquissima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, scripsit, (sic igitur antea scripta non erat) memoriæque mādauit. ] & Iornandes de Gothis: In principis eorū carminibus penè historico ritu recolitur. ] Iulianus præclare in Antiochico vocat hæc agrestia carmina similia clangoribus auium asperè clamantium. Hinc ortum est, vt incredibilia deliramenta versibus hisce temerè compositis continerentur de antiquitatibus Aquilonarium populorum, qualia Saxo initio historiæ Danicæ, Ioannes Olaus Gothicæ, Lestæus Scoticæ, proponūt; vt meritò derideat atque exlibet illa Polydorus Virgilius libro de historia Anglica. Verum postquã gentes Septentrionis Papæ adhæserunt, Catholicamque veritatem doctrinamque sunt amplexatæ, simul etiam fabulosa ista vetustatis somnia reiecerunt, suorumque gesta veracioribus scriptis consignarunt. Ac sanè talis est Beda Anglus, Rhegino Germanus, Saxo Grammaticus Danus, Vuitichindus Saxo, Dodechinus, Arnoldus, Lambertus Schafnaburgensis, & his antiquior Hermannus

Con-

Contractus, Ottho Frisingensis, Nauclerus, Albertus Crantzius, Laurentius Surius. Sed hos omnes diligentia, rerū scriptarū delectu, sermonis ornatu, dispositione tēporū, & omnibus ad hęc necessariis superarunt Cromerius, qui de rebus Polonorum, & Dubrauius, qui Bohemorum historias composuere. Quamobrem quid non Aquilonares Catholicis debent, quibus acceptam referre debent omnem suorum memoriam, veritatemque rerū ab illis gestarum? Quod si historia, ut inquit Cicero libro de Oratore, est testis temporū, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis; quæ nā prius Septentrionalibus tempora erant, quæ vitæ magistra, quæ veritas, quæ memoria, quæ vita, quæ vetustas? Præclarum est (ait Gregorius Nazianzenus ad Nicobolum) mentem historiarum cognitione instructam ac refertam habere. Historia enim conglobata quædam & coaceruata sapientia est, hominumque multorum mens in vñū collecta. ] Sic igitur cū Borealibus antea nulla esset vitæ magistra, lux veritatis, memoria, vetustas, nisi fabularum, & figmentorum poëticis quibusdam, ac pessimè conditis versibus comprehensa; postquam Pontifices Romanos secuti sunt, abundè illis fuit conglobata & coaceruata sapientia, & quasi hominum multorum mens in vnum collecta.

LXXVII. **MEDICINA.** ] Post hæc præclaras disciplinas succedet medicina, quæ tanti facta est ab antiquis, ut eius utilitas (inquit Cicero Tusculan. quæst. lib. 5.) Deorū immortalium sit inuentioni consecrata. ] Hęc cū nulla esset olim Borealibus, si certa illius præcepta, rationemque multiplicem multiplicium morborum curandorum spectes; postquam Catholici esse coeperunt, qui prius vsu quodam cæco, quod est *ἰατρικῶν*, medicina utebantur, nunc ordine ac via in omni morbo medendo procedunt.

LXXVIII. **MEDICI PRAESTANTES.** ] Hinc inter eos medici non mediocres, sed qui præstantibus annumerari possint, exstiterunt, qualis meritò dicitur Dodonæus, aliiq. multi, quorum non exiguus numerus vsque ad nostra tempora floret in Septentrione.

LXXIX. **HERBARIA.** ] Sic etiam vires herbarum singillatim cognoscere, & ad omnem ægroantium curationem fanitatemque adhibere nouerunt. Talis quippe Dodonæus, aliiq. multi, hac in re sine dubio peritiores antiquis, quibus, ut quædam cognita fuerint, doctrina certè quidem nulla fuit.

LXXX. **MEDICA INVENTA EX HERBIS.** ] Quocirca in Valesiæ montibus plurimas herbas colligunt Germani, quas longo vsu, ac plurimis euentis comprobato cognouerunt habere efficax remedium, si ægrotis suo tempore modoque curandis adhibeantur. Enumerat has Geographus quidam lib. 3. Geographiæ sue gætianam, mutrinam, danmargā, spicam Celticam, ostrutium, squillum, selligenā, astrentzē, monreziblen, eberuutz. Sic in aliis regionibus aliæ sunt deprehensæ, quas non facilè reperias alibi. Nā suis locis suas esse res, quæ non alibi reperiantur, nemo diffitetur. Harum porrò facultates non bene prius illi perceptas habere potuerunt, quod populis Germaniæ ac Septentrionis olim nullæ essent certæ sedes, sed ab aliis aduenientibus alij crebris commigrationibus expellerentur, ut infra ostendemus. ex quo fiebat, ut enascentium è terra efficacitatem neque percipere possent, neque experiri, Medicinæ nāque ars, ut aiebat in principio Aphorismorum Hippocrates, est longa; rerum verò occultæ ac perpetuæ qualitates non nisi multis experimentis dignoscuntur; quæ experimenta facere non possunt homines in iis locis, in quibus firmas sedes non habent. Accedit huc, quod olim Boreales terræ colendæ haud operam dabant, atque ita neque aduertere vel ipsos oculos poterant ad herbas.

LXXXI. **MEDICA INVENTA EX ARBORIBVS.** ] Ab iisdem Borealibus data sunt in lucem desumpta ex arboribus inuenta medica. Verbi gratia, qui domos è laricibus, quæ frequētissimæ sunt in Germania, compositas inhabitant, tuti sunt à lepræ contagione. Aqua similiter ex eis distillata valet aduersus eundem morbum: multa verò sunt huiusmodi, quæ Dodonæus recenset. Ex iisdem similiter arboribus exoritur fungus, è quo conficitur agaricum tum valens aduersus multa mala, tum verò aduersus capitis dolores.

LXXXII. **MEDICA INVENTA E GVMMI.** ] Ex his ventum ad medicinas gummatas per eosdem proditas in humani generis utilitatem. Ex iisdem namque laricibus educunt Aquilonares ligno terebrato resinam, quæ mirificè valet ad omnia vulnera & innumeros morbos.

LXXXIII. **MEDICA INVENTA EX ANIMALIBVS, CETERISQVE REBVS.** ] Verum si quis vellet hæc omnia per Aquilonares, ex quo Papæ legibus obsequitur, in maximas mortalium plurimasque utilitates comperta enumerare, nimis ille esset proluxus. Mathematicolum

A tholomæ potest consulere in commentariis suis ad Dioscoridem; certissimoque, quod dicimus ille cognosceret.

**MVSICA.** ] Quid porrò de musica dicemus? Hęc in liberalibus artibus solet meritò adnumerari. Notum verò illud antiquum, Scythas non esse musicos, quod vites deessent. Tātū verò est, ut nihil magis agrestes animos ac duros ad virtutes inflectat, emolliat, atque informet, ut hæc disciplina. Hinc illi dixere, ab Orpheo sylvas, lapides, ac feras, quò vellet, cantu deducta omnia, quòd ille scilicet agrestia, feraque, & lapidea corda cantu, quòd voluisset, moueret, ac pro arbitrio tractaret. Id sic esse in Indiis hodie nostri experiuntur. Mirum namque, quantum capiuntur gētes illæ vocibus ad numerū sonorum, suauitatēque, ingeneradā cōpositis: ita ut paulatim deliniti, in consuetudinemque nostrorū se dantes, non sra admirentur, excipiant, & colant. Ab hac olim sic aberant Boreales populi, ut abierit in prouerbum, quod supra dicebamus, Scythis non esse tibicines: Scythiā porrò antiqui nominabant, quidquid est regionum supra Danubium. Quin cū versibus quibusdam suis maiorum facta intexerent, ea condebant ad asperitatem similia clangoribus autium duris, ut è Juliano supra referebamus. Nunc an sit inter eos hæc ars, & è subiectis apparebit, & ex eo, quod Polydorus narrat, in Hybernia non esse vllum qui musicè non sciat.

**MVSICI LIBRI ET EXERCITATIONES.** ] Ob id videas librorū musicorū copiam nullibi propè esse maiorem, quàm in Germania. Quin in tēplis nullibi videbis esse musicorū, vel maiores vel frequentiores propè choros, quàm in Septentrione, nisi tamen ex quo hærefes in iis locis abundauerunt, sunt hæc aut amissa, aut imminuta. Testis est Ioannes Diaconus Gregorium Magnum eurasse ut in Ecclesia Gallicana cātus suo decori ac dignitati restitueretur, ex illa porrò in Germaniam maximè defluxit cantus: & Galliæ Belgicæ portionem quamdam scimus adscribi Germaniæ secundæ; ut videamus hoc bonum spectatim peruenisse in Septentrionem à Pontificibus ipsis Romanis.

**MVSICA INSTRUMENTA.** ] Quin instrumenta musica, quæ præstantiam quādam videantur habere, plerumque fabricantur qui in Italiam veniunt è Germania secunda: id cūcti norūt, quòd scilicet excellentissimi sint isti artifices earū rerū, peritissimiq. musicarū. Præterea verò sacra æra, quas vocamus campanas, sic in illis oris tēperantur, ut ex altissimis turribus harmoniā suis numeris absolutam per longa æris spatia cū magna audientium voluptate canant.

**MVSICI SVMMI.** ] Idcirco musici exstiterunt è Septentrione non mediocris notæ, sed excellentissimi, & qui nulli cedant. Talis quippe est Orlandus Lassus.

**PICTVRA.** ] Non relinquenda nobis vllō modo est pictura, quæ sanè politiores mortalium cœtus, ad humanitatemque exultos visa semper fuit hominibus ingenio præstantibus exornare. Hanc esse in Germania & Septentrione sicut negari non potest, sic olim non fuisse, necesse est ut dicamus, quādo nulla ars illis paulo liberalior, quamuis alioquin necessaria videatur, ut scriptorum testimonio, ac certissimis monumentis apparet.

**PICTORES EXCELLENTE.** ] Enimvero postquam Papis obediunt, non modò pictura inter Septentrionales, sed pictores etiam præstantes. Audi Iacobum Vuymplingium, qui sic cap. 68. rerum Germanicarū; Nostrates, inquit, quoque pictores esse omnium præstantissimos vel ipsa experientia, quæ rerum magistra est, apertissimè docet. Icones Israëlitis Alamanni per vniuersam Europam desiderantur, habenturque à pictoribus in summo pretio. Quid de Martino Schon Colmaricensi dicam, qui in hac arte fuit tā eximius, ut eius depictæ tabulæ in Italiā, in Hispanias, in Galliā, in Britanniā, & alia mundi loca abductæ sint? Exstant Colmaricæ in templo Diui Martini, & S. Francisci, præterea Selestadij apud Prædicatores in ara, quæ Diuo Sebastiano sacra est, imagines huius manu depictæ, ad quas depingēdas exprimēdasq. pictores ipsi certatim cōfluūt: & si bonis artificibus & pictoribus fides adhibēda est, nihil elegātius, nihil amabilius a quoquā depingi red diq. poterit. Eius discipulus Albertus Durer, & ipse Alamānus hæc tēpestate excellentissimus est, & Nurebergæ imagines absolutissimas depingit, quæ à mercatoribus in Italiam transportantur, & illic à probatissimis pictoribus non minus probantur, quàm Parrhasij aut Apellis tabulæ. Ioannes Hirtz Argentincsis non est omittendus, qui dum in humanis elset, apud pictores omnes in magna fuit veneratione. ] hæc ille.

**PLASTICE, STATVARIA, IMPRESSIO IMAGINVM.** ] Huic subiicietur plasticæ, statuarie, imaginūque impressio, quas artes nō fuisse olim Borealibus certò scimus & è prius statuis, plasticis, impressivè imaginibus apparet: esse ex quo Papis obsequuntur, nemo vel ignorat, vel negare potest. Hinc idem Iacobus: In plasticæ, hoc est figulina arte,

LXXXIV.

LXXXV.

LXXXVI.

LXXXVII.

LXXXVIII.

LXXXIX.

XC. CX.

XCII.

quæ ex terra similitudines itidē fingit Germani præstātes sūt, q̄ ipsa figulina vasa, & pluri  
na vasorum fictiliū genera quæ modò humanæ vitæ sint vsui, indicant & demonstrant.  
hæc sunt, quæ vel Corebus Atheniensis figulinæ artis inuētor admirari possit & laudare.

XCIII. ARCHITECTVRA. Quid verò de architectura dicemus? quæ tanta fuit ætate ma-  
iorum nostrorum, vt templorum structurę in Italia fierent ad exemplum Germanicorum,  
& nos signo de magnificentia rerulerimus inigne Borealis architecturæ exemplum, tes-  
teretur verò Aeneas Syluius in Bohemia tam nobiles esse ædium sacrarum molitiones, vt  
in Italia vix simile aliquid reperitur. Idcirco sunt meo, inquit ille, iudicio Theutonici  
mirabiles Mathematici, omnesq̄. gentes in architectura superant. ] Et Iacobus Vuympe-  
lingius in epitome rerum Germanicarum capite sexagesimo septimo; Argentinenſe, ait,  
templū, & turris in eo ædificata abundè demonstrant. Hac vna structura nihil in vniuerso  
orbe crediderim esse pretiosius, nihil excellentius. Quis satis mirari, satis laudare po-  
test Argentinenſem turrim, quæ cælatura, statuis, simulacris, variarumq̄. rerum effigie  
omnia Europæ ædificia facile excedit? turris altitudo excedit numerum quingentorum  
& quindecim cubitorum. miraculum est tantam molem in tam altū atrolli potuisse. quid  
si isti à laudatis auctoribus laudari artifices reuiscerent, Scopas, Phidias, Ctesiphon, Ar-  
chimedes? profecto in Architecturæ disciplina se victos esse à nostris vel palam fateren-  
tur; atque hoc opus Dianæ Ephesæ templo, & pyramidibus Aegyptiacis, atque his om-  
nibus, quæ inter septem miracula numerantur, longè anteferrent. ] hæc ille.

Eam sic alius Geographus describit: Habet quoque ciuitas ista nobile & ingēs quod-  
dam opus, cuius simile nec in Germania, neque in Italia, aut Gallia reperitur; nepe sum-  
ptuosissimam illam turrim, quæ anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimo septi-  
mo inchoata est, atque viginti octo annis ferè vsque ad fastigium est consummata.  
Hæc ab ipsis fundamentis vsque ad supremum culmen quadris & pulchrè figuratis lapi-  
dibus est erecta. Erwinus de Steinbach prima posuit fundamēta, idē ipsam cōcepit, at-  
que architectū ad cōsummationē eius egit. Vbiq̄. aëri, & vëto est peruia, patetq̄. ascen-  
sus eius quatuor cochleis. vbi verò crassities eius in fastigium incipit acuminari, ibi octo  
conſurgunt cochleæ. supremus nodus, qui inferius vix modij magnitudinem habere vi-  
detur, tantus est, vt capacitas eius recipiat quinque aut sex personatos homines; longi-  
tudo eius habet pedes geometricos quingentos septuaginta quatuor: artificium eius olim  
adnumeratum fuisset septem miraculis mundi. ] sic ille.

In igitur quò Boreales, quibus, antequā Papā venerarētur veluti Christi vicariū, nullę  
domus erant, omnia informia & inculta, vt mox ostendemus, peruenerint artificiosis stru-  
cturis. Hæc turris videtur tēplū Beli superare. Illi vna scala; huic quatuor. Illa nō quadris  
vndique lapidibus fuit ædificata; hæc quadris. Illa nō pulchrè figuratis; hæc pulchrè figu-  
ratis. De celsitate quæstio foret. Herodotus enim octo turribus superimpositis subiectā,  
primā fuisse ait altitudine simul & crassitudine stadij, nō altitudine sola, aut crassitudine:  
reliquarum turrium non scribit sublimitatem. Quamobrem non erat tantæ celsitudinis,  
quantam fingunt nōnulli, putātes Herodotum loqui de altitudine sola, cum tamen huic  
coniungat crassitudinem. Præterea verò adiiciunt ex ingenio suo, reliquas turres fuisse  
longitudinis eiusdem, de qua Herodotus nihil dicit, igitur non immeritò septem mira-  
culis adnumerari sic possit, vt illam superari ab hac turri iure quiuus affirmet.

XCIV. HOROLOGIORVM FABRICATIO. ] Quis verò hęc admirari satis queat horolo-  
giorū fabricationē? Id fuit inuētū Geberti, qui postea Pōtifex factus dictus est Syluester  
II. q̄ Erfordiensis testatur. Quā verò sint in eorū cōpositione, præstātes Germani, q̄ igno-  
rat, is rerū ante oculos quorumuis positarū prorsus est ignarus. quā similiter sit ingeniosa  
illorū structura, is cognoscat, qui scierit antiquos nullis horologiis vsos, nisi ex aqua, aut  
q̄ projectione vmbrarū signaret horarū mutationes. loco primorū successere inuēta à no-  
bis, & è puluere minutissimo aridissimoq̄. cōfecta, & intra duo vascula vitrea sibi superim-  
posita, & in medio foramen angustum, per quod ex vno in alium puluis transeat, habētia.

XCv. INVENTIO TYPOGRAPHIAE. ] Hæc autem longè sunt minora præ nobilissima  
typographiæ inuentione, qua fit, vt tot libri, tam facile, tam breui, maximo operarū sum-  
ptuumq̄. cōpendio dentur in lucē typis impressi. Huius inuenti laus Germaniæ debetur.  
Friderico namque Tertio imperāte sub annū m. cccc. xl. Ioānes Gusemberg Argētina hoc  
dedit ex ingenio suo primus in lucē. inde Mogutiā veniens inuētū præstātissimè absoluit.  
Inde Sixtus Runſiger Argentinenſis anno m. cccc. lxxi. illud Neapolim detulit, Vldari-

A O Germania muneris reperitrix,  
Quonil vtilius dedit vetustas,  
Libros scribere qua doces premeuda.

Hæc Iacobus in Epitome cap. 65. & Fulgofius lib. 8. cap. 11.  
Ferunt libros sancti Augustini de ciuitate Dei, & Lactantij Firmiani de diuinis institu-  
tionibus, fuisse primos, qui typis excuderentur, vt vult Volateranus. Quod autem non-  
nulli scribunt, & hanc artem Sinis prius fuisse, Iouiusq̄. id asserit, haud quaquam mi-  
hi verum videtur. Nam Marcus Polus Sinarum nobilissima quæque recenset, huius  
rei mentionem nullam facit. Præterea cum fuerit in iis locis diu versatus, & vnā cum mul-  
tis aliis Venetias redierit, sine dubio tale inuentum Venetiis protulisset, vt erat homo in-  
geniosus, & ad singularia cuncta vtiliaq̄. publicis rebus attentus; nisi quis velit longè  
post discessum Marci Poli talia Sinis contigisse. Quod si est; quid obest, quin vel è Ger-  
mania fuerit ad Sinas hoc importatum, vel duobus in locis à diuersis idem sit excogi-  
tatum, aut etiam prius à Germanis, deinde à Sinis? Certissimum namque est artificiosis  
rebus elaborandis à Catholicis cunctos superari. Et hoc igitur Germani habent, ex quo  
Papæ doctrinam sequuntur.

DISCIPLINARVM LIBERALIVM GYMNASIA PVBLICA. ] Cum prius, quod  
suprà è Tacito referēbamus, Germanis nullus fuerit vsus litterarū, nulla ars paulo ciui-  
lior; postquā Papis adherent, nō modò excultissimi euaserūt in liberalibus disciplinis, &  
excellētissimi, sed etiā gymnasia publica aperuerūt, in quibus essent publico stipēdio cō-  
ducti magistri liberalium doctrinarum aperuerunt autem Germani & Septentrionales  
hæc gymnasia plurimis in locis, ita vt plura sint illis, quàm toti orbi quondam Romano.

C OMNIVM DISCIPLINARVM LIBERALIVM PVBLICA GYMNASIA. ]  
Sic verò aperuerunt, vt nullam liberalem disciplinam reliquerint, quæ non per eorū ma-  
gistros traderetur. Hoc verò est adnotandum, quò olim florentibus Romanorū, vel  
quorumuis gentium rebus, non essent vlla in regione orbis huiusmodi gymnasia. Medici-  
næ namque publicos magistros nullibi olim legimus existisse, sicuti neque Chirurgiæ,  
Anatomicæ, Cosmographiæ; neque similiter Hebraicæ linguæ; neque, credo, Græcæ  
simul, & Latinæ. Vbi namque vnus præcepta tradēbantur, alterius omittēbātur, aut cer-  
ti, perpetui, publiciq̄. magistri fuisse non leguntur.

TOT OMNIVM DISCIPLINARVM GYMNASIA. ] Accedit huc, quò non  
duo triue in Septentrione sunt huiusmodi gymnasia excitata, sed longè plura. Anno mil-  
lesimo nāq; trecentesimo octuagesimo octauo de Vibani VI. concessu ac privilegiis Colo-  
niense erectum, & religiosi è quatuor ordinibus mendicantium ad Papā missi sunt, qui id  
impetrarent. Inde millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Pius II. Basileen-  
se excitauit, Bonifacius II. ac Pius IX. Erphordienſe, Alexander VI. & Iulius II. Fræfor-  
diense, Albertus Austriacus Triburgenſe millesimo quadringentesimo quinquagesimo,  
vel millesimo quadringentesimo sexagesimo, Pius II. Ingolstadtienſe millesimo quadrin-  
gentsimo decimo, idē Pius Lipsienſe, quod exornauit maximè Georgius Saxonix Dux  
Catholicæ doctrinæ integerrimus propugnator, Martinus Quintus Louanienſe millesi-  
mo quadringentesimo vigesimo sexto, Dietherus Isenburgus Archiepiscopus Mogunti-  
num millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, Carolus Quartus Pragēse mil-  
lesimo trecentesimo sexagesimo, Martinus Quintus Rostochienſe m. cccc. xix. vt Geo-  
graphus quidam scriptum reliquit, Eberhardus Probus Vuitembergensium Dux primus  
Tubingenſe, Fridericus II. Viennense m. cc. xcvi. quod postea collapsum Ferdinandus  
Primus instaurauit, Fridericus Primus Vuitembergenſe m. d. 11. Ioannes Episcopus  
Vuitzburgēse m. cccc. 111. Antonius Perenottus Cardinalis Bisuntinū, Ortho Truchſes  
item Cardinalis Dillinganum, Rupertus II. Heidelbergense m. ccc. xlv. scribitque Tri-  
themius huius gymnasi; auctorem primum fuisse Marsilium Ingenium, qui deinde Car-  
thufianorum familia se addixit. Existat & Marpurgense anno millesimo quingentesimo  
vigesimo sexto fundatum, & Treurenſe, cuius exordia prima ignorantur; Duacense  
à Philippo II. Hispaniarum Rege, Grisualdenſe in Pomerania ab Vratislao Nono mille-  
simo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Atque hæc quidem gymnasia omnium disciplinarum publica sunt inter Germanos.  
His succedunt Anglicana, Oxoniense ab Aluredo Rege fundatum anno dccc. lxxiii.  
Cantabrigense à Sigiberto, vt quidam volunt, Rege constructum anno dc. xxx. His

subiiciemus Scotica, S. Andreae anno millesimo quadringentesimo vndecimo erectum, A  
Aberdoniense ab Elphinstonio Episcopo Aberdoniensi excitatum anno M. cccc. lxxx.  
Glasgouense, cuius auctor nobis non exploratus. Postrema erunt Polonica, Cracouien-  
se à Cazimiro Rege constructum M. ccc. lxi. Pohnaniense, cuius initia nos ignoramus. En  
igitur quot omnium disciplinarum liberalium sunt in Septentrione gymnasia publicis  
stipendiis constituta, & conseruata, ex quo Papæ auctoritatem fidemque colit. Horum  
verò quodlibet est huiusmodi, vt tale tota antiquitas non habuerit, quod liquet è capitu-  
lo superiori.

XCIX. COLLEGIA INNUMERA AD ALENDO ERVDIENDOSQUE GRA-  
TIS IUVENES IN OMNIBVS LIBERALIBVS DISCIPLINIS. ] Vt autem  
quilibet agnoscat, quàm facilis & expedita sit per nostros ad omne doctrinarum liberalium  
genus percipiendum via parata, & quot quantæque commoditates instructæ, in omnibus  
istis gymnasiis contubernia quædam constituerunt domibus amplis comparatis, in qua  
se recipere iuuenes studiosi, gratiisque alerentur, & edocerentur. Sicut autem pleraque  
gymnasiorum, quod liquet è superioribus, exstructa sunt à præsulibus sacris, sic huiusmo-  
di contubernia, vt quiuis cognoscere potest, si quis vrbes inuisat, in quibus sunt, & hæc in-  
uestiget, ab iisdem sunt excitata, ac dotata; quod ex parte adnotauit Iacobus Middeldor-  
pius libro de Academiis. Ex quibus conficitur ab Ecclesiasticis viris magis spectari, ac  
procurari vtilitatem, honestatemque publicam, quàm à ceteris, & ab iis pendere in pri-  
mis, quæcumque faciunt ad animi nostri bona & ornamenta.

C. MAXIMA LIBRORVM COPIA. ] Quis verò possit enumerare quanta in omni-  
bus Germaniæ Boreæque, vel exiguis oppidulis copia sit librorum? En quanta rerum vicif-  
situdo. Cognitæ prius, aut saltem non perceptæ erant Aquilonariis litteræ, nulli il-  
lis libri; nunc tanta istorum passim est abundantia, vt disseminentur toto orbe terra-  
rum Francofurti, Basileæ, Coloniae, Cracouiae, Pohnaniæ, ceterisque in locis editi &  
excusi codices, vsque ad extremos remotissimosque Indos deferantur. Tanti est Papis  
adhæsisse.

CI. PVBLICAE LOCVPLETISSIMAEQVE BIBLIOTHECAE. ]  
Postremum locum tenebunt bibliothecæ amplissimæ; ac publicis vsibus destinatae, ac  
paratae, quæ copia & nobilitate librorum non cedant vlllo modo Alexandrinæ,  
quam Philadelphus, & Palatinæ, quam Octavianus instruxit. Inter has cele-  
berrima est, quæ in Gothiæ ciuitate Visbi visebatur apud cœnobium religiosorum  
ex ordine sancti Benedicti, cuius meminit Geographus quidam libro quarto,  
scribitque habuisse librorum vetustissimorum (recentum namque ratio non habetur) D  
duo millia. Vlnæ, quæ Metropolis est Lithuanicæ, locupletissimam bibliothecam Po-  
lonici Reges instruxerunt. Illustrissima est, quam parauerunt Austriaci Reges Viennæ, &  
quam Fucchari principes animo regio Augustæ Vindelicorum. Verum nullum inter  
Boreales gymnasium publicum, in quo non sit aliqua huiusmodi. Quin cum plurima  
sint, passimque dispersa per Septentrionem à nostris excitata monasteria, nullum ferè ex  
illis est, cui non sit, aut olim fuerit amplissima bibliotheca: tale erat Corbeiense, Hirsau-  
gientse, Fuldense, ceteraque à nobis supra commemorata. Nam quod alibi adnota-  
uimus, monachi litteras ac disciplinas in Septentrionem perduxerunt, ac promoue-  
runt. Tot igitur, ac tanta Septentrio fortitius est è doctrina, & fide, quam securus est, Ponti-  
ficum Romanorum, completentia mentis humanæ quodlibet bonum, & ornamentum. E

*Bona pertinentia ad corpus. Cap. VI.*

CII.



ERTAE POPVLORVM SEDES. ] Attigimus animi bona,  
nunc corporis attingentes explicemus illa; & in primis illud ponatur, quod  
plerumque Germanicis populis olim nullæ erant in diuturnum tempus  
certæ sedes: vbi namque impetus infedisset animis eorum, furor, agitaf-  
set, ex aliis in alias regiones exciti vniuersi commigrabāt, & in quas com-  
migrasset, ex iis expellebāt vi, quicquid, in illis sedes habuissent. Sic enim  
Strabo lib. 7. Sueuorum natio, vt superius dixi, partim intra, partim extra sylvam (Her-  
ciniam) habitat, Getarum contermina genti. Sueuorum quidem gens amplissima, è Rheno  
siquidem vsque ad Albim peruenit fluuium, eorum portio etiam trans Albim loca depasci-  
tur,

A tur, quemadmodum Eumondori, & Lancosargi; nunc autem isti trans fluuium in fugam  
compulsi exciderunt. Commune autem est omnibus, qui hunc tractum incolunt, vt aliò  
facile migrent, & propter victus tenuitatem, & propter agrorum ignauiam colendorum,  
& propter inopiam pecuniarum. Cumque in tuguriis habitent, in diem habent supellesti-  
lem, plurimamque. è pecoribus trahunt alimoniam, sicut & Nomades, eorumque. instar dom est  
ca in carris tollentes instrumenta, quocumque fors tulit & opinio, suis cum armentis con-  
uertuntur. Sunt autem & alij Germaniæ populi indigentia magis laborantes, Cherufci,  
Chatti, Gamabrini, Chartuarij, ad Oceanum præterea pertingentes Sugambri, Chaubi  
Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulei, Campsiani, ceterique complures. ] Hæc Strabo. Cæsar  
autem libro sexto, Agriculturæ, inquit, non student (Germani) maiorque pars victus eo-  
rum in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum, aut fines ha-  
bet proprios: sed magistratus, ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque.  
B hominum, qui vnà coierunt, quantum eis, & quo loco visum est, attribuunt agri, atque anno  
post aliò transire cogunt. Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis  
suis sedes habere. Hoc proprium virtutis existimatur, expulsos agris finitimos ce-  
dere, neque quemquam propè adire consistere. ] Mela verò sic de Sarmatis libro ter-  
tio, capite vndecimo: Sarmatia intus, quàm ad mare latior, ab iis, quæ sequuntur, Vi-  
stula amne discretam, quæ retro abit vsque ad Istrum flumen immittit. gens habi-  
tu, armisque Parthiæ proxima; verum, vt cæli asperioris, ita ingenij; non se vrbi-  
bus tenens, & ne statis quidem sedibus, vt inuitare pabula, vt cædes, & sequens  
hostis exigit, ita res opesque secum trahens. ] At Horatius de ceteris populis ad Boream  
positis, quos antiquitas communi nomine Scythas vocauit, sic Ode vigesima quarta li-  
bro tertio:

*Campestris melius Scythæ,  
Quorum plaustra vagas vite trahunt domos,  
Viuunt, & rigidi Getæ:  
Immetata quibus iugera liberæ  
Fruges, & Cerevem ferunt;  
Nec cultura placet longior annua.*

Hinc idem lib. 1. Od. 35. Scythas appellat profugos. Et sanè Borealibus populis nul-  
lo in loco diuturnas fuisse sedes, inde constat, quod Aquilonarium gentium commi-  
grationes existerunt frequentissimæ, vsque ad illud scilicet tempus, quo Christi reli-  
gio fixas in illis terris sedes habere cœpit, procurantibus id Papis: perinde ac si insta-  
bilitatem superstitionum animorumque nihil certum omnino firmumque credentium  
sequeretur instabilitas locorum. Eadem cum superioribus tradidit Herodotus his lon-  
gè antiquior, quem ob id historiæ parentem Cicero vocat. sic autem ille lib. 4. Nul-  
læ sunt eis (Scythi) vrbes, nulla mœnia exstructa. domos secum ferunt singuli:  
equestresque sunt sagittarij non pane victitantes, sed ex pecoribus, pro domibus  
plaustra habentes, quidni imbelles alioqui futuri, & ad dimicandum inhabiles? ]  
Hæc ille. Atque vt videas olim Scytharum nomine ex magna parte comprehensos  
Germanos, quorum nomen esse recens testatur Cornelius Tacitus libro de moribus  
Germanorum; Herodotus eodem loco Istrum dicit esse omnium fluminum pri-  
mum, quod in Scythia nascatur: at illud in confinibus Germaniæ Rhœticis Alpi-  
bus, quæ nobis sunt propiores, nasci, nemo est qui ignoret. Quod igitur Irenicus  
ait à Germanis ortos Scythas perinde, est ac si dicat à recentibus exortos antiquos.  
E Neque verò dicat aliquis, nomen esse nouum, non gentem. Nam vidimus iam  
prisca vocatam Scythiam, quam Danubius, siue Ister fonte cursuque sui flu-  
minis præterfuit. Certissimumque nobis est oriri ex Alpibus iisdem Danubium,  
qui longissimo lapsu tendit in Orientem, Rhenumque, qui in Occidentem Septentrio-  
nemque vergens influit in Oceanum breuiori cursu, quibus duobus fluminibus  
Germania continetur. Similiter est certissimum è diuinis scripturis, Iapheti nepotes,  
à quibus Europei prognati sunt, quod capite sequenti aperiemus, ex Oriente in  
Occidentem profectos, non contra. Quamobrem si veritatem spectemus, vetustiores,  
ac priores illi populi, qui sunt Orientaliores nobis, ac Germanis; atque ita non è Ger-  
manis Scythæ, sed è Scythiis, qui magis ad Orientem pertinent, Germani exorti. Hinc  
Strabo 1. In medio Europæ, inquit, contigui sunt Scythæ, & Sarmatæ. Græci verò scripto-

res vniuersos Septentrionales Scythas, & Celtoscythas dixerunt. Qui verò ipsos prius A  
distinxere, qui iuxta Euxinum, Istrum, & Adriam habitant, Hyperboreos, Sauromatas,  
& Arimaspos dixerunt.] Hæc ille; & Diodorus Siculus idem scribit libro antiquitatum 5,  
cap. 9.

CIII. INDIGENTIA CIBARIORVM SVBLATA.] Tanta porrò fuit Aquilonaribus  
olim populis supra Danubium Rhenumque indigentia, vt ad victum nihil propè haberet,  
niù carnes, caseum, lac: quod quidem nos supra è Cæsaris libro sexto & Strabonis septi-  
mo retulimus: idemque Cæsar lib. 4. ait Sueuorum maximam gentem inter Germanos  
non frumento, sed lacte viuere, ac pecore. & Cornelius Tacitus; Potus, inquit, est (Germa-  
nis) humor ex hordeo & frumento in quamdam similitudinem vini corruptus. proximi  
ripæ & vinum mercantur. Cibi simplices agrestia poma, recens fera, aut lac cōcretum.] at  
Pomponius Mela lib. 3. cap. 11. Victu ita asperi, incultique (Germani) vt cruda etiã car- B  
nè vescantur, aut recenti, cum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis, manibus,  
pedibusque subigendo renouarunt.] Appianus Alexandrinus in Celtico addit Germa-  
nos in necessitate pabulis ciborum loco vri. Hinc olim Scythæ dicti sunt ἄβιοι ab Ho-  
mero Iliados lib. 13. quòd scilicet omnium maximè carere iis, quæ pertinent, ac para-  
ri solent ad vitam tuendam: Scythis verò Europæis diximus annumeratos olim Germanos.  
Eadem Cæsar de Britannis lib. 5. Interiores, ait, plerique frumenta non serunt, sed lacte  
& carne viuunt, pellibusque sunt vestiti.] Hæc ille, qui paulo supra explicauerat interiora  
Britanniæ ab iis dumtaxat occupari, qui in insula nati sunt; reliqua ab illis, qui prædæ,  
ac belli inferendi causa ex Belgio transfissent.

Idem libro tertio de iis, qui Rheni loca proxima Oceano dicuntur habitare: Vbi Ocea-  
no, inquit, appropinquat (Rhenus) in plures diffiuit partes, multis, ingentibusque infulis C  
effectis: quarum pars magna à feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus sunt, qui  
piscibus, atque ouis auium viuere existimantur.] Nunc quanta sit omnium cibariorum  
Septentrionalibus abundantia, cuncti sciunt. Id autem contigit, ex quo Papæ doctri-  
nam sequuntur.

CIV. FOEDITAS IN OMNI CONVICTV AMOTA.] Hanc autem, quam diximus  
olim fuisse inopiam rerum Septentrionalibus, sequebatur grauis in toto cōiuctu foeditas. sic  
enim Tacitus: In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in hæc corpora, quæ miramur,  
excrefcunt: sua queque mater verberibus alit, nec ancillis ac nutricibus delegatur. Dominum  
ac seruum nullis educationis deliciis agnoscas. Inter eadē pecora in eadē humo degunt. Est  
tegmen omnibus, sagum fibula, aut si desit, spina confertum cetera intesti totos dies iuxta D  
focum atque ignem agunt, & ad finem. Peucinatorum, Venedorumque, & Fennorum nationes  
Germanis, an Sarmatis adscribam dubito: quamquã Peucini, quos quidam Bastarnos vo-  
cant, sermone, cultu, sede, ac domiciliis, vt Germani agunt, sordes omnium ac torpor pro-  
cerum connubiis mixtis non nihil in Sarmatarum habitum foedantur.] & mox: Femiis  
mira feritas, foeda paupertas, non arma, non equi, non penates: victui herba, vestitui pel-  
les, cubile humus.] Mela autē sic de Britannis lib. 3. c. vltimo: Inculti omnes, atque vt lō-  
gius à continenti absunt, ita aliarum opum magis ignari, tantum pecore, ac finibus dites.]  
Tales igitur olim Septentrionales; at postquam Pontificibus Romanis adhæserē, nihil il-  
lis propè exultius contemplere.

CV. AEDIFICATIO DOMORVM.] Neque mirum cuiquam videri debet, si Borea-  
les olim populi tanta erant foeditate in communi cōiuctu. Nullas enim domos habebat,  
tuguria solum quædam maximè deformia è luto composita, vel specus defossas. Tacitus: E  
suam quisque domum spatium circumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue incitiam  
ædificandi. Ne cæmentorum, quidem apud illos aut regularum usus: materia ad omnia  
vtuntur informi, & citra speciem aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt  
terra ita pura, ac splendente, vt picturam, ac lineamenta colorum imitetur. Solent & sub-  
terraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerare, suffugium hyemi, & recepta-  
culum frugibus.] Hæc ille. eadem Seneca libro de gubernatione mundi: Germani, inquit,  
errant incertis sedibus, sunt apud eos perpetuæ hyemes, solum infœcundum, nullæ ædes,  
venationibus viuunt: vbi cumque nox fessos laboribus deprehendit, cubant sub frondi-  
bus, aut in speluncis foueivæ: non habent domos, sed casas foliis & culmis contextas. In-  
colæ circumaguntur chorizantium more in congelato mari, visitantes carne ferina, gēs  
nuda, & pellibus solum ferarum vestita, & propterea vilis, despecta que, ab omnibus.] Ha-  
cenus

A Genus ille, at Mela de Sarmatis: Atque obseua, inquit, hyemis assiduæ, demersis in humi  
sedibus, specus aut suffosa habitât, & vt cæli asperioris, ita ingenii, non se vrbibus tenent,  
& ne statis quidem sedibus, vt inuitare pabula, vt cædes, & sequens hostis exigit.]  
Herodianus in Maximino scribit, nullas fuisse Germanis domos quas, nisi è superioribus  
tradidimus descriptas.

Ac ne quis putet post Herodianum immutatos Borealibus aut mores, aut rerum natu-  
ram fuisse; audi Iordanum, siue Iordanem genere Gotthum vel Alanum, qui Iustiani  
temporibus superiuit: sic igitur ille de Britannis: Inculti æquè omnes populi, Regesque  
populorum.] & mox: Virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore; syluæque illis  
sæpè sunt domus.] De ceteris autem Septentrionis nationibus supra Germaniam, Germa-  
nicumque mare sitis, Hic gentes, ait, quæ carnibus tantum viuunt.] & mox: Hi omnes  
B exes rupibus quasi castellis inhabitant ritu belluino.] Hæc igitur scriptor natione Ala-  
nus, quo tempore Angli Britanniæ occupant, exactique iam fuerant Italia Gotthi: quæ  
clarius è subiectis explicabuntur.

VRBIVM AEDIFICATIO.] Nam Germanis ac Britannis in confesso est nullas C  
olim fuisse vrbes, quales nunc in Septentrione vniuerso admirabiles visuntur. Audiamus  
olim fuisse vrbes, quales nunc in Septentrione vniuerso admirabiles visuntur. Audiamus  
in primis Cæsarem de Britannis loquentem, qualia quondam forent oppida Britannis,  
lib. 5. Oppidum autem, inquit, Britanni vocant, cum sylvas impeditas vallo fossaque mu-  
nierunt.] Et Strabo lib. 4. Eorū vrbes, ait, sunt nemora: latissimos enim circos deiectis ob-  
struunt arboribus, vbi constructis tuguriis, & ipsi pariter, & armenta stabulantur.] Hæc isti,  
quæ confirmantur iis, quæ attulimus è Iornande, qui vixit paulo ante illa tempora, qui-  
bus in Britanniam misit Gregorius Magnus Augustinum, Mellitum, Iustum, & Paulinū.  
C Cum legimus igitur in Britannia & Septentrione fuisse pagos, aut vrbes; intelligendum  
nobis est, nihil aliud eas fuisse, nisi virgeas casas simul iunctas, in quibus vnà cum homi-  
nibus pecora stabularentur, aut sylvas, quales ait Iornandes. quod ita tamen ego inter-  
pretarer, vt negandum non sit, aliquas domos iis fuisse non ita deformes. In Germania  
sanè supra Rhenum Danubiumque ciuitates omnes scimus ædificatas ex quo Bonifacius  
à Gregorio II. missus Germanos ad Christi cultum perduxit; idemque de ceteris Septē-  
trionis vrbibus nemo potest diffiteri. Ac ne quis mihi fidē possit abrogare, adducam ver-  
ba Irenici Germanici scriptoris, qui quantum potest honoris ac laudis, id omne tribuit  
patriæ gentique suæ: ita vt sæpè à veritatis præscripto recedat; quod tamen est homini  
condonandum. sic igitur ille lib. 9. cap. 18.

Præmissa capite à conditoribus plurima Germanorum loca traxisse nomina testati  
sumus: verum quia sæpius destructa sunt, nominum pluralitatem adsumpserunt. Tēpori-  
bus Consulium nulla vrbs alicuius opinionis aut nobilitatis Germaniæ exsuperauerat,  
quemadmodum in superiori capite reteximus. Quod autem de Treboribus, Vangioni-  
bus, Nemetibus apud Cæsarem legimus, nulla alia ratio est, nisi quòd huius tempestatis  
populi id appellationis tulerint, non ciuitates, verum villas incolentes. Nec desunt scri-  
ptores, qui Iulium Cæsarem multas & nobilissimas vrbes in Germania auspiciatum scri-  
pserunt, vt Hermannus, qui Lunenburgum, Sundfeldium, Merfpurgum, Magdemburgū,  
Ilenburgum, Saterburgum, Volgast, atque nobilissima Saxonie oppida instaurasse Cæsa-  
rem conuincit. Nostri etiam temporis annales Oppenheim, Indelburg, & Rheni ciuitates  
à Cæsare exortas finxerūt. & ij omnes apud me fide carent. fuit enim Cæsar popularibus  
auris, atque opinioni vulgi studiosissimus, ambitiosissimusque, qui & cetera in Germaniis  
E egregie gesta ab obliuione deperire non passus est. si igitur vel aliquid ab ipso elabora-  
tum fuisset, quod memoria dignum extitisset, proculdubio commētariis suis inseruisset.  
Non pauci etiam sunt, qui tot vrbes Germanicas ab Augusto, alij à Druso Nerone, alij  
à quodam Grano eius fratre, alij Coloniam à Traiano sumpsisse exordia hallucinantur.  
Ego verò vsque ad Antonini Pij tempora nullam alicuius præstantiæ ciuitatem fuisse no-  
ui, nisi Coloniam, Soliturnum, Tabernas, Treuerim, & Austrasiæ oppida quædam, quorū  
meminit ipse Cæsar in itinerario, & Claudius Ptolomæus eiusdem temporis assertor in  
sua Geographia. Habeo quoque persuasissimum ea ætate non ciuitates extitisse, vix vil-  
las ac pagos retulisse. Dum enim Argentiniensium litteras antiquitate etiam modesta  
præditas perlegimus, videmus eam vrbes vix tantum spatij in recessu habuisse Orthonū  
temporibus, quantum oppidum ignobile. Eadem ratio de Moguntia, Vuormatia, Spi-  
ra, Nuremberga vulgatur, quæ tamen Henricorum temporibus incrementa sumpserunt.

Traianus, vt Dion Prusienſis auſtor Græcus teſtatur, duas copioſiſſimas vrbes Daciæ, quæ & hodie Danubio adiacent, exorſus eſt, ac facilè inducor illas primas Danubij ciuitates exſtitiffe. Inde Conſtantini ac Iuliani temporibus, vt annales fide digni aſſerunt, à duci- bus Sueuiæ oppida temerè munita ſunt; quæ nūc imperio parent, in quorum numero Ra- uenſpurg, Vlma, & alia. Inde Artila vniuerſe Germaniæ deſtructor, Baſileam, Vuormatiã, Argentinam, Ratiſponam, Nurembergam, Iuuauiam, Colonia, Iuliacum, & alia oppi- da penitus deſtruxit, quæ partim à ſancto Ruperto Epifcopo auſpiciis Theodoniſ Baua- riæ Ducis, & aliorum Epifcoporum reſtituebantur. Pipinus inde, atque Carolus Magnus ciuitates in tantum auxerunt, tot Epifcopatibus præditas effecerunt, quemadmodum an- te eos Dagobertus. Maior ira que pars totius Germaniæ à Francorum Regibus, ſub quo- rum imperio erat, atque à Caroli progenie Germanica incrementum & initium ſumpſit, vt priuatim de qualibet ciuitate, dum mentio erit, copioſius exequemur. Tempore etiam B translationis Imperij ad nos, ciuitates Germaniæ copioſiores redditæ ſunt. Huius autem argumentum id terebatur. Hungari enim Henrici I. ſeculo totam Germaniam populatio- nibus atque incurſionibus deprædantes ampliffimarum vrbiū erigendarum cauſæ exſtiterunt. Qualibet enim natio ob metum Hungarorum percuſſa, omnes eorum facultates ad inſtructionem vnius vrbis, & vt ad fedes illas tutiores eorum res transpor- tarent, contulerunt. Itaque oppida primo exigua eorum inſenſu locupletio- ra euaserunt. Omnes tunc Norici ad Nurembergam, vt ad vnicum refugium, ac aſylum, relictis paruis coloniis auferunt; Bauari verò ad Auguſtam, Iuuauiam, Ratiſponam; Alſates in Argentinam, Conſtantiam, vt ad anchoram ſefe recipientes, ſui tutelam com- prehenderunt, aduectis illis, quæ ad ſalutem requirebantur. Ea igitur tempeſtate nullum erat temerè munitum oppidum, quod ab Hungaris manſerit incolume. deuictis inde Hū C garis, Ottho primus Saxonie ciuitates erexit, multos Germaniæ Duces, atque Marchio- nes inſtituit, inter quos Henricus Primus Brandenburgienſis Marchio, Bruno ſimiliter frater Otthonis Brunſuicum auſpicatus eſt. Inde à diuerſis Germaniæ principibus diuer- ſa oppida ſunt condita. Ludouicus Bauriæ Dux Lantzbut, Ingolſtat exordiebat, Er- neſtus Monachum, Hermannus oppidum Badens Eppingen, Bachenau, Bertoldus de Ze- ringe duo, Friburga vnum in Otlandia, alterum in Briſgaugia, Fridericus Primus Sueuiæ oppida, Fridericus ſui nominis ſecundus Eſſelingen, Hailprum, & Reutlingen muro inue- ſtiuit, & tunc pagos in ciuitates deduxit. Sic demum vrbes Germaniæ penè omnes eſſe recentes conſtat, nec vetuſtate quadam, vt Indiæ & Græciæ, præditas. Licet etiam Ger- manica natio cunctis antiquitate prior totum mundum pene, ſi cum præſcorum æuo de- certamus, præceſſerit; inſtruendis tamen vrbibus pene poſterior eſſe cognoſcitur. ] Hæc D ſcriptor Germanicus natione, & in ſuæ nationis laudes quaſlibet propenſus maximè, at- que effuſus. En igitur, vt poſtquam Papæ in Germaniam miſerunt Epifcopos ſuos, poſt- quam Germania Papis ſtudere cœpit, vrbiū ſimul ædificationem ſit naſta.

CVII. &  
CVIII.

PROPVGACVLA, ET MVNITISSIMAE VRBES. ] E ſuperiori Irenici te- ſtimonio liquet, olim nulla Borealiſ propugnacula fuiſſe, nullas vrbes munitas: nūc autem tot ſunt, vt vix vlla regio tot vniquæ poſſit enumerare. Quod ſi quis ignorat, inter- roget earum regionum peritos, inuiſat eas, niſi peritis adhibere fidem velit. Paſſim nāque occurrunt præter vrbes diſpoſita multis in locis caſtella, & propugnacula, quæ nulla vi poſſint expugnari. Hinc Turcarum Rex cum facilè vno prælio adduxerit in poteſtatem Syriam, Arabiam, Aegyptum, Mamalucchiſ exſtinctis, haud tamè Germania quidquæ potuit expugnare, quamuis id ſæpè ſit aggreſſus, ac bis Germanorum florentiſſimos exer- citus, ex quo ſunt in hæreſim lapſi, miſerrimè, quod è Iouio liquet, fuderit, ac proſtrigari, Vienna nequidquam tentata, & oppugnata; quod aliàs non ita contigiſſe, tum conſtat ex iis, quæ Irenicus, vt ſuprà adduximus, ait, tum ex iis, quæ capite ſequenti adducemus.

CIX. CX.  
CXI. CXII.  
CXIII.

VRBIVM MVLTI TVDO, FREQVENTIA, PVLCHRITVDO, AMPLI- TVDO, COMMODVS SITVS. ] An verò excitæ in Germania & Septentrione pauca vrbes, an raris in terris, an deformes, an exiguæ, an ſitu incommodæ? nõne multæ, frequentes, pulchræ, amplæ, ſituque mirabilem in modum commodæ? Numquid ignota loquimur? Exſtant geographiæ tabulæ doctiſſimorum virorum, exſtant diligentiffimæ deſcriptiones Borealiū locorū. Antonius Pinetus Gallica, Iulius Ballinus Italica, Geor- gius Bruno Latina lingua exhibuerūt nobis quamplurimas tabulas regionū, vrbiū, op- pidorumque cum ſuis imaginibus, ac deſcriptionibus impreſſas Europæ, Aſiæ, Africæ ac noui

A noui orbis: hæ ſunt in promptu, & in manibus habentur, bibliotheciſque hominum præ- ſtantium doctrina. In his contemplari quiuis poteſt quot ac quantæ ſint ſpecie, magni- tudine, rebusque ad omnes vſus humanos opportunis inſtrūctiffimæ vrbes in Septentrio- ne: quæ quidem conditæ ſunt, ex quo Romano Pontifici adheſerunt populi illorum lo- corum, quod ſuprà ſic eſſe oſtendimus ex Irenico, & idem patet ex hæretico quodam Geo- grapho; qui ſic lib. 3. cap. Germaniæ ciuitates quomodo temporum ſucceſſu exſtructæ: Iam ſuprà, inquit, diximus olim nullas, aut valde paucas in Germania veteri fuiſſe ciui- tates, multos pagos, & loca ruſticanarum domorum extenſa in longum ſpatium, qualia adhuc inueniuntur in nigra, & partim in Otthonica ſylua. Hi enim pagi coagmentati, & in vnum veluti corpus redacti longè poſt excreuerūt in ciuitates & oppida ] & ad finem: Notandum quoque hinc Hunnos & Hungaros multarum ciuitatum in Germania cau- ſam fuiſſe, vt exſtruerentur, quæ aliàs numquam muris ſeptæ fuiſſent. Nam quum impiæ B illæ gentes ſepiffime erumperent ſub Rege Henrico Primo, anno ſcilicet DCCCC. XL. & per- derent Germaniam incendio, rapina, atque gladio, coadunati cuiuſlibet regionis populi exſtruxerunt munitiffimas ciuitates, in quibus ſua tuto reponerent, conſeruarentque à di- reptione hoſtium. Cumque poſtea Ottho Primus cæſis Hungaris triumpharet, condidit multas in Saxonia ciuitates, & conſtituit multos per Germaniam principes, qui & ipſi in ſuis ditionibus cœperunt ædificare oppida, vt infra ſuo quoque diſcurſus ſum loco. Hoc mirum eſt, quod aliquot præclaræ vrbes breui tempore à deo ciuilitate, dignitate, & potē- tia creuerunt, vt cum florentiſſimis aliarum gentium certare videantur. ] hæc ille. Iā ve- rò in Prussia & Liouonia conditæ ſunt vrbes, ex quo Gregorij IX. Romani Pontificis au- ſtoritate Theutonici milites in Prussia ſedes habere cœperunt, quod libro 7. ad finem tra- dit Cromerius, à quo & habemus Lithuaniam cum finitimis oris fuiſſe olim nihil aliud, niſi longiſſimum terrarum tractum, qui deſiſſimis & alperrimis ſyluis horreret; quod Cro- merius nos docet tum libro quinto decimo, tum ceteris quos de rebus Polonorum ſcripſit. Tot igitur vrbes, tāta celebritate, dignitate, magnitudine, & ad omnes res opportunitate C Septentrio conſecutus eſt, ex quo Papam ſequi cœpit, cum prius in latiffimis illius plagis cuncta ſyluis, ferarumque luſtris, dumetis, ac ſenticetis horreret, paludibus inuia, & om- nibus rebus ſquallorem facientibus deformiſſimum quibuſlibet aſpectum præberent. Il- lud autem non pigebit repetere, pleraque Septentrionis vrbes iuxta monaſteria condi- tas, quod à monachis ſcilicet ad omne bonum populi olim Boreales inculti & agreſtes inſtituerentur. id tradit impius Munſterus libro tertio Geographiæ in deſcriptione Lu- cernæ.

D EMPORIA NOBILISSIMA, NVNDINAE, MERCATVRA, MERCA- CXIV. CXV  
TORES DITISSIMI. ] Hæc numerentur in poſtremis bonis, vt Germaniæ nunc ſint em- CXVI. CX-  
poria nobiliſſima, nundinæ, ac mercatores opulentiſſimi, ſit mercatura nõ tenuis, ac ſordi- VII.  
da, ſed maxima vndiq; ad omnes vſus humanos apportas, & aliò ſuis è rebus ad quosuis  
populos iuuandos exportas; ſint illi denique non ſordidi mercatores, verum qui per ſuos  
inſtitores exercent in vtilitatem publicam communemque ampliffimas negotiatio-  
nes. Vt enim mercatura non eſt laudanda, cum quis ad lucrum dumtaxat eſt attentus, ſic  
vbi bonum publicum ſpectatur, commerciaque humanæ ſocietatis hac ratione qualiter-  
cumque conſeruantur, neque improbanda, & plurimas continet propriæ nationis vtili-  
tates. Hinc Salomon in diuinis libris aliquo modo laudatur, quod claſſem maximam  
inſtruxiſſet, quæ adueheret è longinquis regionibus pretioſiſſimas merces. Et in Prouer-  
biis magnopere commendatur illa mulier, quæ facta eſt quaſi nauis inſtitoris de longè  
portans panē ſuum, conſiderauit agrū, & emit eū; de fructu manuū ſuarū plantauit vineā;  
accinxit fortitudinē lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum, guſtauit, & vidit, quia bo-  
na eſt negotiatio eius, nõ extinguetur in nocte lucerna eius. ] Hæc diuinus ſcriptor. Et ſa-  
nè, quamuis ignobiles apud aliquas nationes habeantur mercatores, ac negotiatores,  
iidem tamen ad ciuitatum magnarum, regionumque celebriorum dignitatem tuendam,  
vitæque nobiliores vſus ſuſtinendos omnino neceſſarij, neque ſine iis Reſp. vlla inſignior  
aliquo modo poteſt eſſe, quod nemo communium rerum tractandarum paulo peritior  
fateatur. Obſeruat ſanè ſanctus Ioannes Chryſoſtomus in ſuis commentariis ſanctiſſimo  
viro Iobo fuiſſe quamdam multorum diuerſorumque pecorum negotiationem.

Cap. vltimo.

Cum prius itaque Germania populis efferatis abundaret, qui ſe mutuīs bellis attere-  
rent, vt Seneca libro de gubernatione mundi, Cornelius Tacitus, & Strabo litteris pro-  
de-

diderunt; præterea, verò nulla haberet insignia commercia rerum commutandarum, quibus Reip. dignitas, Itatufque honestas commendaretur; ex quo tamen auctoritatem Papæ fequi cœpit, scimus emporia nobilissima in Septentrione floruisse semper, ac flores, verbi gratia in Anglia Londinum, in Germania secunda, Antuerpiam, in prima Francofurtum, Lubecum, Hamburgum, in Dania omnes propè vrbes eius maritimas, Iulinū in Pomerania, in Prussia Dantiscum, in Liuania Rigam, in Suecia Stocholmum, in Gothia Lodhusiam, Malmogiam, Sudercopiam, in Noruegia Saltzburgum; sic in Polonia, Rhussia, Lithuania, ceterisque locis Boream respicientibus sunt huiusmodi plurima, quæ non est opus referre. In his nundinæ quæstuosissimæ, & lucra maxima afferentes, mercaturaque à ditissimis hominibus earum regionum semper exercentur. Hinc Augustæ Belzari & Fuccari per institores suos, quasi Salomonis imitatores, amplissimas opes tuentur sine vlla nobilitatis illustrissimæ iactura vel offensione.

CXVIII.  
CXIX.  
CXX.  
CXXI.  
CXXII.  
CXXIII.

FOECUNDITAS TELLVRIS, AGRICVLTURA, VINETA, VIVARIA, NEMORA EXCVLTA, VILLAE.] Atque hæc quidem quantum ad ea, quæ negotiatione in primis comparantur, vnde nobilitas simul ac dignitas familiarum, ciuitatumque celebritas, nationumque splendor solet oriri. Sequitur hæc genus aliud honestissimæ acquisitionis, quæ constat ex agricultura, ex qua simul amabilis laudabilisque voluptas percipi solet. Et olim quidem Germaniæ ac Septentrionis solum sterile infecundumque erat: sic vnanimi cōsensu scriptores Latini & Græci tradiderunt, è Latinis quidē Seneca Hispanus libro de gubernatione mundi, Cornelius Tacitus Italus (qui tamen satis ferax esse dicit aliquo modo, vt ostendemus) Iornandes Gotthus, Mela Hispanus lib. 3. cap. 2. Terra, inquit, ipsa Germaniæ multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, & magna ex parte syluis & paludibus inuia. ] At Herodorus Halicarnæus è Græcis primus lib. 4. latè Scythiæ Europææ regiones enumerat, quibus olim Germania continebatur, & quæ deserta forent, quæ feraces, singillatim recenset, ita vt pleraque Septentrionis loca deserta & inculta scribat. cum sequuntur ceteri, Strabo lib. 7. (fuit autem Strabo patria Ponticus, siue Cappadox.) Procopius Cæsariensis Syrus oratione quarta de Iustiniani ædificiis, Ister, ait, fluuius, oritur in Cæsariarum, qui nunc Galli vocantur, confinio, circumfluit autem multas regiones vt plurimum desertas.

Hæc igitur isti, vt iam nemo de veritate dubitare possit, quantum pertinet ad sterilitatem telluri ingenitam. Nunc contra esse fertilitatem mox ostendemus. Quod si culturam spectes, vix, ac ne vix etiam fuit vlla olim Germanis, ac Borealibus populis. Quin populi omnes maximas circa se solitudines efficiebant, ita vt Cæsar lib. 4. scribat ex vna parte Sueuis vacasse agri circiter millia passuum sexcenta. idcirco Procopius ait ab Istro irrigari desertas regiones. quicumque tamen è Borealibus ferebant, iis, vt ait Horatius libro tertio Ode vigesima quarta, cultura longior annua non placebat; quod Tacitus & Cæsar libro quarto scribunt. Quamobrem rectè Horatius idem cuncta hæc respiciens dixit:

*Quid Germania quos horrida parturit?*

Vivebant autem plerique omnes Boreales carne, lacte, caseoque, vt supra bono citi. & citi. explicauimus: alioquin cum soli vbertate & amplitudine nullis laboribus, ait, Tacitus, contendeabant. Verum postquam Pontificibus Romanis obsequi cœperunt, non modò ferax est humus, sed agriculturæ scientia & vsus inter Boreales est admodum præstas. Hinc aliquibus in locis etiam vineta sunt, vt in Alsatia, quam vocant, terrisque quas Rhenus irrigat, & in aliis Noricorum & Bauarorum regionibus, in Hungaria, Austria, Moravia, Bohemia denique ipsa.

Quid illud? ait Germaniæ Tacitus impatientem fuisse arborum frugiferarum: quis verò id dixerit, ex quo Pontificias leges est amplexata? Hinc enata tria sunt, nimirum viuaria animalium latissima, quin etiam nemora ad omne voluptatis ingenuæ genus exculta, & consita, denique magnificæ pulcherrimæque villæ, in quibus qui degant, illud sibi iure occini possint audire:

*O fortunati nimium, sua si bona norint*

*Agricolæ.*

Et aliud Lyrici:

*Beatus ille, qui procul negotiis,*

*Vt prisca gens mortalium,*

*Paterna*

A *Paterna vna bobus exerceat suis*  
*Solutus omni fœnore.*

Hinc Vuympfelingius, Vt multas, ait, Germaniæ regiones omittamus, Alsatiæ fertilitatē prosequamur: ea, tametsi Germaniæ portiuncula est, tamè aëris temperie, soli fertilitate, aquarum copia, nemorum salubritate, Cereris ac Bacchi abundantia, omnium rerū vbertate affluentissima, quæ meritò cella penuaria, & Germaniæ nutritrix nominari potest. Aegyptus, Sicilia, Italia, Hispania, sicut receptissimi auctores tradiderunt, sunt quidem regiones vberimæ, fertilissimæque; frumenta tamen, & vina, quæ illic colliguntur, crassa sunt, & pingua, & sciti saporis, minimè tamen duratura; quæ tamen apud nos ad sexagesimū vsque annum incorrupta, illæsa, sincera, pura, & ad mortaliū vsum accommodatissima permanent. ] hæc ille cap. 71.

B PECORVM, ET EQVORVM SPECIES VTILIOR.] His meritò subiicietur illud. Nemo ex antiquis scriptoribus negat, Borealibus magnam fuisse plerumque pecorum, equorumque multitudinem; sed illa fuisse exilia & ieiuna Tacitus affirmat: Pecorū fœcunda, ait (Germaniæ) sed plerumque improcera, ne armentis quidem suis honor, aut gloria frontis. ] & mox: Equi nec forma, nec velocitate conspicui. ] hæc ille. Atqui nunc longè secus, ita vt bene Lipsius dicat in adnotationibus ad Tacitum, pecora Barariæ aut Frisiæ palmam proceritatis & formæ poscunt contra omnia Europæ.]

AVRI, ARGENTI, FERRI, AERIS, CVPRI, OMNIVMQVE METALLORVM FODINAE INNVMERAE.] Sed numquid hic finis? Vidimus olim Borealibus negatum plerumque quidquid vel terra vel negotiatio ad vsus aut necessarios, aut commodos vitæ tuæ, parare posset. Quid quod metalla vt plurimum nulla illis erāt, non aurum, argentum, ferrumque, aut aliud huiusmodi? de auro testantur Athenæus, & Iustinus historicus. Argentum, inquit Tacitus, & aurum propitij, an irati Dij negauerint, dubito. Nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venā argentum aurumve gignere. quis enim scrutatus est? possessione & vsu perinde haud afficiuntur. ] & mox: Nec ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. rari gladiis, aut maioribus lanceis videntur. ] hæc ille: quæ verba nos sic intelligimus, vt exiguam Germanis harum rerum copiam credamus olim fuisse; nihil verò fuisse, nullo modo afferendum. Nunc verò abundantissimas Borealibus populis esse fōdinas auri, argenti, ferrique cuncti sciunt. An non etiam cupri, æris, omniumque metallorum innumeræ? Ecquis hoc ignorat? Hæc sunt, ait quidam, nomina fodinarum in Furtelbach: Puteus S. Vuilelmi, Raumpapump, sanctus Ioannes, Furstenbau, ferreum ostium, Vlmensium symposium, sanctus Martinus, Tres putei, Clibanus, sanctus sanguis, Malleolus, cultus sociorum.

In valle Surbetz sanctus Michaël, Viride nemus, sanctus Georgius, argenti opulētia. In valle Prahegetz sanctus Philippus, sanctus Martinus, Vitis, Abies viridis, Armons sanctus Guilelmus. In veteri valle Echirch, beata Virgo ad Frigidum montem, sanctus Iacobus. Quid verò dicemus de fodinis Comitatus Tyrolensis, Saxonix, Bohemix, Hungariæ, Transyluaniæ, Poloniæ, totiusque Septentrionis? Hinc Celtes:

*Proinde metalli feros extollens vndique montes,*  
*Argentique aurique ferax, variisque metallis*  
*Plurima perpetuis effundens munera Venis,*  
*Fornaceque cauas, liquidus quibus æstuat ignis*  
*Brontis opus, Steropisque gerens, liquefacta metallo*  
*Exstendit varias vbi ferri lamina formas.*

& Coruinus de Polonia:

*Terra fœcundis nimium dehiscit*  
*Plena metallis.*

Et post:

*Aera inexhaustis tenebrosa Venis*  
*Et simul surgit rudis impoliti*  
*Lamina plumbi.*

Ac ne verba videamur dare, satis sit aliquas Noruegici, Suetici, Gothicique regni produxisse. Igitur in Noruegia prope conuentum Ringariche eruitur abundantissimè argentum,



tum, in Suundharlangh cuprum. At in Suecia ad gradus 52.15. & 62.30. toto tractu sunt montes auri, argenti, æris, ac plumbiferaces. Coperdalia ducatus est quasi umbilicus Schondia totius; in eo vallis est cupri: totus verò tractus habet plurimas fodinas argenti, cupri, & chalybis. In Gotthia porrò est oppidum Tingualla super lacu in quo sunt optimi ferri fossiones, & prope Aduidh vicum ferri, & æris. Iam de Britannia nihil est quod hac in re dicamus.

Quis igitur nunc dicat deos vel iratos vel propitios aurum, argentum, ferrumve Germaniæ aut Septentrioni negasse? Et hæc igitur habent Boreales, postquam Pontifici Romano adhæserunt.

CXXXVII. CXXXVIII. GEMMARVM ET ELECTRI FODINAE.] Prosequamur adhuc reliqua huiusmodi. Aliquas olim Germanis equè omnibus gemmas non modò cognititas fuisse, sed aliqua ex parte in honorificos vsus possessas, est admodum verisimile. Nam Solinus cap. 22. ceraunias eis & smaragdum fuisse tradit, & adamantem Plinius lib. 27. & onichem, calaidem, topatium lib. 36. cap. 7. & 8. Nunc autem tanta harum copia, vt Celtes hæc verba protulerit: In Herciniæ montibus iaspides, & diuersa marmorum genera sunt. Fluvius etiam margaritarum & auri feracibus Germania plena est.

Electrum quidem, quod succinum vocauerunt, antiquis cognitissimum fuit; tanto autem fuit in pretio, vt referat Solinus Neronem dicere solitum, sine succino voluptatem nullam futuram. Mulieresque olim gestabant illud loco maximi ornamentis: sic namque Ouidius lib. 2. Metamorph.

*Inde flunt lacrymæ, stillataque Sole rigescunt*

*De ramis electra novis, quæ lucidus annis*

*Excipit, & nubibus mittit gestanda Latinis.*

Nunc verò tanta illius est copia, vt nullo ferè sit in pretio. Abundantissimè namque aduehitur è Prussia: & quamuis insignes habeat vires gratissimumque aspectum, ob affluentiam tamen haud magnæ est existimationis.

CXXXIV. CXXXV. CRYSTALLI, FOSSILVMQVE ABVNDANTIA, INGENIOSISSIMI FOSSORES, AC MACHINAE AD CVNCTA HVIVSMODI ARTIFICIOSISSIMAE.] Iam verò quid de crystallo dicemus; de quouis fossilium genere, de fossoribus ipsis arte & ingenio præstantibus, machinisque innumeris ad fodinarum varios vsus per Boreales inuentis, & conditis? In Valesia regione speciatim solet abundè inueniri crystallus, maximè verò iuxta Rhodani fontes; sed tum de crystallo, locisque illam gignentibus, tum de copia maxima omnium fossilium, scientia singulari fossorum, machinisque admirabilibus ad hæc excogitatis atque constructis à Borealibus populis, diffusè Georgius Agricola libro de natura fossilium & metallis, Olafusque Magnus de gentium Borealium moribus: quæ sanè contigerunt illis, ex quo Pontificia placita sunt amplextati.

CXXXVI. THERMAE.] Neque Thermæ à nobis sunt obtegendæ silentio: incredibilis namque & propè diuinus est vsus illarum ad sanitatem corporum tuendam fugandumque omne morborum genus. & olim quidem sicut in Septentrione cuncta sordebant, neque populis erant diuturnæ alicubi sedes, sic neque vsus Thermarum, neque ipsæ Thermæ aut notæ erant, aut vlla experientia compertæ. At postquam Deus vnà cum Catholica doctrina Romani Pontificis superiora quæ recensuimus bona Septentrioni est largitus, & hoc ita communicare voluit abundè, vt sicubi scateant illæ, in Septentrione præ cunctis scatere apertissimum sit. Et quidem Badenses Thermæ sunt omnium mortalium fama celeberrimæ. fontes verò sunt alibi virium mirificarum, quorum nonnullos recenset Irenicus libro 8. cap. 4. qui sic ad extremum concludit: Varias planè vires natura in fontibus ceteris Germanicis ostendit, ad quas tradendas si occuparer, maiores haberem occasiones penè, quàm Plinius, & æquè mirabiles. ] hæc ille. Geographus quidam multas refert, Leucenses mirificas aduersus multos morbos, Fabiarias in Heluetiis, Aquisgranenses, Siderenses in Pretigogia, Geppingenses, Misnenses, Seyerlingenses apud Egram, & aliis in locis aliæ de quibus proprii scriptores.

CXXXVII. CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLI. LINA NOBILISSIMA, LANIFICIVM, AVLAEA, SERICEA ARS, ARTIFICIAQVE OMNIS GENERIS INNUMERA.] His omnibus ad extremum subiiciuntur quæcumque spectant ad linorum confectioem, texturam, lanificium, præstantissima Aulæa, artem sericeam, denique ad cuiusvis generis artificia cuncta. Boreales

A les enim gentes olim carebant omnibus his ad honestatem necessitatesque vitæ incidetes necessariis. Sic enim Tacitus de Germanis Borealium præstantissimis: Quoties bella nõ ineunt, non multum venatibus plus per otium transigunt dediti somno ciboque. fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens: delegata domus, & penatium, & agrorum cura foeminis, senibusque, & infirmissimo cuique ex familia. Ipsi habent: mira diuersitate naturæ, cum iidem homines sic ament inertiam, & oderint quietem. ] hæc ille. quod autem Cæsar ait vitam Germanorum esse in venationibus, eosque in iis esse multos, nisi velimus à Tacito illum dissidere, dicendum est respectu cuiusvis alterius exercitationis Germanos in venationibus fuisse multos, respectu otiositatis non ita. Quamobrem quidquid illis erat à bellis vacuum tempus, vel venationi dabant, vel otio, sed otio magis, si Tacitum cõtraria Cæsari dicere nolimus asseuerare. Vt vt res sit, nulla Aquilonaribus olim præclara ars. Et tamen quis ignorat sine artificibus vrbes, aut politioem viuèdi formam dignitatemque; nullo modo stare vnquã posse? Quamuis enim soleant haberi artifices ignobiles, incredibili tamen ac prorsus necessario sunt bono ciuitatibus conseruandis, & amplificandis. Quòd si mortales sint absque illis inertia dediti, facillimè ac breuissimo tempore cuncta subuertuntur. Verè namque dixit ille:

*Otium & Reges prius, & beatas*

*Perdidit vrbes.*

& Ecclesiasticus: Multam malitiam docuit otiositas. ] Cum verò in cunctis excellent Aquilonares, in linis conficiendis quis ignorat quanti sint Bataui, in lanis Angli, in aulæis Belgæ, qui Germaniæ secundæ adscribuntur, in fericeis operibus Germani omnes? quibus omnium sanè artium excellentiam singularem nemo neque debet, neque reuera negare potest. Horum verò nihil erat, antequam Gregorius Primus in Angliam misisset Augustinum, Mellitum, Iustum, Paulinumque Italos, Gregorius autem Secundus in Germaniam Bonifacium, sociosque eius Anglos, qui monachi fuere omnes.

Non illud est tamen vllò modo prætereundum; quantum spectat ad telluris naturalè feracitatem, fuisse hanc & prisca temporibus Britannia, atque aliquot insulis maxima ex parte; quod è scriptoribus liquet, Mela, Solino, & aliis.

Vt autem cuncta ad hoc caput pertinentia testimonio geographi Germani hæretici consignemus, afferamus eius verba Geographiæ tertio libro. sic igitur ille:

Fuit Germaniæ terra ab initio, auctore Cornelio Tacito, in vniuersum aut syluis horrida, aut paludibus infœcunda, aspera cælo, tristis cultu, conspectuque; humidior, quàm Gallia, ventosior, quàm Noricum; & Pannoniam aspicit, frugiferarum arborum & omnis culturæ impatiens, pecorum fœcunda, sed plerumque improcera. Ne armentis quidem suis honos aut gloria frontis. Numero gaudent, eaque solæ & gratissimæ sunt opes. Argentum & aurum propitij an irati Dij negauerint, dubito. Nec tamen affirmare rim nullã Germaniæ venam argentum arumve gignere. quis enim scrutatus est? ] Haud his dissimilia scribit Seneca in lib. de gubernatione mudi: Germani, inquit, errant incertis sedibus; sunt apud eos perpetuæ hyemes, solum infœcundum, nullæ ædes; venationibus viuunt: vbi cumque nox fessos laboribus deprehendit, cubant sub frondibus, aut in speluncis foueivæ. Non habent domos, sed casas foliis & culmis contectas. Incolæ circumaguntur chorizantium more in congelato mari, carne ferina victitantes, gens nuda, & pelibus solum ferarum vestita, & propterea vilis, despectaque ab omnibus. ] En tam miseram regionem inhabitauerunt maiores nostri, taliaque scripserunt de Germania Iulius Cæsar, Tacitus, Seneca, Lilius, & alij Romani, qui tamè tanta iactura suæ Reip. totque. annis contenderunt pro ea sibi subiicienda. Si fuit tam misera, & inops terra, tot paludibus & cœnosis locis oppleta, tam inculta, tam horridis syluis obducta; vt quid tam diu lutati sunt pro ea? Certè minoribus expensis acquisiissent latissimam & ditissimam Asiam ( cuius tamen bonam partem subiugarunt) quàm squallidam illam & cœnositam, vt vocant, Germaniam. Cumque hodie omnia cernamus in Germania longè aliam habere faciem, quippe quæ neque Italia, neque Gallia cedit in fertilitate, sed neque Hispania; & omnia contraria his inueniantur, quæ memorati scripserunt auctores; quomodo eos excusabimus? Illi penitus extenuauerunt, & obscurauerunt ( hoc est omnino ridiculum ) terram nostram; nos verò videmus eam regionem esse amoenissimam, pulcherrimis nitidissimisque vrbes, castris, & pagis exornatam, & Te Sig. Tom. 2. R r excul-

exultam. Habet cælum satis clemens, campi fertilitatem oprandam. Sunt colles aprici, nemora opaca, frumentorum abundantia, vitiferi mōtes, clarissimi amnes, Rhenus, Danubius, Moganus, Albis, Neccarus, Sala, Odera, & multi alij fluuij, & riui limpidissimi totā terram rigantes: sunt fontes dulcis aquæ, sunt thermæ calidæ, sunt mineræ salis plurimæ: metallorum item fertilitate nullis cedit terris. Vniuersa Italia, Gallia, & Hispania argentum ex Germaniæ negotiatoribus ferè omne habent, metallaque non parum multa. nec auro est priuata. Hæc cum ita sint; necesse est, memoratos scriptores aut mera mendacia somniaque litteris mandasse, aut cælum, regionumque naturam (hoc verum) mutatā. Certè si hodie eorum quisquam ab inferis resurgeret, atque oculis intima regionis nostræ contempleretur, numquid non multum miraretur? ac quid diceret, si videret, quanta nunc est locorum salubritas, cæli humana temperies, vbertas soli, vini frumentique quanta copia, arborum consitiones, quis splendor vrbium, templorum sacra, & erga Deum religio, vrbinitas ciuium, vestitus hominum, rei militaris peritia, apparatus bellicus, ceteraque ornamenta Germanorum? Profectò non diceret terram informem, asperam cælo, tristem cultu: videret sanè quàm verum sit illud, quod dicitur, sæpius bonam materiam cessare sine artifice. Nam etsi aliis regionibus mitior hyems sit, fructusque nobiliores, minus tamen æstus temperatus est; vnde & frugum corruptio, adde animalia venenosa, & alia ad humani generis perniciem intentissima. difficilis satis erit iudicatu, quæ cuique prouincia comparanda sit, quæ anteferenda. Sunt quidam auctores Physi- ci, qui opinantur ex reuolutione cælestium virtutum, & per hoc temperiei mutatione re- gionum fœcunditatem mutari in sterilitatem, & sterilitatem rursus in fœcunditatem; idque adeò, vt vbi nunc est mare, aliquando terram, & vbi terra, illic maria fuisse afir- ment. Sterilem autem fieri fœcundam terram, indicant etiam Romani scriptores, qui queruntur non eandem esse suarum terrarum fœcunditatem; disputantque de eo, num- eriam terra senescat, effœtaque reddatur senectute, vt animalia. Quæ mutatio facta sit in terra Chanaam, scimus. Natura rerum infirmis elementis subiectarum est fragilis, corruptionibus & mutationibus exposita. nihil est tam splendidum & magnificū, quod non redigatur ad nihilum, & in contemptum veniat. Dominus solus immutabilis manet, & qui in eo sunt, vnum cum illo facti. In Asia, & Africa, aliisque memorabilibus locis iā multa iacent neglecta, infrugifera, & deserta, quæ vix serpentibus iam alimētum præsta- re possunt. Vbi fuerunt ingentes ciuitates, atque populosissimæ? vbi est iā Babylonia? vbi Ninie? vbi Troia? vbi Thebæ? vbi Carthago? Athenæ? & reliquæ vrbes? de quibus tam magnificè loquuntur historia. Ecce rerum humanarum miseram & instabilem conditio- nem. quid miseri extollimur? quid cæci inflammamur in tam caducis rebus? Babylonia vrbis amplitudo & altitudo nota est; sed vbi fuerit, ignoratur locus. Est iam habitatio si- renum, draconum, & veneficorum animalium. Aegyptus, quæ ex Nili inundatione pa- radisus erat, iam suas laudes non tuetur, nec respondet colonis suis. Quid igitur mirum, si ex Germaniæ eremo factus est hortus omnibus ad necessitatem & voluptatē facientibus plantis confitus? Sed nos rectius id Domini Dei nostri tribuimus benignitati: siquidem Domini verbo obediunt omnia elementa, faciunt omnia hæc iuxta iussum & imperium Domini exercituū. Hoc benedicente, & aperiente manum suam, terra fert fructum suū, fertilitateq; omnia replentur: maledicente, & manum claudente, sterilis redditur terra, & omnia pereūt. In hūc modū solet esse vicissitudo in donis Dei, mutanturq; sic artes, animi, ingenia, & regna; fieriq; solent mortales post varia dona & victorias successusq; arrogā- tes, & molles, vitiosq; inquinantur infinitis. Quare post lōgā patiētiā nō perpetuò ferens Dominus Deus malitiā hominū, ingratos punit, subtrahit cōsuetā beneficia. Sic propter peccata populi mutata est fertilitas terræ promissionis, & quæ prius fluebat melle, vino, & lacte, iam vix spinis & tribulis ferendis est habilis. Notum est quales fructus po- tissimum, uas, in testimonium & signum Israëlī, Iosue, & Caleb ex illa tulerint terra, quæ iam est desolata, deserta, & colono prorsus non respondens. Sicut etiam Sodomā & Gomorra ante benedictionem omnibus rebus abundauerunt, vt iure habitæ sint para- disus, & pinguedinis domus: sic si verum est Germaniā aliquando fuisse barbaram, horri- dam, & infœcundā, semper tamē bellicosam, aliisq; populis fortiorē, quemadmodū cōsue- nit esse gēs laboribus indurata, & exercitata, parūq; ciuilibus moribus imbuta: Dominus tamen iā tādē quoque hanc terrarum orbis partē respexit; ita vt ex verbo & gratia Do- mini vix vmq; fuerit regio vel fertiliior, magisve habilis ad omne genus fructus produ- cendum,

**A** cendum, vel felicior ingeniorum animorumque bonitate, magnitudine, & præstantia. Quibus enim gentibus in vlla cedit arte, vel ingenio? Fuerunt quidem olim sæcula apud Aegyptios, Græcos, & Romanos eruditione & artibus excellenter dotata & exulta; sed temporis iniuria, quæ omnia cōsumit, artes & homines interciderunt. Id quod sine dubio nobis euenire potest, si ingrati fuerimus Domino Deo omnium bonorum largitori,] hæc ille.

**B** Qui videndus omnino, dum conatur ex parte in dubiū reuocare an Germania præcis temporibus fuerit adeò sterilis; cumque id non audeat, ad extremum, quod est verum, di- uinæ prouidentia id adscribit. Ridēdus est, inquā, maximè cum dicit à Romanis scripto- ribus (sic enim loquitur) Germaniæ terram extenuatam, & obscuratam. Lilius enim, quæ citat, Patavinus fuit, Seneca Hispanus. quid autem dicemus de Pōponio Mela similiter Hispano, Strabone Cappadoce, Herodoto Asiatico, Procopio Syro, Iornande Gottho ac ferè Germano; qui omnes, quod suprā retulimus, eadem tradunt? Crediderim tamen fe- racitatem Germaniæ contigisse non omnino ex immutatione cæli ac telluris, sed ex ipsa etiam cultione, qua factum, vt plurimæ paludes sint exsiccatæ, itinera aperta, syluæ prius horrentes explicatæ, ex quibus aer factus sit liberior, ac ventis perstantibus multo purga- tor: vt omitteremus innumera, quæ faciunt ad bonitatem locorum, in quibus humana in- dustria, studiumque plurimum sibi potest vindicare cur enim somnietur insulsus iste vber- tatem fuisse eandem Germaniæ (nam cetera haud negat) nihil aliud ipse adducit in me- dium, nisi quòd dubitat: certò namque affirmare non audet, contra tot sæculorum, & om- nium celebriorum gentium, quos habemus, scriptores, quorum plerique hæc propriis ocu- lis vsurpare potuerunt, aut ab huiusmodi sanè testibus hæc accepisse, cum distet ipse ab ætate illorum vt minimum mille ac centum annorum spatio, tot enim numerantur propè ab eo tempore, quo Iornandes vixit, vt plurimum, bis mille annis plus minus quæ colli- guntur ab Herodoti temporibus, qui Scythiæ Europæ, cui Germania adnumeratur, recenset singillatim loca deserta aut culta. Sed ad alia veniamus.

*Bona pertinentia ad prudentiam, fortitudinemque milita- rem. Cap. V I I.*

**D** NVNDATIONES GENTIVM REPRESSAE.] Præcis temporibus, quidquid est Septentrionis intra Rhenum, Danubium, Tanaimque, & Oceanum, vsque ad Arcticum polum, nihil aliud videtur fuisse, nisi latus quidam campus, qui ab aliis atque aliis subinde gentibus in illum conti- nenter irrupentibus occuparetur, expellerenturque ij populi, à quibus haud multo antè fuisset ille detentus. Germani quidem tribus maximè rebus valebant, incredibili omnium periculorum vitæque contemptu, omnium durissi- morum maxima tolerantia, & ingenti militum numero. At ipsa regio munita erat tribus aliis de causis, quòd inuia foret ob paludes, syluas, & montes asperrimos; quòd populi singuli in confinibus regionum longè lateque pertinentes vastitates de industria sole- rēt adducere, vt Cæsar ac Tacitus scribunt; quòd nullas haberēt domos, in quibus bello captis inimicorum copia vel hyemare possent, vel à cæli inclementia se fieri. A plurimis autem gentibus superabantur Germani bellicis artibus, & armorum copia, vt clarissimè apparebit. Non igitur mirum, si Germania incurvationibus ac vastationibus omnium pateret; aliæque atque aliæ subinde gentes irruptionibus factis, & expulsis priori- bus incolis, vel ad interuentionem delectis, illam vel omni vel ex maiori parte occupa- rent.

**E** Prima fit igitur irruptio in Germaniam Cimeriorum, siue Cimbrorum: Strabo nam- que Cimbro ac Cimerios eisdem facit libro septimo, & Plutarchus in Mario: huius migrationis meminit ille ibidem. siue autem profecti sint prius è Cimbrica Cherfo- neso, quæ nunc Dania vocatur, siue è Cimerio Bosphoro, non est præsentis argumen- ti. Illud certum, loca Herciniæ syluæ, quæ immensa erant, vt è Cæsaribus libro sexto li- quet, & quibus potissima Germaniæ pars continebatur, quòd nondum foret vilo loco extirpata, fuisse ab illis detenta, eodem teste. Verùm de his latè Vuolfangus Lazius libro tertio migrationum.

Secunda est Boiorum, qui Cimbro expulerunt. Boij verò sunt Gallicani; tradit hoc Strabo ibidem; à quibus Boiemos aliqui volunt ortos. Quin Taurisci, Scordisci, Teurista Gallici sanguinis fuere omnes, Germaniæque regiones multas potiti sunt. Itaque Polybius testatur ætate sua Gallos à Pyreneis montibus tenuisse omnia vsque ad Tannaim, pontumque Euxinum. atque hoc est, quod ait Cæsar lib. 6. à Gallis in Germania plurimas colonias deductas

Tertia est ante hanc, quam Boiorum diximus, cum scilicet Taurisci è Galliis emigrantes in Germania sedes fixerunt. Hi namque prius, quam Boij, sunt ad Boreales oras profecti, vt Strabo diligentissimus antiquitatis indagator libro septimo tradit. Tauriscos porò in Alpibus Italiani versus habitasse Plinius refert libro tertio, capite decimo nono; præterea verò in Carpathiis montibus, vt discimus è Ptolomæi lib. 3. cap. 8. tabula 9. & Plinius lib. 3. cap. 12. narrat Tauriscos, quos Gallicæ gentis facit, habitasse à tergo Claudij, qui mons est Pannoniæ. Rursus autem Strabo lib. 5. vult hos loca Danubio proxima incoluisse, delectosque vnà cum Boiis à Borebista Getarum Rege. E Stephano præterea & Ptolomæo colligi potest Taurinum, quod erat in confluentibus Istri & Sani cõditum, vbi nunc est Alba Græca. Describit idem Ptolomæus aliam ciuitatem in Norico Mediterraneo à Tauriscis dictam Teurniam, vbi nunc volunt esse Rachedadium, & Taurus mons. Quamobrem latissimas regiones Taurisci tenuerunt, Rhetiæ, Norici, Styriæ, Carniæ, & Pannoniæ.

Quarta est Scordiscorum; quos Athenæus libro quinto reliquias ait fuisse Gallorum, qui Brenno duce Delphos diripuerunt; quo defuncto Bathanatus iis præfuit, & in vtraque Danubij ripa collocavit, & vsque ad Pannonios, Thracas, & Illyrios confinia prouexerunt cis Istrum, ex altera verò parte trans Istrum vsque ad Mœsios, Triballos, Getas, Bastarnas, ac Tyrageras, quod colligitur è Plinij libro tertio capite vigesimo quinto, Byzantio libro de vrbibus, Liuii Decadis quartæ lib. 10. Strabone lib. 7. & Appiano in Illyrico.

Quinta est Heluetiorum, quos Gallici sanguinis esse scribit Tacitus, & habitasse olim non in iis, quibus nunc habitare dicuntur, locis, sed inter Herciniam syluam, Rhenum & Mœnum amnes: quocirca & latiores olim sedes Heluetiis, & magis protensa Boream versus, quam nunc adscribebantur.

Sexta est Sueuorum, quam libro quarto Cæsar ait esse longè maximam Germanorum gentem, & Strabo amplissimam vocat, Tacitus verò scribit occupari ab illis maiorem Germaniæ partem. Et hæc quidè Iornandes è Scandinauia profectâ dicit; nisi tamè nobis audiendus sit Tacitus longè antiquior Iornadè, qui narrat ipsos Sueuos genus suū retulisse ad Semnonas, Gallici sanguinis autè Senones sūt, quos & Semnonas putamus. Quòd sint è Gallorum stirpe facit, quòd cum remotiora multo Germaniæ loca fuerint à Gallis occupata, multo probabilius est hæc Sueuorū viciniora, & maximè cum dicat Cæsar colonias à Gallis ductas in oras Rheno propinquas, at Sueuorum regio minus abest à Rheno, quam Tauriscorum, & Scordiscorum. Suadet idem nominis affinitas. Adde Sueuorum Senonū studia, vitæque degendæ rationes, vt scilicet in pagis habitarent, qui nullis mœnibus cingerentur, humi cubarent, agriculturæ ex aliqua parte darent operam, ita tamen, vt pascuis potissimum delectarentur, & idcirco lacte & pecore magis vescerentur: quæ conueniunt omnia Sueuis, vt Cæsar libro quarto docemur. Verum siue è Galliis, siue è Scandinauia sint orti Sueui, in Germaniam certè ex aliis terris irruerunt. Accedit ad hæc, quòd Senones hi fuerunt, à quibus Roma est capta, & qui Brenno duce in Græciam peruenerunt, & mox in Pannonias, ac Noricum regressi sunt, quod & in Illyrico docet Appianus; & è quibus Scordisci, vt ostendimus, aliquam Germaniæ partem tenuere. Vt vt res sit, Sueui aliunde in Germaniam commigrarunt.

Septima est Herulorum, qui Cymbros è Chersonesso expulerunt, peruagati que sunt diuersis temporibus Germaniam totam, modò in his, modò in illis locis per aliquod quamuis non diurnum tempus consistentes; quod è Trebellio in vita Claudij, Iornande, Tacito, Paulo Diacono cap. 12. & seq. de historia Longobardorum liquet, Procopio lib. 2. & 3. belli Gothici.

Octaua est Longobardorum. Nam Paulus Diaconus genere Longobardus hos populos

A los è Scandinauia in Germaniam profectos scribit, qui tamen Cornelij Taciti ætate iam proprias in Germania sedes habebant, quod etiam constat è Ptolomæo.

Nona est Rhetorum. Anno namque ante ortum Christum quingentesimo octuagesimo septimo, cum Romæ regnaret Tarquinius Priscus, vt colligunt multi, Gallorum copiæ Belloueso duce venientes in Italiani Thuscos late dominantes ab infero vsque ad superum mare expulerunt: Thusci verò expulsi Rhetum secuti in Alpibus iuxta Rheni fontes confederunt Alpibusque Rhetiis nomen dederunt, vt scribunt Liuius deca. 1. lib. 5. Iustinus lib. 20. Plinius lib. tertio cap. decimo. De his latè Aegidius Ischudus proprio libello.

Decima est Danorum, qui relicta Scandinauia è propriis Herulos sedibus eiecerunt, vt Iornandes refert, & Daniæ nomen fecerunt. Idcirco necesse est ab Herulis Cimbro è Chersonesso illa, quam nunc Daniæ vocamus, factos esse profugos.

Vndecima est Ostrogothorum, qui in multis Germaniæ locis conlitterunt, sedibus tamen non admodum diuturnis, vt è Iornande apparet.

Duodecima est Visigothorum, qui variis & ipsi in locis diuerso tempore Germaniæ ac Septentrionis terras occuparunt: quæ quoniam latè persequitur & optimè omnium Iornandes libro proprio de rebus Geticis, siue Gothicis, eò nos erimus contenti lectorem reiecit.

Decimatertia est Turcilingorum, qui similiter irrupere in Germaniam, & per aliquod tempus in illa commorati sunt. Odoacer namque Rex Herulorum Turcilingorumque simul fuit, & cum mouit in Italiani, cepitque illam, in Norico ac locis finitimis iamdiu sedes habebat, quod è Iornande constat, Procopio libro de bello Gothico, Eugippo Odoacris æquali in vita sancti Seuerini, quam retulit Surius tom. 1. Ianuar. 8. hos aliqui volunt esse eosdem cum Thuringis, quos Tacitus præcis Germaniæ populis nõ adnumerat, vt neque Francos.

Decima quarta est Rugorum, quos Eugippus idem collocare videtur prope Noricum, & quæ nunc adiacent Viennæ Austriacæ regiones, eorumque Reges Flacitheum, Feletheumque Arianos recenset. Hos deinde expugnatos Odoacer in Italiani duxit, Vuidomarus deinde in Noricum Germaniamque ex Italia, quo tempore Maximum Iuueniensem Episcopum cum quadraginta Christianis occidit, vt est in Metropoli Salesburgensi.

Decima quinta est Scyrorum, quos & in Germaniam profectos è Scythia narrat idem Iornandes duce Vuinulpho. Hi deinde fuerunt auxilio Chunimundo Regi Sueuorū pugnantia aduersus Gothos. Ab his Scyris dictos putat Styrios & Styriam Vuolfangus Lazius lib. 12.

Decima septima est Burgundionum, quos & è Scandinauia descendisse vult Iornandes, & significat Eutropius libro duodecimo. Igitur, inquit, Valentinianus Saxones, gentem in Oceani littoribus & paludibus in viis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculofam Romanis finibus eruptionem magna mole meditatam, in ipsis Francorum finibus oppressit: Burgundionum quoque nouorum hostium cepit nomen nouum, qui plusquam octuaginta millia, vt fertur, armatorum ripæ Rheni fluminis infederant. Hos quondam subacta Germania interiori à Drufo, & Tiberio adoptiuo filio Cæsarum, per castra dispositos in magnam coaluisse gentem, atque ita etiam nomen ex opere præsumpsisse: quia crebra per litem habitacula constituta, Burgos vulgo vocant, eorumque esse præualidam & perniciosam manum Galliæ hodieque testes sunt.] hæc ille. Ex Ammiani lib. 18. & 28. colligimus hos tempore ipsius habuisse sedes, vbi nunc est Palatinatus inferior, & Marchionatus Badensis; nunc scimus in Gallia Sequana commorari.

Decima octaua est Gothinorum, quos è Gallia in Germaniam commigrasse Tacitus refert: atque ita Gotthi à Gotthinis distinguntur.

Decima nona est Saxonum, quos aliunde in Germaniam venisse non modò Eutropius, vt retulimus, narrat, sed & Vuitichindus libro primo gestorum Saxonorum.

Vigesima est Hünorum. Hos certum est Attila Rege plurimas pluribus irruptionibus Germaniæ vastitates atulisse, & vsque ad ætatem Caroli Magni, qui eos deleuit, in Pannonia commoratos, quod Eghinathus illius scriba in vita refert, Ademarum,

Rhegino, ac reliqui his posteriores. Attila sanè quādiu vixit, inaudita (inquit Iornandes) A ante se potentia solus Scythica & Germanica regna possedit. ] hæc ille; qui subiicit ex Hunnis aliquos in parte Illyrici ad castrum Martenam habitasse, alios in Dacia Ripensi, vel extremo Scythiæ minoris, aut ad maris Pontici littus.

Vigesima prima est Gepidarum, qui fuis Hunnis post Attilæ mortem visi sunt occupasse ex maxima parte quæcumque Hunni potiebatur, vt ex eodem Iornande habemus. Iustiniano deinde imperante, loca Vistulæ flumini vicina ab Auaribus & Longobardis oppressi tenuere, quæ Gepusiæ, nomine ab ipsis deducto, sunt vocata, vt Vuolfangus libro vndecimo adnotauit. Sed latissimè Gepidarum facta, vastitates, & migrationes perlequitur Procopius lib. 3. belli Gotthici, & primo Vandalico, narratque suo tempore eis ac trans Istrum sedes adhuc illis fuisse.

Vigesima secunda est Vandalorum. Hos è Scandinauia ducere suum genus vult Iornandes, & primas in Pannoniis sedes à Constantino concessas habuisse: qui deinde interiori Germania peragrata, in Gallias, Hispanias, Africamque commigrarunt. ibi regnum constituentes, rerum potiti sunt annos amplius centum, donec aut deleti omnes, aut abducti in seruitutem à Belisario: quæ Procopius libris de bello Vandalico narrat, facitque Vandalos Gotthici generis omnes.

Vigesima tertia est Anglorum, qui vnà cum Saxonibus in Germaniam profecti multo tempore in illa constiterunt, donec in Britanniam traicientes insulæ nouum nomen dedere: quæ sanè omnia perlequitur Beda libro Angliæ historiæ, & Vuitichindus gestorum Saxoniorum initio.

Vigesima quarta est Abrotidorum, qui gente Slauiica sunt, diuque cum Germanis ad confinia pugnarunt. Tandem verò data sunt eis à Carolo Magno sedes trans Albim, è quibus Saxonas deducens in Gallias transfuit: quæ Rhegino narrat anno octingentesimo quarto, loca porrò trans Albim vsque ad Vistulam Germaniæ ascribuntur.

Tot igitur variarum gentium fuerunt antiquis temporibus commigrationes in Germaniam per annos mille ac ducentos, tot enim numerantur ab omnium vetustissima, quæ Rhætorum fuisse videtur: nam supra id tempus nulla exstat antiquitatis memoria. Sic nulla vquam fuit ætas, qua non in Germania noui populi terras occuparent, incolæque pristinos aut delerent, aut spoliarent.

Mirabilissimum sit igitur hoc, post annum octingentesimum quartum per annos propè octingentos nullum populum exterum in Germaniam commigrasse. An non hoc maximum? quid ad hæc dicemus? Hæc profectò contingere ex quo Germani auctoritatem Papæ sequuntur. Iam verò Britannia maritima Cæsar narrat ætate sua exterorum fuisse, qui natos ex insula in intimas eius regiones vi compulerant. Post annos deinde quadringentos quinquaginta aut amplius Scoti Pictique illius partes Aquilonares occuparunt. Post hos Angli & Saxones è Germania profecti Britannos propè omnes ad interuentionem dederunt, quod in vita Augustini refert Beda. Tantas verò insulæ clades attulere, vt viginti & octo ciuitates, quæ in illa erant, castellaque innumera diruerint, vt idem libro 1. cap. 1. Angliæ historiæ scribit. Atque hoc est, quod Iornandes ait, Britannia omnia fuisse inculta, ac virgeas casas ætate sua. Et hoc igitur erit admirabilissimum, post annos mille nihil tale accidisse insulæ illi, ex quo scilicet Augustinus, Mellirus, aliique à Gregorio Magno missi, Christo eam conciliarunt.

CXLIII. NVMQVAM TOT MILLIA GERMANORVM CAPTA. ] Hæc sunt Pauli Diaconi verba lib. 1. cap. 1. histor. Longo. Ab hac ergo populosa Germania sæpè innumerabiles captiuorum turmæ abductæ Meridianis populis pretio distrahuntur. ] hæc ille. Id sic fuisse, sit clarissimum. Nam primo loco Marius anno vrbs conditæ DC. LI. apud aquas Sextias octuaginta millia Cimbrorū, Theutonum, Tigurinorum, Ambronumque cepit. Florus in epitom. 68. scribit fuisse nonaginta millia. Secundo Marius idem sequenti anno pugna commissa ad Athesim fluium vel in agro Vercellensi eorumdem cepit sexaginta millia. Tertio C. Cæsar anno sexcentesimo nonagesimo sexto Aduaticorum quinquaginta millia vendidit; aliorum verò, quos cepit, numerus multo, vt creditur, maior haud refertur: quæ constant è libro secundo belli Gallici. Quarto Augustus (vetustiora namque litteris non sunt mandata) Germanorū quadringenta millia in seruitutem abduxit, & per Gallica in primis rura disperfit, quod Eutropius in eius vita narrat. Quinto M. Aurelius Antoninus tot eorum millia cepit, vt Iulius Capitolinus scribat infinitos ex illis

A lis in solo Romano collocatos. Sexto Maximinus Thrax, eodem teste, tot illorum millia redegit in seruitutem, [vt ad Senatum scripserit, fore vt Romana sola ad eos capiendos non sufficerent. Septimo Aurelianus innumeras eorumdem copias, quæ se in Hispanias Italiamque effuderant, partim deleuit, partim cepit. Octauo Claudius Imperator, à quo prognatus Constantius, cum pugnasset aduersus Gothos, vt postea dicemus, ac populos Boreales, eorum tot captiuos abduxit, vt ipse scripserit ad Brocchum, quod refert in eius vita Iulius Capitolinus: Tantum mulierum cepimus, vt binas ac ternas mulieres victor sibi miles possit adiungere.] & mox: Plerique capti Reges, captæ diuersarum gentium nobiles scemina: impletæ barbaris seruis, senibusque cultoribus Romanæ prouinciæ. Nono Probus, qui dictus est omnium gentium barbararum victor, tot eorum millia cepit, vt præter alios captiuos bellis gerendis haud idoneos sexdecim millia tyronum abduxerit; scripseritque ad Senatum: Omnes iam barbari vobis arant, vobis iam serunt, & contra interiores gentes militant. ] hæc ille, qui addit tantum prædæ abductum fuisse è Germania, vt nihil in illa relictum fuerit, nisi nudum solum. Decimo, quod multa tempora completitur, ac multas huiusmodi clades, enumerauimus supra viginti quatuor bellicosarum gentium migrationes in Germanicas terras, è quibus antiquos incolas expellebant, aut eos delebant; quibus sanè temporibus necesse erat multa Germanorum millia in seruitutem redigi, & abduci. Postremò igitur multo maiora his in rebus intulisse detrimenta Imperatores, de quibus capitulo sequenti agemus, videri possunt. Nobis sit satis hæc in medium produxisse, quibus illud adnumerabimus, Iornadem putare Getas esse eosdem cum Gothis: sed siue idem sint, siue diuersi, sic eos à Dacis distinguit Strabo lib. 7. vt Getæ pertinuerint in Orientem ad Pontum, Daci vero in Occidentem vsque ad Istri fontes. Quæ si admittimus, necesse est dicamus & à Dacis Germaniæ loca aliquando occupata. Istri enim fontes sunt in intima Germania: nisi adsentiamur asserentibus Dacos & Danos haud differre, quod Polydoro Virgilio placet, horumque eandem migrationem faciamus. Illud ad nostram rem pertinens adicit idem, seruos antiquis idcirco vocatos plerumque Getas, ac Dauos, quod captiui ex istis nationibus fierent: vt videas esse verissimum, quod Paulus Diaconus, vt supra retulimus, scriptum reliquit de gentilibus suis, ne dicas eum liuore suffusum talia de Borealibus memoriæ prodidisse. Rogo igitur quemuis paulo peritorem, ecquando sit auditum, postquam Germani Pontificem Romanum sequuntur, tot illorum millia fuisse abducta in seruitutem, & an dici possit de Germania aut Septentrione nunc illud, quod asseuerat Paulus Diaconus, innumerabiles captiuorum turmas abripi, vt prælio distractæ seruiant populis Meridionalibus? Nūquā sanè similia sunt de Germanis audita post cultum Christi receptum, nisi postquam Pontifice Romano contempto Lutherum ceterasque hæreses sequi cœperunt, ac Turca in eorum regiones incursum, à quo tamen nullo vquam modo tot hominum millia capta omnes cognoscunt.

B contra interiores gentes militant. ] hæc ille, qui addit tantum prædæ abductum fuisse è Germania, vt nihil in illa relictum fuerit, nisi nudum solum. Decimo, quod multa tempora completitur, ac multas huiusmodi clades, enumerauimus supra viginti quatuor bellicosarum gentium migrationes in Germanicas terras, è quibus antiquos incolas expellebant, aut eos delebant; quibus sanè temporibus necesse erat multa Germanorum millia in seruitutem redigi, & abduci. Postremò igitur multo maiora his in rebus intulisse detrimenta Imperatores, de quibus capitulo sequenti agemus, videri possunt. Nobis sit satis hæc in medium produxisse, quibus illud adnumerabimus, Iornadem putare Getas esse eosdem cum Gothis: sed siue idem sint, siue diuersi, sic eos à Dacis distinguit Strabo lib. 7. vt Getæ pertinuerint in Orientem ad Pontum, Daci vero in Occidentem vsque ad Istri fontes. Quæ si admittimus, necesse est dicamus & à Dacis Germaniæ loca aliquando occupata. Istri enim fontes sunt in intima Germania: nisi adsentiamur asserentibus Dacos & Danos haud differre, quod Polydoro Virgilio placet, horumque eandem migrationem faciamus. Illud ad nostram rem pertinens adicit idem, seruos antiquis idcirco vocatos plerumque Getas, ac Dauos, quod captiui ex istis nationibus fierent: vt videas esse verissimum, quod Paulus Diaconus, vt supra retulimus, scriptum reliquit de gentilibus suis, ne dicas eum liuore suffusum talia de Borealibus memoriæ prodidisse. Rogo igitur quemuis paulo peritorem, ecquando sit auditum, postquam Germani Pontificem Romanum sequuntur, tot illorum millia fuisse abducta in seruitutem, & an dici possit de Germania aut Septentrione nunc illud, quod asseuerat Paulus Diaconus, innumerabiles captiuorum turmas abripi, vt prælio distractæ seruiant populis Meridionalibus? Nūquā sanè similia sunt de Germanis audita post cultum Christi receptum, nisi postquam Pontifice Romano contempto Lutherum ceterasque hæreses sequi cœperunt, ac Turca in eorum regiones incursum, à quo tamen nullo vquam modo tot hominum millia capta omnes cognoscunt.

C Istri fontes. Quæ si admittimus, necesse est dicamus & à Dacis Germaniæ loca aliquando occupata. Istri enim fontes sunt in intima Germania: nisi adsentiamur asserentibus Dacos & Danos haud differre, quod Polydoro Virgilio placet, horumque eandem migrationem faciamus. Illud ad nostram rem pertinens adicit idem, seruos antiquis idcirco vocatos plerumque Getas, ac Dauos, quod captiui ex istis nationibus fierent: vt videas esse verissimum, quod Paulus Diaconus, vt supra retulimus, scriptum reliquit de gentilibus suis, ne dicas eum liuore suffusum talia de Borealibus memoriæ prodidisse. Rogo igitur quemuis paulo peritorem, ecquando sit auditum, postquam Germani Pontificem Romanum sequuntur, tot illorum millia fuisse abducta in seruitutem, & an dici possit de Germania aut Septentrione nunc illud, quod asseuerat Paulus Diaconus, innumerabiles captiuorum turmas abripi, vt prælio distractæ seruiant populis Meridionalibus? Nūquā sanè similia sunt de Germanis audita post cultum Christi receptum, nisi postquam Pontifice Romano contempto Lutherum ceterasque hæreses sequi cœperunt, ac Turca in eorum regiones incursum, à quo tamen nullo vquam modo tot hominum millia capta omnes cognoscunt.

D Prima strages est, cum C. Marius anno vrbs DC. LI. Cimbrorum, Teutonum, Tigurinorum, Ambronumque ducenta millia occidit ad aquas Sextias: Plutarchus id refert in Mario, Florus in epitome 68, Orosius, ceterique scriptores, contigit hoc, anno ante natum Christum centesimo, natus enim dicitur septingentesimo quinquagesimo primo. Secunda est earumdem gentium sequenti anno siue ad Athesim fluium, siue in agro Vercellensi, vel etiam vtrobique; cæsaque ex iis centum quadraginta millia: quod auctores iidem tradunt eodem Mario duce cum Catulo collega perfectum. De hac verò Cimbrorum strage sic Iuuenalis Satyr. 3:

NVMQVAM TOT MILLIA GERMANORVM AVT BOREALIVM OCCISIS. ] Sed superiora videbuntur tolerabilia, si considerare velimus, quæ nunc subiiciemus, diuersis scilicet temporibus ab anno vrbs DC. LI. vsque ad Pipini & Caroli Magni ætatem tantas Borealium gentium, totque strages editas fuisse per annos circiter octingentos, quantas postea nullo modo factas aliquis cognoscet per annos rotidem, quod vt clarissimum fiat, hic eas singillatim recensebimus.

E Hic tamen & Cimbrorum, & summa pericula rerum. Excipit, & solus trepidantem protegit urbem: Atque ideo postquam ad Cimbrorum stragemque volabant, Qui numquam attigerant maiora cadauera, coruis, Nobilis ornatur lauro collega secunda.

Tertia est anni sexcentissimi nonagesimi quinti cum Cæsar Heluetiorum, Rauracorum, Boiorum, Tulingorum, Latobrigorum partim prælio interfecit, partim cepit ducenta quinquaginta octo millia, ut è libro primo belli Gallici apparet.

Quarta est anni eiusdem, cum Cæsar idem pugnam commisit cum Germanorum Rege Ariovisto, gentiumque Germanicarum cæsa sunt octuaginta millia, ut in Caio Cæsare Plutarchus refert.

Quinta est anni sexcentissimi nonagesimi sexti, qua numerus incredibilis Belgarum, qui Germaniæ secundæ adnumerantur, Germanorumque aliorum auxilia ferentium sunt interempta. Inter Neruios dumtaxat ex hominum millibus sexaginta, soli dicti sunt superfuisse, qui arma ferre possent, quingenti: ex Aduaticis autem, qui à Germanis prognati erant, hominum qui superstites è prælio fuerunt quatuor millia paulo post cæsa, vendita verò millia quinquaginta, ut idem scribit lib. 11.

Sexta est anni sexcentissimi nonagesimi octavi, cum Germani Vspertes, & Tenchtheri, Rheno traiecto, in Gallias irruerunt, habentes hominum quadringenta viginti millia, ut scribit lib. Cōmentariorum 4. Cæsar. Ex his quadringenta millia interfecit à Cæsare tradit Plutarchus in eius vita, & colligi potest idem numerus occisorum è libro adducto Commentariorum.

Septima est plurimorum bellorum. Anno namque Urbis septingentesimo vigesimo quarto, Octavianus Cæsar triumphauit de Pannoniis, Dalmatis, Iapygiis, & Gallis, ut auctor est Dio, & Sigonius in fastis adnotauit. quamobrem necesse est, ut prælia cōmissa fuerint aduersus istas gentes annis superioribus, victoriæque relatæ. Rursus anno septingentesimo vigesimo quinto, M. Licinius Crassus, Bastarnas, Dacos, Getas, Sueuos acie vicit, ac prostrigauit, quod Dio testatur, & Florus in Epitome lib. 134. Et anno septingentesimo vigesimo septimo, geri cepit bellum à Druso Claudio & Tiberio Nerone aduersum Rhetos, Vindelicos, Pannoniosque, & Dalmatas: & Rhetos quidem, Vindelicosque plurimo cum ipsorum sanguine perdomitos, inquit Velleius. Sequenti deinde anno, cum Germani obruncassent Quintilium, Drusus cuncta peragrata Germania, vsque ad Albim, omnes eius partes perdomuit, plurimo cum earum (scribit Velleius) excidio. Durantere hæc bella per octo propè annos, interfuitque illis Velleius, qui refert hominum qui in Romanos conspirauerant amplius octingenta millia fuisse, excisamque Germaniam, Eutropius autem ingentes Germanorum copias cæsas. Ac post bella Punica nullum grauius bellum contigisse Romanis auctores volunt. Numerum tamen occisorum nemo tradit; captiuorum tantum refert Eutropius fuisse quadringenta millia.

Octaua est imperante Tiberio, quam Germanicus attulit bellans aduersus Cheros, Chattos, Angriarios, aliasque Germaniæ nationes. Tanta verò hæc fuit, ut referat lib. 2. annalium Tacitus, vno prælio ab hora quinta diei ad noctem cæsos Germanos à Romanis, ac decem millia passuum repleta fuisse cadaueribus occisorum. Altero autem cum tota die pugnatum foret vsque ad vesperam, legiones Romanæ, inquit ille, ad noctem cruore hostium satiatae sunt: quocirca positis trophæis sic fuit inscriptum: DEBELLATIS INTER RHENVM ALBIMQ. NATIONIBVS EXERCITVM TIBERII CAESARIS EA MONVMENTA MARTI ET IOVI ET AVGVSTO SACRAVISSE. ] Quamuis igitur interfectorum numerus haud recensatur, maximum tamen fuisse, ac superioribus parem liquidissimè ex adductis constat.

Nona est imperante Nerone, cum Chattorum & Ansibariorum gentes ad interitum deletæ sunt: accidit id anno ab Vrbe condita octingentesimo secundo, ab ortu Christi quinquagesimo primo; data verò sunt ad internecionem Ansibarii quidem compulsi in fugam à Romanis, & inter varios hostes à variis interfecti, Chatti verò ab Hermunduris. Chattorum porrò tanta fuit clades, ut equi, viri, cunctaque victa sint omnino deleta. Ex voto contingere istæ strages eadem ætate, ut refert Cornelius Tacitus libro 13. ad finem.

Decima est imperante Antonino, aduersus quem sumpserunt arma Aquilonarium hominum nongenta septuaginta quinque millia, ut ex ipsius epistola inter opera Iustini constat. Eorum partim cæsi sunt, partim capti: interfecti autem tot fuerunt, ut Iulius Capitolinus hæc retulerit in scripta: Pannonias ergo, Marcomannis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam Quadis extinctis, seruitio liberauit. ] hæc ille ostendens tot ex istis nationibus interemptos, ut extinctæ illæ dici possent. Et sanè Marcomanni uidentur deleti cum

multis

A multis aliis gentibus, quorum neque vlla facta, neque nomina litteris prodita sunt. sic enim scriptor idem: Marcomannos in ipso transitu Danubij deleuit, & prædam prouincialibus reddidit. gentes omnes ab Illyrici limite vsque ad Galliam conspirauerant, ut Marcomanni, Narisci, Hermunduri, & Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes, & Buri; hi, aliique cum Victoualis Sosibes, Sicobotes, Rhoxolani, Bastarnæ, Alani, Peucini, Costoboci. ] ita Capitolinus. Quæro igitur, ecquando post hæc fuerint audita vlla gesta, vel propè nomina Latringum, Burorum, Sosibum, Sicobotum, Victoualorum, Costobocorum. Cuncti scilicet ad internecionem sunt dati. Hinc Eutropius comparans huiusmodi bellum cum Punicis: Bellum Marcomanicum cōfecit, quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatæ, Sueui, atque omnis barbaria commouerat: multa hominum millia interfecit. ] sic ille.

Vndecima est imperante Maximino; sic enim Iulius Capitolinus: Ingressus igitur (Maximinus) Germaniam Transhenanam per ccc. vel cccc. millia barbarici soli vicos incendit: greges abegit, prædas sustulit, barbarorum plurimos interemit, militem diuitem reduxit: cepit innumeros: & nisi Germani per amnes, & paludes & sylvas confugissent, omnem Germaniam in ditionem Romanam redegisset. ] ita Capitolinus. at Herodianus: Germanos in paludes ac sylvas illos quidem confugisse, sed verentibus (hæc sunt eius verba) Romanis eodem hostes insequi, primus Maximinus equo paludem ingressus, quum quidem etiam supra aluum equus voragine hauriretur, magna vi repugnantes barbaros cōtrucidauit. Quare exercitus reliquus pudore instinctus, ne prodere pugnantem pro se Imperatorem videretur, ausus & ipse paludem ingredi. multi que vtrinque ceciderunt: ita tamen, ut nullus penè (nota hæc verba) barbarorum fuerit reliquus, dimicante insigniter Romano Principe. Quare & stagnum cadaueribus opletum, & palus sanguine confusa pedestris prælij naualem faciem præferbat.

C Duodecima est imperante Claudio, qui tercentum viginti millia Borealium gentium interfecit, quod in eius vita Trebellius Pollio refert.

Decima tertia est imperante Aureliano, qui innumeros ex Aquilonaribus populis (quod Flavius Vopiscus tradit) in Italiam sese effundentes, & in alia loca, occidit: iugiter fuere Gothi, Alani, Roxolani, Sarmatæ, Franci, Sueui, Vandali, Germani.

Decima quarta est imperante Probo, qui quadringenta millia Germanorum qui Gallias fuerant ingressi, interfecit; alios præterea multos tum Sarmatas, tum ceteros occidit, quod Flavius Vopiscus in eius vita refert.

Decima quinta est imperantibus Diocletiano & Maximiano, cum à Constantio Cæsare sexaginta millia Alemānorum, teste Eutropio lib. 9. sunt interempta: sed antè à Maximiano Chaibones & Heruli sic ad internecionem deleti, ut cladè relicta domi coniugibus non profugus aliquis è prælio, sed ipsamet victoria nunciarit, inquit post alios Sigonius lib. 1. anno ducentesimo octuagesimo sexto.

Decima sexta est imperante Constantio, cum Iulianus scilicet Germanorum centum viginti millia interfecit partim ferro, partim fugatos, & in Rheno submersos, quod Zosimus libro tertio scriptum reliquit. atque hoc est, quod Eutropius ait, ingentes Alemānorum copias à Iuliano fuisse extinctas. at Sextus Aurelius sic: Iste (Iulianus) inquit, in campis Argentoratensibus apud Gallias cum paucis militibus infinitas hostium copias deleuit. Stabant acerui montium similes: stuebat cruor fluminum modo: captus Rex nobilis Chonodomarius, fusi omnes optimates, redditus limes Romanæ possessionis: ac postmodum cum Alemannis dimicans potentissimum eorum Regem Badomarium cepit. ] hæc ille: eandem pugnam cædemque Ammianus describit lib. 16. mendum tamen videtur esse in numero occisorum, ut ex adductis scriptoribus liquet. Adicienda huc esset Sarmatarum maxima cædes, quam describit Ammianus idem lib. 17.

Decima septima est, ut multas minores omittamus, imperante Honorio, cum Stilicho Gotthorum Borealiumque gentium ducenta millia in montibus Fesulanis partim cepit, partim verò interfecit. & Zozymus lib. 5. vult à Stilichone occisa hominum quadringenta millia, pugnamque trans Istrum commissam. sed ita ut nos diximus, rem gestam fuisse tradit Augustinus libro de ciuitate Dei 5. Orosius, ceterique multi.

Decima octaua est imperante Valentiniano Iuniore, cum Aëtius in campis Catalaunicis Attilam vicit, qui secum duxerat Aquilonarium populorum septingenta millia: hinc Sidonius horum temporum scriptor alloquens Galliam:

— subito cum rupta tumultu

Bar-

*Barbaries totas in te transfuderat Arctos  
Gallia, pugnacem Rugum, comitante Gelono,  
Gepida trux sequitur. Scotum Burgundio cogit,  
Chunnus, Bellonotus, Neurus, Bastarna, Thuringus,  
Brueterus, Vluosa quem vel Nicer abluat vnda  
Prorumpit Francus.*

Cæsa porrò sunt ab Aëtij militibus ac sociis Aquilonarium centum sexaginta duo milia præter nonaginta millia Gepidarum, & Francorum, qui congressi armis inter se vulneribus mutuis conciderunt. accidit id anno quadringentesimo quinquagesimo primo.

Has igitur Borealium strages nobis retulisse sit satis, & vsque ad hæc tempora narrationem perduxisse, ne simus prolixiores; post has enim subiici possent aliæ plures, vt cum Iustiniani duces Vandalos omnes in Africa, & Ostrogotthos in Italia ad internecionē deleuerunt ingenti multitudine populos. Quòd si de Britannis agamus; hoc vnum dumtaxat afferemus, ab Anglis cunctos propè Britannos antiqui generis extinctos, quod Beda refert in vita Augustini, quam recitat Surius tom. 3. Maij 25. pauci remanserunt, quorum reliquiæ in eam partem insulæ, quæ Vuallia dicitur, conclusæ fuerunt. Insula porrò tota vastitatibus cuiusvis generis est ab iisdem repleta, ac deformata, vt auctor idem scribit Anglicæ historiæ lib. 1.

Cum tot igitur ac tâta Borealium populorum strages editæ fuerint intra annos quingentos quinquaginta vnum; peto à quibuslibet peritis, vt post tot sæcula exacta, postquam scilicet Germani & Aquilonares Pontificibus Romanis obedire coeperunt per annos propè mille ostendant, an fuerit vquam similis eorumdem cædes edita; quamuis Hungari Northmanniq. multas Germaniæ clades attulerint, Tartari Poloniae, & Hungariæ nunc verò Turcæ & Hungariæ & Germaniæ nihil non acerbum & hostile sint machinati, & machinari adhuc non desistant; ac metuendum maximè sit, quod Deus auertat, ne cadant regiones istæ ob contempnam Pontificis Romani auctoritatem, religionemque Catholicam penè prostratam, in antiquas calamitates. Tanti scilicet est, Papam sequi, ac venerari. Sed veniamus ad maiora.

CXLVI. NVLLVS IMPERATOR GERMANIAE AB EXTERIS OCCISVS.] Ab Augusto vsque ad Imperij Occidentalis casum numerant aliqui (nam diuersa est annorū numerandorum, quæ à diuersis initur, ratio) quingentos annos: intra hos multi numerantur Imperatores Romani ab exteris hostibus occisi. Verbi gratia Decius à Gotthis est interfectus, Iulianus à Persis, aut ab alijs alij. In Orientali porrò Imperio, quamdiu Constantinopoli stetit ab anno quadringentesimo septuagesimo sexto, quo corruit Occidentale, neque alteri amplius alterum fuit adiunctum, vsque ad millesimum quadringentesimum quinquagesimum tertium, quo fuit euersum similiter Orientale, per annos nongentos septuaginta septem pluri eodem modo Imperatores ab extraneis inimicis fuerunt occisi, in his Valens à Gotthis, Nicephorus Generalis à Bulgarorū Rege Chrumo, Alexius Ducas Murzuphlus à Latinis, Constantinus Paleologus à Turcis. At è Germanicis Imperatoribus hucusque nullus legitur ab exteris in acie necatus, cum sint anni exacti dcc. xv. à Carolo Crasso, qui primus omnium Germaniæ Rex, Regisq. Germaniæ Ludouici filius, & in Germania natus imperare è Germanicis cepit anno octingentesimo septuagesimo sexto. Et hoc igitur Germania faustum felixque sortita est, cum Pontificibus Romanis obsequatur, vt nullus è suis Imperatoribus fuerit ab hostibus exteris in bello interfectus, quod non est affectum vel Orientale, vel Occidentale Imperium, cum diuturno tempore dicitur alibi consedisse.

CXLVII. NVLLVS GERMANIAE REX AB EXTERIS OCCISVS.] Multi fuere Germaniæ Reges, neque tamen vel absolute Imperatores, vti sunt cum coronati fuerint à Pontifice Romano, vel Imperatores electi, quales vocantur nūc qui fuerint creati Germaniæ Reges, & à Pontifice Romano confirmati; cum tamen ante multos annos neque Imperatores absolute neque electi dicerentur, sed Germaniæ Reges tantum. Ex his igitur nullus interfectus ab exteris vquam. Germaniæ verò totius regnum primus iniuit Ludouicus Ludouici Pij Imperatoris filius anno, vt quidam volunt, octingentesimo quadagesimo, vel octingentesimo quadagesimo primo, & Imperator nō fuit, veluti neq. Carolomānus, qui à principio Rex Bauariæ fuit, Ludouicus etiam filius Arnulphi Imperatoris, & si qui similes his existimari debent. Est igitur hoc maximum Germaniæ bonum, quod contigit illi

A illi, ex quo Papis obedire coepit per annos dcc. lxx. quod plurimis regnis haud contigit se, nemo ignorat, & clarius explicabitur à nobis capitulo sequenti.

CVLVI. NVLLVS GERMANIAE REX AVT IMPERATOR AB HOSTIBVS EXTERIS CAPTVS.] Hoc igitur multo admirabilius, non modò ab exteris nullū Germaniæ Regem fuisse occisum, sed neque captum. Ottho sanè Tertius anno nongentesimo octuagesimo secundo in Calabria à Græcis ac Sarracenis acie victus, cum se nauis commisit, à piratis qui foret ignorantibus captus; continuo, si credimus Martino Polono, cum Probus Cæsius Episcopus adcurisset cum suis, nautas omnes quadraginta numero interfecit; alij volunt, nō agnitus, pecunia statim redemptum. Sed vel piratæ non vocantur proprie hostes, vel hi non erant exteri, aut captus non dicitur, qui continuo fuerit dimissus. Ad summam non nisi bonum singulare hoc contigit Germaniæ postquā Papatæ cepit esse subiecta; cum sciamus aliquos olim Reges illi fuisse, qui fuerint ab hostibus aut capti, aut interfecti. Cæsar Commentariorum lib. 1. meminit Ariouisti, Tacitus Segimeri, Marobaudi, Flauij; Ammianus lib. 16. Chonodomarij, Vestralpi, Vrii, Vrficini, Serapionis, Suomarij, Hortarij, lib. 14. Vadomarij, lib. 30. Macriani: Spartianus ait ab Hadriano datum Germanis Regem. Horum verò omnium multi vel abducti in alienam potestatem, vel occisi. Magnum sit itaque, per tot sæcula, quibus Germania Papis obediuit, non habuisse Imperatorem aut Regem, qui remanserit in potestate inimicorum, cum tamen sciamus ex ipsis Imperatoribus Romanis ante Constantini ætatem Valerianum fuisse à Persis captum, in Oriente autem multo post Diogenem à Turcis.

CXLVIII. NVLLVM IMPERIVM DIVTVRNIVS INTER TOT BELLICOSAS GENTES.] Si qua fuit vquam regio præcellens Imperatoria dignitate à bellicosis nationibus circumscissa, hæc sine dubio est Germania: à duabus enim partibus Septentrione & Oriente cum latissime protendatur, finitimos habuit populos, qui nihil aliud sciebāt ac meditabantur, quàm bella & cades: & verò ita necesse erat, cum nulli doctrinæ & arti nauarent operam: atque ira, quod deerat illis in ceteris disciplinis, id totum in ferocitate præriorumque perpetua tractatione ponebatur. Vt igitur Orientale Imperium vetustiora exordia nactum durarit etiam diuturnius tempus; non ita tamen ferocibus populis illud circumdatum fuit, angustioribus enim terminis Græciæ continentem claudi scimus, quàm Germaniæ, cum maiori ex parte illam circumfluat mare multo latius quàm Balticum, quod à Septentrione præscandinauiam separat à Germanicis terris. Hinc quæ gentes euerterunt Imperium Romanum, non nisi ab Aquilone profectæ & Scandinavia: in Gallias Franci, in Britannias Angli, in Italiam Turcilingi, Heruli, Ostrogothi, Longobardi, in Hispaniā Visigothi Africanq. Vandali se effuderunt. At vbi consedit in Germanicis oris Imperium, seu postquam Germani leges Pontificis Romani acceperūt, haud potuere populi Boreales quamuis omnium ferocissimi prosternere Imperium, quod in Germania conqueiuit.

CXLIX. NVLLVM IMPERIVM TOT EFFERAS AC BELLICOSAS GENTES COERCVM, ET COMPRESSIT.] Tantum verò abest, vt Aquilonares, quamuis multitudinem mortalium incredibili ferociaque cunctis præstarent, euerterint Imperatoriam dignitatem in Germania, vt contra Germani bello fregerint illos, & quominus effraetis confinium repagulis irrumperēt, cohibuerint semper, & arcuerint. Post enim Pontificia placita recepta, ostendimus supra cap. 147. inundationes gentium repressas. Repressæ verò sunt, quod Germani fregerint armis, quin multas suo subiecerint Imperio, tributariasq. fecerint, vt Pomeranos, Prutenos, Liouonas, Rugos, multasque Slauorum regiones, quas ex Helmoldo colligere ac recensere possemus. quod Græcis haud contigisse, è Paulo Diacono, Zonara, Gregora, & Choniata liquet. at Romani bellicosissimas illi quidem omnium nationes domuerunt, sed peritia magis bellicarum rerum, quàm ferocia & indomitis animis valentes. Quamobrem licet Germanos ipsos sapius, vt ostendimus, vicerint & contuderint, coercere tamen haud potuerunt, quin post aliquod temporis arma sumerent, & in expugnabiles, & in fractos animos efferrent.

CL. NVLLA GERMANIAE REGIO AB EXTERIS CAPTA, ET POSSESSA.] Iam verò cum supra sit à nobis apertissime explicatum, nullas exteras gentes in Germaniæ terris fixisse sedes, ex quo Pontificia iussa colere cepit; illud hinc adiciamus, neque adductas ab iis fuisse vllas Germaniæ regiones in suam potestatem. At hoc est multo maius. Illud enim tantum facit vt habeamus ac potiamur loca patria; hoc præterea, vt nostri

stri nobis, ac quodammodo nos ipsi imperitemus, & iura dicamus, atque ita ex aliqua parte cuncti Reges simus. Tanti scilicet fuit hucusque esse Papistas.

CLL. **NULLA VRBS GERMANIAE IN ALTERIVS EXTERI DOMINATVM REDACTA.** ] Quid quod neque vrbs vlla Germaniæ fuit hæcenus in alterius dominatum potestatemque redacta? Multæ fuerunt expugnatae aliquando à Northmannis & Hungaris, sed subitis incurfationibus, mox autem rediére in antiqua iura patriamque & vitam libertatem. Hæc itaque sunt dona calitus concessa, ex quo Papis Germani parent.

CLII. **REGES BOREALES TBIBVTARII FACTI.** ] Sed tamen hæc satis nullo modo sunt. Illud enim maius Germaniæ Deus est largitus, vt fecerit sibi tributarios totius Aquilonis primarios Reges, ac principes: sic namque Helmoldus Lubecensis, qui vivebat anno millesimo centesimo sexagesimo octavo, lib. 1. cap. 1. Annalium Sclavorum: Polonia Magna Sclavorum prouincia, cuius terminum in Ruziæ regnum dicunt connecti, & diuiditur in octo Episcopatus, quondam habuit Regem, nunc autem Ducibus gubernatur: seruit & ipsa, sicut Bohemia, sub tributo Imperatoriæ maiestati. ] hæc ille de Polonia, & Bohemia. De Hungaria verò sic Hermannus Contractus anno millesimo quadragesimo quinto: Petrus Rex (Hungariæ) Henricum Regem in festiuitate Pentecostes ad se inuitatum magno paratu suscepit, & maximis muneribus donauit; ei que regnum Pannoniarum, principibus Hungarorum fidelitatem illi & successoribus eius iuramento firmantibus, reddidit: quod tamen ab eo ipse dum viueret possidendum recepit. ] & anno millesimo quadragesimo septimo: Præterea Andreas, qui regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat (ad Imperatorem) regnum se ab Hungaris coactum suscepisse confirmans, de Petri sese iniuriis excusans: qui que aduersus eum coniurauerant, partim à se trucidatos, partim Imperatori tradendos denunciens, suamque Imperatori subiectionem, annum censum, & deuotam seruitutem, si regnum se habere permitteret, mandas. ] hæc ille. Ottho autem Frisingensis lib. 6. cap. 28. In primordio regni eius (Cōradi Primi, qui regnare cœpit anno millesimo vigesimo quinto) Boleslaus Polonorum Dux, qui ab antecessore suo Henrico nouiter subactus fuerat, à regno diuidi, Rexque per se vocari molitur. Qui non multo post moriens Miesconem filium suum successorem reliquit. Is dum patrem imitari cogitaret, insuperque fratrem suum Otthonem expulisset; Rex tam profugum in patriam reducturus, quam de contumace regni iniuria vindicaturus, in Poloniâ procinctum mouet. Miesco Regis impetû ferre non valens, fractis quibusdam regni insignibus, ad Vlriscum Boiemiensium Ducem, qui & ipse tunc temporis hostis regni fuerat, fugit: quem cum Vlriscus Regi dare, & sic ad gratiam eius redire vellet, ipse vt erat serenissimus, eum hoc modo à perfido Duce recipere noluit. Ottho verò liberè Ducatu potitus, diadema, quod pater eius ad ignominiam regni illicitè fecerat, Regi misit, seq. per omnia ditio eius subiecit. Ipse verò non multo post fraude armigeri sui vita priuatus est. at Miesco à Rege exul factus ad Imperatorem supplex venit, interuentuque Regina diuisa in tres partes prouincia, tertiam partem ipse obtinuit. Ex hinc prouincia illa Regibus nostris sub tributo seruire cognoscitur. ] hæcenus Ottho Frisingensis, qui vivebat anno millesimo centesimo quadragesimo sexto, testificans adhuc suo tempore Poloniâ tributum soluisse Imperatoribus Germanis. Rursus idem lib. 7. cap. 19. de Imperatore Lothario loquens: Inde, ait, in Saxoniam diuertens, Polonorum Ducem cum multis muneribus obuium habuit, quem tamen non antè dignatus est suo conspectui præsentari, quam tributum duodecim annorum, hoc est quingentas libras, ad singulos annos persolueret, & de Pomeranis ac Rugis homagium sibi faceret, subiectionemque perpetuam sacramento confirmaret. Regemque Daniæ in signum subiectionis ad decorem Imperialis reuerentiæ gladium sibi sub corona portare fecit, atque ab Hungarorum Rege terrore percusso multa & magnifica munera suscepit. ] hæc Ottho. Rursus idem lib. 2. de gestis Friderici Imperatoris cap. 5. narrat Regem Daniæ creatum à Friderico Primo in controuersis enatis inter duos, eidem Friderico iurasse fidelitatem, vt aiunt, & hominum. & libro 3. cap. 24. narrat à Rege Daniæ missos nuncios, qui peterent & acciperent ipsius nomine inuestituram regni ab Imperatore. Sed & Saxo significat aliquo modo Daniâ Germano Imperatori subiectam lib. Danicæ historiæ 14. Apparet igitur Imperatori Regique Germanico tributum soluisse Aquilonares Reges, ex quo Germania Põtificis doctrinam colit: antea namque quis legit idem fuisse actum? Conduxit autem gentibus Borealibus esse tributarias,

arias, vt scilicet indomitæ antea, & omnis disciplinæ impatiētes, affuescerent & exteros reuereri, ac pauere; donec Regi suo magis obedire, quod prius nolebant, & discerent, ac vellent. Bene enim decreuit in Politicis Aristoteles, expedire nonnullis si melioribus seruiant, vt ab eis beneficia recipere expeditius possint, quæ non ita facile, aut etiam nullo modo consequerentur: sicut etiam videmus, & quotidiana experientia docemur, plurimos in aliorum clientelam se conferre, vt inde multa emolumenta percipiant. Germania longè prius quæcumque ad humanitatis cultum pertinebant admisit, quam ceteri populi Boreales: antequam reciperet, profuit illi parere Regibus Gallicanis; postquam recepit, paruit suis. sic Aquilonaribus profuit obedisse Germanis, antequam mores efferos ac barbaros exuerent, humanioresque artes perciperent; ex quo percipere, in libertatem se antiquam vindicarunt. quod iis temporibus contigit, quibus Fridericus Secundus habuit omnino in animo sedem Pontificiam Romani præfulis radicitus extirpare, & ad hoc factiones Gibellinorum Guelphorumque induxit in Italia, quod ostendimus signo LXXXI. de cura Papæ in Catholicis tuendis cap. 4. & 5. & signo XIX. de spiritu prophetiæ ad finem. Sicut igitur Deus prouidit vt Aquilonares Reges Germanis tributa pederent, cum Germani Reges maximè Pontificibus Romanis Christi vicariis erant subiecti; sic cum defugere illius auctoritatem, minuereque, & contemnere cœperunt, idè Deus eorum vires dignitatemque inuinit, ac fregit, vt scilicet cuncti sciant ab obedientia præstita Pontifici Romano hæc calitus Germanis concessa.

DILATATA LINGVAE GERMANICAE CONFINTIA. ] Natura comparatum scimus, vt quilibet sua velit latissimè, quàm fieri potest, se porrigere; quod tum reliquis in rebus, tum verò in ipsius patriæ linguæ vsu contingit. Amant omnes, si plurimi velint vti lingua ipsorum patria, putantque id facere ad dignitatem: & reuera multas etiâ simul habet utilitates ad ea comparanda, quibus humanam vitam tueri possimus. Hinc ostendimus signo XXII. de generibus linguarum, cunctis nationibus, quæ summa sunt imperia nactæ, id vsitatum fuisse, vt voluerint protendere pro viribus vsu suæ linguæ. & hoc igitur ad Germanorum spectabit decus, dilatasse terminos Germanici sermonis. in Carnis enim, Rhætiis, ac finitimis locis prisco tempore Germanicè non loquebantur, & Germania solum reputabatur supra Danubiû, Rhenumque: nunc autem cis vtrumque flumè scimus plurimas gentes Germanicè loqui, ex quo Germani Põtificè Romanû reuerentur.

ARS MILITARIS IN COPIIS INSTRVENDIS. ] Aquilonares populi cunctis gentibus præstitisse videtur ferocitate, ac multitudine bellatorû; sed acies instruere, ordinèsq. varios exercitiû pro diuersitate locorû, & hostiû, nihil omnino sciebant, in cõpositis agminibus ferebantur aduersus obuios inimicos. Acies, inquit Tacitus, per cuneos cõponitur. eadem tradit idem lib. annalium 1. I nunc, & si potes audeas asserere non esse Germanis summam peritiâ componendi varias exercitiuum formas & acies.

ARMORVM BELLICORVM COPIA. ] Quin neque olim Germanis erat ferri, aut vlla paulo sufficientior copia telorum. sic enim Tacitus libro de moribus Germanorum, Ne ferrum, inquit, quidem superest, sicut ex genere telorum conspicitur. Rari gladii, aut maioribus lanceis vtuntur: hastas, vel ipsorum vocabulo phrameas gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsu habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent: & eques quidem scuto frameaque contentus est; pedites & missilia spargunt, pluraque singuli atque in immensum vibrant, nudi, aut sagulo leues: nulla cultus iactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. paucis lorice: vix vni aut alteri cassis aut galea. ] hæc ille. Nunc adeat quis Germaniam, Septentrionèque totum, & inspicat an vni tantum militi, cum procedit exercitus in prælium, sit cassis, & galea, an equites sint contenti scuto, frameaque, an paucis sint lorice; & videbit equites cum suis equis totos ferreos, pedibus thoraces, femoralia, castesque suos, non amplius nudos, aut sagulo leues. An verò nunc rari gladii, aut lanceis maioribus vtuntur? nemo est qui ignoret cunctis esse militibus gladios, cunctis prælongas hastas. Dic, si potes, ferrum non superesse Septentrioni, cum nullus propè terrarum tam spatiosus tractus tot ferrariis, vt Septentrio, scateat, atque abundet, postquam Pontifici Romano parere cœpit.

INVENTIO BELLICARVM MACHINARVM. ] Boreales igitur, quibus ferrum non supererat olim, quorum raris erant gladii, aut lanceæ maiores, qui nudi plerumque in bella procedebant, vix vni erat aut alteri cassis, nunc sanè ex omni

parte ferro laminisque ductilibus mirabiliter obteſti aduerſus hoſtes pergunt. An hoc illis dumtaxat in bello? Numquid non inuentum eſt Germanorum tormentum illud igneum, quod bombardam vocant? Refert Cæſar admiratos ſupra modum Gallos & in ſtuporem conuerſos, cum viderent à Romanis machinas quaſdam prægrandes facillimè moueri. Atqui ſi nunc Romani illi ex inferis erumperent, ac viderent inuentum Germanorum; quanto ſtupore deſixi tenerentur, vt omnia ſua deriderent, ac negligenter? Anno milleſimo trecentefimo octuageſimo, vt adnotauit Iacobus Vuimpſelingius in epitome rerum Germanicarum capite ſexageſimo quarto, repertum eſt hoc fulmineum telorum genus à Bertholdo Schuartzo, ſive Nigro, vt ſcriptum reliquit Herbutus lib. 11. Polo. cap. 6. Numquid itaque nunc Aquilonares nudi deſcendunt in prælia? numquid iis ferrum non ſuper eſt? ferrum non eſt eis fatiſ; igne fulminibuſque ſuis iam nunc in hoſtes proteſti feruntur. Tanti eſt paruiffe Pontificibus Romanis, & in eorum tutela conqueuiſſe.

CLVII. ARMORVM BELLICORVM FABRICATIO.] Quocirca regio ferè nulla eſt, vbi artiſcioſior militarium telorum cuiuſuiſ generis & copioſior ſit fabricatio, quàm in Septentrione, ac præſertim Germania: ita vt, qui volunt exercitus integros, eoſque ingentes inſtruire, & armare, ſi quidem poſſint, ex iis oris curent aduechi omnia pertinentia ad quamlibet armaturam. id quoniam cunctis eſt notiſſimum, non erit quòd pluribus verbis explicemus.

*Bona pertinentia ad Imperij maiestatem. Cap. VIII.*

CLVIII.



IMPERII REGVMQVE MAIESTAS.] Ex quo Auguſtus Imperatoriam maiestatem terris intulit, & cunctis mortalibus ſuſpiciendam colendamque conſtituit, nihil eſt habitum per annos mille ſexcentos atque etiam plures inter humana bona ſpectabilius, ac præclarium. Hoc autem Deus ipſe voluit ab ipſo Pontifice proximè in Germanos proficiſci. Nam conſtat inter omnes ſcriptores, neque eſt homo vllus ſanæ mentis, qui neget Occidentale Imperium exciſum in Occidente poſt Momylli Auguſtuli deiectionem, quæ contigit anno quadringentefimo ſeptuageſimo ſexto, à Leone Tertio Pontifice Maximo ruruſ excitatum, collatumque Carolo Magno Francorum Regi anno octingentefimo primo: ſic namque Conſtantine Maſſeſ in annalibus Græcis, vbi narrat, Leonem, à propinquis Hadriani Papæ ſeditione concitatum, non modò ſede detruiſum, ſed vrbe etiam depulſum, petiſſe auxilium à Græcis; quo fruſtra implorato, conſuſiſſe ad Carolum Regem Francorum, ab eoſque benigne acceptum, moxque ſolio & vrbi reſtitutum: Tunc, inquit, vicem Carolo referens, Romanorum Imperatorem eum renunciat: neque tantum corona caput eius cingit more Græcorum, verum etiam legibus Iudaorum uſus, à capite ad pedes totum oleo perungit.] & Zonaras in vita Conſtantini & Irenes; Roma, ait, proſuſ Franci potiti ſunt, Carolo à Leone coronato, & Romanorum Imperatore appellato.] & mox: Francorum Dux Carolus Imperator Romanorum à Papa Leone, vt dictum eſt, appellatus miſſis ad Irenem legatis nuptias illius ambiuit.] Cedrenus autem ſic in eorumdem vita: Venerunt, inquit, etiam à Carolo, quem Leo Papa Romæ coronauerat, legati ad Irenem.]

Paulus item Diaconus, qui ætate ipſa Caroli Magni viuebat lib. 23. hiſtoriarum miſcellæ. Ceterum, ſcribit vicem Carolo recompensans (Leo) in Imperatorem coronauit eum in templo S. Petri Apoſtoli perungens oleo à capite uſque ad pedes, & circumdans Imperatoria veſte, atque corona VIII. Kal. Ianuarij, Indiſt. IX.

Ademarus eodè modo, qui fuit æqualis Carolo Magno, ſic li. 4. inter hiſtorias Aimoini, vel Annonij: Ipſe autem (Carolus) inquit, die ſacraſſima natalis Domini ad Miſſarum ſolemnia audienda baſilicam beati Petri Apoſtoli cum fuiſſet ingreſſus, & coram altare, vbi ad orationem ſe inclinauerat, adſiſteret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, cuncto populo Romano acclamante Carolo Auguſto à Deo coronato Magno & pacifico Imperatori Romanorum vita, & victoria.]

Eghinartus ſimiliter, qui ſcriba Caroli fuit, ſic in ipſius vita: Vltimi aduentus fui (Caroli Romam petentis) non ſolum hæ fuerunt cauſæ, verum etiam quòd Romani Leonem multis affectu iniuriis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, ſidè Regis implorare com-

A cõpulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandam, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatim, ibi totum hyemis tẽpus protraxit: quo tẽpore Imperatoris & Auguſti nomen accepit: quod primò tantum aduerſatus eſt, vt affirmaret ſeco die, quamuis præcipua ſolemniſtas eſſet, eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi Pontificis conſilium præſcire potuiſſet.]

Eadem cum ſuperioribus referunt Ado temporibus hiſ vicinus in chronico ſuo ætate 6. Rhegino lib. 11. anno octingentefimo primo.

Secundo loco hæc clariora ſiunt, quia poſtquam Iuſtinianus Romam recepit è manibus Gotthorum, nullus Romæ Senatus fuit, quòd omnes Senatores quicumque iis temporibus erant, & Vitige & Theia Gotthorum Regibus interfeſti fuiſſent, locumque Senatus tenebat Pontifex Romanus cura ſuo clero, ita vt illi ius eſſet recipere, aut reicere imagines Imperatoris electi in Oriente, ac proinde electum vel admittere, vel reſpuere. id liquet è cap. 1. lib. 11. epistolarum ſancti Gregorij, & ex iis quæ nos latè recitauimus lib. 10. cap. 13. ſigno XLII. de liberalitate. Quin Papa cunctas propè res auctoritate ſua in Occidente adminiſtrabat, vt aperuimus ibidem.

B Tertio, quòd vbi res exegit, Pontifex Romanus noluit admittere in Occidente electos Imperatores, ipſos imaginesque ipſorum non accipiendas decreuit, Occidentemque auertit ab ipſorum obedientia. Conſtantine enim Papa anno ſeptingentefimo decimo ſecundo imaginem Philippici Iconomachi Imperatoris Romæ vetuit admitti, aut ipſum pro Imperatore haberi. ſic enim Paulus Diaconus, qui temporibus hiſ proximus fuit lib. 6. cap. 11. Quapropter ſtatuit cum Papa populus Romanus, ne nomen Imperatoris hæretici, aut chartas, aut figuram ſolidi, ſeu numiſmatis ſuſciperent. Vnde nec effigies eius in Eccleſia introducta eſt, nec nomen ad Miſſarum ſolemnia prolatum.] Gregorius autem

C Secundus Leoni Iconomacho Imperium in Occidente abrogauit, omniaque iura ademit. ſic enim Miſcellæ auctor lib. 21. Pollebat Germanus ceu contra beſtias pugnas aduerſus Pheronymum hunc Leonem, & fautores eius, in ſeniori verò Roma Gregorius ſanctiſſimus vir Apoſtolicus, & Petri Apoſtolorum principis confeſſor verbo & actu coruſcus, qui remouit Romam, & Italiam, nec non & omnia tam Reipublicæ quam Eccleſiaſtica iura in Heſperis ab obedientia Leonis, & Imperij ſub ipſo cõſtituti.] & Zonaras tom. 3. in vita Leonis, Qua de cauſa, inquit, Gregorius, qui tum Romæ veteris Eccleſiam gubernabat, repudiata ſocietate præſidis nouæ Romæ, nec non eorum qui illum ſequerentur, illos vnà cum Imperatore ſynodico anathemate obſtrinxit, & vectigalia quæ ad id uſque tempus Imperio inde pendebantur, inhiuit.] hæc ille. Hinc factum, vt Romani Pontificis poteſtati cuncta ad vrbes Romanæ gubernationem dominatumque ſpectantia ex hoc tempore fuerint commiſſa omnino, & ſubiecta, vt aperuimus libro decimo ſeptimo ſigno ſeptuageſimo ſexto de admiranda progreſſione ſacræ poteſtatis, capite quinto. ob id etiã Romani Pontificis erat conferre patriciatuſ Romani dignitatem, quæ ſuprema erat poſt Imperatoriam, quòd pater Imperatoris exiſtimaretur, quicumque illam conſecutus fuiſſet, & in Senatum Romanum deligeretur, vt habetur in formula patriciatuſ apud Caſſiodorum lib. 5. formula 2. & in inſtitutionibus Iuſtiniani titulo 12. lib. 1. Hinc Hadrianus Primus Carolum Magnum patricium creauit.

D Quarto. Quocirca translata in Pontificem Romanum Romani Imperij poteſtate & diuino, quòd illi ſemper adfuit, & humano etiam iure; cum Leo Tertius Carolum Magnum voluit eſſe Imperatorem, ſic in effectu apparuit id totum ſpectare ad Papam dumtaxat, non etiam ad populum Romanum, vel quemuis alium, vt quamuis Romani ſæpiùs conati ſint extorquere à Papa, vt quem vellent ipſi, faceret Imperatorem, numquam tamen potuerunt id aſſequi: quòd nos aperuimus ſigno octuageſimo primo de cura Papæ in tuendis Catholicis lib. 19. cap. 4. Quin aliquando conati ſunt aliis perſuadere, vt ab ipſis acciperent hanc poteſtatem, non à Pontifice, neque tamen, quòd cupiebant, ſortiri potuerunt, cum notiſſimum cunctis foret, id totum pertinere omnino ad Papam. Refert enim Ottho Friſingenſis lib. 2. de geſtibus Friderici I. cap. 21. Romanos perſuadere id conatos Friderico Primo, qui reſpuit ac deriſit eorum poſtulata, & à Papa voluit eligi, & coronari Imperator. Hinc Germani Reges cum non poſſent à vero Pontifice, quicum diſſentirent, accipere hanc dignitatem, pleudopontifices ipſi creabant: quòd egit Ludouicus Bauarus, cum Romæ coronatus eſt à Petro Corbarienſi. Adde ſæpè à Papis vocatos Germaniæ Reges Romam ad accipiendam Imperij dignitatem, cum diſſentirent à Romanis, & ad Romanos coercendos, ac puniendos.



Quinto. Sic autem id totum pertinet omnino ad Papam, ut nisi is olim manu sua Imperatoriam coronam capiti Regis imposuisset, is neque Imperator absolute, neque electus Imperator vocaretur. Hinc tam Gallici, quam Italici, & Germanici sanguinis Imperatores olim singuli Romam petebant, ut ab ipso Pontifice coronarentur. id est Luitprando, Reginone, Haimoino, & Hermanno Contraeto scriptoribus priscis apparet, qui nullum vocant Imperatorem, nisi ex quo Papa illum coronauit, solum vocant Regem. Hinc etiam videmus ab istis diuersos notari annos regni seu Gallici, siue Italici, aut Germanici, ab annis Imperij aut patriciatu in eorum litteris ac diplomatibus; quod scilicet, quamuis essent Reges Germaniæ aut alterius regionis, non tamen essent vilo modo Imperatores. Verbi gratia Aimoinus lib. 5. cap. 1. refert litteras quasdam Caroli, datas VI. Kalend. Aprilis anno vndecimo regni nostri, & quinto patriciatu. mox alias datas Nonis Nouemb. anno decimo nono regni nostri, & patriciatu decimo tertio. Sigonius refert lib. 8. de regno Italiæ Conradi Imperatoris diploma, in cuius fine est: Anno D. Conradi Regis XIV. Imperatoris XII. actum Colonia. ] & aliud Henrici, in quo legitur, Anno autem D. Henrici Tertij Regis, Imperatoris Secundi, ordinationis eius vigesimo, regni quidem decimo, Imperij autem tertio. Actum Gollariæ. ] similia leges aliqua apud alios referentes diplomata aut litteras Imperatorum.

Sexto. Hinc multi Germaniæ Reges fuerunt, qui neque se ipsos Imperatores vocarunt, neque vel à suis, vel ab aliis vocati fuerunt. talis fuit, viuentis Lothario Primo Imperatore Ludouici Pij filio, Ludouicus Rex Germaniæ: & Carolo Caluo, filij Ludouici partiti sunt inter se Germaniæ regiones Regum titulo, ut inter alios refert Ortho Frisingensis lib. 6. cap. 6. Eodem modo Ludouicus & Zuendebaldus Arnolphi filij numquam se Imperatores appellarunt, similiter neque Conradus, & Henricus Auceps. Hic vero ut est auctor Vuitichindus Saxo, qui temporibus his viuebat, libro primo gestorum Saxoniorum, cum ei (hæc sunt verba Vuitichindi) offerretur vinctio cum diademate à summo Pontifice, qui eo tempore Herigerus erat, non spreuit, nec tamen suscepit: Satis, inquiens, mihi est, ut præ meis maioribus Rex dicar, & designer diuina annuente gratia, ac vestra pietate: penes meliores verò nobis vinctio, & diadema sit. tanto honore nos indignos arbitramur. ] hæc scriptor Saxonicus de Henrico patre Otthonis Primi æquali suo. eadem referunt Vrspergensis, & Cranzius, ille anno nongentesimo vigesimo, hic lib. 3. Saxoniam capite secundo. Ob hæc tres Imperatorum successiones eiusdem nominis habemus, Henricorum, Conradorum, Ludouicorum, qui in diplomatibus sui nominis Imperatores à se numero distinguunt, ac prætereunt quicumque fuerunt ante ipsos Germaniæ Reges, neque tamen eos faciunt Imperatores, quòd à Papa talem dignitatem non accepissent: Henricus enim sanctus se primum nominat Imperatorem, & ita nominatur ab aliis, & eximit Henricum Aucupem: illius consuetudinem sequuntur sex alij Imperatores, singuli prætereunt illum Germaniæ Regem primum. similiter habuimus Conradum Imperatorem primum, qui se primum dicit Imperatorem, successitque Henrico sancto, & fuit Germaniæ Rex eius nominis secundus, & tamen se vocat Imperatorem Primum: de illo inter alios Ortho libro sexto, capite vigesimo octauo, & vigesimo nono. Idem tertio loco dicimus de Ludouicis, qui numerantur quinque, nisi velimus eximere Bauarum: & hi cum numerum nomini suo adscribunt, de medio tollunt duos Ludouicos, qui ante ipsos Germaniam Regis solo titulo potiti, Ludouicum Ludouici Primi Imperatoris filium, & Ludouicum Arnulphi. Sic igitur decem Imperatores, nimirum septem Henrici, vnus Conradus, duoque Ludouici, qui fuerunt omnes Imperatores, ac Germaniæ Reges, testantur Romani Pontificis esse adscribere & annuere Imperatoribus Germaniæ Reges. Henricorum porro sepulchra Spiræ aiunt inuisi, iisque signatos esse numeros Imperatorum ut dicimus ex ipsis primis temporibus, ut iam lapides ipsi hanc veritatem clament, ac testificentur.

Septimo loco sit illud, quod rem, de qua agimus propius attingit, Otthonem Primum Germaniæ Regem à Pontifice Romano Ioanne Duodecimo primum similiter inter Germaniæ Reges fuisse Imperatorem creatum. sic enim Luitprandus Ticinensis lib. 6. cap. 6. Romam veniens (Ortho Primus) miro ornatu miroque apparatu susceptus ab eodẽ summo Pontifice & vniuersali Papa Ioane vinctioem suscepit Imperij. ] eadem tradit Regino lib. 2. anno nongentesimo sexagesimo secundo, Scotus. Lambertus Schafnaburgensis, Sigibertus, qui dissentit in annorum numero ab alijs, & dcccc. lxxi. notat, Ortho-

Fri-

A Frisingensis lib. 6. cap. 22. Vrspergensis, Iacobus Vuymphelingius, Nauclerus ceterique omnes Germanicarum rerum scriptores, quorum verba adducit proprio in hanc rem libro Robertus Bellarminius.

Postremo possunt illa adduci, quæ signo de cura Papæ in Catholicis tuendis octuagesimo primo, lib. 19. cap. 4. 5. & 6. & signo de admiranda progressionem sacre potestatis septuagesimo sexto, cap. 4. lib. 17. explicauimus: nimirum à Pontifice Romano hanc dignitatem Occidenti restitutam, Regesque, maximos & Imperatores Orientis ab illo sibi eam dari multis modis contendisse, euectos, ac deiectos ab ipso Imperatores, Deumque. maxime euentis Romani Pontificis voluntatem & auctoritatem consignasse, ratamque habuisse; ut cuncti nimirum hoc à Pontifice Romano pendere intelligerent.

Sic igitur Septentrioni Germaniæque. obuenerit tanta maiestas à Papa, idque. proximè Deo cuncta hæc disponente. Sic etiam regia dignitas ab eodem collata Hungariæ, Poloniæ, Angliæ, Scotiæque. Regibus, ut signo septuagesimo sexto aperuimus, neque abnegata Bohemiæ, Daniæ, Suetiæque. ad quorum dignitatem facit in Septentrione non Germaniæ dumtaxat Regi fuisse aliquando subiectos, sed qui Rex quidem Germaniæ sit, amplius autem Pontificia auctoritate Imperator.

TANTA IMPERII DIUTURNITAS. ] Hoc etiam bonum Germaniæ contigit ex quo Papæ auctoritatem sequitur, ut in ea tanto tempore constiterit Imperatoria celsitudo. Romæ permanit vsque ad annum quadringentesimum septuagesimum sextum, cum prius incepisset in Augusto annis xl. i. qui adiuncti superioribus conficiunt d. xvi. i. In Gallicis Regibus ab anno octingentesimo, vel octingentesimo primo, vsque ad Carolum Caluum, qui defunctus est dcccc. lxxv. i. per annos lxxvi. vel lxxv. i. quamuis postea anno dccc. cx. Ludouicus Prouinciæ Rex à Benedicto Sexto creatus fuerit Imperator, sed sequenti captus ac necatus est à Berengario Rege. Rursus in Italicis Regibus hæc dignitas permanit euecto ad illam Berengario, ab anno octingentesimo octuagesimo octauo, vsque ad dcccc. xxxi. i. per annos xxxv. sed in Germanicis ab anno dcccc. lxxi. vsque ad hanc ætatem: ita ut post Græcos Germani soli tanta tantæ maiestatis diuturnitate merito gloriari possint.

TOT IMPERATORES INDIGENAE. ] Non tamen hoc bono, quod non in minimis inter humana reputatur, Græci poterunt se gloriari, quòd Imperatores semper indigenas sint illi fortiti, quemadmodum Germanis accidit, inter quos sui semper sanguinis Imperatores sunt rerum potiti. Nam & Comitatus, siue Ducatus Lutzelburgensis, è quo fuit Henricus VII. Germaniæ secundæ attribuitur. Quis verò hoc neget ad amplitudinem dignitatis, ac nominis pertinere?

TOT IMPERATORES EX EISDEM FAMILIIS IN EANDEM CONSANGVINITATEM COEVNTIBVS. ] Illud etiam spectat ad comparandum decus, ex eisdem familiis in eandem conuenientibus consanguinitate tot Imperatores in lucem dedisse: quod alijs non euenisse ostendimus signo de felici posteritate Catholicorum xc. i. cap. 5. lib. 21. & de infelici alienorum. Igitur non modò habet Germania, postquam Papæ obedit, Imperatores, sed ex eisdem familijs tot habet in eandem cognationem coherentibus, ut id maxime mirandum cunctis videri possit.

TANTA DIUTURNITAS IN TANTA AMPLITVDINE REGIONVM, AC REGIONVM. ] Græcis diuturnior fuit Imperatoria potestas: desijt namque illis anno m. cccc. lxxi. incepit ccc. xxx. durauit annos m. cxxiii. non tamen ijs fuit tanta ac tam diu simul regnorum regionumque amplitudo. nam supra Danubium nihil diu possedere, post annum septingentesimum nihil in Africa, Illyrio, & Panonijs, ut è Zonara liquet, post millesimum & quinquagesimum nihil in Asia, nisi quod postea per nostros in expeditione sacra recuperarunt. In Europa sanè numquam post Imperij Occidentalis casum tantum tenuere, quantum Germanici Imperatores; quibus, ut apparet, tributa pendebant Hungariæ, Poloniæ, Daniæ, Bohemiæque. Reges; Germaniæ, quanta quanta est, totam possedere, Italiæ feudorum nomine maximam partem, & Galliciæ Belgicæ non paruum per annos sexcentos ac plures. Ut ut res sit, (demus enim Græcos hac in re præstare) Germanis certè quidem numquam fuit tanta amplitudo Imperij, quanta ex quo Papis obsequuntur.

E TOT IMPERATORIBVS TAM PAVCI OCCISI. ] Explicauimus signo LIII. de intestinis alienorum cadibus lib. 12. & de pietate xxxv. i. lib. decimo, cap. 2. De Sig. Tom. 2. Sf 3 quam

CLIX.

CLX.

CLXI.

CLXII.

CLXIII.

quàm fuerint inter se efferi antiqui Reges, & alieni à nobis, in quibus hæretici numerantur similiter signo de felici Catholicorum posteritate XCIII. & infelici alienorum XCVIII. quot ex Imperatoribus antiquis & hæreticis fuerint occisi, quot è nostris; dilucidumque fecimus paucissimos è nostris, plurimos ex alienis, si comparentur nostris, fuisse vi extrinsecus illata peremptos. & hoc igitur bonum contigit Septentrioni, ex quo auctoritatem Pontificiam colit.

**CLXIV.** TAM PAVCI DEIECTI AB IMPERATORIA REGIAQVE POTESTATE. ] Suprà libro 20. cap. 8. signo de felici exitu Regum Catholicorum ostendimus quot ex Imperatoribus Constantinopolitanis hæretici fuerint occisi, quot Imperio spoliati: è Germanis Imperatoribus hi solum sunt folio deiecti, Carolus Crassus, Attaulphus, Venceslaus, Henricus III. Ottho IV. Fridericus II. ex quo Germania cœpit post obitum Ludouici Pij Imperatoris habere vnum Regem, qui fuit eius filius Ludouicus. iniiit ille regnū, vt quidam volunt, anno octingentesimo quadragesimo. Stetit itaque Germanicum regnum hucusque annos septingentos quinquaginta & vnum, ac sex dumtaxat Imperatores Imperatoria dignitate spoliati, quamuis Fridericus II. eam vi retinere sit conatus, neque spe sit ille omnino deiectus. At in Constantinopolitano Italicoque longè fecus accidisse scimus. Nam, quod ostendimus signo de intestinis alienorum cædibus LIII. libro duodecimo, Romani Imperatores cuncti vsque ad Constantinum, demptis septem, sunt interfecti per eos plerumque, qui post illos inuaserunt Imperium; similiter è Constantinopolitanis octuaginta septem, vt aliqui recensent, occisi, aut alioquin Imperio spoliati sunt quadraginta per eos, qui arripere Imperium sunt machinati, quod signo de felici exitu Catholicorum Regum LXXXIX. lib. 20. à nobis est explicatum. & hoc igitur bonum Germaniæ contigit, ex quo Papam colit.

**CLXV.** REX VNVS GERMANIÆ TOTIVS. ] Priscis temporibus vni Regi subiectam fuisse Germaniam totam non legimus, nisi forsàn Atilæ, vt videtur innuere Iornandes libro de rebus Geticis. at postquam Pontificias leges amplecti cœpit, vni semper obediuit, excepto illo tempore quo Carolomannus, Ludouicus, ac Lotharius filij Ludouici Regis, & ex hoc nepotes Ludouici Pij Imperatoris illam sunt inter se partiti, quod tamè non diu fuit. Post hæc reliqui Germaniæ principes vni paruerunt omni tempore: id si quis neget esse bonum, facilè sic esse cognoscet, si secum reputet an bonum sit vnum corpus in plura membra dissecari. Quod autem dicimus de Germania, dici ferè potest de Dania, Suecia, Polonia, Bohemia nobilissimis regnis.

**CLXVI.** OMNIVM LATISSIME REGNANS IMPERATOR. ] Ad laudem præterea Germaniæ maximam facit, quod habuerit Imperatorem, qui latissimè omnium, quicumque ab orbe condito fuerint vmquam, regnarit. is est Carolus Quintus, qui non modò Italiæ magnam & optimam partem, Germaniæ totius latissimos tractus, Belgiū, Burgundiam, Hispanias, sed amplissimas Occidentalium Indiarum regiones Imperio continuit; ita vt ab orbis fabricatione non exstiterit vllus Imperator, aut etiam Rex vsque ad ipsum, qui tam latè fuerit dominatus. & hoc igitur bono Germania se iactabit, ex quo Pape studet.

**CLXVII.** FAMILIÆ REGVM LATISSIME DOMINANTIVM. ] Hinc Austriaca gens est propagata, ex eaque Reges prodierunt, qui latissimè adhuc dominantur, ita vt orbis propè tertiam partem suo iuri subiecerint. Talis enim religionis Catholicæ decus immortalis filius Caroli Quinti Philippus Secundus, cui felicissimam longissimamque vitam largiri Deus omnia diuinitus in eum cælestia dona largissimè profundens dignetur.

**CLXVIII.** REGIARVM GENTIVM LONGÆ SVCCESIONES. ] Cùm verò toti Septentrioni haud fuerint per tot annorum millia, quæ numeramus, exacta à mudi exordio vllæ regiarum familiarum satis longæ successiones; an non hoc maximo inter humana bono poterit iure gloriari, quod ex quo Pontificias leges est amplexatus, Bohemicos, Hungaricos, Polonicos, Danicos, Suecos, Noruegicenses, Scotos, Anglos, Germanicosque Reges potest nominare, quorum maiores ex eadem cognatione semper eandem potestatem sint adepti: quod ita esse, nos explicauimus signo de felici posteritate Regum Catholicorum libro superiori.

**CLXIX.** TOT TANTIQ. REGES IN VNAM CONSANGVINITATEM COEVNTES. ] Hoc verò est longè admirabilissimum, & quò videatur etiam respicere versiculus

**A** lus ille David: Ecce Reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnum. ] tot scilicet, tantisque Reges siue Germaniæ, siue totius Septentrionis conuenisse in vnā consanguinitatem, cui cohæreant etiam reliquæ Europæ Reges, Imperatores Orientis, & Occidentis, principesque maximi, ac Reges, qui potētissimos in Africa & Asia principatus sunt potiti. Id certè per tot annorum millia ante Christi doctrinam inter Aquilonares disseminatam non modò Germaniæ ac Septentrioni haud acciderat, sed neque totius terrarum orbis vlli parti: quod euenisse tamen Catholicis Regibus, vt coierint in vnā cognationem, dum inseritur alteri altera, aliaque deriuatur ab aliis, & hæc illi adglutinatur, & inter se inuicem cunctæ progressu temporis connectuntur, superiori libro fuit à nobis abundè explicatum.

**IMPERATORIAE FAMILIÆ.]** Neque illud est à nobis omittendum, exstare in Germania tot Imperatorias familias non ignobiles, sed quæ cum maximo decore, suisque status amplitudine nobilissimis ditionibus præsent; ita vt ab antiquis meritò, quicūque ex illis existit ætate nostra, potētissimi Reges vocati fuisset, & adhuc vocatètur ab externis nationibus, inter quas supremi gradus nomina, quale est inter nos Regis, communicatur quibuslibet principibus, quibus vrbs paulo nobilior, aut etiam quandoque inter aliquos mediocri obediat. Id autem neque Græciæ contigisse, neque Italiæ, quamdiu sortitæ sunt istæ Imperatorias potestates, nemo est qui ignoret.

**IMPERATORES CVNCTI IN VNAM COGNATIONEM CONNEXI.]** Cui meritò subiicietur & illud, singulos, qui fuerint in Germania Imperatores, aut sobolè reliquisse, ex qua liberi qualitercumque exstent, aut eos prognatos ex aliqua gente, quæ sit inserta in aliquam Imperatoriam familiam; ita vt etiam singuli coeant ad extremum, cohæreantque in vnā consanguinitatem, dum vel alius Imperator ab alio exoritur, vel ab eius liberis, siue sint illi mares, siue feminae, vel ab iis habet ortum, qui ciere possint aliquem è suis maioribus Imperatorem, donec ad extremum cuncti cohæreant in vnus consanguinitatis nexum. Hæc patent è superiori libro. Id autem neque Italiæ contigit, neque Græciæ, quamdiu nactæ sunt illæ in suo solo confidentem Imperatoriæ maiestatis splendorem. Pertinere verò ad humana bona cuncti norunt, qui vident mortales propè singulos, qui coniugio sint alligati, id cõtendere, vt vel ex ipsis superstes sit aliqua soboles, vel è sua consanguinitate, cui velint etiam maximam, quantum fieri potest, esse coniunctam dignitatem. Hoc autè voto, in quo bonum ponitur, quod homines appetât, nemo ex Imperatoribus Germanis est frustratus, vt libro superiori est explicatum. Et hoc igitur bonum Germania suæ felicitati adscribet, ex quo Papis obedire cœpit.

**FAMILIÆ PRINCIPVM TAMDIV CONSERVATÆ.]** Eiusdem porrò argumenti est, tot tantorumque principum, quorum maiores factis egregiis sint illustres, familias ingenti cum decore fuisse conseruatas, & adhuc post multa sæcula conseruari in toto Septentrione: quod Germania ac Septentrioni prius nullo modo poterat contingere ob migrationes variarum gentium frequentes, populorumque strages, & excisiones, quas supra singulis ætatibus obtigisse dilucidè explicauimus. Quæ verò sint hæc, qui volet cognoscere, legat Vuolfangum Lazium de gētium migrationibus, ac discet genealogias principum Germanicorum Borealiumque vetustissimas, legat Cromerij historias de rebus Polonicis, Bonfinij de Hungaricis, Saxonis de Danicis, Ioannis Magni de Sueticis, Crätzij Dania, Noruegiam, Vandaliæ, Sueciam: persecutus est hæc etiam latè in sua Geographia quidam damnati nominis scriptor. Atque hæc sanè Septentrioni non acciderant, antequam Pontifici pareret.

**ORDO NOBILITATIS DISTINCTVS.]** Sed quando nihil deformius confusione, nihil indecentius iis rebus, inter quas nullus est ordo, vt meritò dictum sit de locis inferis, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, Job id in Septentrione videas ordinem nobilitatis esse in primis distinctum, suumque locum cuiuslibet adsignatum. quod sciet, qui confessus publicos in eorum conuentibus vniuersalibus, quos vocant Diætas, fuerit contemplatus. Qua in re non erit proposito dissonum recitare quod egit Fridericus Imperator, recitatque Choniatas, cùm potētissimis copiis instructus in Græciam peruenisset, & Isaacius Angelus Imperator insolentius eius legatos cognatosque tractasset, ac mox ipse ad Fridericum nuncios misisset, & ipsos (hæc sunt Choniatae verba) sibi adfidere iussit: nec ministros, coquos, & equifones eorum astare passus est. Qui cùm decere negarent, vt ministri Regi maximo adfiderent, satis esse, quod suis dominis honos is haberetur, nõ destitit,

definit: sed inuitos etiam illis adfidere coëgit: quo facto Romanos (sic ille Græcos semper appellat) subannabat: & innuebat eos neque virtutis, neque generis habere rationē: sed vt subulci porcos omnes siue pingues, & pretij maioris, siue macilentos in eandem harā compellerent, ita Romanis etiam sine discrimine quofuis aditare oportere.] hæc ille.

CLXXIV.

**NOBILITAS FAMILIARVM SPARSA IN ITALIA AC MVLTIS ALIIS LOCIS.**] Neque minimæ illud laudi Germania ac Septentrio sibi ducet, quod multæ familiæ, quæ magnum nobilitatis gradum tenent, per Italiam, Galliam, Hispaniam, Britanniasque sint sparſæ. In Italia quidem pleræque insigniores familiæ principum sunt à Germania deductæ; quod liquet è libro Francisci Sansouini, quæ de nobilibus Italiæ gentibus composuit. In Galliis Hugonis Capeti posteros è Saxonia volunt aliqui profectos, vt libro superiori diximus. Northmānos est in confesso è Noruegia profectos, ex his præclarissimæ adhuc in Northmannia familiæ vigent. Francos aliqui volunt è Germania deductos, negant id alij. De Anglis nemo est qui dubitet è Germania, in Germaniam verò è Scandinauia, quod supra explicauimus, appulisse. Visigothi in Hispanias è Gotthia uenerūt, & quamuis eorum tota propè nobilitas fuerit extincta, cum Rodericus fuit à Saracenis cū suo exercitu fusus & occisus, aliqui tamen superstites fuerunt. Nullis tamen in regionibus Germaniæ & Scandinauia nobilitas ita confedit, ac permanſit, vt in Italia, tū propter Germanos ipsos, tum propter Longobardos, ac Northmannos. Illud autem non prætereundum; illarum dumtaxat nationum, quæ Pontifici Romani doctrinam sunt secutæ, superfuisse nobiles familias. Nam scimus Vandalos ad interuentionem cæsos à Belisario, Ostrogothos tū ab hoc, tum à Narſete, quod è Procopio liquet, Visigothos à Saracenis & Mahometanis: ita vt soli Angli, Franci, Germani, Northmāni que nobilitatem suarum gentium superstitem in Anglia, Gallia, & Italia, Pontificis Romani obedientiæ debeant acceptam. Nunc igitur ad alia tranſeamus.

*Bona pertinentia ad prudentiam ciuilem, iustitiam, & temperantiam. Cap. I X.*

CLXXV.



**IVRIS PRVDENTIA RESTITVTA PER GERMANOS REGES.**] Conuenit optimè institutis ciuitatibus, quod tradidit in Politicis Aristoteles, vt quàm paucissima & minima committantur arbitrio, liberaque iudicium potestati. Vix enim fieri potest, vt in re præſenti sensus hominis ac mens haud moueantur aliqua perturbatione, quam vel gratia vel indignatio concitarit. Quocirca scriptis legibus gubernari cæsus hominum, cunctasque iis res, quantum fieri potest, diffiniri, id maximè facit ad optimum statum. Et Christianis quidem in iis, quæ pertinet ad vitia & virtutes, pro lege fuit, quodcumque spectans ad informandos mores, instituendosque illis homines, vel in lege veteri scriptum fuit, vel in noua. In aliis quicumque cæsus hominum subiecti erant Imperio Romano, quamdiu stetit illud, Romanis legibus regebantur; post illius autè casum variis Regum cōstitutionibus in iis terris, quas diuersi Reges occuparunt, vt Hispaniis, Galliis, Britanniaque. Sed postquam Longobardi magnam partem Italiæ inuaserunt, desertum est è legibus Romanis sententias ferri: quin leges ipsæ nullibi propè reperiabantur scriptæ. donec anno, vt notant, m.c. xxxvii. Lotharius Imperator Amalphi capta Pandectas Iuris inuenit, & ex eo quæstiones emergentes terminari iussit. Cumque ad continendos homines in officio, prohibendas iniurias, rixas amputandas, optimum cunctis sit visum dicius ex illis; in mores est inductum, vt cunstæ lites ex earum legum præscripto deciderentur. Laus igitur hæc Imperatoribus Germanis, ex quo Papæ obediunt, omnino debetur, vt legibus Romanis, quæ prudentissimis uiribus visæ sunt semper optimæ, uiuamus. Sed huic succedit aliud bonum.

CLXXVI.

**IVRIS PRVDENTIA TOTI FERE ORBI CATHOLICO RESTITVTA.**] Neque verò hoc bonum confinibus angustis regionum continetur: non modò namque Italia & Germania legibus hæc utitur, sed Gallia, Hispania, latissimæque Indiarum Occidentalium & Orientalium regiones; ita vt multo amplioribus nunc spatiis locorum iudicatur ex antiquis Romanorum constitutionibus, quamuis aliqua sint in iis correctæ ab æquitate Christiana, quàm cum stabat Imperium Romanum. & hæc igitur laus est Lotharij Germaniæ Regis, atque Imperatoris optimi, ac fortissimi simul.

IVRA

**IVRA FEVDORVM SANCITA.**] Hæc leges feudorum, quibus nunc totus orbis Catholicus utitur priscis erant ignotæ, sunt verò inductæ à Regibus Germanis, ac Borealis libus, per easque æquabile quoddam ius est sancitum inter supremos Reges, ac Principes, cum minoribus subiectisque proceribus, quibus aliqua sit in certis homines vel iurisdictione, vel imperium. Earum porrò incredibilis est utilitas, quod scilicet ex eis fiat, ne summi principes nimium sibi blandiantur, & indulgeant in ditionibus quibuslibet distribuentis, sed habeant necesse legibus obsequi, quas tollere non est eis facile, quod subiectorum procerum soleant esse maximæ opes, ac vires, aduersus quas per iniuriam vel arbitrium quoddam volubile non est tutum Regibus ac principibus summis aliquid moliri, ita vt dici possit, per huiusmodi feudorum decreta priscis incognita, esse inductam quamdam temperationem principatus, qui est vnus, & optimatum; ex qua fit, vt si quid ex vnus dominatione malignitatis exoriri possit, id totum coerceatur ex eiusmodi temperatione, ne foras se det, aut fibras agat. Hæc verò feudorum leges editæ sunt; ex quo Papæ obediunt Septentrionales.

**IVRA FEVDORVM A TOTO ORBE CATHOLICO RECEPТА.**] Vix præterea cunctis tanta in feudorum constitutionibus recipiendis ac stabiliendis utilitas, vt multo pluribus in locis sint illæ admittæ, & moribus vsuque corroboratæ, quàm Romanorum ius ciuile. In Angliæ namque, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæque latissimis regnis feudorum leges sunt receptæ. Obseruandumque nobis maximè illud videretur, post hæc leges feudorum receptas regna magis valuisse aduersus externos hostes; neque Septentrionem vel Europæ terras Catholicæ religioni addictas adeò patuisse barbaricis irruptionibus, vel hostilibus incursionibus, ea de causa, quod cum proceres, quos nominamus Duces, Marchiones, Comites, Barones, Dominos, habeant multa oppida, & castra, quæ sint ipsorum propria, magis ob id ea munierunt, & amplificauerunt, quantum fieri poterat, quàm si non ipsorum propria fuissent; cum natura videamus ita comparatum, & in more positum, vt quiuis vigilantior sit ad sua, quàm ad aliena. atque hoc, quod nunc dixi, obseruauit Irenicus, ac damnatè nominis Geographus, quorum verba supra recitauimus, cum de Vibium Borealiū adificatione verba fecimus. Et hoc itaque bono gloriabitur Germania; ex quo Papæ studet.

**TAM PAVCI IMPERATORES AC REGES FLAGITIORI.**] Quod si nos velimus Septentrionalium res non generatim, sed speciatim magis perpendere, atque examinare, & singulos Reges regni cuiusuis à nobis alieni comparare cum singulis Regibus nostræ religionis, qui ex Ecclesia nostra fuerunt inter Boreales gentes; certissimò cognoscemus, aut minus flagitiosos nostros in vniuersum, aut certè magis ad omne virtutis genus institutos; quod palam fiet, si nos legerimus signum de pietate trigessimū octauū, aut de impunitate alienorum quinquagesimum primum cum sequentibus libri duodecimi.

**TAM PAVCI EFFOEMINATI.**] Ex iisdem signis apparebit nostros minus effoeminatos fuisse, ac minus intemperantes, quod etiam constabit è signo de temperantia quadragesimo sexto libro vndecimo.

**TAM PAVCI VEL SCHISMATICI, VEL HAERETICI.**] Similiter pauci è Germanis Imperatoribus, aut etiam Regibus Aquilonis, si comparentur aliarum regionum Regibus, aut Imperatoribus Constantinopolis vel hæretici, vel schismatici fuerunt; quod ex iisdem signis nobis liquere potest.

**TAM PAVCI QUI PER SEDITIONES INVASERINT IMPERIVM.**] Eodem modo paucissimi respectu alienorum fuere, qui per seditiones, occiso, aut expulso superiore aut Rege, aut Imperatore, inuaserint eorum locum; quæ colliguntur ex iisdem signis.

**NULLVS IMPERATOR SEDE DEIECTVS, NISI DE COMMUNI PRINCIPVM DECRETO.**] Quin illud est admirabile, nullum in Germania spoliatum fuisse Imperatoris potestate, aut dignitate, nisi de communi publicoque principum decreto, quod prius fuerit sancitum. sic exutus Carolus Crassus, Henricus Tertius, Ottho Quartus, Fridericus Secundus, Attaulphus, Venceslaus. Hoc autem longè admirandum, post tot sæcula, annos nempe septingentos & quinquaginta plus minus, nullum Germaniæ Regem fuisse deiectum solio, nisi sententia communi accedente, cum tamen plerique omnes Romani Imperatores vsque ad Constantinum post obitum Neronis, sæpius interfecto ab ipsis successoribus Imperatore fuerint Imperiū per militarem vim consecuti: quod accidit etiam pluribus in Imperio Constantinopolitano, vt aperuimus signis supra

prā adductis, & patet è Zonara, Choniata, Gregora, & Chalcocondila scriptoribus A  
Græcis.

CLXXXV. IN EADEM FAMILIA SEMPER IMPERIVM CONSERVATVM, QVAM-  
DIV FVIT ALIQVIS APTVS. ] Ob id videmus ab electoribus semper, aut etiam  
plerumq; quod in rebus humanis ac mutabilitati subiectis est respiciendum, fuisse ex ea-  
dem familia delectum successorem, si quidem fuisset aptus aliquis ex illa. Quocirca quā-  
diu superstes fuit aliquis è Caroli prole, nemo extraneus adscitus. Post eam devenit re-  
gnum ad Saxonicos, in ijsq; permansit vsque ad Henricum II. Regem, & Imperatorem I.  
deinde ad Gibellinos, ac Sueuos, postea ad Austriacos, & Lutzelburgēses, quibus quo-  
ad agnationem extinctis in Austriacis Imperium confedit. Ceteri his interiecti & pau-  
ci fuerunt, & quo tempore ex eadem familia incertum videbatur, an ad eō idoneus re-  
periretur.

CLXXXVI. TAM CONCORS ELECTIO IMPERATORIS ET REGVM. ] Quamobrē  
si vel antiquas electiones Regum in Septentrione, quorum memoria peruenit ad no-  
stros, vel aliorum siue Imperatorum, siue Regum, quicumque eueherentur ad regiam po-  
testatem iure electionis, spectemus; competissimum nobis fiet, electiones Borealium, ex  
quo Pontificibus Romanis adherent, maximè omnium concordēs esse. id apparet è signo  
de magnitudine animi quadragesimo quarto, lib. I. & de summa pace Catholicorum xc.  
lib. 20. cap. 10.

CLXXXVII. ELECTIO TAM LEGITIMA IMPERATORVM, ET REGVM. ] Sicut au-  
tem fuerunt electiones hæ maximè concordēs, sic etiam maximè legitimæ fue-  
runt, quod nimirum non fuerint per vim manumq; militarem superiores occisi ab ijs, qui  
regnum conarentur arripere tam crebrō, vt in ceteris regnis, quod non tam flagitiosi eue-  
herentur, & qui plerumq; possent hæreditarijs opibus ingenioq; & industria ciuili & bel-  
lica tueri tanti Imperij, aut etiam regni dignitatem; quod è signis, quæ suprā attulimus,  
apparet.

CLXXXVIII. TOT CIVITATES PROPRII CVIVSDAM IVRIS, AC LIBERTATIS. ]  
Accedit ad bona superiora, quod in Septentrione tot sunt ciuitates proprii cuiusdam iu-  
ris, ac libertatis, vt non tot olim populi fuerint in ea, quot nunc vrbes huiusmodi, præter  
illas, quæ Principibus suis subijciuntur. Ex his verò liberis vrbeb; quas Imperiales voc-  
cant; nonnullæ Imperatorem tamquam Dominum quemdam venerantur, quædam nihil  
eius quidem iussa morantur, in necessitatibus tamen Imperij haud solent deesse; & hæ po-  
tissimum sunt fœderatæ vrbes Helueticorum. Quæ verò vocantur Imperiales hæ sunt:

Aquisgranum	Erdfordia
Alen.	Estingen
Antuerpia. sed hæc proprio nunc domino parat	Francfordia ad Moganum
Argentina	Francfordia ad Oderam
Augusta	Fridberg in Verderoia
Basilea	Friburgum in Brisogia
Berna	Gelnhaufem
Bernheim	Gengen
Biberach	Gottingen
Bisuntium	Gruningum in Frisia
Bopatrum	Gamund in Sueuia
Buchorn	Goslar in Saxonia
Boffingen	Hagenoia
Campenſis	Hala in Sueuia
Curia	Hala in Thuringia
Colonia	Helprum
Colmaria	Hamberga
Confluentia	Heidesfelt
Dauenria	Iffnem
Dortmund in Vuestphalia	Ingelheim
Dunchelspuel	Kausbuern
Duera in Brabant	Keifersperg
Egra	Keiferslautern

Kem-

A	Kempren	Rosvilla
	Landacuc	Reutlingen
	Leuchirch	Sangallum
	Lubecum	Schafusia
	Lucerna	Sclestadium
	Luneburgium	Soloturum
	Mecdeburgum	Strasburg, aliàs Argentina
	Memmingen	Spira
	Metis	Sfchuuinfart
	Moguntia	Treueris
	Mulnhufen in Thuringia	Tigurum
B	Mulnhufen in Saxonia	Vbertingen
	Nordhufen in Thuringia	Vlma
	Norimberga	Vuangen
	Neumagen	Vueid iuxta Drauum
	Norlingen	Vesel superior
	Odernehim	Vesel inferior
	Offenburg	Vetzlar in Haffia
	Oppenheim	Vuil in Sueuia
	Pffulendorff	Vueiffemburg
	Rauenspurg	Vuimnia
	Ratisbona	Vormacia
C	Rosenburg	Vuinsheim
	Rosheim	

Atque hæ sunt Imperij ciuitates, quamuis earum nonnullæ fuerint alienatæ, in his No-  
uomagum, Oppenheim, Ingelheim, Keiserlautern, & aliquot aliæ. Vt vt res sit: antequā  
Germania & Septentrio coleret Pontificem Romanum, ciuitatibus huiusmodi Imperia-  
libus nullo modo se poterat iactare. Tales præterea sunt aliæ multæ in regno Polonico,  
atque alibi inter Aquilonares terras.

TOT PRINCIPATVS IN VNVM CONVENIENTES. ] Quid verò dicemus de  
tot nobilissimis principatibus tam concordī & vnanimi consensu in vnum coeuntibus?  
Hoc enim mirabile, quod cum facilè soleat inter principes viros, quibus est in alios perpe-  
tua iurisdicatio, aut imperium merum, mixtumve, exoriri dissensiones, & bella, quibus fit, vt  
in plura discerpantur imperia, & regna, tandemque ad nihilum redigantur; nihilominus  
imperium Germanicum, regnaque Borealia tam diu steterint, permanserintq; non modò  
inuicta, sed etiam tantum fastigium dignitatis ac potestatis conferuarint. Quod enim  
Resp. Romana, & Imperium, similiter autem & Constantinopolitanum tanto tempore tu-  
tata sint maiestatem quamdam vimque in omnes potentissimam, non videtur ita mirum,  
cum cuncta respicerent vnus voluntatem, cuncta ab vnus nutu penderent, neque vlli fo-  
ret aut perpetua iurisdicatio, vel imperium merum, mixtumve in alios. At in Aquilonari-  
bus locis (quamquam sit hoc commune vniuersis propè Catholicis gentibus) secus est,  
innumeri sunt principes, quibus amplissimæ sunt ditiones, imperia lata: ita vt breui for-  
tissimas innumerasq; militum copias conuocare, & quò velint, ducere possint. Et hoc igitur  
illis adest, ex quo Papis parent.

PUBLICI CONVENTVS TOT POPVLORVM. ] Quid verò dicemus de publicis  
tot populorum conuentibus, quæ solent toties, vbi quid grauius acciderit, agitari à Ger-  
manis, vt de communi consilio ad boni communis procuracionem res decernantur, & ex-  
pediantur? An non hoc magni faciendum? In plurimos olim populos erat diuisa Germa-  
nia, in coetusq; illi suos separatim coibant, in vnum verò omnes nullo modo, quod è Cor-  
nelio Tacito liquet, & è tot exterarum gentium commigrationibus, de quibus egimus su-  
pra. Quod dicimus de Germania, idem possumus asseuerare de Bohemia, Hungaria, Po-  
lonia, Dania, Suecia, Scotia, Anglia: quod sanè contingit istis, ex quo Pontificibus Ro-  
manis adherent.

TOT GENTIVM INTER SE OLIM SÆVIENTIVM TANTA CONCOR-  
DIA. ] Atque hæc multo mirabiliora videri possint, si reuocemus in memoriam, quam tru-  
culenter inter se olim Germaniæ gentes sæuierent vsque ad interneccionem. Nam  
quid

CXC.

CXCI.

quid de ceteris Borealibus dicemus, quibus erat vsitatum captiuos sacrificare, ex occisorum capitibus pateras fabricari, & ex eis in latioribus quibusq; conuiuij; vina ad hilaritatem maximam in maxima atrocitate iactandam bibisse? quod de Longobardis testatur Paulus Diaconus lib. 2. cap. 14. nam cetera recensere hic non est opus, infra explicabitur loco suo: hic illud sit fati recitasse, è summa crudelitate, quæ vigeret inter Aquilonares olim, ventum fuisse ad concordiam summam respectu vel antiquæ diritatis, vel exterorum inter se pugnantium, idque ex quo Septentrio Pontifici Romano adheret.

**CXCII.** TAM DIVTRNA CONCORDIA. ] Numquid autem concordia huiusmodi fuit exigui temporis? An non annos iam durat octingentos, & amplius? licet enim multa bella sint sæpius exorta inter Germanicos principes & populos, inter Aquilonares etiam gentes, quamuis hæc non dederint Christo nomen à tempore tam antiquo; non tamen huiusmodi bellorum fuit tanta atrocitas, neque se oppugnarunt inuicem nationes Boreales ad internecionem, vel tam truculenta diritatis exempla ediderunt: quod tum liquet è superioribus, tum verò è subiectis. Hæc autem contigere, vt inter se non ad eò fauerint, ex quo Papæ doctrinam sequuntur.

**CXCIII.** OPTIMATVM RESPVBLICA OPTIME TEMPERATA GERMANIA TOTA AC MAGNA SEPTENTRIONIS PARS VIDETVR. ] Quocirca non videtur in Germania ac Septentrionis magna parte gubernationis esse aliã formã, quam temperata ex vnus summo principatu & optimatum consilio ac potestate, idemque Bohemiæ, Hungariæ, Poloniæque, & aliquot alijs regnis accidere periti harum rerum cuncti norunt.

**CXCIV.** TOT GENTES EXCVLTAE AD HVMANITATEM. ] Hinc etiam cum supra Danubium ac Rhenum cunctæ gentes efferatissimis essent moribus, vt alibi docuimus signo vigesimo octauo de gentibus feris ad humanitatem perductis, & illustrius ad huc id infra fiet, nunc videas omnes esse expolitas ad omne humanitatis genus, ex quo Pontifici Romano adherent.

**CXCV.** TOT GENTES AD CHRISTI CVLTVM PERDVCTAE. ] Cumq; nulla lex humanitatis studia magis adducat, amplificet, ac stabiliat, quam Christi, eam Septentrio Pontifici Romano acceptam debet referre, vt latè explicauimus signo de propagatione fidei VI. lib. 4.

**CXCVI.** LATROCINIA SVBLATA. ] Vt autem magis elucescant quæ diximus, illustrius finumq; fiat, quanta nunc sit iustitia, prudentia, ac temperantia inter Aquilonares, ex quo Papæ ductum sequuntur; illud in memoriam doctorum reuocabimus, Borealibus olim populis, ac præcipue Germanis latrocinia non modò permiffa, sed etiam laudatissima fuisse, ac perpetua: sic enim Mela lib. 3. cap. 2. Ius in viribus (Germani) habent, adeò vt ne latrocinij quidem pudeat: tantum hospitibus boni mitesq; supplicibus. ] & Cæsar lib. 6. cap. 5. Latrocinia (apud Germanos) nullam habent infamiam, quæ extra fines cuiusq; ciuitatis sunt: atque ea iuuenturis exercendæ, ac defidiæ minuendæ causa fieri prædicant. ]

Vt igitur aliqua semper inter omnes populos exstiterint latrocinia, neque possint omnino illa radicitus extirpari; Infamia tamen plerumq; habentur, & seuerius puniuntur: quod Borealibus contingit, ex quo Papæ doctrinam sequuntur; cum tamen antea secus foret. Hinc piratæ innumeri inter eos erant præcis temporibus, vt è Saxone apparet.

**CXCVII.** LIBERTAS HOMINVM STABILITA. ] Ac ne putemus in more positum fuisse apud Aquilonares olim, vt cuiilibet latrocinari liceret, ac proinde nulli opes vllæ in tuto essent, neque fuisse hac in re solūmodo vllum iustitiæ locum; ostendamus, quo loco singulis esset libertas. Atque vt omittamus innumeras è Borealibus copias olim solitas abduci ab extèris in seruitutem, quod supra ostendimus; nunc explicemus, qui mos ijs iniquissimus foret aduersus libertatem gentilium suorum. Hæc sunt Taciti verba libro de moribus Germanorum: Aleam. (quod mirere) sobriij inter serua exercet tanta lucrandi perdendiq; temeritate, vt cum omnia defecerunt extremo, ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contendant. Victus voluntariam seruitutem adit: quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re pernicacia: ipsi fidem vocant. seruos conditionis huius per commercia tradunt, vt se quoque pudore victoriæ exsoluant. ] hæc ille. Quamobrem prauis moribus inter Germanos olim vigeabant non modò, vt opibus facile gentiles suos spoliarent, sed etiam libertate.

VITA

**A** VITA MAGIS IN TVTO COLLOCATA. ] Quid autem de vita ipsa dicemus? hæc enim sola supererat, quæ saltem magis in tuto aduersus iniquas consuetudines in Germania collocaretur. ostendimus namque opes ac libertatem pessimis abusibus obnoxias. Atqui si de seruis agatur, ita idem Tacitus: Verberare seruum, ac vinculis & opere coercere, rarum. occidere solent, non disciplina & seueritate, sed impetu & ira, vt inimicum, nisi quòd impune. ] hæc ille. quantum verò ad liberos, sic idem: Suscipere tam inimicitias seu patris, seu propinqui, quam amicitias, necesse est. nec implacabiles durant. Iuitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero; recipitque satisfactioem vniuersa domus vtiliter in publicum, quia periculosiores inimicitia iuxta libertatem. ] hucusque Tacitus. Videas igitur duplex malum inter Germanos olim: primum, quòd cuiilibet esset necesse suscipere inimicitias propinquorum: secundum, quòd homicidium tam facile lueretur, neque pœna capitis in homicidam constitueretur. Sic enim spe veniæ nemo non facile ad peccandum prolabebatur. Nunc per leges Pontificis Romani haud licet inimicitias gerere. Per leges autem ciuiles pœna capitalis in eos constituitur, qui quemquam occiderint, vt pari scilicet delicto par pœna respondeat. Sic itaque pœnæ formidine deterrentur homines à flagitijs perpetrandis, & vita auferenda alijs, atque ob id illa magis in tuto collocatur. omittimus, quòd olim Germania tot irruptionibus aperta ac peruia illud patiebatur, vt nulli non periculo vita cuiilibet exposita subiceretur. hinc strages illæ ingentes, quas enumerauimus supra, quibus nulla similis euenit postquam Pontificis Romani placita sequuntur Germani.

**B** FERITAS SVBLATA, ET HVMANITAS ADDVCTA. ] Tria sunt bonorum genera, externa, corporis, & animi. Ad externa pertinent facultates, in quibus vidimus Germanos maxima inopia laborasse vsque ad indigentiam cibarium, vestium, ceterarumque rerum huiusmodi. Quod autem tenue & valde exiguum erat illis, id totū per malos mores nullis legibus obnoxios latrocinij patebat, vt capite 196. fuit explicatum, talis itaque erat conditio Borealium quo ad externa bona. quo ad bona verò corporis, cum potissima sint vita ac libertas, aperuimus capitulis superioribus, quo loco essent ista apud Aquilonares, quam scilicet obnoxia cunctis iis periculis per iniquitatem iustitiæ contrariam, intemperantiam, atque adeò imprudentiam, de quibus est sermo, per quæ possent facillimè auferri. Reliqua sunt animi bona. Quo ad hæc igitur ostendimus nullas liberaliores disciplinas aut ciuiliores artes fuisse populis præcis Aquilonis: duæ virtutes illis erant, rara adulteria, & rara mendacia. vocemus virtutem vitij carere: non enim malè scriptor ille:

*Virtus est vitium fugere, & sapientia prima  
Stultitia caruisse.*

His demptis, incredibilis erat illis animorum ferocitas, præterea vero feritas immanis, & belluina. Atque hæc obtegebatur partim superstitione impia, cum scilicet homines sacrificabant, partim verò indignatione hostili, aut impetu truculento: quæ fiebat, vt exuerent homines, induerent ipsissimas feras. Veniamus ad exempla, vt cognoscamus, quam nulla essent prudentia, iustitia, ac temperantia cuncti Boreales, contra verò quanta sint ex quo Pontificibus Romanis adherent. & diximus quidem ex Cornelio Tacito, quanta illorum foret atrocitas in seruos suos. Nunc reliqua explicemus, & quod omiffimus signo de gentibus efferis ad humanitatem perductis vigesimo septimo, libro septimo, capite tertio, hæc aperiamus. Hunni in Sarmatiam, Germaniamque, & Pannonias iruperunt; quod testantur Iornandes libro de rebus Geticis, siue Gothicis, Procopius de bello Gotthico, & postremò Bonfinius libro tertio, & nono, Nicolaus Olahus in Attila: in Bauaria præterea confederunt Hunni, & maximè qui ex his sunt olim Hauares dicti, à quibus Bauariam nonnulli dictam volunt, quasi mutata aspirationis nota in B litteram, qua de re Vuolphangus Lazius lib. 7. de gentium migrationibus. Eisdemque faciunt cum Hungaris, nam & moribus fuisse iisdem deprehenduntur. sic autem de Hunnis istis Ammianus lib. 31. Hunnorum, inquit, gens, monumentis veteribus leuiter nota, ultra paludes Meoticas glaciale Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Vbi quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantum ferro fulcantur altius genæ, vt pilorum vigor tempestius

De Sig. Tom. 2.

T t emer-

emergens corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque vlla venustate spadonibus similes. compactis omnes, firmisque membris, & opimis ceruicibus prodigiose deformes, & pandi, ut bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiari stipites dolantur incomptè in hominum figuras. sic & in sua vita visi sunt asperi, ut neque igni, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cuiusvis pecoris carne vescantur, quam inter femora sua & equorum terga subsertam (hic idem mos hodie Tartaris) fotu calefaciunt breui. ] & mox: Nemo apud eos arat, nec stiuam aliquando contingit. Omnes enim sine sedibus fixis absque lari vel lege aut ritu stabili dispalantur semper fugientium similes cum carpentis, in quibus habitant, ubi coniuges ex villis vestimenta contextunt, & coeunt cum maritis, & pariunt, & ad usque pubertatem nutriunt pueros: nullusque apud eos interrogatus respondere, unde oritur, potest, alibi conceptus, natusque procul, & longius educatus. Per inducias infidi, inconstantes, ad omnem auram incidentes spei nouæ perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes. Inconsultorum animalium ritu, quod honestum, inhonestumve sit, penitus ignorantes, stixiloqui, & obscuro, nullius religionis vel superstitionis reuerentia aliquando districti, auri cupidine immensa flagrantes, adeo permutabiles, & irasci faciles, ut eodem aliquoties die à fociis nullo irritante sæpè desciscant, itidemque propitientur nemine leniente. Hoc expeditum, indomitumque hominum genus externa prædandi auiditate flagrans immani per rapinas finitimorum grassatum & cædes ad usque Achaïam peruenit. ] hæc Ammianus consona iis, quæ de Hungaris recitauimus signo de gentibus efferis ad humanitatem perductis vigesimo septimo, lib. septimo, scripta à Reginone: quibus addemus quæ scribit Radeuicus libro primo capite trigesimo primo: Sunt autem prædicti, inquit, Hungari facie terri, profundis oculis, statura humiles, moribus & lingua barbari & feroces: & iure fortuna culpanda, vel potius diuina patientia sit admiranda, quæ, ne dicam hominibus, sed talibus hominum monstris tam delectabilem exposuit terram. ] hæc scriptor ille, qui temporibus Friderici Primi vivebat.

Neuri, Geloni, & Agathyrsi Plinio sunt Sarmatiæ populi lib. 4. cap. 12. ad finem, similiter & Herodoto vetustissimo scriptori lib. 4. De his ita Ammianus idem, qui temporibus Valentis vivebat: Inter hos, ait, Neuri mediterranea incolunt loca vicini verticibus cæcis, quos præruptos, geluque torpentes Aquilones adstringunt. post hos Vidini sunt & Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi, equisque tegmina conficiunt, bellatrix gens. Gelonis Agathyrsi collimitant interstiti colore cæruleo corpora simul & crines, & humiles quidem minutis, atque raris, nobiles verò latis, fucatis, & densioribus notis. Post hos Melanchlenas & Anthropophagos palari accepimus per diuersa humanis corporibus vicitantes; quibus ob hæc alimenta nefanda desertis, finitimi omnes longa petière terrarum. Ideoque plaga omnis Orienti æstiuo obiecta, vsquedum venit ad Seras, inhabitabilis transit. ] hucusque Ammianus, cui quantum ad Anthropophagos similia scribit Radeuicus, qui imperante Friderico Primo vixit, de gentibus supra Poloniam ad mare Balthicum sitis; eius verba nos adduximus signo de gentibus efferis ad humanitatem perductis; ibi & retulimus ex Procopio, populos, qui supra Istrum tempore ipsius habitabant, more belluino vixisse. Floruit Procopius tempore Iustiniani sub annum Christi quingentesimum quinquagesimum. Operæpretium verò est notasse, quos vocat Ammianus Vidinos, esse meo iudicio Vinidos, & ita legendum crediderim: quos quidem cognatos esse cum Slauis scribit Iornandes & larè explicat Cromerius libro primo capite undecimo, & duodecimo.

Slauis autem siue Slauini populi sunt è quibus orti Poloni, innumeraque gentes affines, quibus eadem linguæ coniunctio, morumque similitudo. His porrò fuerunt huiusmodi instituta, quæ recensemus afferentes in medium verba ipsa scriptorum. sic itaque de Slauis siue Slauinis, qui cuncta loca vsque ad Istrum ceperant, Procopius libro tertio: Quos verò obuios (Slauini) habuissent, non esse, non relo occidere, vel armorum genere aliquo consueto, sed acutissimos in terram palos figentes summa vi miseros superimponere, summumque pali & id præacutum per

per inferiorem pudendamque partem trudendo, & per viscera adigendo, interiora excruciare. constat his sanè aliud tormenti genus excogitatum: nam & ad fudes quernas crassiores altius in terram defixas pedes manusque captiuorum deligant, fuste deinde caput diuerberantes, veluti in canes, serpentesve, & eiusmodi cetera defæuendo, morte conficiunt. Alios verò cum bobus, pecudibusque, & id ceteris genus, quos abigere domum non satis commodè præ senio possunt, locis arctioribus coercendo igne inclementius cremant. ] hæc Procopius de immanitate Slauorum in quoslibet innoxios edita narrat. Ac ne putemus eos omnino meliores effectos temporis decursu, audi quod scribit Helmoldus libro primo, capite quinquagesimo tertio: Fuit præterea, inquit, Slauorum genti crudelitas ingenita, saturari nescia, impatiens otij, vexans regionum adiacentia terra marique; quanta enim mortium genera Christianicolis intulerint, relatu difficile est, cum his quidem viscera extorferint palo circumducetes; hos cruci affixerint, irridentes signum redemptionis nostræ. sceleratissimos enim cruci affigendos autumant. Eos autem, quos custodiæ mancipant pecunia redimendos, tantis torturis & vinculorum nodis plectunt, ut ignoranti vix opinabile sit. ] hæc Helmoldus, qui Slauis adnumerat Polonos iam tum Christianos, optimisque moribus imbutos, Vandalos, Vinidos, Vuilinos, Pomeranos, Herulos, vel Heucidos, Leubuzos, Vuilinos, Stoderanos, Vuilzos seu Luticos, Lingnones, Vuarnuos, Obotritos, Ranos, Rugianos, cum plurimis insularum Balthici maris habitatoribus. suprâ porrò narrauimus capitulo CXLII. Abrotidos fuisse generis Slauici, & in Saxoniam translatos à Carolo Magno.

Vult Helmoldus Herulos esse è Slauinorum progenie, qualibus autem forent institutis vitæ sic Procopius lib. 11. bel. Got. constat sanè supra Istrum flumen quondam hos (Herulos) habitasse, & ea fuisse credulitate, & superstitione detentos, ut multos esse deos putarent; eosdemque per homines sacrificijs ac litationibus placari religiosum esse, ac pium arbitarentur; legibus autem multis, ac varijs, ut ceteri homines, non eundem fuisse in modum vfos: siquidem nec senescentibus suis, nec morbo affectis vita frui apud hos fas erat in posterum; sed ubi primum ex his quisquam siue consenuisset, siue infirma corporis valetudine caperetur, protinus cogebatur à propinquis efflagitare, se ut quanto ocyus ex humanis delerent. Tum illi lignorum in altitudinem strue ingenti congesta, desuperque ut in summo fastigio impositum hominem morti iam destinatum, Herulorum quempiam mittunt, ut pugione conficiat, sed sanguinis illi propinquitate alienum: non enim fas erat propinquus aliquis, & necessarius, ut hunc interficeret. Vbi verò, qui hominem illum occidit, ad eos descendit, mortuo illi cognatione iuncti, ab infimo ad summum culmen pyra incensa, ubi flamma demum resedit, collecta è rogo iam ossa sub terram ocyus condunt. Erulo itaque viro defuncto, necesse erat ut vel vxor ipsa, quæ virtutis estimationem aliquam fuisset ad id tempus adeptæ, si sibi gloriæ in posterum relinquere vellet, laqueo apud viri sepulchrum non longè post vitam finiret: ei verò, quæ se non ita gessisset, relinquebatur de cetero ignominia nota, odijque in uiri propinquos conuincebatur. His Eruli pro uetusto eorum more legibus utebantur. ] hæc Procopius, qui cum mox eorum nonnullos Christo se dedisse Iustiniani opera scribat, & mores ex aliqua parte mutasse, addit tamen: Suapte ingenio infidi sunt, & habendi semper ac rapiendi cupiditatibus inhiant, finitimosque uiolare quàm maximè student, quum nullum his dedecus ea res ferat; impiosque item, & detestabiles coitus etsi cum alijs multis, cum uiris tamen & belluis impudentius habent, atque omnium perditissimi sunt, & cum malis malè perdendi. ] hæc tamen Procopius, qui narrat deinde plures ex eis in uaria discessisse. Vult Lazius libro undecimo, fuisse Herulis linguam Theutoniam, posteritatemque ipsorum constitisse in Meclaburgensi ditione: & duodecimo contendit habuisse sedes in Austria, Norico, Rhætijs, Dalmatia, exceptis credo ijs, quos in insulam Thulem scribit profugisse Procopius eodem libro.

Thulem insulam putat Lazius fuisse Procopio Irlandiam: sed id constat esse è duobus falsum: nam quam Procopius Thulem uocat, ait esse decies maiorem, quàm sit Britania, deinde addit Scritifinos in ea sedes habuisse, nossemque

illi esse dierum naturalium triginta quinque. Quamobrem cum de vocabulis non sit curandum, necesse est dicamus Procopij Thulem non esse aliam, quam Scanziam, siue Scandinauiam, qua continentur Noruegienes, Danorum Gothorumque magna pars, Sueci, & quicumque pertinent usque ad flumen Onegam, quod a continenti diuidit Scanziam, ex utraque parte in mare insuit, totumque hunc terrarum tractum redigit in insulae formam; in quo sunt & populi Scythici. De vniuersis vero incolis, quos vocat Thulitas, sic idem Procopius scribit; Alijs vero in rebus Thulitae omnes non magnum in modum a ceteris mortalibus differunt. Deos siquidem ac demones plurimos colunt, caelestes partim, ut rentur, partim aereos, & qui terrae ac mari praesideant, & eiusmodi alios, qui in aquis, ac fontibus, fluuiisque versari traduntur; hisque frequentissime immolant cuiusvis generis hostias. Sed victimarum apud hos potissima, vir aliquis est, quem omnium primum in prelio ceperint. hunc nimirum macando Marti sacrificant, ut quem deorum maximum ducant. Sed ea apud hos est immolandi consuetudo, ut non solum hostiam macent, sed in arborem prius hanc viam suspendat, indeque inter senticeta & vepres proiectam sic varijs, ac miseris modis excruciendo conficiant. Atque haec satis de Borealium feritate, qui cupit reliqua poterit a signo trigesimo octauo cognoscere.

Anglis erat aliud feritatis genus, quod Sidonius ep. 6 lib. 8. refert. Nam cum continenter illi piraticam exercerent, & praedas agerent, priusquam de continenti, inquit, in patriam vela laxantes, hostico mordaces anchoras vado leuent, mos est remeaturis decimum quemque captorum per aequales & cruciarias poenas plus ob hoc tristi, quod superstitioso ritu necare. Superque collectam turbam periturorum mortis iniquitatem sortis aequitate dispergere. ] haec ille. Atque haec satis videntur ad propositi capituli explanationem. E quibus palam fit quantam feritatem exuerint Aquilonares, ex quo Pontificijs legibus parent, quam tamen haud deponerunt illae Septentrionis gentes, quae sunt a nobis alienae, ut Tartari, Circassi, Moschouitae, ceteraque in eadem caeli plaga degentes.

C C.

NULLAE REGIONES BOREALI POLO SIC PROPINQUAE, AC TOT BONIS ORNATAE, ET EXCVLTAE. ] e superioribus autem facillime colligere possumus nullas esse terras Aquiloni subiectas, quae sint tot bonis exultae, ut hic terrarum tractus, qui Romano Pontifici pareat. Mirabilissimum namque est, ab orbis exordio per tot annorum saecula nihil tale locis, quae recensuimus contigisse umquam boni, longe autem superat omnem modum admirationis extare adhuc innumera terrarum spatia in Septentrione, quae quod Pontifici Romano haud obediant, similia bona ob id non sunt adsecuta; quin pleraque ex illis non modo tot careant caelestibus donis ad animorum virtutes spectantibus, disciplinae liberales, corporumque ornatum, sed praeterea sint inculta, & horrentia, neque tot aedificijs, neque tot tantarumque ciuitatum splendore, magnificentiaque diuinitus illustrata, ut terrae Septentrionis Pontifici Romano subiectae, & obediens. Quod ut clarissimum fiat, & appareat nihil a nobis temere effutiri; proponimus illud in primis, tractum regionum, de quibus agimus, distare ab Aequinoctiali circulo gradibus quadraginta sex, & pertinere usque ad Boream per gradus quadraginta quatuor; rursus eundem tractum sumpto initio ab extremis Angliae littoribus usque ad confinia Moschouitarum, & Tartarorum protendi ab Occiduae incidunt in gradum decimum tertium; Liouoniae vero, ac Lithuaniae, quae sunt finitimae Tartaris, ac Moschouitis, incidunt in gradum sexagesimum. Cumque diuidatur circulus ille, quem Graeco nomine parallellum vocamus, in tercentum sexaginta gradus a Geographis; ex his vbi demperis quadraginta septem adscriptos, reliqui erunt tercentum & tredecim. Quocirca sexuplum est amplius telluris in Septentrione quod Pontificia scita non sequitur, eisdemque subiectum est caeli plaga, ac praeterea supersunt tredecim gradus, sexuplo namque maior est numerus tercentum graduum, numero graduum quinquaginta, & alterius ad alterum ratio est veluti vnus ad sex. Mirabilissimum sit itaque tanta terrarum spatia numquam peruenisse ad illum cultum, magnificentiamque urbium, & aedificiorum, ac tot tantaque pra-

A praeterea bona ab orbis ipsius constitutione, ad quantum & cultum & splendorem scimus peruenisse illam Septentrionis partem, quae Pontificem Romanum colit. An non ita? Numquid ista nos a nobis comminiscimur? Audiamus ipsos scriptores, qui proprijs ista oculis vsurparunt. Lithuanie Liouoniaeque finitima est Moschouia, quam diligentissime ac summa fide descripsit Antonius Possevinus vir excellentis ingenij, doctrinae, ac pietatis, qui diu fuit in ijs locis, & singula accuratissime obseruauit. sic igitur ille commentario de rebus Moschouiticis: Constat trecenta millia passuum in eius (Moschouitici Ducis) ditone iter fieri, in quibus incola nullus iam superstes sit: pagis ipsis exstantibus quidem, sed vacuis. ] & mox: iam vero, quod inter Casanum & Astracanum est interuallum, id vastissimum est, rarissimis sane incolis: ut qui vltro citroque comitantur, vel qui ab ipso principe mittuntur, saepe menses integros nullo alio cibo, quam piscatione ac venatu absque villo pane vitam sustentent. At ciuitates, quae frequentia & nobilitate celebriores habentur, erant cis Tanaim Moscua, Smolécium, Nouogardia, siue Nouogrod, Plefcouia, Tueria, vltra vero ad Septentrionem Vologda, ad Orientem autem Casanum, & Astracanum, quod Iouius & alij Citracam vocant: quamuis inter istas Iaroslauiam, & Alexandri Slobodam, atque eiusmodi quasdam alias connumeret, quae tamen rectius oppida dixissent, nisi quod arces habent pro more gentis haud ceteremendas. Verum eniuero mirum dictum, quod alijs illis vel popularium centena millia, vel nobilium, quos Boiaros vocant, decades millium quidam attribuunt: quos securi, qui res illas memoriae mandarunt, Albertus Campensis (is quem V. B. mihi in Moschouia discedenti legendum tradidit) vel idem Iouius (qui ex Demetrii cuiusdam Mosci relatu commentarium confecit, quem huius principis parens ad Clementem VII. misit) nescio quem scopum veritatis attigerint. Idem vero & alij fecere, qui legationibus functi inde reuersi sunt. Credo ita, quod Mosci consuetudinem in colligendis hominibus, perque arcium primas, & loca editoria disponendis, cum principum legati quaestitissimis honoribus excipiuntur, haud satis intellexerant: res autem a nobis longius distitas commemorando (vti mos est) praeter veritatem extollerent. licet etiam fieri potuerit, ut minus a vero aberrarent; quod superiore parentum nostrorum aetate, Mosci (vt diximus) minus bellis exerciti, minus morbis tentati, neque tot caedibus imminuti, & pauciores item in arcibus impositi non ita orbas domos posteris reliquerint. Id vero de Mosci regia, quae, vt dixi, Moscua est, certum est, triginta hominum millia, pueris, sexuque utroque numerato, hoc tempore non censerent. Nam quantacumque ciuitatis species ad eum incurrit in oculos, accedent tamen propius (ne dicam postea ingresso) ipsae domus multum terrae spatium occupant: platearumque ac non vnus fori amplitudo, ambitusque ipse sacrarum aedium (quae ad ciuitates ornandas potius, quam ad cultum exstructae esse videntur, cum toto pene anno plerumque sint clausae) certiore veritatis fidem efficiunt. & erat sane eodem hoc principe augustior ac numerosior Moscua; sed anno praesentis saeculi septuagesimo a Tartaris concremata, incolis plerisque incendio absumptis, res omnis in angustiorem terminos adducta est. Exstant vestigia maioris circuitus, vt qui octo vel nouem fortasse fuisset, iam vix quinque millia passuum impleat: cum & boues, & vaccae, ceteraque id genus animalia (nota urbis regiae splendorem) quae quotidie ducuntur ad pascua, in domibus ciuium habeantur; quarum pleraeque sepibus & viminibus circumseptae faciem nostrarum rusticarum referunt. Sed in ipsis duabus Moscaearcibus, quarum altera alteri haeret, splendidius quiddam est. alteram enim insigniora aliqua templa ex latere confecta (cum reliqua templa ciuitatis lignea sint) palatiumque principis; alteram vero nouae officinae, quae suas plateas suis quibusque opificijs distinctas habent, vt cumque; exornant. At cum eadem officinae exiguae sint (vide tenuitatem regiae urbis) vnusque Venetae officinae plus mercium appareat, quam in Moscaea integra platea seruetur: neque vero easdem ferere incolant, quippe per domicilia in ciuitate habent; re, quae fit, non obscure indicant. Smolécium autem, Nouogardiā, & Plefcouiam eodem populi numero censerentur: vt certe summum viginti hominum millia earum singule (cum bellum non est) habeant. At quidquid amplius praeseferunt, frequentiores tamen esse haud puto; easdem nepe ob causas quas dixi, & ob aedium, ac domorum ingentia spatia. Sed legatis aduenientibus, rustici, qui in pagis agrisque habitant, principis iussu adcurreres (vti supra expositum est) frequentiam ostendunt. Iam vero multo minor Tueriae populis est, quae procul maxima, & insignis ciuitatis speciem praebet; verum moenibus cincta non est, licet non exiguum

domorum numerum circumquaque habeat, vt quæ belli damna excursionsq. hostium A minimè senserit, quæ res fecit, vt & Vologda, & Casanum, & præcipuè tractus ille, qui magis ad Septentrionem vergit, hominibus abundet. Sed & quidquid huius est rei, ac quantumcumq; terrarum Moschus à Lituaniâ ac Liuoniâ finibus vsque ad mare Caspiū, vel ad Lappos, vel ad Ceremissas, ceterasq. potius vastitates, quàm populos, obtinet; gratis fanè dictum est, inde ducenta, trecentave equitum millia in aciem educi, aut Tartarorum quoque infinitam esse multitudinem, quam, cum Moschus velit, in expeditiones emittere possit. Jhucufque Possseuinus.

Talis est igitur totus ille terrarum tractus, quem possidet Moschouitarum Dux, qui ab Occidente in Orientem protenditur per gradus triginta plus minus, nimirum à sexagesimo vsque ad nonagesimum gradum, ab Austro autem in Boream per gradus propè triginta sex, aut etiam plures.

Qualis porrò sit principis gubernatio, quæve illius felicitas, audiamus eūdem Possseuinum loquentem: Cum in vnum ipsum principem (Moschouia) omnia congerantur, ciuitates, oppida, pagi, domus, agri, prædia, syluæ, lacus, flumina, honor, ac dignitas, nihil in tam vasto terrarum tractu non maximum videri potest earum virium, & opum, quibus polleat: quæ & maiores æstimari poterant tum, cum quies ab armis commercia reddebat liberiora, Liuoniaq. florebat, & ipsa Balthici maris nauigatio erat frequentior. At verò istis sublatis, vel imminutis, eadem quoque imminui necesse fuit; quamuis nec species maiestatis diminuta sit, & thesauros habere princeps ingentes existimetur. J & mox: Iam ciuitatum aut prouinciarum reguli nulli sunt, quos Duces apud nos vocare mos est. eo tamen nomine ad existimationem sibi, seu potius principi conciliandam, siue ad præfecturas vtuntur: verum res ipsa deest. E Tartaris quidam, qui fidem principi huic in expugnandis Casanensibus ad Rutenum ritum & schisma accedens præstitit, cum etiam partem quamdam suæ ditionis reliquisset, Columnam oppidū, & alia nonnulla accepit: sed penè merum imperium manet apud Moschum, præter aliquos redditus ei attributos, ac demendos, vbi libuerit. Pagos & agros sicui addidit, ij ad posteros non perueniunt, nisi confirmetur à principe: cui tamen rustici ex fructibus inde tributum & operas pendunt, vt & domino faciunt: reliquum, quantulumcumque est, victui suo referunt, aut eximunt. Ea re fit, vt nemo ferè dicere possit sibi quidquam esse proprii; & (velit, nolit) quisque ab nutu principis pendeat. Sicui plura sunt, tanto magis se deuinctum agnoscit: opulentior autem factus, tanto sibi metuit magis: quippe ad principem sæpè omnia recidunt. Inde autem existit siue commodum, siue cautio, nullus vt audeat hiscere: transferèdis autem familiis, vel hominibus ad varia præsidia potius relegandis, quàm mittendis, præcidantur coniurationum viæ. licet siquid huiusmodi præferat, nex in tales homines, filios, filias, rusticos quantumuis innoxios (obserua crudelitatem) haud semel patrata sit. Et retulit mihi ex eius aulicis vir nobilis, cum villas quasdam obtinisset, ne domos quidem ligneas tegere, aut reficere per aliquot iam annos sibi licuisset: rustici enim, ad quos id pertinebat, oneribus à principe pressi, nec respirandi facultatem habuerant. sunt verò quadraginta Germanæ familiæ earum, quæ ex Liuonia abductæ fuerant, quæ Moscuæ ad opificia iussu principis olim substitère: reliquæ permultæ Casanum & aliò amandatæ sunt. Ab his exigitur pecunia quotannis, qui fanè, vexatione dante intellectum, honorificentissimè Pontificem Maximum iam appellabant, nihilq. mihi non obsequij summi exhibebant: recor dati quid Apostolicæ sedi Liuonia olim tribuerit, & quanta pace frueretur, quibusve nominibus, tamq. Reip. Christianæ, propugnaculū ipsamet prouincia vocata sit, cum Catholicos & legitimos suos agnosceret principes, ac præcipuè cum à Romano Pontifice peteret. J & rursus: Honor, autem principi tantus ab omnibus defertur, quantus vix cogitatione intelligi potest. Ab ipso, si non credunt, certè ita crebrò fatentur, se vitam, salutem, omniaque habere; vt & gratiæ Dei, & clementiæ Magni Czarij, seu Regis, & Imperatoris (sic enim principem vocant) cuncta tribuere putentur: & verberari, ac propmodum morientes id loco beneficij sese interdum dicant accipere. gens ad seruitutem nata potius videretur esse, quàm facta, nisi plerique captiuitatem illā cognoscerent, filiosque, & quidquid aliud habent, illico necatum, perditumque iri scirent, si aliò emigrarèt: à pueris quidem eidem viuendi modo assueti, quasi naturam induerunt vt ea omnia sui principis maximè extollant, seseque viuere, & rectè valere, si viuat, ac rectè valeat princeps, afferant; deque aliis, quantacumque vident, hæc non magni æstimant. J hæc Possseuinus.

Ex

A Ex his colligitur, quanta sit felicitas in iis locis, quæ Pōtiffici Romano hucusque paruerunt in Septentrione, & quanta sit in alienis calamitas, ac miseria. Verum quando Moschouitæ ditiones diximus incipere à gradu quinquagesimo quarto in Boream protēso, & nobis est sermo de locis quæ distent ab æquinoctiali circulo gradibus quadraginta sex, ostendamus reliquas regiones minus Aquilonares, quas tenent qui vocantur Circassi, Mengrelli, Albani, Iberes, Georgianique, eisdem subiectas conditionibus infelicitatum, aut etiam maioribus, quibus ille, quas recensuimus. Si quis enim legat Itinerarium Iosaphæ Barbari, cognoscat quidquid regionis intercipitur à mari Caspio & Euxino, nihil habere, quod comparari possit vlli loco Germaniæ, vel Angliæ, & Hungariæ eidem cæli plagæ subiecto. id patet è cap. 10. par. 1. & 16. 23. par. 2. Quocirca sic idè cap. 25. Quidquid (inquit) à mari Caspio vsque ad Euxinū rectā tendentibus occurrit, quod est milliarium B quingentorum, si lineam dirigere vellemus supra ipsam tellurem per aëra, est montium plenum, valliumque: & alicubi quidem bene habitatur à nonnullis locorum dominis, per quorum ditiones nemo audet iter facere ob imminetia certa; latronum pericula, pleriq; verò in locis habitatio nulla apparet. J hæc ille. at Ambrosius Contarenus cap. 11. Mengrellorum terras ait esse steriles, & infœcundas, homines similes belluis, quorum regioni Deus nihil boni contulerit.

Post Moschouitas & mare Caspium pergentibus in Oriētem vsque ad vltimos Seras, quæcumque occurrunt in eodem terrarum, quem delineauimus, tractu, possidentur à Tartaris; ac nemo est, qui neget cuncta loca esse inculta, & horrētia, Tartaros verò efferis moribus homines, & ad vastitatem malaq. quodammodo institutos. Quin immensæ passim atque inuix describuntur solitudines. Verbi gratia ad latus Orientale maris Hyrcani est oppidum Mangusta, hinc vsque ad Shayfuram viginti dierum itinere nullæ sunt hominū sedes, aquæ summa vbique penuria. à Shayfura vsque ad Bogar par itineris interuallum latrocinii est infestum. Huic alia solitudo Lopis vocata succedit, cuius latitudo est itineris triginta dierum, longitudo totius anni, vt vult Marcus Polus lib. 1. cap. 35. Postea peruenitur ad alia desertia Carachorani, quæ pertransiri nisi quadraginta diebus non possunt, vt idem testatur cap. 40. Supra hæc sunt solitudines Apastachiti: post Carachoranū est regio, quam vocamus Cataij, & magna ex parte est in eadē cæli plaga, quæ adscribitur Germaniæ, Britanniæ, Pannoniis, & his locis, quæ sunt istis finitima, & ad Orientem posita, eidemq. cælo subiecta. Differt autem Cataij regnū à regno Chinæ, vt ex Itinerario Martini Ignatij Frācisani constat, patetq. Regi Christiano, cui nomen erat Emanueli, vt idè refert in Itinerario suo cap. 12. ac refert Haito Armenus cap. 5. Cobilā Tartarorū Regem Cataio præfuisse, & in illo ædificasse ciuitatem Ionis, Christianumque fuisse: is verò est, qui ad Clementem Quartum legatos misit, petens ab ipso doctores, qui eum Christianam pietatē docerēt, vt ostendimus lib. 4. Sig. VI. de fidei propagatione cap. 11. An verò Emanuel genus ab illo ducat, haud est nobis exploratum: Cambalu certe regia Tartarorum fuit in iis locis, cui diximus ibidem datum Archiepiscopum cum decē Episcopis suffraganeis à Clemente Quinto. Hoc autem regnum videtur ornatum magnificis vrbibus, atque ædificiis, ita vt forsan aliquibus Germaniæ locis haud cedat, non ita tamen est magnum, neque sic in Septentrionem protenditur amplitudinis suæ spatii. Hinc est Oceanus, à quo transitus est ad Indias Orientales, quarum nihil est quod possit Septentrioni Germanico comparari. Ad summam videmus ab orbis constitutione cunctas regiones eidem climati cum Germania, Britannia, Hungaria, Polonia, Dania, Suecia, Noruegia, Prussia, Lithuania, Liuoniaque subiectas nunquam fuisse excultas, vt hæc terræ, quas recensuimus, ex quo Pontifici Romano parent: vt apertissimum iam sit nobis, quantum Septentrio debeat illi acceptum referre, quantum scilicet boni inter mortales excogitari potest.

Breuis conclusio, & confirmatio eorum, quæ dicta sunt. Cap. X.



Vod itaque Saxo Danicarum rerum scriptor satis vetustus lib. 12. dixit de patria sua, Nec parum Dania Romanæ benignitati debet, quæ nō solum libertatis ius, sed etiam exterarum rerum dominiū assecuta est, J illud reuera quadrat in omnes Germaniæ ac Septentrionis Europæi regiones: vt iam clarissimum sit, quanta fuerit impietate & impudentia Lutherus ille, qui centum grauamina, vt ipse loquitur, quasi à Catholicis imposita Germaniæ, mendacio



dacio summo confingens nobis est ausus obicere, cum verissimè nihil boni sit Borealibus A  
Europæis, quod Pontificis Romani obedientiæ non sit adscribendum, pro cuius tuitione  
si quid iis faciendum præscriberetur, id totum bono erat ipsorum. Quod enim crura susti-  
neant corpus, aut truncus ipse caput, graue stolidis videri possit, & abscissionem procurā-  
tibus; quæ si contingat, interitus etiam membrorum necesse est vt cōsequatur. Quamobrè  
cum non possit intercidere Ecclesia; quoties ab illa populi vlli malis artibus decepti ex  
vna parte secessionē faciunt, cōtinuò Deus ex alia conciliat illi & adiungit multo plures,  
nationes vt explicauimus signo VII. lib. 4. & hoc sæculo cum multi à nobis Aquilonares  
se abiunxerint, incredibilis Indicarum gētiū multitudo ad nos nostramq. doctrinam cō-  
cessit. Vt autem cuncti perspiciant ab hæreticis Protestantibus adimi cuncta gentilibus  
suis bona; tria sunt, quæ præsci Germanis attribuebant; indomitā fortitudinē, rara men-  
dacia, rara adulteria. At post hærefes enatas, & à Luthero ex inferis emissas, elanguit B  
Aquilonarium fortitudo ob effœminatos mores ab illo inductos, vt explicauimus signo  
de ignauia hæreticorum LIV. libro duodecimo. Quantū verò ad adulteria; multum fuisse  
puritatis antiquæ diminutum per istos, ostēdimus signo LI. de impuritate, & LVI. de tur-  
pissimis progressibus, initio capitis 13. lib. 12. Quod autem spectat ad mendacia; idem  
confectum per eodē, vt signo eodē in quinto obiecto apparet. Quamuis adhuc ingenui-  
tas illa olim Borealibus, ac præcipuè Germanis innata sine vlllo fūco ac fallaciis nō adeò  
fuerit per hærefes adempta iis, qui sunt potius impulsī in errores ab hæresiarhis, quàm  
sint ipsi assertores hærefum tenacēs: quod testabatur sæpius mihi hæc inquirenti Syllius  
Antonianus omnibus bonarum litterarum Christianæque probitatis ornamentis excul-  
tus. Sed vt ad totius signi argumentum propositum redeamus, quo asserimus Catholicis  
esse præ cunctis decentem felicitatē; facit ad idem, quod latè explicauimus signo de sum-  
ma pace XC. lib. 20. Nimirum si præscia nostris comparentur, quod nos ibi accuratè egi-  
mus, maximam nobis esse tranquillitatem, ac tempora respectu antiquitatis pacatissima.  
Nihil autem facere ad humanam beatitudinem magis videtur, quàm degere in aliqua  
quietis parte, ac securitate. Verè namque aiebat Cicero, pacis esse dulcissimum ac pul-  
cherrimum nomen, & res ipsa est salutaris. Non alias namque ob causas antiqui multos  
diis adscribebant, nisi quod pacata tempora adducerent, bella sedarent. Hinc ille ad  
Augustum:

*Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux  
Post ingentia facta deorum in templa recepti,  
Dum terras, hominumque colunt genus, aspera bella  
Componunt.*

XXV. Ad eam dem felicitatem spectat inter Catholicos cæli tellurisque, naturam in melius ef-  
se mutata; quod nos clarè aperuimus sig. LXXIII. lib. 15. Sed quosdam scilicet offendit  
vrbs Romanæ agriq. diminutū esse splendorem, & cultum; neque aduertūt hæc detrimē-  
ta facta, cum Roma pareret Imperatoribus vel hæreticis, vel alioquin Pontifici Romano  
inimicis. Verbi gratia tunc Romam diruit Torila, cum Iustinianus in custodia detineret  
Vigiliū Papam, quæ post alios narrat Sigonius libris de Occidentali Imperio. Sed cer-  
tè non exiguus Romæ splendor, neque tenuis maiestas: quod, quantum ad ædificia, qua-  
le sit, explicauimus signo XLV. de magnificentia lib. 11. quantum verò ad sacram pote-  
statem, & nunc habet latius pertinentem, quàm vel ipsa vrbs, vel quæuis alia quouis vm-  
quā tēpore legatur habuisse; quæ quanta sit, liquet ex eo, quod plures Imperatores ac Re-  
ges variis in locis solio deiecerit, ac rursus euexerit; quod enarrauimus signo de admirā-  
da progressionē sacræ potestatis LXXVI. lib. 16. ita vt verè dixerit Leo Papa ferm. 1. de  
SS. Petro & Paulo: Per sacram B. Petri sedem caput orbis effecta (Roma) latius præfides  
religione diuina, quàm dominatione terrena. ] & Prosper libro de ingratis:

*Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris  
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis,  
Religione tenet.*

Quod si hac in re circūspicere velimus euenta vrbiū maximarum, in quibus potentissi-  
ma ex omni sæculo Imperia confederint, videbimus nullam tamdiu stetit cum tanto  
vel ædificiorum vel potestatis splendore ac dignitate, quamdiu stat adhuc Roma. Vigin-  
ti autem ciuitates recensentur, quæ summis Imperiis sedes fuerunt, & ante multa sæcula  
omnes ita conciderunt, vt earum vix vlla restent insignia monumenta. Troia sit harum  
prima

A prima, in qua regnator (inquit Virgilius) Asiæ morabatur: sed ex antiquissimo tempore  
cani poterat.

*— Stetit Ilium, & ingens  
Gloria Dardanidum.*

Secunda est Sardis Lydorum, Cræsiq. regia. Tertio loco sunt Thebæ illæ Aegyptiæ  
centum portis celeberrimæ, & Homeri versibus decantatæ; Quarta est Taphnis, Aegy-  
ptiorum Regum sedes ambæ olim illustrissimæ. Quinta est Syene, Sexta Meroë, in qui-  
bus Aethiopici Reges morabantur. Septima est Babylon. Octaua Seleucia Syriacorum  
Regum. Nona eorundem regia Ninive. Decima est Persepolis ab Alexandro Magno  
euerfa. Vndecima est Carthago. Duodecima Thebæ Græcæ. Decima tertia Hierosoly-  
ma. Decima quarta Sparta. Decima quinta Athenæ. Decima sexta Corinthus. Decima  
octaua Tyrus. Decima nona Antiochia. Vigesima sit Nicomedia Orientalis aliquando  
Imperij sedes. Sic igitur, quantū video, sola Ecbatana videtur superesse vetustissima Me-  
dorum regia; si modò, vt quidam purant, est illa, quam modò Taurisum vocant, & in qua  
morari solent Perfarum Reges. Nunc verò illam audimus à Turcis captam. Cumque Pli-  
nius scribat lib. 6. cap. 14. illam fuisse à Seleuco conditam, facit vt credam fuisse olim  
subuersam; cum legamus cap. 1. Iudith ab Arphaxado fuisse ædificatam. Multa tamen  
sunt, quæ suadere possent Taurisum non esse Ecbatanam. sed quamuis esse cōcedamus,  
non semper tamen in ea confedit summæ alicuius potestatis sedes, aut Romæ est æquipa-  
randa quantum ad ædificiorum magnificentiam & splendorem. Soli igitur Romæ diui-  
nitus est concessum, vt tam diu steterit; & licet in ea defecerit Imperij Romani sedes, con-  
stitit tamen Pontificiæ potestatis maiestas multo diuiniore, ac latior, cui subiecti fuere ac  
C sunt Imperatores summi, ac Reges. Agitur porrò annus ex quo Roma scribitur cōdita, vt  
quidam numerant, bis millesimus tercentesimus, ac duodecimus, quantum tempus nulla  
vrbs cum tanto ædificiorum decore ac tanta potestate vniquam durauit. Quod verò qui-  
dam conqueruntur vel Italiæ non esse tot vrbes, vel eis non esse tot hominum multitudi-  
nem; falluntur, si in vniuersum verba faciunt, vrbesque dici velint quibus nunc solis est  
Episcopus; cum præsci vrbs dixerint quæcumque locum è domibus priuatorum constan-  
tem, quibus publicus spectatim fuerit iudex, tractatioque rerum publicarum cum spatiis,  
delubrisque communibus, siue is fuerit exiguus, siue amplius. sic enim Cicero lib. de Rep.  
Eiusmodi, inquit, coniunctionem testorum oppidum, vel vrbs appellarunt delubris di-  
stinctam, spatiisque cōmunibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qua-  
lem exposui, ciuitas est. Jhæc ille. Neque verò antiquis distingui exactè solent oppida ab  
D vrbsibus. Plautus in Persa, cum sæpè Eleusipolim vocasset vrbs, subiicit postea: Eleusi-  
polim Persæ cepere in Arabis plenam bonarum rerum, antiquum oppidum. ] & Seruius  
Sulpitius epistola ad Ciceronē, cum numerasset amplissimas vrbes euerfas, mox ait: Quæ  
oppida quodam tempore florentissima fuere. Castra, & castella præscis sunt loca mu-  
nita, quibus delubra, & spatia communia, priuataque domicilia cum publicarum rerum  
administratione, & iudice non sunt. Cicero ad Catonem lib. 15. ep. Vallo & fossa oppi-  
dum circumdedit, sex castellis, castrisque, maximis sepsi. ] Ac talia vocari possunt multa in  
locis natura aut arte munitis aduersus quascumque hostiles incurfationes ædificata, de  
quibus Virgilius dicit:

*Aut montana sedet circum castella sub armis.*

E Quod igitur quidam volunt vrbes esse dumtaxat Latinis, quibus nunc est Episcopus, ij  
prorsus Latinè sciētibus sunt ridendi. Quocirca si teneamus quam nos adduximus distri-  
ctionem, vocabulorumque, explicationem veram, multo plures Italiæ nunc sunt vrbes, quàm  
forent antiquis Imperij Romani temporibus. quod si quis neget, sumat in manus Leātri  
Alberti descriptionem vel Italiæ totius, vel regionis, prouinciæque, alicuius ex illa, & con-  
ferat cum Plinij aut Strabonis descriptione, ac sciet nūc multo plures esse vrbes (quas ta-  
men aliqui non satis peritè vocant castra) quàm fuerint Imperio Romano florentes: quin  
nos aliquando collegimus centum triginta vrbes de sanctorum, qui sunt adscripti cæli-  
tibus, nomine appellatas, & à Christianis excitatas. De magnificentia ædificiorum foret  
disceptatio, quam nos absoluius signo XLV. lib. 11. Illud hic addidisse contenti eri-  
mus, secundum Romam non fuisse tantam ceteris vrbsibus Italicis magnificentiam. cui rei  
sit illud argumento clarissimo, quod Rauenna erat olim maxima vrbs (sic eā Strabo vo-  
cat) & tamen idem testatur lib. 5. totam fuisse cōpactā lignis ædificiis, & paulo post ait:  
Se-


Secunda exponatur Liguria in ipsis Appennini montibus, inter Galliam (sic enim vocatur hoc tempore) atque Hetruriam sita, nihil descriptione dignum habens, nisi quod vicatim vitam agunt, terræ arantes asperrimam, fatigantesque ligonibus, immo verò saxa incidentes. ] hæc ille loquens de Liguriæ parte ea, quæ est ab eo latere Appennini, quod respicit mare Ligusticum. Nunc i quaeso, & dic, si potes, oram Genuensem, præcipuè verò maritimam constatam è solis vicis. Numquid enim vicus Genua, ac tot insignes vrbes? Quod verò spectat ad hominum multitudinem; cum nos hîc agamus de felicitate, non facit illa ad hanc. Quin Aristoteles Politicorum lib. 7. cap. 4. vult non esse admodum magnam mortalium ceterum in ciuitate, quæ futura sit beata. Illud tamen non omitemus, priscis fuisse vsitatum militibus adscribere, quicumque arma ferre possent, ac plerumque quibus foret annus decimus septimus exactus, multosque antiqua non bene perpendentes, atque oscitanter ea cum nostris cõferentes existimare nõ tot esse nunc in Italia mortales, quod non tot educantur in aciem, vel ad bella cant: neque aduertunt, plurimis esse interdictum militia, multis esse odio bellica multo maiori, quam sæculis antiquis, aut quam ceteris à Catholica pietate mâuetudineque alienis, quod nos signo de summa pace XCI. lib. 20. latè explicauimus: quamuis reuera Catholici virginitatis ac pudicitia summi amatores non ita dent operam proli propagandæ, vt antiqui.

Ad summam nullus hominum ceterum vmquam fuit ab orbis fabricatione è tot nationibus toto orbe diffusis constat, in vnâ rerum diuinarum doctrinam consentiens, vni que sacrorum Pontifici parens, qui tot tantisque virtutibus, in quibus ponitur essentia felicitatis, ornatus, tot ac tanta imperia regnaque cum maximis opibus sit natus, tot ac tanta cum celeberrimo laudum splendore administrarit, & ad bonum totius humani generis commune dederit in lucem, tam diuque durarit, vt Ecclesie Catholicae populus Pontifici Romano parens, quæ quoniam necesse erat vt adesset aliquando Ecclesie Dei ex oraculis antiquis, vel propter infirmos & imperfectos alliciendos & cõfirmandos (qui tamè aliis collati maximè firmi ac perfecti sunt, vt aperuimus signo XXX. de summa sanctitate) vel etiam ad iustitiam diuinam inter mortales aliquo modo explicandam, Christianarum rerum in terris dignitatem, quod decebat, amplificandam; cum terrena cælestibus, splendoremque harum rerum diuino seruire sit conueniens, ex his omnibus sit nobis esse præ cunctis, dempto rerum luxu, libidine, & intemperantia, decetem felicitatem, & ideo nos esse ex Ecclesia Dei. Quod si quando hæc externa ac fluxa defuerunt, aut aliquibus ex Ecclesia defunt; quidquid ex hac parte felicitatis deerat, deestve nobis, reponerat Deus, ac reponit ex alia parte maximarum virtutum, de quibus egimus primo tomo, & in quibus solida; & intima beatitudo reipsa collocatur, & ad quas cuncta hæc referri debent.

FINIS LIBRI VIGESIMI SECVNDI.



DE



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER VIGESIMVS TERTIVS.



SIGNVM NONAGESIMVM QVARTVM.

Potestas in dæmonas.

E P O T E S T A T E, Q V A M P O T I M U R

In Dæmonas colligitur nos esse ex Ecclesia Dei.

Cap. I.



Vtque à vigesimo libro ad præsentem recensuimus signa ducta à subiectis: nunc restat, vt ab inimicis vel imminuentibus sacrum ius Ecclesie desumpta referamus. Atqui nunc in terris præcipuè nõ est nobis colluctatio (inquit Paulus) aduersus carnem & sanguinem (id est eos qui carne & sanguine cõpacti sunt, cuiusmodi homines cuncti) sed aduersus principes & rectores mundi tenebrarum contra spiritualia nequitia. ] nimirum malos dæmonas. Idcirco quicumque sunt à parte dæmonum, pro dæmonibus præliantur, iisque vti ducibus in acie obediunt, imperare iis nequaquam possunt, quibus subiecti sunt. At qui sunt à parte Dei, atque Ecclesie, cõtusque diuini, dæmonibus imperant, & virtute, qua pollent, loco illos pellunt, terga dare cogunt, velint nolint, diuini scilicet milites cælesti robore confirmati. Atque hoc est, quo maximè Apostoli gloriabantur: Domine, inquit, etiã dæmonia in nomine tuo subiiciuntur nobis. ] Quin ipse Christus hoc voluit primum signum esse eorum, qui veram fidem sequerentur: Signa, ait ipse, eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient. ] Audin' primum signum? Vin' igitur ex eo dignoscere, qui credant, non sibi, quales sunt hæretici, qui sua commenta, vt à principio dicebamus, sequuntur, sed Christo, qui per Ecclesiam loquitur? inspicere, quinam ex hominibus dæmonia possint ex obsessis corporibus expellere: & videbis hæreticis id negatum, quibus nullum robur aduersus eos, quibus ipsi se addixerunt. At Catholicis id cælitus datum passim videmus. Ac bene Christus nõ singulis hoc datum dixit, neque inquit, Signa eum qui crediderit, hæc sequentur; sed, eos: vt sciamus id non datum singulis ex vniuersitate, sed aliquibus ex illa, quippe qui in primis ex ea præcellant, quasi duces, & antesignani. Libet hîc referre, quod accidisse Lutherò referunt Surius & Fridericus Staphylus, qui adfuit ipsi rei. Igitur in Germania habebat quidam filiam sibi admodum caram, quod vnica esset, & facie non indecora: eam dæmon pessimè cepit exagitare. Cruciabatur intimis sensibus pater ob huiusmodi ærumnam, neque excogitare poterat, qui filiam liberaret. Tandem venit illi in mentem quidpiam, quod maximam illi spem lætitiæque simul attulit. Statuit eam ad Lutherum adducere, quem credebat summo cælo delapsam, cui cuncta obedirent, vel ipsi dæmones Dei contemptores. Nulla mora. Adducit ad hominem cælestem, alacer in eius conspectum cum filia procedit, confidentia & gaudio gestiens. At vir ille bonus sibi suarum rerum conscius, modestiam simulans, nequaquam se ad hoc missum dicit, vt homines curet, tãtum vt veritati testimoniũ det concioni-

Marc. vltimos

nibus, & doctrina sua. Pater opinabatur id ab animi moderatione proficisci: idcirco A petere, efflagitare, precari, ad pedes accidere, supplices manus tendere, obtestari, open diuinam denique implorare. Quid plura? cœpit nouus ille propheta fidem dare dictis, & in aliquam spem venire. Et quid si dæmon uaferrimo consilio abscederet, & mendacia suorum confirmaret mendacij pater? Itaque obsistenti similis homo bellus assentitur, & edicit ut manè adsit vnà cum puella in sacrario ædis cuiusdam. Ille præ hilaritate exilire, rem manibus tenere, oculos ad cælum tollere, Deo gratias agere immortales, cunctis factum edicere. Itaque maximus hominum fit concursus hora composita ad locum: præstolantur aduentum viri ex altissimis astris delapsi. Ille autem gradu maturo incedens, miranda grauitate spectandus tandem venit ad rem.

*Parturient montes, nascetur ridiculus mus.*

Aggreditur opus. Vix effatus cunctis animo defixis, & ecce dæmon ille efferatus puella B membris insidens, & quocumque uellet, eam flectens, & impellens, continuo manibus ambabus ad fauces iniectis insiliuit impetu maximo in Lutherum. Qui aderant, primò rem non magni facere, & idcirco apprehensis puellæ brachijs ab incepto abducere conantur. At ubi vident neque omnes simul coniunctos posse obsistere, quamuis magna vi niterentur, sed in omnes inuehi, omnes cedere, & ad terram prosternere, vnum Lutherum appetere; tum verò conterriti absistere, locum dare. Lutherus ex sanguis, exanimatus, hæc, illac diffugere, euadere, salutem quærere. Illa per se qui, arripere ubi posset, nullam requiem dare. & quod maximum incussit horrorem; fores ingressis omnibus atque ingredientibus antea patuerant; nemo occluserat; & tamen cum Lutherus egredi è sacrario uellet, ut è furentis manibus elaberetur, occlusæ repente apparuerunt. Vbi miser videt aditum sibi omnem fugæ præclusum per ostium, conuolat ad fenestram quamdam; neque memor fuit ferreis virgis interfectam. Ibi infelix, re perspecta, cōcidit, auxilium vociferationibus implorauit. Denique necesse fuit, accersere, qui ferro fores deijcerent, atque aditum patefacerent. quod & factum est, & Lutherus ereptus ex immani periculo. Aderat Fridericus Staphylus vir ingenio præstans, qui totos decem annos Lutherum sectatus fuerat, summam fidem dictis eius habens; sed ubi hoc præfens perspexit, alia continuo cœpit cogitare, & dimisso Luthero, ad nostras se partes conulit; & non modò rem, quæ passim in vulgus emanarat, diuulgauit dictis suis, sed scriptis etiam, quibus acerrimè postea Ecclesiæ Catholicæ veritatē defendit. Simile est hoc illi, quod euenisse septem Iudæis Scæuæ principis sacerdotū filijs habemus in Actis Apostolorum. Nam cum viderent à Christianis homines huiusmodi obsessos liberari, conati sunt idem; sed euenit multo secus, quam putarent. Nam sic in eos inuasit dæmon, ut nudi ac vulnerati effugerent è domo illa, in qua sunt id aggressi. Ut igitur rem concludamus; quotidie videmus à nostris dæmonas expelli è corporibus humanis, ab hæreticis frustra id tentari, ac maximo eorum periculo. quod est clarissimum diuini numinis semper Ecclesiæ nostræ præsentis signum. Nam si id per collusionem fieri dicant; redarguit eos Christus, qui Iudæos idem dicentes aduersus ipsum confutauit. Iam verò à nostris dæmonas effugari ex obsessis corporibus, & ex ipsis quibus infederint locis, sic est notum, ut in promptu sit cuius hæc videre, si adducat ad nostros aliquè obsessum. In Indijs occidentilibus ab indigenis passim dæmones colebantur honoribus diuinis, illi autem responsa dabant, & spectris innumeris cunctos in fraudes inducebant: ex quo nostri in illas oras venere, dæmones euanescere, illusionibus & oraculis non amplius locus fuit. Multa verò scitu iucundissima narrat in hanc rem Petrus martyr Mediolanensis, qui fuit in ijs regionibus, & plurima istarū rerū vsu ipse cognouit, eadē refert Gonzalus Ouetanus & in historia Indiarum scripta ad Carolum Quintum latè habentur. In Indijs similiter orientalibus cuncti dæmonas colebant. Quin inter Sinas & Iaponios erat illud in more positū, ut dæmones miris cruciatibus exagitarent obsessos: cumque ab ijs exigeretur, ut inde abirent, non prius aiebant se discessuros, quam promitteret obsessus, se illis diuinos honores daturum. Iureiurando infelix ad hæc se obstringebat. quocirca præsentī vexatione liberatus diabolus depingebat horrenda effigie monstrum, quod flammam spiraret, vndique tenebris obsitum, vultu deformi, & huic imagini quotidie flamma adolebat, quin etiam supplicis in modum ad ipsius pedes accidebat, caput flectebat, & omnia signa diuini honoris exhibebat. Atque hæc in omnibus Sinarum Iaponiorumque terris. Quin dæmones vrbes ipsas, & vicos, regionisque immisis cladibus & vastitatibus foedabant, prosternebant

A. 19.

Gon. c. 10. hist.  
lib. 5.

bant omnia. Quocirca cum nostri ad illas oras appulere, maximo sunt habiti in honore, quòd cuncti viderent dæmonas nostris torqueri minis, ac verbis fugari, & longissimè expelli. Plurima sanè plenissima voluptatis habentur in libris Societatis Iesuitarum ad hanc rem spectantia. Eadem refert Gonzalus Mendoza in historia Chinæ, & reliqui. Nos supra ubi egimus de Eucharistia in classe decima, & de chrismate nonnulla miracula retulimus, quæ faciunt ad præfens argumentum: ex quo concludimus longè esse hæreticos ab Ecclesia Dei, illam verò esse nobiscum.

## SIGNVM NONAGESIMVM QVINTVM.

Pœnæ in imminuentes sacra iura.

*De pœnis, quibus Deus Reges & Imperatores alioquin Catholicos, sed aliqua in re Pontificæ auctoritati iniurios est vltus, colligimus quæ sit Ecclesia Dei. Cap. II.*



Aepè Deus multisque in locis edicit, ne quis iniuriam sacerdotibus suis, Pontificibus, & prophetis faciat, ne quis omnino suos offendat, alioquin hæc audentem non impune abiturum, non impune laturum. Qui tangit vos, inquit ille, tægit pupillam oculi mei, quia ecce ego leuo manū meā super eos, & erunt prædæ his qui seruibant sibi. En futurum dicit vates, ut qui lædit populum Dei, eiusdem punientis manum experiatur, & læso in seruitutem addicatur. Hinc alibi Deus, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Nā, qui vos audit (dixit ad discipulos suos Christus) me audit, & qui spernit vos, spernit me. quocirca si Balthasar ob violata templi vasa, imperio, & vita scribitur spoliatus; quid putamus illi futurum, qui iura Ecclesiæ sacra inuerterit? qui exemplo Ananiæ & Saphiræ aliquid ex illa detraxerit? An non ille exēplo eorum dem diuinitus mulctabitur? interficietur? Grauiissimū est hæreseos crimē, & schismatis, & grauiissima pœna illud consequitur. Proxima illi sunt nonnulla, quæ à Catholicis principibus interdū solent admitti vel res Ecclesiæ, vel iura violantibus, quæ nullo modo Deus inulta abire permittit, quamuis ut leuiores sunt, sic leuius castigentur. Horum nonnulla exempla aperitissima referemus, in quibus iustitiæ cælestis temperatio maximè elucescit. Initium faciamus ab Imperij Occidentalis ruina; in qua videbimus illud aliis distributum ob eandem causam, quæ Deum Regum Regem mouit, ut Assyriorum regna ad Medos, ac Persas trāsferret, quòd Balthasar Rex vasa sacra polluere ausus esset. Diximus quanta Constantinus Ecclesiæ Catholicæ, & Episcopis, in primis autem Pōtifici Romano fuerit olim largitus: imminuerunt illa, & penè omnia sustulerunt Constantius, ac Iulianus successores, quamuis quantum ad Ecclesiam Romanam contrariū nihil constituerint, ut supra est explicatum. Post hos Iouinianus in ipso Imperij initio vita deceffit. Qualis Constantij & Iuliani fuerit exitus, explicauimus. Iouiniano defuncto subrogatus Valentinianus, qui Imperij, consortem sibi adsciuit Valentem fratrem Arianum, mox etiam filium Gratianum. Tribus hisce imperatibus lex lata Ecclesiæ omnino damnosa, & prorsus iniqua: hi nāque tres constituerunt, ne quid viduæ clericis aut Ecclesiæ possent legare, Valentiniano & Valète III. Coss. qui fuit annus, ut colligūt aliqui, ccc. lxx. atque haud multo post Valètinianus infeliciter admodū, ut scribit Ammianus, Brigittione motitur sub anni ccc. lxxv. finem. Successere illi Gratianus vnà cū Valète, rursumque imminuta Ecclesiastica iura. Statutum namque sacerdotes criminum reos ad Illustres potestates trahi posse, Valente V. & Valètiniano Coss. eodemque anno Gotthicis Istrum à Valente collocati in Romano solo, à quibus anno trecentesimo septuagesimo octauo victus, & concrematus, suffectusque illi à Gratiano Theodosius in Orientali Imperio. Hic Catholicos omnes à Valète Ariano expulsos reuocauit, hæreses ferè omnes ex Oriente exegit, & Ecclesiæ quātū potuit fauit: quod cum plurima alia testantur, tum quod contigit inter ipsum & Ambrosium.

Post hæc anno ccc. lxxxiv. Valentinianus iunior, impellente Iustina matre hæretica Ariana, Ambrosiū Catholicū omnes Mediolani vexare cœpit: quo tempore Gratianus à Clemente Maximo, qui Imperium à Britānia occuparat ad Lugdunū, victus, & occisus.

De Sig. Tom. 2.

V u Anno

Zach. 4.

Psal. 104.

Li. 16. C. Theo.  
de Ep. Eccl. &  
cler.Lib. 16. Cod.  
Theod. tit. 23.

Anno ccc. xci. à Valētiniano iuniore constitutum & illud aduersus Ecclesiæ iura, nequid à Diaconis legaretur clericis, aut ecclesiis; Diaconis ne fieret, nisi post annum sexage finum; qui secus fieri permitteret Episcopus, dignitate moueretur: data est lex Mediolani, vbi Valentinianus morabatur, à quo rescriptum manauit. addidit aliam legem, ne monachi in vrbibus morarentur, sed in vastas solitudines se abderent, neque redirent nisi ad iudicium vocati. Atque anno sequenti idem Valentinianus apud Viennam laqueo suffocatur ab Argobaste, Imperiumque Eugenius inuasit, quem Theodosius mirabiliter acie vicit, & Occidentale Imperium Honorio, Oriētale Arcadio filiis reliquit anno ccc. xciv. Ac talis fuit exitus Valentiniani senioris, Gratiani, & Valentiniani iunioris, per quos maxime detractum Pontificiæ auctoritati. Primus ex his miserimè decessit, repentina scilicet ira inflāmat, & atrocissimè ex cruciatus, reliqui duo interfecti cōciso Imperio, nullis etiam liberis, ad quos illud transmitterent, relictis. Itaque haud multum distant à Constantio & Iuliano, qui eos præcessere. hoc tamen illis præstāt, quod superfuit his amicus, & affinis Theodosius Imperator, qui postea vltus est eorum necem. Atqui solatij est aliquid, affinem relinquere successorem, non inimicum; quod euenit Constantio, & Iuliano, è quibus Constantius sortitus est Iulianum sibi inimicum successorem, quamuis consanguineum, Iulianus Christianos à se maximè exosos.

Honorius, vt diximus, Imperium Occidentale à patre sibi commissum accepit, sed cū puer esset, Stilicho omnia est moderatus, quamdiu vixit. Ab Honorio autem iura Ecclesiastica maximè diminuta Stilichone viuentē: in primis autem statuit, ne Episcopus cognoscere posset nisi causas religionis, anno ccc. xcix. & licet cōstitutioni præfixum sit etiā nomen Arcadij, lex tamen est Honorij: data namque est ad Proconsules Africa, quæ Honorio parebat, & Patauij, quæ vrbs ad ipsum spectabat. & anno ccc. xcvi. i. vt quisquis ad templa confugisset quacūque de causa, abreptus ab altari poenas grauiores perfolueret; ne clerici, nisi è monachis, eligerentur; vt è vicis dumtaxat, vbi sunt ecclesiæ, quibus præficiuntur, isq. clericorum numerus adscriberetur ecclesiis, qui possent è fructibus ecclesiarum pendere tributum. Hæc igitur sancita ab anno ccc. xciv. vsque ad ccc. xcix. at sequenti, qui est c. Alaricus Gothorum Dux Dalmatiam, Pannonias, Epirumque sedissimè vastauit vsque ad Alpes Iulias, & sequenti Italiam vsque ad Thusciam, victo & fugato Stilichone. & c. vi. Vandali & Alani traiecto Rheno Gallias sunt ingressi, vt scribit Cassiodorus, ac Prosper. Cōstantinus similiter in Britannia per factionem creatus Imperator Gallias occupat, Arelate sedem figit, cæsis Honorij Ducibus, Hispanias sibi adiungit, & Imperium tenuit in iis locis vsque ad annum c. xxi. Vandali præterea, vt è Prospero habemus, Africam cepere anno c. xi. quo item tempore Roma ab Alarico capta, & direpta. Sed c. xxi. Honorius quamuis non omnia, multa tamen Ecclesiastica potestati restituit, interempto de mandato ipsius Stilichone. In primis sanxit ne prædia ecclesiastica tributis vllis onerarentur, nisi visum fuerit Imperatori, vt præstetur aliquid è fructibus, vbi omnes conferunt ob aliquam repentinam necessitatem. Præterea ne clerici, nisi apud Episcopos accusarentur. Ex eo non nihil res eius melius processerunt. Nam cū Gotthi relicta Italia in Gallias secessissent, Honorius Constantium misit aduersus eos, Regemque ipsorum Attaulphum, à quo creatus fuerat Augustus Attalus anno c. xiv. à Constantio pulsus in Hispanias Gotthi, captus Attalus, Vandalis in Hispania sedes concessæ, pax facta cum Attaulpho & Vallia Regibus Gothorum, eisq. cis Ligerim, Burgundionibus vltra Rhodanum sedes assignatæ. ac tandem Honorius anno c. xxi. sine liberis decessit, superstite tamen Theodosio, qui erat illi nepos ex Arcadio fratre, & Orientis Imperator. sic igitur imminui cœpit Imperium Occidentale, ex quo Honorius puer adhuc, Stilichone omnia gubernante, leges ad eod. sacre potestati iniquas tulit: quarum cum nonnullas iam cœpisset abrogare, pacatiora omnia, & minus infelicia tempora est sortitus; Gotthique, Vandali, & Burgundiones assignatis sedibus cōtenti se illius Imperio subiecerunt. Huius igitur Honorij pœna minor, quam Constantij Iuliani, Valentiniani senioris, Gratiani, & Valentiniani iunioris, à quibus maximè diminutum Ecclesiastico iuri. Nam minus Honorius peccauit, cū puer annorum quindecim Stilichoni cuncta regenda, vt Theodosius pater instituerat, committeret; ac tum leges illæ iniquæ latæ, tum Roma direpta, Imperium laceratum. vbi verò interfecto Stilichone animum magis ad Imperij curam adiecit, aliquot ex iis legibus infregit; Vandalos, Gotthos, Burgundiones, sedibus datis, sibi obsequentes reddidit accepta pace: à qui-

Li. 16. C. Theod.  
us. 27.C. Theod. tit. 45  
cap. 3. lib. 9. &  
lib. 16. tit. 3. 1. &  
33.

Cassiod. in fast.

C. Theod. li. 16.  
leg. 50. & 51.

A à quibus tamen gentibus in hæc loca distributis Imperio Occidentali compedes iniecti, vt in illud possent insurgere cū vellent, quod fecere, vt mox loco suo apparebit.

Honorio defuncto, Theodosius iunior Orientis Imperator Valentinianum III. è sorore nepotem suffecit, interfecto Ioanne, qui Imperium post Honorij mortem inuasit. Ab hoc Valentiniano sicut euerfa Ecclesiastica iura, sic Imperium similiter Occidentale euer sum penè funditus; ipse verò miserabiliter interfectus. Hic igitur constituit, ne Episcopus vllius haberet iudicij potestatem; neque in ipsos clericos, nisi clerici in ipsum compromittant; si quis è clericis litigantibus dissentiat, adeundum iudicem profanum; clericos à laicis ad iudices profanos trahi posse, presbyteros quoque, & Episcopos; neminè vllius vrbs inquilinum collegio alicui obstrictum fieri posse clericum, aut laicum, multaq. alia in detrimentum sacre potestatis, Herculano Cōf. eodemq. anno Attila irrūpēs in Italiā subuersa Aquileia cunctas Galliarum Cisalpinæ & Aemiliæ vrbes diripuit ac vastauit; crudeliora patraisset, nisi occurrens ad Padum Leo Pōtifex illum placasset. Denique anno c. l. v. Valētinianus cū vim intulisset vxori Maximi, ab eodem Maximo est interfectus, qui ipsius coniugem Eudoxiam sibi adiunxit. Gensericus autem Vandalorum Rex Africa mouens Romam direptionibus & incendiis deformat, innumeram captiuorū multitudinem abducit, prædam ingentem in Africam refert. Ex his hucusque apparet ab Honorio, dum vixit Stilicho, deinde à Valentiniano maximè omnium Ecclesiasticam potestatem depressam. Quocirca iis imperantibus Imperium Romanum maximè disceptum, à Vandalis Africa occupata, à Visigothis Hispania, ab Anglis Britannia, à Francis Gallia; à quibus excitata regna Ecclesiæ Catholice deuorissima, quæ adhuc durant, excepto Vandalorum principatu, qui sicut Ecclesiæ Catholice numquam se dedit, sic post aliquod tempus est excisum: vt veritas oraculi illius appareat; Gēs & regnum, quod nō seruerit tibi, peribit. Occidētali igitur Imperio in hunc modum conciso, nihil illius erat reliquum, nisi Italia sola; quamuis Maiorianus Galliarum partem, quæ paulo post amissa est iterum, receperit. videamus autem quomodo & ipsa à barbaris & quo tempore fuerit occupata, atque ita Occidentale Imperium funditus euersum.

Anno quadringentesimo septuagesimo quinto Orestes militum magister genere Gothus Iulium nepotem, quem Leo Primus Occidenti Imperatorem præfecerat, Italia exegit, Momyllumq. filium suum creauit Augustū. Præerat Orienti tum Zeno Imperator hereticus, vt Zonaras annaliū tom. 3. scribit, ad quem spectabat Occidenti Imperatorē dare atque ita eodē tēpore, & Occidens, & Oriens nactus est Imperatores hereticos. Nam Gotthi, è quibus Momyllus omnes Ariani. sed anno sequenti qui est c. lxxvi. Odoacer Herulorum Rex, Momyllo deiecto, Italiā cepit. Ex eo nullus Occidētis Imperator vsque ad Carolum Magnum per annos ccc. xxv. Atque ita quod Imperium Imperatoribus quidē Catholicis, sed Ecclesiastici iuris violatoribus regnantibus est variè à variis gentibus dilaceratum, tandem Imperatoribus hereticis rerum potitis radicitus est extirpatum. In quo libet amplius admirari diuinā prouidentia. Nā post tot annos eadē dignitas ac potestas ad eū Regē diuinitus est delata, qui non modò Pontificiæ auctoritatis, vt supra vidimus, fuit studiosissimus amator, sed ex illa gente fuit, quæ Imperium Occidentale vnā cū multis aliis maximè discepēs prima ex illis Ecclesiæ Catholice se addixit. Quatuor enim nationes potissimum diuiserunt inter se Occidentale Imperium, Vandali Africa occupata, Visigothi Hispania, Franci Gallia, Angli Britannia. Ex his Vandali & Visigothi Ariani, Franci & Angli vt vocant Gentiles. Franci primi è quatuor Catholicam pietatem sunt amplexati. Clodoueus namque Rex Francorum anno c. xcvi. Christo nomen dedit. Angli cœperunt esse Christiani anno d. c. lxxv. Vandali deleri in Africa. Visigothi in Hispania Catholicam veritatem coluere Richaredo Rege anno d. lxxxvi. Sic igitur Imperium Occidentale concisum, regnatibus Imperatoribus quidem Catholicis, sed Pōtificiam potestatem minuentibus, Valentiniano, Gratiano, Valentiniano II. Honorio, & Valentiniano III. euersumq. Momyllo Augustulo in Occidēte, ac Zenone in Oriente hereticis ambobus Imperatoribus, tadē est restitutum à Carolo Pontificiæ potestatis & Catholice religionis studiosissimo: vt appareat vltio cælestis in eos, qui de Ecclesiasticis iuribus aliquid audeant detrudere, & beneficentia in eos qui illis addere studuerunt.

Quocirca quando ventum ad Francorum Reges, videndum nobis quomodo est ab iis Occidentale Imperium translatum ad exteros, regnumque eorum è familia in familiā transierit. Tres Francorum regiæ stirpes hucusque numerantur, Clodouei à Moroueo

In Nouel. C.  
Theod. tit. 12.

prognati, Pipini, & quæ hodie regnat Hugonis. Vltimi Merouingorum fuere Theodori-  
cus, ac post eum Chilpericus filius Reges ignauissimi, Zonara etiam teste. Theodorico vi-  
uente Carolus Martellus omnia administravit, de quo sic Frodoardus antiquus Franci-  
carum rerum scriptor: Hic Carolus, inquit, ex ancillâ stupro natus, vt in annalibus Regū  
de eo legitur, ceteris qui ante se fuerant audacior, non solum Rhemensem, sed etiā alios  
Episcopatus regni Francorum laicis hominibus & Comitibus dedit, ita vt Episcopis ni-  
hil potestatis in rebus Ecclesiæ permitteret. ] hæc ille de Carolo Martello, qui tamen à  
Gregorio Secundo & Tertio Romanis Pontificibus alioquin valde laudatur, vt pius, in  
litteris, quæ adhuc exstāt. & maximè dira nihilominus narrantur visa de ipso post mor-  
tem propter huiusmodi sacrilegia. Theodorico successit Chilpericus non modò iners, sed  
stupidus (sic enim re & cognomento fuit) anno septingentesimo quadagesimo secundo  
paulo post obitum Caroli Martelli, qui incidit in annum priorem, vt Beda testatur. Pipi-  
nus & Carolomannus id maximè curarūt, & contenderunt, vt ecclesijs, Episcopis, & cle-  
ricis ablata omnia restituerentur: id constat è Synodo Franciæ, quæ Bonifacio Archiepi-  
scopo Moguntino, & Apostolicæ Sedis Legato, est habita anno septingentesimo quadra-  
gesimo secundo, studio Carolomanni Ducis, & Sueffionensis, quæ anno septingentesimo  
quadagesimo quarto est celebrata procurante Pipino Duce: in quarum principio id an-  
te omnia statuitur, vt ecclesijs, Episcopis, & clericis quidquid est ereptū, reddatur. Hoc  
igitur loco erant sacra res Merouingis regnantibus; quorum desidia, vt testatur Synodi  
suprà adductæ, proculcabantur illæ, & ab impijs rapiebantur, cum Deus ab ijs regiam  
potestatem transtulit in Pipinum nequaquam paterni scelere imitatore, sed Ecclesia-  
sticæ potestatis assertorem acerrimum, largissimumque amplificatorem, cum monachum  
iam Carolomannus frater induisset. In hunc à Chilperico nullius hominem mentis reg-  
num Francorum de auctoritate Zachariæ Papæ est translatum. Hic est Pipinus Caroli  
Magni pater, qui exarchatum Rauennæ, aliaque plurima Ecclesiæ Romanæ restituit, &  
ab iniurijs Longobardorum Pontifices Romanos fortissimè defendit. ob has igitur cau-  
sas à Merouingis, siue liberis Clodouei, in Pipini, & Caroli Magni nepotes Francorum  
regnum deuenit.

Nunc inspiciamus, quibus de causis à Caroli posteritate tum regnum Francorum tum  
Imperium fuerit ad alios delatum. Atqui ex Aimoino constat, supremis Carolingorum  
temporibus bona Ecclesiastica militibus distribui, & administranda dari solita, Pontifi-  
calem verò auctoritatem nullo loco esse habitam: quin hæc fieri cœpta haud multo post  
obitum Caroli Magni, sic enim clamant Episcopi in concilio Aquisgranensi, quod est ha-  
bitum sub annum octingentesimum trigessimum tertium: Principalis potest as diuersis oc-  
casionibus interuenientibus secus, quam auctoritas diuina se habeat, in causas Ecclesia-  
sticas prosiluit. ] & in Meldensi anno octingentesimo quadagesimo quinto: Perlatum si-  
quidem est ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile, ac nimis triste  
dignoscitur, quia contra omnem auctoritatem, contra patrū decreta, & totius Christia-  
næ religionis consuetudinem in monasterijs regularibus laici in medio sacerdotum, &  
leuitarum, & ceterorum religiosorum virorum, vt domini ac magistri resideant, & velut  
Abbates de illorum vita & conuersatione decernant. ] hæc ibi, & mox Episcopi petunt  
à Carolo Ludouici filio, vt ab ecclesijs vestræ ditioni subiectis indebitas consuetudines  
& iniustas exactiones de cetero non exactetis, sed eas ita conferuetis, sicut ordo docet  
canonicus, & tempore aui & patris vestri conferuatæ fuerunt. ] Eadem repetitur in  
Concilio Sueffionensi, quod coactum fuit anno octingentesimo quinquagesimo tertio, & Va-  
lentino item anno octingentesimo quinquagesimo quinto, cum Northmanni cuncta va-  
starent. Nec tamen vmquam cessatum omnino ab huiusmodi iniurijs Ecclesiæ illatis. Vt  
enim diximus, temporibus supremis Caroli nepotum in Frācia diplomatibus auctorita-  
te regia confectis res Ecclesiasticæ militibus administrandæ assignabatur, vt ex Aimoi-  
no liquet; ac tum translaturum à Caroli posteris regnum Franciæ ad Hugonem Capetum  
anno DCCCCLXXXVI. cum tamen iure hæreditario pertineret ad Carolum Lotharingiæ  
Ducem Ludouici Regis demortui patruum, qui anno DCCCXC I. relicto Othone filio  
Lotharensium Duce, Otho autem sine liberis M. V. decessit, vt auctor est Sigiberrus,  
atque ita nulli amplius in Gallia principes viri è Carolo Magno superferunt. Nunc  
audimus in Francia Ecclesiasticas res pessimo statu esse. quàm verò miserè nobilissimum  
regnum dilaniatur? Faxit Deus vt omnia sicut assidue præcamur tràquilla contingant.  
De

Lib. 5. c. 15. 41.  
& 34.

c. x.

c. xviii.

Lib. 5. c. 41. &amp; 34

De quo non omittimus duo ad rem maximè pertinentia euenta explicare, quæ Hu-  
gonis Capeti familiæ acciderunt. Anno millesimo ducentesimo nonagesimo sexto  
Philippus Pulcher exegit à clericis omnium bonorum centesimam, mox quinquage-  
simam. Bonifacius monuit ne id faceret, neve ipse Ecclesiasticas dignitates contra ius  
conferret. Nuncium Philippus malè accepit. Pontifex Ioannem Cardinalem Gallum  
misit, qui Regem ad meliorem mentem placidè reduceret. Rex eum mandat custodiri  
vetatq; ne quis cum illo colloquatur, litterasve ab eo accipiat, eive reddat. Bonifacius  
eum per litteras excommunicatum declarat. tabellarium in vincula Rex coniecit. Bonifa-  
cius subiectos obediencie iuramento soluit. Quocirca Rex iratus, tandem clam misit,  
qui Pontificem Anagninæ comprehenderent. ij mandata fecere, Anagninæque adducta in  
potestatem, Papam in sua domo in custodia detinuerunt, donec paulo post eiecti sunt  
anno millesimo trecentesimo tertio. Quid igitur huic Philippo obuenit, quamuis postea  
à Benedicto XI. fuerit absolutus? Flandriam viuens amisit, exortumque florentissimū  
prælio commisso, Britanniam Gallicanam coactus est Angliæ Regi restituere. Tres eius  
nurus impudicissimæ, adulteris vltimo supplicio affectis, regiam familiā dedecore asper-  
ferunt, ipse dum venaretur, apro irruente deiectus equo, vita migravit. peste ac fame Gal-  
lia vexata, filios habuit quidem successores, non autem nepotes. regia namque potestas  
ad alios Capeti nepotes translata, quod ab Episcopo fuit antea prædictum. Dantes hūc  
Philippum vocat ob hæc Franciæ pestem.

Audiamus aliud. Anno millesimo trecentesimo septuagesimo octauo creatus est Pon-  
tifex Romæ Urbanus Sextus, qui cum vehementior videretur in obiurgandis Cardinali-  
bus, & Episcopis, Galli post aliquot menses elegerunt è suorum numero quemdā, quem  
Clementem dixere. ab eo stetit Franciæ Rex, ab altero ceteri fere omnes. quid igitur  
Galli cōtigit? Carolus Sextus, qui fouit hoc dissidium, eiectis in exilium doctioribus qui  
busque ex vniuersitate Parisiensi, & sapientioribus regni, in insaniam cecidit, captusque  
& abductus est à Philippo Burgūdo in Angliā ad inimicum Regem, tota pene Gallia ab  
Anglis adducta in potestatem, ciuilibus autē bellis miserè est dilaniata, vt Poggius etiam  
temporis illius scriptor testatur, & larè post alios Massonus lib. 4. Annalium Francorum  
in vita Caroli VI. Actumque prorsus esset de toto Franciæ regno, nisi postquam schisma  
anno millesimo quadringentesimo decimo septimo sublaturū fuit, obiitq; Carolus VI. quē nō  
nulli scriptores miserimū sui tēporis Regū vocant, Ioāna notissima puella M. cccc. xxix.  
celitus se asserēs misā res Gallicas recreasset, & in meliore statū reuocasset. en quibus  
panis diuinitus assignatur Pontificij Iuris inimici. Atque hæc sanè de Francorum regno.

Restat vt aperiāmus quibus de causis in Caroli stirpe defecerit Germaniæ regnum  
Anno octingentesimo octuagesimo septimo Carolo Crasso, vt omnia alia, sic regnum  
Germaniæ est abrogatum in conuentu Triburiensi, Arnulphoq; Carolomanni filio con-  
cessum, Atque hic etiam coronatus est Imperator à Formoso Pontifice anno octingente-  
simo nonagesimo sexto. Non eodem modo regnare cœpit Arnulphus, quo desijt. è Cōci-  
lio Triburiensi apparet illum Pontificiæ auctoritati in initio regni sui plurimum detulisse,  
vbi verò coronatus est Imperator, omnia sacrilegijs & nefandis facinoribus repleuit, vt  
Luithprādus testatur. obiitque morbo pediculari miserabiliter absumptus anno octingē-  
tesimo nonagesimo nono, eiq; filius Ludouicus successit, qui vita decessit anno nongente-  
simo vndecimo. Illo autem regnate, ac post eum Conrado, sic omnia sacra erant venalia,  
vt Henricus Rex Germaniæ Conradi successor cum videret ab Hungaris, qui Ludouici  
Regem cæsis innumeris fuderant, omnia in Germania vastari, votum Deo nuncupa-  
rit, se omni studio curaturum, vt simoniæ crimen ex omni Germaniæ regno extirparetur  
atque ita nobilissimum ex Hungaris victoriam reportauit anno nongentesimo tri-  
gesimo quarto. Ludouicus itaque è Caroli stirpe vltimus Rex Germanorum,  
quamuis Hermannus Contractus, qui ante annos quingentos & quinquaginta vi-  
xit, scriptum reliquerit vltimum in Germania è Caroli Magni progenie Regem  
fuisse Conradum, qui vita migravit anno nongentesimo decimo septimo; cui repugnat  
Vitichindus antiquior ipso Contracto, quicquid sit, à nepotibus Caroli Magni ad alios re-  
gnum Germaniæ translaturum non aliam ob causam, quam quòd vel eorum scelere, vel  
maxima desidia res sacra nullo loco essent. sic enim Luithprandus tradit ab Henrico vo-  
tum conceptum: Simoniaca hæresis Deo inuisa, & à beatissimo Apostolorum Principe  
Petro damnata, quæ ab antecessoribus nostris hætenus est temere custodita, modis om-  
ni-  
De Sig. Tom. 2. Vu 3 bus

Io. Villa lib. 8.

Rhagin 894

Lib. 1. c. 9.

Lib. 2. c. 8.

bus à nostro sit regno expulsa.] Hæc Hæricus apertè afferens simoniam temere custodi-

tam ab antecessoribus ipsius, vel quòd ipsi sacra venderent, vel alij de auctoritate ipsorū.  
 Hucusque apparet Occidentali Imperio maximè detractum, quòd Ecclesiæ iura maximè fuerint imminuta à Valentiniano Primo, Gratiano, Valentiniano Secundo, Honorio, & Valentiniano Tertio Occidentis Imperatoribus: ita ut Valentiniano Tertio imperante nihil ex Occidentali Imperio superesset, nisi Italia sola, quæ deinde in manus barbarorum venit, cum hæretici imperarent, in Occidete quidem Momyllus, in Oriente Zeno, ad quem de more spectabat Occidenti Imperatorem dare. Vidimus ob iniurias Ecclesiæ illatas à duabus regis familiis, licet Catholicis, Clodouei, & Pipini, regnum Franciæ ad alios translatum. Similiter Imperium Occidentale, ac regnum Germaniæ Caroli Magni, siue Pipini liberis ereptum diuinitus, quòd illi auerent sacrarum sibi rerum administrationem malè arrogare, maximo Pontificiæ auctoritatis detrimento. Regnum verò de quo agimus Germaniæ, postquam Caroli Magni genus est extinctum, iure electionis à Romanis Pontificibus habito dari semper est solitum. Ex illo post hæc nonnulli Germaniæ Reges auctoritati Pontificiæ in primis iniqui fuere. ac primo loco est Otho Magnus, & eius liberi Otho Secundus, ac Tertius. secundo loco est Henricus Secundus, tertiusque filius ipsius, ac quartus ex hoc nepos. Tertio est Fridericus Primus, posterique eius omnes. Prostrato sit Ludouicus Bauarus, si modò vocandus est Rex, aut Imperator. explicemus quibus hi pœnis fuerint cælitus percussi. Otho Magnus anno nongentesimo sexagesimo tertio, cõuentu Episcoporum multorum Romæ habito, Ioannem XII. Pontificatu deiciendum, Leonemque Octauum substituendum curauit. Ab hoc ob colatam dignitatem ornatus est priuilegio Põtificis summi ordinandi, inuestituræque Episcoporum atque Abbatum. Vsi sunt hoc iure Germaniæ Reges quantum ad inuestituras Episcoporum atque Abbatum vsque ad Henricum Quartum, qui minis Pontificum Romanorum compulsus illi renunciauit anno millesimo centesimo vigesimo secundo. & Otho quidem Primus repentina morte est sublatus: Secundus anno nongentesimo octuagesimo tertio angore animique rædio (inquit Sigibertus) deficiens obiit. Tertius tabifico veneno consumptus, ut idem refert. Sed quantum ad Othonem Primum, Vuillelmus fuit ei filius miræ sanctitatis Archiepiscopus Moguntinus, qui liberè increpuit patrem, quòd præter alia vxorem duxisset Adeleidem commatrem: cumque ob hæc in carcerem missus esset & mox eductus, patri palam prædixit fore ut in die Pentecostes ad causam coram Deo orandam rationem criminum redditurus vnà cum ipso adesset. Hoc tradit Petrus Damiani Cardinalis scriptor grauissimus, & illi ætati proximus, ac post alios refert Sigonius lib. 7. de regno Italiæ. Exitus oraculo respondit. Igitur ut Otho fuerit alioquin felix; comminatio sanè huiusmodi, euentusque subsequutus, infelicitatem maximam portedit. Calamitatis etiam loco reputatur liberos habere post se, quibus vel pleraque, vel omnia sint ærumnosa. Nam Secundi Othonis quàm miserum fuerit Imperium, legat, qui voluit eum qui vitam Adelberti Pragensis descripsit, aut illorum temporum historias. Tertius sanè non ita calamitosa expertus, mors illi ramen dura, & crudelis. Ac veluti omnibus istis Othonibus mors misera cõrigisse videtur; sic in ipsis eorum familia prorsus extincta, nullis maribus relicta, regni que Germanici potestas deuenit ad Henricum Henrici aucupis abnepotem, ut è Sigiberto constat: hic est Henricus Primus Imperator, secundus autem Rex Germaniæ, qui vnà cum coniuge Chunegunde virginitatem Deo vouit, & sanctissimè vita est defunctus. In eo Saxonica stirpis, quam nonnulli à Vitichindo deducunt, germen defecit: ac sicut regnum Germaniæ in hac familia ab Henrico cœpit, sic desit in Henrico. Henricus quidem Primus vir sanctissimus legendi Pontificis Romani potestatem sibi nullo modo vsurpauit, neque etiam Conradus eius successor. Non ita Henricus Secundus, qui anno millesimo quadragesimo sexto Gregorium Sextum Pontificatu priuandum Concilio Episcoporum multorum Sutrij habito curauit, eique suffecit Suidigerum hominem Germanum, qui Clemens Secundus est dictus; ut ex Hermannno Contracto, qui his temporibus vixit, constat. Volunt aliqui scriptores horum temporum, Gregorium Sextum non iure creatum fuisse Pontificem: Contractus ait per factiorem vim que euectum. Otho Frisingensis rem secus tradit, nos eam explicauimus alibi. Henricus porrò hic seuerius Dei iudicium videtur euasisse, quòd prope mortem cum videret iratum Deum, quantum potuit ab omni se crimine expiauit, suorum criminum ab omnibus veniam polcens, cunctis que in se patrarant condonans, malè ablata

Sur. rom. 2. die  
23. Aprilis.

Sigibert. anno  
M. II.

Otr. lib. 6. c. 12.  
Sig. LXXXI.  
cap. 5.

reli-

A restituens, ut auctor est æqualis horum temporum Marianus Scotus.

Henrico Secundo successit Henricus Tertius puer octo annorum, qui cum contaminatissimis esset moribus, à Gregorio Septimo excommunicatus est, & Imperio priuatus circiter annum millesimum septuagesimum septimum. Quocirca filius ipsius Henricus, qui dictus est Quartus huius nominis Imperator, arma aduersus patrem mouit, insignibusque ipsum & Augustali dignitate spoliavit, qui ab omnibus destitutus miserrimè decessit, & annos quinque corpus eius iacuit insepultum. Quantæ autem turpitudinis fuerit, narrat illorum temporum scriptores Dodechinus, Marianus Scotus, Lambertus Schafnaburgensis, & qui non longè ab his vixit Abbas Vpergensis, & alij. Quocirca Ioannes Auentinus quamuis hæreticus, & Papis infensissimus, sic nostra ætate in Annalibus suis scripsit: Henricum stupris, amoribus impudicitia, & adulterij flagrasse infamia, ne amici quidem negat. Jac talis Henrici Secundi finis infelicissimus. Filius eius Henricus Quartus quamuis multa indigna aduersus Pontifices Romanos fuerit ausus, eorum tamen creandorum sibi potestatem non arrogauit, & inuestituris Abbatum Episcoporumque renunciauit. in eo tamen non modò regia dignitas, sed & familia Gibellinorum dicta, nullis relicta maribus, extincta.

Tertio loco ponebatur à nobis Fridericus Primus, & eius posteritas. Atque hic sanè ut erat multis animi ornamentis instructus, minus sibi adsumpsit eorum, quæ ad iura Pontificiæ spectant: nam neque vllum decretum fecit, nisi in regalibus, quo sibi aliquid adiudicaret sacrarum rerum, quod superiores fecerunt. illud tantum vitio datur, quòd cum lis orta esset inter Alexandrum Tertium & Victorem, vter esset legitimus Pontifex, ausus est ipse quamuis aliquot Episcoporum Concilio aduocato causam diiudicare, & pro Victore arma aduersus Alexandrum sumere anno millesimo centesimo sexagesimo: sed crimen agnouit, veniam poposcit, & Alexandrum pace composita coluit anno millesimo centesimo septuagesimo septimo; & ut admissa expiaret, aduersus Sarracenos in Orientem perrexit, atque in Asia dum lauaretur in flumine miserrimè vndis est absorptus, suffocatus, ac discerptus, ut qui his temporibus vixit Guglielmus Neubrigenis tradit. è quo mendacij arguuntur, qui nescio quæ dicta à Friderico cõminiscuntur, dū fauces eius vndis influentibus replerentur. Hæricus Quintus Friderici filius nihil visus est de Ecclesiasticis iuribus detrudere, aut Pontifici auctoritate. Non ita Fridericus Secundus filius huius Primi nepos, cui fuit in animo Pontificis summi potestatem prorsus excindere, ut alibi diximus. Hic igitur cum tota posteritate miserrimè omnium periit. ipse namque à Manfredio filio est strangulatus; eius filij, Entius à Bononiensibus victus, & captus, caueaque ferrea inclusus obiit, Conradus à Manfredio fratre occisus venenato clystere; Manfredus ipse à Carolo, qui Diui Ludouici frater fuit, in prælio peremptus. Reliquus erat Conradus Conradi filius, Friderici nepos: atque hic ab eodem Carolo captus & in publica platea Neapoli securi est percussus. & hic exitus totius familiæ à Friderico Primo prognatæ, quæ Sueuica est dicta. In qua videas acerrimam Dei vindictam in hostes Pontificiæ potestatis.

Quarto loco ponebatur à nobis Ludouicus Bauarus, qui in venatione repete ex equo cecidit, ac protinus animam emisit, cum venenum bibisset ab amatissima muliere datum, ut Crantzius scribit. Atque hic finis eorum qui Germaniæ nobilissimū regnum tenuere, & sacra iura sunt ausi violare. Inter quos Fridericus Secundus omnibus longè magis diuinitus est punitus, ut apparet; sicuti etiam magis deliquit, nihil non in Pontifices molitus, interitum sacrosanctæ auctoritatis sibi somnians, atque ut erat homo ingenij vehemētis, certissimò promittens. Quòd si in his esset vllus excusationi locus, Otho Primus & Henricus Secundus non adeò deliquerunt, quòd Romani temporibus illis in eligendo Pontifice cuncta conturbarent. Quocirca & hi mitius puniti.

Dictum est de Imperio Occidentis, regnis Franciæ & Germaniæ, quorum nobis exempla satis esse possent ad eorum, quæ proposita sunt explicanda, clarissimam cognitionem. Nam singula singulorum regnorum perfequi euenta, operis esset ac laboris infiniti. Nihilominus aliqua illustrissima afferamus aliquorum regnorum. Alphonsus Septimus Castellæ Rex anno millesimo ceterimo sexto cœpit regnare. is adeò sacra negligebat, ut templis donis suis & ornamentis spoliare nõ sit veritus, quin ecclesiis ipsis pro stabulis vteretur. Itaque dum Fragam oppugnat, ab hostibus de improviso occisus. Incertū quò fuerit eius corpus asportatum; numquam postea visum, creditur à dæmone ad infera abreptum, quod

Ro-

Lib. 5.

Sig. XIX. cap. 2.

Rodericus Toletanus testatur lib. 7. cap. 3. & Sancius par. 3. cap. 30. Tarapha in vita ipsius Quid illud? Petrus Quartus Aragoniæ rex anno millesimo trecentesimo trigesimo quinto regnum inuit, Aragonensis Ecclesiæ bona inuasit. ob id à procuratoribus, cum nollet diu monitus respicere, ad tribunal Christi die dicta vocatus ad causam dicendam, & die dicta, cum rideret ad huiusmodi minas, ac bene alioquin valeret, vita migravit, quod scribit Vasæus cap. 20. In Angliā quatuor gentes regnarunt, Angli, Dani, Northmanni, ac postremò ij qui adhuc supersunt. ex his Dani tenuerunt insulam ab anno millesimo decimo septimo tantum vsque ad millesimum trigessimum sextum, per annos scilicet xix. Postremi Reges eorum fuere Haraldus & Canutus fratres, ille flagitiis omnibus deditus quatuor annos, hic duos postea regnans inter pocula decessit, regnumque ad Anglos rediit, Eduardum scilicet sanctum, qui illud Guglielmo Northmanno affini suo reliquit. Ipse enim virginitatem Deo cum coniuge sua consecrauit, neque vllam ex se progeniem relinquere curauit. E Northmannis tres rerum sunt potiti, Guglielmus, atque eius filij duo alter post alterum, Guglielmus Rufus, & Henricus: omnes verò Pontificiæ potestati infensi fuere, rerumque sacrarum violatores. Guglielmus tamen Primus, & Henricus extremis vitæ diebus resipuerunt. Rufus non ita. diuum namque Anselmum, quod ipsi acriter obstitet, ex insula eiecit, ac non multo post in venatione sagitta in feram emissā transfixus illico periit. A Danis itaque & Northmannis ob scelera maximè in sacras res admissa videtur ad alios Angliæ regnum translatum, vt è Polydoro Virgilio discimus. ad Francos autem deuenit à Northmannis iure consanguinitatis. Anno igitur m. c. xxxvi. Stephanus Henrici Northmanni Angliæ Regis è sorore Adela nepos Angliæ regnū inuasit; sed cum iurasset viuēs vnà cū ceteris Anglis in verba Mathildis filia, atque hæredis ex testamento Henrici Regis, conuenit vt sibi Henricum Mathildis filium adoptaret, ac regni successorem. Quocirca anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto Henricus Secundus natione Francus è Comitibus Andegauenſibus regnare cepit, eiusque posteritas adhuc rerum potitur annos iam quadringentos triginta quatuor. Habuit eius genus ortum à fœmina malefica, vt Polydorus Virgilius testatur, quæ in tēplo coacta adorare Eucharistiā, subito ex oculis euauit, neque vsquam postea est vllibi visa, asportata creditur ad inferorum tormenta. Primus ex ista familia regnauit Henricus, vt diximus, qui cum conaretur iura sacra maximè violare, ei que obstitet Thomas Cātauriēsis, factus est ille postea reus, quasi de issu ipsius fuerit interfectus Thomas. Quocirca sanctus Bernardus, qui tum vivebat, prædixit fore vt eius posteris semper inter se digladiarentur, filius in patrem, pater in filium, atque inter se fratres arma sumerent. veritas oraculo consensit, vt ex historiis apparet. quin cum regnarint ex Henrici nepotibus hucusque sexdecim, Elisabetha est decima septima; ex his octo Reges, Richardus, Ioannes Rex Pontificiæ auctoritati infestissimus, Eduardus Richardus Secundus Ioanni in opprimenda Papæ auctoritate similis legibus aduersus eam latis, Henricus Sextus, Eduardus Quintus, vel vt alij numerant, Quartus, Richardus Tertius, Eduardus vltimus hæreticus, aut veneno, aut ferro à suis de medio sublati. Quòd si his adnumeret Eduardum Sextum, quem in tutela sua positum Richardus Tertius patruus, qui regnum mox inuasit, occidit; decem & octo Reges erunt, ex his nouem perempti ab aliis. Hæc verò nulli è Catholicis regnis contigisse apparet, siue vt tot ex eis Reges interempti sint, maximè verò à suis, & tam breui temporis spatio, & ex vna familia, siue vt seditionibus tantis fuerit cōstitatum, pugnantibus inter se cōsanguineis: sicut neque vllum Pontificiæ auctoritati magis infensum. Nunc tragœdiæ tantæ finis aliquis expectatur. Ex his, vt arbitror, satis colligi potest, vt omittamus cetera ob nimiam prolixitatem, quæ sit vltio diuina in Reges Catholicos quidem, sed aliqua ex parte Pontificiæ auctoritati iniquos; è quibus omnibus conficitur, iuxta oracula antiqua nos esse ex Ecclesia Dei.

## A SIGNVM NONAGESIMVM SEXTVM.

Obitus hæresiarcharum inglorij &amp; infelices.

*Ex obitu inglorio & infelici hæresiarcharum, qui prædictus est ab oraculis diuinis, facillimè dignoscimus nos esse ex Ecclesia Dei, ceteros non ita. Cap. III.*



Vm scriptum sit, Mors peccatorum pessima: & pretiosa in cōspectu Domini mors sanctorum eius: custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur, & capillus de capite eorum non peribit. ] ex obitu cuiusque dignosci potest an is ad Ecclesiam Dei pertineat, an ad eorum, quam se odisse protestabatur Dauid. Ac istorum quidem nonnulli sunt principes qui diuinæ scilicet iustitiæ semitas hominibus vel primi docuerunt, vel obscuratas hominum sceleribus rursus in lucem protulerunt. Sic hæreticorum quidam principes, quidam principum sectatores. Et si principes Catholicæ doctrinæ nonnulli variis cruciatibus afflicti migrauerint ex hac vita; atque ita infelix obitus eorum fuisse videatur, si humana spectemus; tamen inglorius non fuit: miraculaque videbimus edita ad eorum supremas reliquias, vindicantem Deo ab omni ignominia memoriam iustorum. Ossa quin etiam ac cineres eorum summo sunt habita omnia, vt decet, in honore. At interitus hæresiarcharum fuit inglorius atque infelix. Vt verè appareat dictum: Mors peccatorū pessima. ] Ac ne infelicitas huiusmodi interitus peruersitati hominū ascribi possit, diuinitus plerumque inuenta est in hæresiarchas mors turpis, & calamitosa. Cuius est obuium recordari Apostolorum mortem, atque eorum, qui nostram doctrinam in variis orbis locis disseminarunt, & disseminant adhuc, obitum similiter variis miraculis cælitus illustratum; gloriamque quæ deinde est eos consecuta. quam dum suis doctoribus hæretici aucupantur; ac postea, velint, nolint, eis nequidquam contrā contendentibus, aspiciamus euanescere, cognoscimus certissimò neque homines, neque superos illis fauere. Non homines, quorum plerique omnes execrantur & abominantur hæreticorum nomen & memoriam; non superos, quorū non videmus vlla elucescere cælitus signa ad istorum commendationem. Veniamus igitur ad eos, ac qui fuerit obitus ipsorum cōtemplemur. Simonem Magum narrat historiæ primum hæreticum ex Ecclesia nostra discessisse. Is, teste Egesippo, Ireneo, Iustino martyre antiquissimis scriptoribus, Eusebio Paphili atque aliis multis, dum Romæ certamen inisset de veritate doctrinæ cum sanctis Petro & Paulo, in conspectu populi Romani, Nerone imperante ( qui fuit adeo amicus Magis, vt regnum Armeniæ Tyridati ob artes magicas detulisse Plinius scribat ) in aëra elatus, obstupescens cunctis, sanctorum Petri & Pauli precibus deiectus, ac terræ alius obit. Nulla edita miracula, ossa eius non custodita; nullus honor diuinus, qui permaneret, consecutus. Simonis discipulus fuit Menander: hunc secuti sunt magistrum Saturninus Antiochenus, Basilides Alexandrinus, Basilidē excepit Carpocrates successor, à quo Gnostici. De quorum interitu sic Eusebius. Soli magicas Simonis præstigias non ex occulto quidem, vt ille, sed iam in apertum iure proferendas censuerunt, & non modò philtris amatoris curiosè ab illis elaboratis; & quibusdam dæmonibus, qui eorum animis nefaria iniecere somnia, qui que illis assessores exstitere, verum etiam aliis non disparibus ineptiis se iam tamquam rebus maximi ferè momenti & ponderis nobilitarunt. Porrò autem eos, qui ad perfectionem mysterij, immo verò sceleris, quod apud ipsos est, peruenire vellent; omnia quæ sunt turpissima, eorum tamen inuentis, quæ modò docuimus, appositè congruentia moliri oportere docuerunt. quin etiam addiderunt illos non posse Angelos orbis terrarum principes ( sic ij quidem illos appellant ) euitare, nisi talibus ac tam infandis mysteriis, quod cuique eorum deberetur, sedulo præstarent. His igitur diabolus, qui ex maleficiis capit lætitiā, tamquam suæ nequitiae ministris fortè vltus est; quò qui fidem receperant, illorum suafu non solum in fraudem inducti, ad acerbum adeo & miserabilem interitum quasi constructi abriperentur; verum etiam gentibus, quæ erant à fide alienæ, copiam & tamquam anam præberent, sacrosancto Dei verbo petulanter impieque obtrectandi. ] hæc ille de Simonis affectis. Et alibi ait idem, sectato-

Psal. 33. 11 5.

Euseb. lib. 4. cap. 9.

Lib. 2. cap. 1.

res

Lib. 5. cap. 15.

Eccles. tom. 3.

res eius adhuc suo tempore viuētes nō alias solitos pœnas persoluere, quàm quas parēs A  
iporum soluerit olim. Ac speciatim narrat Eusebius, idem quod accidit Simoni, accidisse hæretico cuidam Theodoto. Montanus & Priscilla principes hæresum fuerunt. hos laqueo sibi iniecto mortem conscivisse testatur idem scriptor. Iam qui maximas in orbe turbas excitavit Arius cūm Constantinopoli in publicum conuentum, cui Constantinus cum multis aliis aderat, hilaris procederet maxima hominum caterua stipatus in via, cōpulsus naturali necessitate secessit ad aluum purgandam, diuinoque supplicio correptus intestina effudit, & protinus obiit. nihil visum mirabile. ossa eius haud custodita. Manes, à quo Manichæi, viuis à Rege Persarum fuit excarnificatus, quod pollicitus se filio eius ægroto sanitatem restitutum in causa fuisse videbatur, vt ille mortē obiret; atque ita turpissimæ morti est meritō adiudicatus. Ebion balnei improuisa ruina oppressus, est contritus, Epiphano teste. Donatistæ circumcelliones è turribus, rupibus, & locis huiusmodi semetipios in præceps dabant, aut alia ratione mortem sibi consciscabant, vt Augustinus scribit. Nestorius lingua vermibus exesa apud Oasim insulam obiit. Photius auctor diffidij inter Catholicos & Græcos omni dignitate spoliatus à Leone Philosopho, & in monasterium Armenianorum relegatus miserrimè decessit. Ambitioso autem nihil accidere potest infelicius, quàm sine honoribus esse. Ambitiosissimum verò fuisse Photium constat ex eius gestis. Similiter Gregorius Cyprius Patriarcha Constantinopolitanus cūm rursus Andronico imperante Græcicas hæreses ab inferis euocasset, gradu deicētus infeliciter è vita migravit, vt scribit Gregoras lib. 5. Marcus Ephesinus itidem, qui Cōcilio Florentino semper obstitit, eructans ex ore stercorea (in huiusmodi namque incidit morbum) diris cruciatibus afflictus interiit. Arque hic sanè fuit interitus eorum, qui illustrium fuerunt hæresum principes, quæ magis Ecclesiam conturbarunt. Veniamus ad auctores hæresum nostri temporis. Lutherus cūm vespere lautè cœnasset, ac lætus somno se dedisset, ea nocte suffocatus interiit. Audiui haud ita pridem compertum testimonio sui familiaris, qui tum puer illi seruiebat, & superioribus annis ad nostros se recepit, Lutherum sibi met ipsi laqueo iniecto necem miserrimam attulisse; sed datum protinus cunctis domesticis rei conscis iusiurandum, ne factum diuulgarent, ob honorem adiecere Euāgelij. Oecolampadius ante Lutheri interiitum, noctu dum dormiret, improuisa morte est strangulatus. Id cūm percepisset Lutherus Oecolampadio infensissimus, quod ab ipso discessisset, hæresimque nouam protulisset, editis scriptis exclamabat sibi esse exploratissimum, Oecolampadium igneis Diaboli telis confossum. Eumdem casum subiit Caroloftadius, vt affirmat minister quidam Lutheranus in epistola typis excusa. Bucero dicunt animā pene agenti astitisse dæmona horrendum, qui cunctos astantes timore exanimarit, à quo vt animam auheret secum, fuerit percussus: nā lecto deturbatus effusus per cubiculū passim huc illuc visceribus, multisque cruciatibus exanimatus expirauit. Iam Caluinus totos quatuor annos nouem morbis dirissimis (id Beza discipulus eius primarius ac studiosissimus scriptum reliquit) miserrimè excruciatu interiit; cholica, dolore articularum, calculo, hæmorrhoidibus, febris, astmate, hemicranio, pituita, sanguinis vomitione. Demum pediculis vndique scatentibus, vt testatur qui ipsius vitam Gallico sermone scripsit, excusus, infelicissimè ac turpissimè obiit. An putas illi contigisse, quod sancto cuidam viro euenisse tradit Palladius; qui cūm teneretur hydropisi, tamē alios ægrotos mirabiliter curabat, ac veluti mortuus Elifæus vitam mortuis restituebat? Nihil minus. Beatū Iordanum ferunt, cūm naufragio periisset, multis mirandum in modum salutis fuisse. Numquid huiusmodi de hisce hominibus affirmari possunt? Age verò: Zuinglius & ipse opinionum nouarum princeps in prælio ducens agmen ab Heluetiis Catholicis est interemptus, & concrematus: & cūm satellites eius iterum atque iterum coactis innumeris copiis vlturi necem doctoris impij, manus conseruissent cum iisdem multo paucioribus, profligati sūt semper, ac cæsi. Profectō si veritatis doctor ille fuisset, ex quo rem bello aggredi est ausus, quasi alter Moyses solis precibus à Deo victoriam populis suis impetrasset. Enimvero cūm Caluinistæ Turonis ossa sancti Martini in ignem coniecissent, ad interuentionem cuncti à Catholicis miserrimè bis fuere concisi, vlciscēte Deo iniurias sanctissimi viri: at quoties vlli è Catholicis præcipue sanctitatis opinione præstantes in aciem cum militibus aduersus impios quasi antesignani & exercituum ductores ipsi prodierunt, semper exstitere victores: vt cūm Petrus ille Hispanus Occidentis populos commouit ad expeditionem sacram, cūm Iacobus Capistranus ad Belgradum pugnavit aduersus Turcas. Idcir-

A Idcirco vt aliās nostri interdum succubuerint, non tamen vbi in aciem prodierunt vlli, qui vitæ integritate cælestiq; innocentia laudibus floruerint, maximè cūm doctrina nostra populis Christianæ religionis ac veritatis imperitis tradenda fuit. Vt cūm Clodoveus voto concepto processit aduersus Alemannos, & cūm Burgundiones aduersus Hunnos, Rex Manicongi Alphonfus aduersus impium fratrem, quæ suo loco retulimus. Nūc ad argumentum propositum redeamus. Hi fuerunt exitus hæreticorum, qui primi omnium posteris suis impia inuenta tradiderunt; exitus scilicet inglorij, atque infelices cælitus in eos inuecti. Nunc animum eduerte ad eos qui nostræ disciplinæ præcones fuerunt, & à simulacrorum cultu superstitionibusque impiis vllas nationes ad nostra instituta traduxerunt. Contemplare qui fuerit exitus eorum, quàm modis omnibus admirabilis, honorificus, & ad posteritatis memoriam diuinus. Perlege vitam Rhemigij, qui Francos nobis conciliauit, Augustini, & Meliti, qui Anglos, Patricij, qui Hibernos & Scotos, Bonifacij, qui Germanos, Vedasti, qui Attrebatenses, Antimundi, qui Morinos, Amandi qui Gandauenses; Eligij, qui Nouiomagenfes, Viromandenses, Tornacenses, Flandrenses, Carturiacenses; Vulfrani, qui Senonas; Vullibrodi, qui Traiectenses, Phrisios, Barauos, Flandrenses; Miواني Vendiolæ, qui plurimos Britannos, Columbani, qui Pictos, Finani, qui Anglofaxonas; Felicis, qui Orientales Anglos; Iusti, & Paulini, qui Aquilonares; Birrini, qui Occidentales; Iusti, qui Saxonas Orientales; Seruani, qui Orchadas; Rupertij, qui Theodonem Bauariæ Ducem, innumerisque ei subiectos populos; Otthonis Bâbergensis, qui Pomeranos; Stephani Monachi Corbariensis, qui Suecos; Otthincari, qui Silandiam, & Scaniam; Cyrilli, & Methodij, qui Bohemos, Triballos, Slauos, Rhascios, Seruios, Bosnenses, Croatas, & gentes omnes, quæ Vistula, Danubio, & Vago fluminibus cōtinentur; Adalberti, qui Prutenos; Poponis, qui Danos; Bernardi Angli, qui Noruegiā, Gerardi Maurique monachorū, ac Stephani Regis Hungarorum, qui Hungaros; Ioannis Isacci & Matthei, qui Polonos; Hieronymi Bohemi, qui Lithuanos; Benedicti, Ioānis, Ianei, Christini, Albarij, Bruni, qui Rhussos; Martini Valentini, Aloysij Bertrandi, & aliorū qui Occidentales Indias; Francisci Xauerij, Gasparis, & aliorum qui Orientales. ac videbis omnium istorum mirabiles exitus diuinis prodigijs signisque illustratos; vt verè sciamus pretiosam in conspectu Domini mortem sanctorum, pessimam verò peccatorum, è quibus hæretici populos à nobis abduxerunt, sancti verò & adduxerunt olim, & quotidie adducunt: vt certò ex his appareat, vbi nam sit Ecclesia Dei.

## D SIGNVM NONAGESIMVM SEPTI MVM.

## Infelix exitus hæreticorum Regum.

*Cum prædictum sit infelicem fore exitum hæreticorum Regum, talisque fuerit eorum qui à nobis discessere, hinc fit nos esse ex Ecclesia Dei, non alienos. Cap. IV.*

E **R**eni sunt diuini libri illarum prædictionum, quibus Deus ait futurū vt impiorum sit aliqua certè felicitas in terris, sed breuis illa, exigua, & huiusmodi, quæ illo tempore concidat, quo maximè videbitur eminere; contra verò bonorum diuturna, & magna, quæ tum maximè extollatur, cūm deprimi potissimum & extingui videbitur. Id verò sic statuit Deus, vt alluciantur, & cōfirmantur, quicumque sunt in Ecclesia, vt alibi docuimus, infirmiores. Quocirca & illud est Ecclesiæ Catholicæ signum, infelix & inglorius hæreticorum Regum exitus: sic enim David canit aduersus illos, alloquens Christum: Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. ] & mox: Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta, cūm exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. ] Audistin' futurū, vt qui Reges ac terræ iudices Christo non audiunt, breui pereant? Hinc idem ad Christum: Dominus à dextris tuis cōfregit in die iræ suæ Reges, iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conuassabit capita in terra multorum. ] Viden' vt per Deum pro Christo pugnantem sint Reges confringendi, edēdæ ruinæ, capita cōquassanda? Vidit hoc, & inter oracula sua posuit Isaias multis in

Psal. 2.

Psal. 109.

Cap. 47.

in



Cap. 41.

Ammi. lib. 21.

Constantius.  
Iulianus.  
Valens.

Zeno.

Basiliscus.  
Anastasius.

Iustinianus.

Heraclius.

Heraclionas.  
Constans.  
Iustinianus II.

Philippicus.  
Zen. tom. 3.

Leo  
Copronymus

Leo  
Nicephorus  
Leo VIII.  
Michael.  
Theophilus.

in locis nos illud erimus contenti attulisse, in quo ait: Dabit Deus in conspectu eius (Abraham, qui est vnus ex Ecclesie progenitoribus primis) gētes, & Reges obtinebit; dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius, persequetur eos, tranfibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. ] En futurū vt Ecclesia per Abraham patrem designata Reges obtineat, gladio ipsius illi subiciatur, vt puluis pedibus exterminetur ab ipsius arcu quasi stipula vento rapta, ipsa eos prosequatur; & tamen bellū nūllum videatur excitare, quin neque se loco mouere, neque appareat vbinam figat pedes. Ita sanē. Nam Deus ipse ad extremum Reges hæreticos & impios persequitur, exterminat, delet, & Ecclesia quiescit, loco se quodammodo haud mouet. Hinc quicumque Imperatores, Regesve hæretici, aut excommunicati Ecclesiam impugnant, exitu inglorio & infelici vitam cōcluserunt. In his autem maximè eluxit iustitia, & vltio, quòd exēpla illorum maximè illustria forent, & ad imitandum propter auctoritatem cunctis proposita. In priuatos, aut minores principes non ita exeruit irā suā gladium Deus, quòd eorum facta minoris essent nocuenti. Primus ex Imperatoribus hæreticus fuit Constantius: de morte illius sic Ammianus Marcellinus: Vrente nimio calore venas, vt ne tangi corpus eius posset, in modum foculi feruens, quum vsus deficeret medelarum, vltimum spirans descebat exitum, mentisque sensu tum etiam integro successorem suā potestatis statuisse dicitur Iulianum: deinde iam anhelitu pulsatus lethali, diuque cum anima colluctatus iam discessura, abiit è vita. ] hæc Ammianus, qui multa de infelicibus præliis à Constantio cum Persarum Rege commissis disseruit, asserens arsisse instar foculi, vt tangi haud posset. Post Constantiū Iulianus in prælio aduersus Persas, sagitta, incertum à quo emissa, percussus occubuit. Valens Arianus à Gothis fusus cū toto exercitu, in tugurium se abdidit, ibique ab hostibus est concrematus. Zeno cū morbo comitiali correptus fuisset, ab Ariadna vxore viuus est sepultus, custodibusque appositis, ne educi posset, vbi euigilauit manus præ rabie corripit, & decessit. Ab eo Basiliscus similiter hæreticus Imperator vnā cū liberis est trucidatus. Anastasius Eutythianus fuit, & Acephalus, & multis modis Catholicos vexauit; cumque didicisset ex oraculo quodam sibi igne pereundum, cisternam in palatio effodit, in quam suborto incendio recipere se posset, sed fulmine improviso ictus & amictus interiit. Iustinianus primis decem annis bene de rebus diuinis sensit, secundis maximè rebus est vsus; mox impias manus in Syluerium Vigilium que iniecit, denique in hæresim Apathartodocitarum incidit; iamque promulgandum erat edictum, sed in insaniam versus (ait Socrates) subitoque morbo percussus, è vita migravit, post illatam vim Syluerio & Vigilio nullo non calamitatis genere exagitatus. Heraclius extremis vitæ annis Monothelita fuit, quibus Aegypto, Syriaque à Sarracenis spoliatus, domestico incestu infamis, fertur (ait Cedrenus) inguine sursum conuerso faciem suam imingere solitus, nisi vrina ob tabellam ventri oppositam fuisset auersa. Heraclionas Heraclij filio & impietatis hæredi nasus præfectus, Martine vxori abscissa lingua, ambo priuati Imperio, & in exilium missi. Constans Monothelita in Sicilia ab Andrea domestico suo, dum lauaretur in balneo, est necatus. Iustiniano minori ex hæresi eadem nasus est præfectus, & ipse in exilium eiectus: respuit hic ab hæresi, & Imperium recepit. Philippicus à Senatoribus nonnullis Imperio & luminibus est priuatus. Leo ex intestinorum morbo animam (inquit Zonaras) infeliciter eructauit. Illo imperante Sarraceni Byzantium obsedere, Thraciam latè sunt populati, totam verò Asiam ceperunt: Philippicus autem, Leoque Iconomachi fuerunt. De Constantino Copronymo inimico imaginum sacrarum sic auctor historie Miscellæ: Copronymus, ait, diuinitus in cruribus est plaga percussus, quæ Græcè *διπρωξ* appellatur, & hinc febri validissima detentus Adrianopolim rediit à subiectis humeris in lecto delatus, & veniens Sylibriam nauim ingressus est; cumque ad Rotundum peruenisset castellū, miserabiliter in chelandio moritur clamans, ac dicens; Viuens adhuc sum igni inextinguibili traditus. Ita Constantinus; cuius cū filius Leo flagitiorum Imperijque successor coronam gemmis auroque fulgentem, quam Mauritius Deo dicarat, capiti imposuisset, protinus carbunculo enato illud intumuit, ipseque ardentissima febri correptus expirauit. Nicephorus eorumdem scelerum cōsors à Bulgaris improviso noctis incurfu est interfectus. Leo Octauus Armenus eiusdem sectæ à Michaële Traulo est occisus. Hic similis hæreseos, retentione vrinæ, intestinorumque dolore miserabiliter excruciatu decessit. Theophilus Balbi soboles hostis & ipse imaginum sacrarum acerbissimo dysentericæ morbo confectus interiit anno octin-

A octingentesimo quadagesimo primo. atque hucusque Imperatores Græci variis hæresibus infecti; quos & hæreticos fuisse, talemque exitum sortitos, Zonaras in vita ipsorum tomo annaliū tertio testatur, præter alios scriptores, qui sunt adducti. Ex hoc coepit virus illud, quo tenentur adhuc iidē Græci, paulatim serpere, diffidūq. inter nos & eisdē diffeminari in quæstione in primis de Spiritu sancto, tum de Pontificis Romani potestate: & quamuis Constantino Monomacho imperate Michael Patriarcha fuerit ausus anno m. l. i. i. i. Papam cum suis excommunicare; legatione tamen Leonis IX. respicere m. l. i. v. vt Sigibertus adnotauit, constatq. exēplis Hadriani IV. qui sedit post annū m. c. l. i. v. & Basilij Acridani Episcopi Theffalonicensis ab Episcopis sapientioribus Pontifici Romano primas haud denegatas. extāt illæ in Codice iuris Oriētalī. In quo simul apparet, Theodorum Balsamonē, qui anno m. c. l. x. x. floruit, à Græcis ipsis reprehensum, quòd nos hæreticorum loco duxisset: attamen haud negari potest alienato magna ex parte in nos Ecclesiāq. fuisse animo. Quocirca & Deus ipse haud satis Imperatoribus Constantinopolitanis amicus est visus post obitum Monomachi. Michael nāque Stratioticus eius successor coactus est infeliciter Imperium deponere; idem contigit Isaacio Comneno, qui post illum imperauit; euasit hoc factum Constantinus Ducas: Romanus Diogenes non ita, qui Imperio & oculis spoliatus, miserabiliter obiit. Michael similiter abdicare se Imperio, & in monasterium se abstrudere est compulsus: eadem prorsus pœnam subiit Botoniates: quæ omnia latè in ipsorum vitis scribit Zonaras annalium tomo tertio. Post hos imperarunt Alexius, Ioannes, & Manuel Comneni, è quibus hic maximè extremis vitæ temporibus visus est Ecclesie fauere, si Guglielmo Tyrio credimus. At Alexius anno millesimo centesimo duodecimo Legatos misit ad Romanos, qui eos collaudarent, quòd Paschalem Secundum, cuius se studiosum profitebatur, defendissent aduersus iniurias Henrici Quarti. Nihilominus extant eorum multa in Latinis, qui Hierosolymitanam expeditionem his temporibus adornarunt, malefacta. Ventum denique in apertam discessionem simultatemque anno millesimo centesimo octuagesimo, quo Andronicus Comnenus inuasit Imperium, Latinoque omnes Constantinopoli commorantes crudelissimè trucidauit, in his Ioannem Cardinalem Pontificium Legatum: ipse autem post non multos annos ab Isaacio Angelo peremptus, filij eius Ioannes & Manuel exæcati, & paulo post occisi; Isaacius ab Alexio fratre & Imperio & oculis priuatus; Alexius hic ab Alexio nepote interfectus; Alexius nepos ab Alexio Duca, qui dictus est Murzufus per summum scelus, & insidias est interfectus; Murzufus à nostris, vt meruerat, vita priuatus; quæ omnia latè persequitur Choniatas in annalibus suis, vitisque Imperatorum, quos adduximus, & Sigonius libris de regno Italiæ. ex hoc Imperium Constantinopolitanum nostri tenuere vsque ad Michaelē Paleologum, qui & nobiscum sensit. Andronicus eius filius non ita, qui ab Andronico nepote deiectus Imperio in multis ærumnis viuens miserrimè decessit. Andronicus autem nepos variis Turcarum bellis sic est exagitatus, vt illi omnia Asiæ loca multaque Europæ occuparint, ipse autem septem dies altissimo letargo oppressus animam efflauit. Cuius quidem filius Ioannes à tutore Cantacuzeno est Imperio priuatus, mox illud ope Turcarum recepit, Cantacuzenumque profiteri monachum coegit; ipse inita cum Turcis societate, quacumque eorum Rex Amurathes iter faciebat, quasi minister eum sequebatur. Quocirca cum traiecisset hac de causa in Asiam, & Andronico filio Imperium administrandum reliquisset, & hic aduersus Turcas arma sumpisset, victus, & captus à patre Ioanne de iussu Amurathis est omni potestate vnā cum oculis orbatus. Postea verò recepit aliqua ex parte vsus illorum; Ioannemque patrem, & Emanuelem fratrem in vincula coniecit, & luminibus priuauit. Post hæc deiectus iterum Andronicus, & Emanuēli Imperium commissum, qui Turcis illud tributarium fecit. Huius filius Ioannes nobiscum stetit, & adfuit in Cōcilio Florentino: ei defuncto successit Constantinus hæreticus, qui à Turcis capta Constantinopoli est trucidatus, finisque factus Imperio Orientali, quæ omnia Chalcocondilas libris octo est complexus, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio. Ex his liquidò patet, quàm non modò infelices hæretici Imperatores Græcorum, sed inglorij simul, nulla re quæ posteritati eos admodum commendare possit, præclare & magnificè gesta. Nam boni quandoque infelices videntur, sed eorum memoriam Deus ipse apud posteros multis rebus maximè illustrare semper solet. Veniamus ad Occidentis Imperatores hæreticos, aut schismaticos. In quibus

Michael Stratio.  
Isaacius Comn.  
Romanus.  
Michael.  
Botoniates.

Andronicus Comn.

Isaacius Ang.  
Alexius Ang.  
Alexius Murzu.

Andronicus Pal.  
Andronicus Pal.

Cantacuzenus.

Andronicus Pal.

Ioannes Pal.  
Emanuel Pal.

Constantin Pal.

post Imperium restitutum primus se offert Henricus Tertius . Hic ab Henrico Quarto filio suo potestate & honore omni spoliatus, & ab omnibus suis derelictus, in summa calamitate decessit, ac multos annos iacuit insepultus. Post hunc est Fridericus, qui a proprio & ipse filio Manfredo est suffocatus. Ultimus est Ludouicus Bauarus Pontificiae potestati haud ita ut superiores infensus, qui in venatione equo repente deiectus, humiq. grauissimè allisus, protinus animam reddidit: eum scribit Crantzius, dato veneno à muliere, quam maximè adamabat, periisse, & ob id ex equo lapsum.

Isidorus in Chronico, Victor. de persecutione Vandal. Procopius de bello Vadal.

Veniamus ad haereticos Reges, quorum euenta memoriae prodita fuerint: & à Vandalis exordiamur. Inter quos primus Gundericus à dæmone correptus, & diu vexatus, Isidoro teste, interiiit. Genfericus spectro quodam in somnis, quo sibi eripi regnū viderat, percussus, & exanimatus, paulo post vita migravit, cum Paulino Episcopo Nolano captiuos plurimos ob id reddidisset, vt Gregorius in Dialogo tradit. Hunericū vult Isidorus effusis visceribus instar Arii defunctum, Victor Vticensis vermibus exesum, & in frustra discerptum, ita vt partes corporis, non integrum corpus sepeliri potuerit. Guntamundus Hunericus successor Catholicis amicus fuit, non ita. Thrāsamundus de cuius tamen obitu nihil acerbum legi. Hildiris à Gilimere occisus. Gilimer vltimus Vandalorum Rex à Belisario victus & captus Constantinopolim ad Iustinianum est missus.

Isidorus in Chronico, Rodericus Toletanus, Sanius. Valerius.

Dictum de Vandalis, dicamus de Visigothis. Horum primus Rex, postquam sedes posuere in Gallia primū, deinde in Hispania, Ataulphus, cui successere ex ordine Sigericus, Vuallia, Theodoridus, Thurismundus, Theudoricus, Euricus, Alaricus, Geselicus, Theodoricus, Amalaricus, Theudis, Theudisclus, Agila, Athanagildus, Leouigildus, sextus decimus autem Recharedus Catholicus, reliqui Ariani, excepto Athanagildo, vt Lucas Tudenis tradit & Vuallia, si Iordano credimus; Gregorius Turonensis ait etiam Leouigildum fuisse Catholicum supremo vitæ tempore, negat Gregorius Magnus, consentiunt omnes tamen de consilio voluntateque ipsius Recharedum ad nos concessisse. Omnes porrò Ariani, præter Euricum, vel ab hostibus, vel plerumque à suis interfecit: ita vt è tredecim Regibus Visigothorum vnus dumtaxat inimici gladium effugerit.

Procopius lib. de bello Gothico, Iornades de reb. Ger.

Inspiciamus an idem cõtigerit Ostrogotthis. Ex his in Italia regnarunt Theodoricus, Athalaricus, Amalasuintha, Theodohatus, Vitiges, Ildobaldus, Araricus, Totilas, Teias Ariani omnes: & Theodoricus quidem spectro horribili percussus, & exanimatus, vt refert Iordanus libro de rebus Geticis siue Gothicis, occubuit: Athalaricus tabe est consumptus: ceteri omnes ab aliis perempti.

Longobardorum Reges multi Arianas partes sunt secuti. Fuerunt hi Alboinus, Clepho; Autharis, Rodualdus, Gundebertus, omnes veneno aut ferro extincti, excepto Rhotari, vt signo de intestinis alienorum cædibus est dictum: superiores his tamè aliquot alij videntur haeretici fuisse, antequam figerent in Italia sedes. Reliqui Longobardorum Reges Catholicis adnumerantur.

Fuere & ex aliis regnis aliqui haeretici. Chilpericus Francorum Rex Sabellianus fuit, vt è Gregorio Turonensi liquet; & hic à Suingifilo sicario apud Calam vicum Parisiorū fuit interfectus. Ladislaus Quartus Hungariae Rex à fide nostra defecit, & à Cardinali Firmano Legato Põtificio ob id est excommunicatus, & paulo post à Cumanis Tartaris interemptus, quod Bonfinius tradit. Georgius Podebrachus Hussita Bohemiae Rex hanc poenam effugit, neque ab aliis est necatus, multis tamen ærumnis confectus ignobiliter decessit. & ante hos in Hispania, vt diximus, Suintilla, & Rhechimirus ob haesim suo regno deturbati infeliciter obierunt. Vitiza post hos à Roderico peremptus, Rodericus à Sarracenis, qui duo tum schismatici, tum verò haeretici videntur fuisse, vt è Roderico Tolerano, Sancio, Vasæo, ac ceteris Hispanicarum rerum scriptoribus apparet.

Qui primus è Regibus hoc sæculo à nobis discesserit, fuit Daniae Rex Christiernus: hic ob nimiam crudelitatem regno expulsus, mox captus, & cauea ferrea inclusus, veneno dato est peremptus, vt Surius scribit. Munsterus damnatae memoriae scriptor in sua Geographia tradit post Christiernum regnasse Fridericum, eique substitutum iure electionis Ioannem, sed hunc expulsum à fratre Christiano, siue Christierno. Henricus Octauus Angliae Rex haereticos visus est odisse, sed tamen & ipse haeticus ac schismaticus fuit, hic duabus vxoribus adulterio notatis, & ob id publico supplicio de iussu ipsius affectis, Anna Bolenia, & Hauarda, infam-

A infamis, nimia in omnes crudelitate exosus, morboque cancrenae diu cruciatus vita decessit. Eduardus eius filius, qui successit, veneno creditur sublatu à Duce Northfolciensi socero; qui regni haeredem curauit instituendam filiam, quod Lazius libro de migrationibus gentium notat. Elisabettae, quae nunc regnat, quid futurum sit, euentus declarabit. In Suetia Gustauus Suecorum Rex post annos triginta quinque sui regni est defunctus: de illo successoribusque eius nos egimus signo de intestinis alienorum cædibus 53. libro duodecimo, capite octauo. Ex his constat Imperatorum Regumque haeticorum, quorum fuerint euenta litteris mandata, non modò infelices, sed inglorios exitus semper fuisse. ac veluti quantum ad corpus haeticis Regibus malè fuit, sic quantum ad animum constat eos moribus contaminatissimis vixisse, quod ostendimus signo de impuritate quinquagesimo, & vitiositate alienorum quinquagesimo secundo libro duodecimo; vt appareat scilicet eos reuera infelicissimos fuisse, quamuis interdum felices reputentur, quòd sæpè non distinguatur felicitas posita in rerum luxu, intemperantia, libidineque effreni, à felicitate posita in primis in virtutibus ad animum spectantibus, deinde etiam ceteris bonis ad corpus pertinentibus, vel extrinsecus adscitis, quae faciant ad virtutes capeffendas, in quibus est essentia felicitatis. Sed antequam caput hoc absoluamus; haeticis Regibus, aperiemus, quamdiu regnarunt, vsuram vitæ exiguam, breuemque, si comparentur Catholicis, fuisse.

Explicatur, haeticis Regibus, dum vixere in regno, non fuisse ultra annos quadraginta, excepto quòd sciamus vno, vitam longiorem, contra autem multis nostrorum longiorem fuisse. Cap. V.

D Iuinae scripturae oracula falsa esse quicumque dicet, is veluti reuera impius à nobis est execrandus, & abominandus. Quocirca necesse est, in haeticos Reges, quòd omnium maximè sint dolosi & impij, maximè & præ cunctis illud oraculum quadret, quod ait: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. rationi verò id conuenit, cum dixerit Deus: Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram. quod quidem præceptum spectat etiam ad præsules sacros, quòd & hi sint nobis parum loco. cumque haeretici potissimum non colant qui verè sunt patres, sacros scilicet, & reuera à Deo, non à dæmone constitutos Antistites; neque suos dies dimidiabunt, neque longæui erunt super terram. Sed quamuis aliarum gentium Reges aliquando diutius viuunt; haeretici quasi flagitiosiores, & in suos patres magis iniurij seuerius hac in re punientur à Deo, breuioraque vitæ spatia sortientur ab ipso. Videamus an ita sit. ab Imperatoribus haeticis incipiamus, haeticarumque gentium Reges singulos recenseamus, & quae fuerint iis vitæ in regno spatia dilucidè ante oculos proponamus; & vix quadraginta annos exegisse, ostendamus, qui terminus in diuinis libris solet poenitentiae præscribi.

Psal. 54. Exo. 20.

Imperatores haetici.

E	Constantius imperauit annos	XXIV.	Vide Zonarā in annalibus Choniatae, Gregoriam, Chalchondilam.	I.
	Valens	XIV. mens. IV. dies XIII.		II.
	Zeno	XVII. mens. II. dies VII.		III.
	Basiliscus	I. mens.		IV.
	Anastafius	XXVII. mens. III. dies III.		V.
	Iustinianus	XXXVIII. mens. III. dies XIII.		VI.
	Heraclius	XXX. mens. II.		VII.
	Iustinianus & Heraclius supremo ætatis tempore inciderunt in haesim, in eaque migrarunt è vita, hic in Monothelitarum, ille in Aphardocitarum secta.			
	Constans	XXVI. mens. VII. dies. . .		VIII.
	Phillippicus Bardanes	II. mens. IX. dies VII.		IX.
	Leo Iconomachus	XXIV. mens. II. dies XXV.		X.

XI.	Constantinus Copronymus	XXXV. mens. XI. dies XVIII.	A
XII.	Leo	IV. mens. XI. dies XXVI.	
XIII.	Nicephorus Generalis	VIII. mens. VIII. dies XXVI.	
XIV.	Leo Armenus	VII. mens. V. dies XIV.	
XV.	Michael Balbus	VIII.	
XVI.	Theophilus	XII. mens. III. dies XX.	
XVII.	Constantinus Monomachus	XII. mens. VIII.	
XVIII.	Andronicus I. Comnenus	I. mens. XI. dies . . .	
XIX.	Isaacius Angelus	IX. mens. VII. paulo minus.	
XX.	Alexius Angelus	VIII. mens. III. dies X.	
XXI.	Alexius Angelus Isaacij filius	mens. VI. dies VIII.	
XXII.	Alexius Murzuffus	mens. II. dies XVI.	B
XXIII.	Andronicus Secundus senior Paleologus	XLIII. plus minus.	
XXIV.	Andronicus Tertius iunior	XIII. plus minus.	
XXV.	Ioannes Cantacuzenus	XVI.	
XXVI.	Ioannes VI. Andronici iunioris nepos	XXX.	
XXVII.	Andronicus Quartus	III.	
XXVIII.	Manuel Primus	XXX. plus minus.	
XXIX.	Ioannes Septimus Paleologus	III. mens. VI. plus minus.	
XXX.	Constantinus	VIII. plus minus.	

Apparet è superioribus, nulli hæreticorum contigisse, vt administraret Imperium supra annos quadraginta, nisi vni Andronico Michaëlis Paleologi filio, qui tamè mirum quantis exagitatus fuerit iniuriis atque ærumnis illatis ab Andronico nepote, ita vt ad extremum fuerit in monasterium detrusus, ibique monachum profiteri coactus; quæ latè persequitur Gregoras, qui rebus omnibus interfuit, & Andronici senioris intimus fuit: quocirca longior huic Imperij administratio nihil aliud fuit, nisi diuturnior calamitarum dolorumque perperio, & confectio. His addendus esset, qui in Occidente imperavit,

Momyllus Augustulus annum I.

Veniamus ad Reges Ostrogothorum Arianos, qui regio nomine multos annos Italiam, finitimaque insulas, Rhœtiam, Pannoniaque tenuerunt; quibus præmittemus Odoacrem Herulorum Turcilingorumque Regem, quod is ante Ostrogothos in Italia regnarit.

XXXI.	Odoacer in Italia regnavit annos plus minus	XVI. mens. VI. dies XI.	D
XXXII.	Theodoricus	XXXIII. mens. V. dies XXVIII.	
XXXIII.	Athalaricus	VIII.	Procopius lib. de bello Gotti- co, & Agathias.
XXXIV.	Theodahatus	II.	
XXXV.	Vitiges	IV.	
XXXVI.	Ildoaldus	I. . . .	
XXXVII.	Araricus	. . . . mens. III.	
XXXVIII.	Torilas	XI.	
XXXIX.	Teias	I.	

Post Ostrogothos exactos à Iustiniano per Belisarium, Narsetemque, Duces Longobardi similiter Arianos tenuerunt: conuenienter itaque illis hos subiiciemus, quod fuerint hæretici, aliquot enim Catholici fuerunt.

XL.	Alboinus Arianus Longobardorum Rex in Italia regnavit annos plus minus III. mens. VI. sed in Pannonia iamdiu creatus regnavit annos XXVII. mens. sex; in Italia & Pannonia simul annos plus minus, vt apparet è Paulo Diacono,	XXXI.	
XLI.	Clephis, siue Clepho	I. mens. VI.	Paulus Diaconus lib. de hist. Longobard.
XLII.	Atharis	V.	
XLIII.	Arioaldus	XII.	
XLIV.	Rotharis	XV. mens. IV.	
XLV.	Rodoaldus	VI. mens. VII.	
XLVI.	Gundebertus	I. mens. III.	

Post Gundebertum non constat alios Longobardorum Reges hæreticos fuisse; sed ante Alboinum

A num Tado, Vuaccho, Vualtharitus, & Andoinus, qui in interiori Germania sedes collocarant, Arianos fuisse videntur, quibus hæc regnorum spatia fuerunt.

Tado regnavit annos	X.	XLVII.
Vuaccho	XVIII.	XLVIII.
Vualtharitus	VII.	XLIX.
Andoinus	XVIII.	L.

Longobardis Regibus adiungemus Vandalos & ipsos Arianos, qui nonagintaquinque annos Africam tenuerunt, vt Procopius libro de bello Vandalico testatur.

Gondigifilus regnavit annos, relicto filio Gunderico,	VII.	LI.
Gundericus in Hispania regnavit plus minus, quod è Procopio apparet, annos	X.	LII.
Guntharius Gunderici filius post eum regnavit, vt colligitur è Victore Vticensi libro primo de persecutione Vandalica ad finem, cum puer esset; quantum regnarit, non est nobis satis compertum. In Africam Vandali venerunt, vt Prosper, qui his temporibus vixit, adnotavit in Chronico, anno quadringentesimo trigesimo: vixit in ea provincia Guntharius annos aliquot, vt Procopius innuit libro primo belli Vandalici, simulque è Chronico Cassiodori apparet, Consulibusque in eo descriptis. Sic itaque præfuit regio nomine Vandalis, cum Genfericus frater nothus res cunctas administraret, annos plus minus.	XII.	LIII.

Genfericus post occisum à se fratrem Guntharium XXXIX. aut etiam plures ita vt hic forsitan occulto Dei iudicio hoc spatium excesserit

Hunericus annis plus minus	VII.	Procopius lib. de bello Vandalico.	LIV.
Gundamundus	XIII.		LVI.
Trafamundus	XIV.		LVII.
Hildericus	VII.		LVIII.
Gilimer			LIX.

Vandalicis Regibus subiiciemus, qui è Visigothis fuerunt Arianos hæretici, regiamque potestatem sunt sortiti.

Atharicus regnavit annos	XIII.	Isidorus in Chronico Rodericus Tolet. Sancius, Vafæus.	LX.
Alaricus	XXVIII.		LXI.
Attaulphus	VI.		LXII.
Sigericus	I.		LXIII.
Vuallia	XXII.		LXIV.
Theodoreus	XIV.		LXV.
Thurismundus	II.		LXVI.
Theodoricus	XIII.		LXVII.
Euricus	XVII.		LXVIII.
Alaricus	XXIII.		LXIX.
Gefalaricus	IV.		LXX.
Amalaricus	V.		LXXI.
Theudius	XVII. Menses V.		LXXII.
Theudisclus	I.		LXXIII.
Aguila	V.		LXXIV.
Athanagildus	XIV.		LXXV.
Luiba	I.		LXXVI.
Leouigildus	XVIII.		LXXVII.
Suintilla, & Rechimirus ambo regnarunt annos	II.		LXXVIII.

His adnumerandi essent Vitiza, & Rodericus, quos hæreticos fuisse è scriptoribus constat, vt scribit Toletanus lib. 3. cap. 15. 16. & 17. Sancius par. 2. cap. 35. & 37. Vafæus ab anno septingentesimo primo vsque ad septingentesimum decimum quartum. Fuerunt & è Sueuorum Regibus aliqui in Hispania regiam potestatem nacti, Arianaque labe infecti, quos his addiiciemus.

Remismundus eiusque successores, quorum nomina ignorantur obliuioni tradita, ab anno quadringentesimo sexagesimo quarto vsque ad quingentesimum sexagesimum tertium, vt refert Isidorus in Chronico suo.			LXXX.
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--	--	-------

Atque hi sunt Reges, qui temporibus iis primis post Imperij Occidentalis ruinam

potiti sunt rerum in Africa, Italia, & Hispania, fidemque Christi rectam relinquentes, hæresibus adhæserunt. Hos aliqui sequuntur, qui non ita sunt à nostra ætate remoti, & qui nostro hoc sæculo Protestantium sectæ aut studuerunt, aut alioquin à veræ religionis cultu malis consiliis recesserunt; & quorum vita, dum regnarunt, quadragesimum similiter annum non excessit. hi verò sunt:

- LXXXI. Chilpericus Sueffionum in Galliis Rex Sabellianus, Catholicorumque hostis, ac Nero, Herodesque ætatis suæ, vt apparet è Gregorio Turonensi lib. 4. cap. 48. lib. 5. cap. 44. lib. 6. cap. 46. regnavit annos XIV.
- LXXXII. Ladislaus Chunnus Hungariæ Rex à Christi cultu desciuit, & cum regnum iniisset anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, decessit millesimo ducentesimo nonagesimo nono, vt è Bonfinio Hungaricarum rerum Decade 2. lib. 8. constat: regnavit itaque annos XXIII. B
- LXXXIII. Georgius Podebrachus Hussita, & Bohemiæ Rex, vt tradit Dubrauius lib. 30. historiæ Bohemiciæ, regnavit annos XI.
- LXXXIV. Christiernus Daniæ Rex, ex quo rectam fidem violavit, vixit in regno annos III. XI.
- LXXXV. Fridericus item Daniæ Protestantium studiosus XI.
- LXXXVI. Christiernus siue Christianus ex hæresi eadè, cum regnare cepisset anno M. D. XXXIII. obiit millesimo quingentesimo sexagesimo primo, regnavit XXVIII.
- LXXXVII. Fridericus Secundus, qui ante duos annos dicitur obiisse, rerum potitus est annos XXVIII.
- Danicorum Regum profapiam sic descripsimus supra lib. 21. cap. 8. è Christiano Cilio lib. 1. belli Dithmarsici.
- LXXXVIII. Gustauus Protestantium sectator, & Sueciæ Rex vixit in regno annos XXXV. C
- LXXXIX. Ericus eius filius deiectus est regno post annos VII.
- XC. Henricus Octauus Angliæ Rex Catholicam pietatem abiicit anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto, migravit è vita millesimo quingentesimo quadragesimo septimo in hæresi persistens dominatus est annos XIII.
- XCI. Eduardus filius eius VI.
- XCII. Tot igitur numerantur Reges & Imperatores hæretici, quorum notitia peruenerit ad nos, ac memoriæ prodita fuerit. Mirandum sit iatque ex iis nullum vltra annos quadraginta regnasse, ac peiori loco fuisse illos, quàm ceteros Reges ab Ecclesia nostra alienos, quorum multi leguntur supra annos quadraginta regnis amplissimis præfuisse: quod cum peritis sit clarum, non curabimus hic testatius illud efficere. vt sciamus hac parte magis hæreticos exosos à Deo, quàm quosuis alios alioquin à veritate alienos. Reliquum nobis est explicare, plurimos è nostris Reges & Imperatores supra hunc vitæ terminum regnis maximis potitos, ita vt nullum propè sit illustre regnum, quod non proferat è suis huiusmodi multos.

*Imperatores Orientis.*

Theodosius iunior imperavit annos XLVIII. mens. VI. dies XIII.  
Constantinus Octauus Porphyrogenitus LIII.  
Basilius iunior XLIX. mens. IV.

*Imperatores Occidentis ac Germaniæ Reges.*

Henricus Tertius regnavit annos LII. mens. II. dies XVII.  
Fridericus Tertius Austriacus annos LIII. mens. VII.

*Reges Portugalliæ.*

Alfonfus Primus regnavit annos XLVI.  
Dionysius XLVI.  
Ioannes Primus L.  
Alfonfus Quintus XLIII.

*Reges Castellæ.*

Alfonfus Secundus cognomento Castus XLI.  
Alfonfus Tertius cognomento Magnus XLVI.  
Ferdinandus Magnus XLVI.  
Alfonfus Sextus XLIII.  
Alfonfus Septimus LI.  
Alfonfus Octauus LIII.

Al-

- A Alfonso Vndecimus XL.  
Ioannes Secundus XLVII.
- Reges Aragonenses.*  
Ranimirus XL.  
Iacobus LXII.  
Petrus Quartus LI.  
Alfonfus V. cognomento Magnanimus XLII.
- Reges Nauarra.*  
Garzias Ximenius XLII.  
Garzias Ennicus XLIV.  
Sanctius Maior LIV.
- B Garzias Maioris filius LI.  
Sanctius Sapiens XLIV.  
Sanctius Fortis XL.  
Ioannes Ferdinandi Catholici pater XL.
- Reges Galliarum.*  
Childebertus regnavit annos LIX.  
Clotharius Primus LI.  
Clotharius Secundus XLIV.  
Carolus Magnus Imperator XLVI.  
Ludouicus Pius Imperator LIX. mens. II.  
Carolus Caluus Imperator XLIV.
- C Philippus Primus XLIX.  
Philippus Augustus XLIII.  
S. Ludouicus XLIV.  
Carolus Sextus XLII.
- Angliæ Reges, qui toti in insula præfuerunt.*  
Henricus Tertius regnavit annos LVI.  
Eduardus Tertius LI.
- Polonia Reges.*  
Vladislaus Jagello XLVIII.  
Cazimirus filius XLV.
- D Vladislaus regnavit annos XLV.  
Venceslaus LV.

His adiungendi essent Scotiæ, Hungariæ, Daniæ, Sueciæque Reges, sed omittuntur à nobis, quod anni, quibus rerum sunt potiti, vix erui è scriptoribus possint. nobis hos adduxisse sit fatis.

Ad infelicitatem præterea hæreticorum Regum facit illud. Nam licet ex iis aliqui in præliis fortes, & in bellis administrandis sint visi prudentes; & idcirco vel regna, vel imperia magna sint adepti; plerique tamen illorum fuere imbelles, atque ignaui, summaque regnorum, quæ nati sunt, detrimenta subierunt, quod nos explicauimus latè signo LIV. de ignaui hæreticorum lib. XII. Quin ij, qui regna aut imperia bello acquisuerunt, per impiam proditionem perfidiamque plerumque ad illa peruenerunt, aut aliis illa hæreticis ademerunt. Verbi gratia, Zenone hæretico imperante, Odoacer occupauit Italiam: Theodoricus Ostrogotthorum Rex occiso per dolum perfidiamque Odoacre Italiam cepit. Gensericus cum fratre Gunthario bis aut ter contra fidem datam mouit arma in Africanos ac Romanos nihil tale suspicantes, fidemque in impio Rege futuram credentes, vt è Cassiodori chronico, & è Procopij libris de bello Vandalico constat. Iisdè malis artibus Vuallia, Theodoricus Primus Visigotthi Hispanias ceperunt; quæ latè, vt omitamus alios, persequuntur Rodericus Toletanus, Sancius, & Vastus. Cum Longobardi Italiæ multa loca ceperunt, illa hæresum plena erant, vt ostendimus signo XVI. de interitu fidei lib. V. Sic igitur, aut hæretici, quæ regna sunt adepti, plerumque per dolum cepere illa, proditionemque flagitiosam, vel eorum magna passi sunt detrimenta. Vtrumque infelicitatis loco ponendū. Felicitatis namque huius vitæ essentia sita est in virtute, cui perfidiam scimus aduersari, & esse oppositam. Regnorum verò pati diminutionem, est ex-

est externa bona ex parte amittere, quod adscribitur infelicitati. Hinc eodem signo XVI. A de interitu fidei fusè explicauimus, quascumque regiones occuparunt vel Mahometani, vel alioquin à recta fide alieni, fuisse illas hæresum plenas, & ab Ecclesia nostra desciuisse. Sic igitur oraculis diuinis est locus, Reges Ecclesiæ sanctæ inimici confringuntur, tamquã vas figuli conteruntur, ac veluti dolosi & impij non dimidiant dies suos; & tamquam iniurij in patres, super terram longæui non sunt; & siue nostris Regibus comparentur, siue non hæreticis quidem, sed alioquin à Christi vero cultu auersis, infelices merito vocari debent, non habita scilicet ratione luxus, libidinis, & intemperantiæ, quibus rebus ipsi quidem Catholicos vincunt. Quod si qui ex ipsis visi sunt felices, vel is fuit vnus, aut alter; nos autem res humanas diiudicamus ex iis, quæ plerumque contingunt: & inglorius ad extremum decessit, infamisque, quo nil homini, cui sit ingenium prudens ac nobile, miserius contingit; cum gloria, quod aiebat in Ethicis Aristoteles, diuinũ quoddam soleat à viris existimari; aut etiam tangatur aliquo è sequentibus malis efficientibus homines infelices, de quibus mox agemus.

SIGNVM NONAGESIMVM OCTAVVM.

Infelix posteritas alienorum.

Ex infelici posteritate hæreticorum, quod vitis omnibus eorum liberi sint contaminati, nullis præclaris factis illustres, maxima regna & imperia adduxerint ad interitum, mutuis se cadibus ad internecionem deleuerint, & regna à maioribus accepta ultra quartam generationem non transmisserint, vbi hæresim fuerit illa amplexata, concluditur inter nos esse Ecclesiam Dei.

Cap. V I.

Ræclara sunt illa oracula diuinorum vatum, quibus apertissimè contestantur futurum, vt infelix sit posteritas alienorum: quod quale sit à nobis est explicandum, palamque faciendum clarissimè, maximam, sicut oportet, inesse illis veritatem: sic enim David prædicit: Fructũ eorum de terra perdes, & semẽ eorum à filiis hominum. ] Audin' vt Deus sit perditurus è terris impiorum fructus? audin' vt sit eorum semen deleturus inter mortales? En igitur, vt non modò hæreticorum Regum sit infelix exitus futurus, sed & soboles eorum futura sit infelix, quam Deus ipse ad extremum cum suis operibus sit extincturus in terris ipsis inter mortales. Hinc idem psalmo 36, quo clamat ipsorum felicitatem breuem futuram, temporisq. exigui, si quidem compareretur bonorũ prosperitati: Qui malignatur, inquit, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram, & brachia peccatorum conterentur: iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani: & transfui, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt. ] hæc ille multis hanc veritatem sensibus humanis rem præsentem respicientibus, hominibusque euenta rerum non obseruantibus, varietatemque illorũ inter se nõ cõferentibus occultã explicans, & contestans. Vt igitur ad rẽ veniamus, illud in primis repetere sæpius haud pigebit; Deum, si quando bonos aduersis premit, solere eis pro caducarum rerum largitione contrã rependere excellentissimas diuinissimasque virtutum opes, in quibus essentia felicitatis collocatur: ita vt, quod additamentis deest, ampliori augmento reponatur ex eo, quod ipsam felicitatem maximè constituit, & confirmat. Appendices enim sunt quodammodo & adiectiones hæc externa ad humanam solidamque beatitudinem; quæ si ponatur in rerum luxu, libidine, & intemperantia, Catholici superantur à cunctis: nos verò virtutibus omnes superare ostendimus primo tomo; cuius vltimo libro aperuimus quosuis alienos à nobis esse omnium contaminatissimos, ac proinde omnium maximè infelices, speciatim verò hæreticos esse impenitentissimos, & quorum nihil exstet egregium, quod iuuerit aliquãdo, aut iuuare humanam

Psal. 101.

I. argumentum.

II.

A nam societatem possit; quod liquet è signo quinquagesimo quinto de ignorantia hæreticorum. Quod autem propius attingit argumentum propositum, clarissimè aperuimus hæreticorum Regum posterio sic inter se, quamuis propinqui fuerint, atrociter & efferatè sæuuisse, vt mutuis & intestinis cadibus ad internecionem se adduxerint: id e signo quinquagesimo tertio constat. quid verò infelicus alicuius liberis potest accidere, quam vt instar Cadmæorum fratrum sese mutuò conficiant, & confodiant? Quocirca illud etiam poterit augere istorum miseras, quòd cum nacti fuerint aliquando à maioribus suis imperia summa, regnaque potentissima, vel ipsa plerumque imminuerint, vel etiam prorsus amiserint, & ad interitum traxerint ignauia sua; quos nos latè persecuti sumus, illustrantes multis exemplis propositam veritatem signo quinquagesimo quarto de ignauia hæreticorum lib. 12. Illud autem memorabilissimum nunc hic subiiciemus. Suprà iam multos hæreticos Reges & Imperatores recensuimus; & eorum tamen nemo vltra quartam generationem vel Imperium, vel regnum, quodcumque illud fuerit, hucusque transmisit, cum inferioris generationis soboles sequitur & ipsa hæreticam prauitatem.

Ego sum fortis, inquit Deus, zelotes, vindicans peccata patrum vsque in tertiam & quartam generationem. ] Quocirca videre licet ab hæreticis Imperatoribus ac Regibus numquam transmissa Imperia aut regna vltra abnepotes, qui fuerint auitæ impietatis hæredes. obseruarunt Græci diligentissimi omnium scriptores, paucissimos fuisse tyrannos, qui ad nepotes suam potestatem transmiserint. Audi Aelianum loquentem libro variæ historiæ sexto: Pulcherrimè à diis immortalibus comparatum est, vt nullam tyrannidem vsque ad tertiam generationem propagent; sed aut confestim tyrannos tamquã proceras piceas prodant, & extirpent, aut liberos eorum viribus denudent, ac spolient.

C memorantur apud Græcos intra hominum memoriam hæc solum tyrannides vsque ad nepotes permanisse, Gelonis in Sicilia, Leucaniorũ in Bosphoro, & Cypsellidarum Corinthi. ] hæc ille: id verò contigisse olim cognoscimus Samariæ Regibus, vbi à vera religionis doctrina desciscabant; vt vltra abnepotes in eorum gente regna non manserint. Ieroboam namque primus Rex, cum timeret regnum amittere, si populus Hierosolymam, vt lege diuina fuerat præscriptum, ad inuisendum Domini templum quotannis iret, simulacra quædam construxit, ad quorum cultum dum pergeret, auocaretur ab illius vrbs itione. successit huic Regi filius solus Nabat. quo duobus post annis interfecto, Baasa Imperium abripuit ablatum liberis Ieroboam, non aliam ob causam, nisi quòd fidem Deo præstitam violasset. sic enim scriptum est in diuinis libris; Peccauit domus Ieroboã, & euerfa est & delata de superficie terræ. Sed cum Baasa quoque eodem se crimine polluisset dixit ad eum Deus per vatem: Faciam domum tuam sicut domum Ieroboam filij Nabat. ] Hinc filius eius Ela, qui exceperat à patre Imperium, à Zambri est interfectus, & hic etiam Zambri de medio sublatus; & Amri rerum potitus est, qui similiter eodem se scelere obstrinxit, sicuti & Achab eius filius & hæres, & Achabi soboles Ochozias, & Ochoziæ frater Ioram, è quo natus Ochozias pronepos Amri, cuius progenies deleta est à Iehu. Idem contigit Iehu, qui postea præfuit Israeli, ac liberis eius, qui regnarunt ordine suo, Ioachaz scilicet, & huius filio Ioas nepoti Iehu, similiter Ieroboam & Zachariæ filio ipsius euenit. quibus extinctis, regnavit Sellum gentis alterius, qui successorem solummodo habuit Manahen suæ stirpis: ita vt tandem in potestatem Assyriorum redactũ fuerit illud regnum, nemoque ob violatam fidem in causa religionis Deo obligatam sortitus fuerit è sua familia successores abnepotes.

D Nunc animum aduertamus ad Imperatores ac Reges, qui nostræ Ecclesiæ sic infestissimi fuerunt, vt aliam sint fidem secuti. Constantius fuit ex hæreticis primus Imperator: huic progenies nulla, neque item Iuliano, Valenti, Zenoni, Basilisco, Anastasio. Heraclius suprema atate hæreticus fuit. huic filij duo fuere Heracleonas, & Constantinus, è quibus alter post alterum regnavit. Constantino patri successit Constans, huic Constantinus Catholicus, atque ideo ne sit oraculo vltionique diuinæ locus, nullo modo hæres auitæ impietatis. Constantino Iustinianus, qui medio Imperij tempore hæreticus, primo, & vltimo Catholicus fuit. is ab Heraclio quartus fuit. quòd nisi Constantinus Heraclij pronepos rectè sensisset vnã cum filio suo Iustiniano Heraclij abnepote, veritati non responderet hæreticorum Imperia haud peruenisse ad hæreticos abnepotes. Post hos Philippicus imperare cœpit anno septingentesimo duodecimo, hostis imaginum sacrarum: huic filij nulli fuerunt. Hæresim Philippici renouauit Leo Isaurus, qui iniuit Imperium anno

E septin-

Ezech. 26.

Cap. 13.

Reg. 3. c. 13. 14.

Reg. 3. cap. 16.

Reg. 4. c. 8. 9. 10.

septingentesimo decimo septimo: secutus est eum Constantinus Copronymus filius, inde Leo Porphyrogenitus, ac postremò Cōstantinus Porphyrogenitus tertius à proauo Leone Isauro. Hic autem Constantinus Catholicus fuit, habitaque illo imperante septima Synodus. Post hos Nicephorus Generalis Imperiū tenere cœpit anno octingentesimo secundo, Manichæus & Athinganus est habitus, à Bulgaris interfectus habuit successore filium Stauratium, qui deiectus est à senatu & ceteris, & Michael Rangabe Catholicus substitutus. Post hunc fuit Leo Armenius Iconomachus, qui à Michael Balbo vita & Imperio est priuatus anno octingentesimo vigesimo primo: Balbus hic hæreticorum sceleratissimus fuit, hostis & ipse imaginum sacrarum, habuit hæredes Theophilum filium hæreticum, & ex eo nepotem Michaelē Porphyrogenitum Catholicum. in eo genus Balbi defecit. Constantino Monomacho soboles nulla fuit, quo tempore dissidium inter nos ac Græcos magis augeri cœpit, neq; Michaeli Stratiotico, aut Isaacio Comneno successoribus. Constantinus Ducas post hos habuit hæredem Michaelē filium (quamuis aliquo temporis spatio imperarit post Ducam Romanus Diogenes alterius gentis) hunc expulit Nicephorus Botoniates, Botoniatem Alexius Comnenus, huius filius Ioannes, nepos Emanuel, pronepos Alexius, Imperatores omnes. Alexius hic miserrimè obtruncatus ab Andronico Alexij superioris nepote, & latini nominis inimicissimo. Hic verò Andronicus vt meruerat, trucidatus ab Isaacio Angelo. Atque ita Alexius ad abnepotes Imperium non transmisit. Post Isaacium Angelum, qui nobiscum haud sensit, imperauit eius frater Alexius: hunc occidit Isaacij filius Alexius, Alexium Murzulus, post quem nostri Imperium tenuere vsque ad Michaelē Paleologum, qui Catholicus fuit; non ita Andronicus filius eius, qui imperare cœpit anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio. Atque hic Imperio priuatus est ab Andronico nepote, quod postremò deuenit ad Ioannē, qui interfuit Cōcilio Florentino, & hoc defuncto ad fratrem Constantinum, qui Andronici senioris abnepotes fuere. Quocirca si Andronicus senior successore filii habuisset; esset hæreticus Imperator, qui ad abnepotes ordine successionis inter liberos seruato Imperium transmisset. Atque ita quod ab initio dicebamus, omnino verū esset, nullum fuisse Imperatorem, Regemve hæreticum, qui vltra quartam generationem, siue abnepotes, Imperium regnumve transmiserit: quod sanè magis conuenit prædictioni diuinæ, quam ex Deuteronomio supra adduximus, in qua Deus ait, se vlcisci patrum peccata in quartam generationem, quæ proculdubio completitur abnepotes. sed quando nos postea attentius rem considerantes perspeximus neminem transfuisse ad abnepotes Imperia & regna, successionis ordine inter liberos seruato, idcirco dicimus etiam ad abnepotes ea nō peruenisse. quid enim, si abauis ceteris liberis de medio sublatis superstes ipse abnepoti tradat Imperiū, dicetur ad abnepotem transfuisse illud eodem modo, quo si liberi inuicem sibi succederent, ac de manu in manum traderetur Imperium? an nō potius abnepos ille in filij primi locum meritò dicetur suffectus? Quod si quis ea, quæ prius obseruata à nobis asserimus, probat magis, nil curo. eodem res recidet. Nunc ad propositū redeamus, Enumerauimus hucusque Imperatores omnes Orientis hæreticos, ac vidimus neminem transfuisse Imperium ad abnepotes impietatis hæredes, nisi si qui posteriores liberi in locum priorum successere, quod in vna Paleologorum gente contigit. Quod verò in Oriente euenit, accidit & in Occidente inter eos, qui vel hæretici, vel schismatici Imperatores fuere, vt Henricus Tertius, Fridericus Secundus, & Ludouicus Bauarus. Ac ne Catholicis idem putemus accidisse, quod Imperium scilicet magis electioni, quam successioni hæreditariæ innitatur; sunt apertissima exempla, & euenta, ac puto plura superessent, si in fide Catholica auorum nepotes persisterent: sed quando Imperij potestas est in rebus prophanis administrandis summa, vix est, vt homines illam naçti non interdum se efferat, & à Pontifice sibi imperari patientur, maximè vbi maiorum suorum vident nobilitatē; qua sit vt insolentius deinde se gerant, & à summo in quo positi erant gradu diuinitus deiiciantur.

Basilus Macedo imperare cœpit anno octingentesimo sexagesimo septimo, & octauū Concilium procurante ipso celebratum. Huic successere filij Alexander, & Leo; Leoni filius Constantinus, ex hoc natus Romanus puer deinde imperauit, qui relictis duobus filiis Basilio & Constantino deceffit: horum mater Theophano Imperium vnà cum Nicephoro Phoca, quem sibi virum adiunxerat, primò administrauit, deinde cum Ioanne Zimisū, quo defuncto Basilius & Cōstantinus Imperiū, quod nomine, & ornamentis hucusq;

habue-

habuerant, postea sunt moderati. Cōstantino duæ filia fuerunt, Zoe, & Theodora: & Zoe quidem vnà cum Romano Argiropolo marito, deinde cū Michaelē Paphlagone, & post eum Michaelē Calaphate imperauit, postremò etiam cum Constantino Monomacho, cui nupsit, post obitum Monomachi, & Zoes, Theodora soror sola Imperium rexit annū vnū, menses nouem. Basilus itaque Macedo non modò ad abnepotes Imperium transmisit, sed & ad trineptes Zoem, & Theodoram, quæ obiit anno millesimo quinquagesimo sexto Gens autem Basilij, & in ipsius gente Imperium defecit eodem tempore, quo Græci à nobis palam desciscere cœperunt. Michael namque Patriarcha anno millesimo quinquagesimo tertio, imperante Monomacho & Zoe, est ausus Latinos excommunicare, quamuis postea resipuerint omnes legatione Leonis Noni, qui eo tempore sedebat. ex aliis Basilij posteris nemo hæreseos est notatus, quin omnes maximè visi sunt pij; quod non modò

apparet ex iis quæ Zonaras tradit, sed & scriptis Luitprandi Ticinensis, qui temporibus illis vixit, & Græcanicarum rerum satis peritus videtur, quamuis non nihil à Zonara dissentiat. Videndum porrò ne doctissimi viri auctoritas fallat, in cuius historiis notatum legitur, Basilium & Constantinum filios fuisse Ioannis Zimisæ, cū constet è Zonara & Luitprando, natos è Romano, qui dictus est Puer.

Ac sicut in Oriente Basilus Macedo, sic in Occidente Carolus Magnus ad abnepotes traduxisse Imperium diuinitus apparet. Arnulphus namque vltimus ex eius stirpe Imperator Magni abnepos fuit. E Carolo namque Magno Ludouicus Pius, è Ludouico Pio Ludouicus Germaniæ Rex Magni nepos, ex isto Carolomannus pronepos, Arnulphi pater. Atque hucusque Imperium manserat in aliis Caroli liberis, Lothario Ludouici senioris filio, Ludouico Italiæ Rege, Carolo Caluo, & Carolo Crasso.

Rursum atate hac nostra Rodolphus Imperator trinepos est Friderici Tertij, ex quo Maximilianus Primus est ortus: & à Friderico Tertio hucusque Imperium in Austriacis ordine interrupto permanit. Sed quamuis Rodolphus trinepos sit Friderici Tertij, in locum tamen abnepotis succedit, quod Maximilianus Primus non habuerit Imperij successore Philippum filium, sed ex eo nepotes Carolum, & Ferdinandum. Quod si à Rodolpho Primo Habsburgensi numeremus, pluribus gradibus ab eo distabit Rodolphus Secundus: sed Imperium successionis ordine ac liberorum non seruato ad eum peruenit. Fridericus namque Tertius ponitur à quibusdam Rodulphi Primi trinepos. Sed nos hæc haud persequimur. fat est Imperium continuatum à Friderico Tertio vsque ad Rodolphum Friderici trinepotem.

Illud tamen obseruatione dignum nō omittamus. Anno trecentesimo trigesimo Constantinus Constantinopolim consecrauit & fixas Imperij sedes ibi posuit; capta est millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio: regnarunt itaque Imperatores in illa vrbe annos m.c.cxxi. Vnus dumtaxat est inuentus, qui ad abnepotes Imperiū transmitteret. In Occidente restitutum est Imperium anno octingentesimo primo; stetit itaque annos solummodo dcc.lxxxvi. & duo sunt inuenti, qui Imperium ad abnepotes traducerent: cuius sanè rei nihil aliud in causa, nisi quod Græci Imperatores multi hæretici fuerunt, Occidentales non ita, & tamen inter tot Imperatores Orientis hæreticos nemo inuentus, à quo per liberorum manus acceptum traditumque Imperium ad abnepotes transfret.

Nunc omnia regna, quæ hæreticorum fuerint, circumspiciamus; & an id, quod posuimus, verum sit, discutiamus. Visigothorum Reges in Hispania fuerunt, & Arij doctrinam sunt secuti. hi fuere Alaricus, Ataulfus, Sigericus, Vallia, Theodoricus, Thorismundus, Theodoricus, Ericus, Alaricus, Almaricus, Theudas, Tendefilus, Agila, Atanagildus, Luiba, Leouigildus, & post hos Suintilla, Rechimirus, Vitiza, Rodericus: sunt autem viginti Reges, & nemo illorum nepotes habuit successores: Theodoricus tamen Thorismundum filium fortitus est hæredem, Ericus Alaricum filium, nepotemque Amalaricum, Leouigildus Recharedū, & ex eo nepotes, sed Catholicos, autē impietatis nequaquam imitatores. quæ omnia tum constant ex Isidori scriptis, tum verò Roderici Toletani, Sancij, & Vafæi.

Reges Ostrogothorum in Italia similiter hæretici fuerunt Arij sectatores Theodoricus, Athalaricus, Theodatus, Vitiges, Ildobaldus, Araricus, Totilas, Theias, qui sūt octo: nullus horum successorem filium reliquit, Theodoricus dumtaxat Athalaricū nepotem. In Africa Vandali ex eadem fuerunt hæresi Reges Iex, Gensericus, Honoricus, Gunda-

da-

damundus, Tranfamundus, Hildericus, Gilimer: ex his soli Gensericus Honoricum, Trā-  
samundus Hildericum filios regni successores habuerunt, vt de Ostrogotthis Procopius  
libris de bello Gotthico, de Vandalis autem de bello Vandalico refert.

In Gallia Chilpericus Parisiorum Rex, Sabellj decreta secutus, nullam sobolem, cui  
traderet regnum, reliquit, & Galliarum res omnes peruenerunt ad Clotharium Secun-  
dum Chilperici Sueffionum Regis filium.

Gregorius Podebrachus Hussita fuit, ac Bohemiæ Rex, nequaquam potuit illud re-  
gnum, quamuis in eo multum laborauerit, ad filios, quos reliquit post se, transferre.

Idem contigit Ladislao, qui dictus est cognomento Chunnus, Hungarorum Regi.

Quòd si Longobardorum Reges intueamur, nemo ex illis regnum nepotibus tradidit:  
& tamen ex his Ariani septem fuere, Alboinus, Clepho, Autharis, Arioaldus, Rhoraris,  
Rodoaldus, Alahis. Sed propiora consulamus, & quæ sunt ætatis nostræ.

Henricus Octauus in Anglia hæreticus fuit, ac filiis sanè suis regnum commisit mo-  
riens: an verò nepotes vlli sint eo potituri, incertum, spes adhuc nulla.

Christiernus Daniæ Rex ne posset filio regnum tradere, est expulsus, deinde cauea fe-  
rea inclusus, atque enectus ab æmulo & hoste suo: is est qui Regum primus Lutheranam  
perfidiam sit sectatus. Gostauus Suetiæ Rex filios habuit successores, sed alter horū Eri-  
cus regno deiectus, alteri Ioanni successor designatus Catholicus filius Sigismundus Po-  
loniæ Rex.

Atque hæc nobis satis esse possint ad ostendendum quod dicimus. Ac ponamus sanè  
fuisse in aliis regnis ignobilioribus, qui quamuis hæreticus esset, tamen vltra quartū gra-  
dum gentis suæ transfulerit regnum; tamen id rarò contigisse, si modò contigit, cogno-  
scemus, idque in ignobilioribus, & obscuris; illustriorum namque & maximè cognitorū  
protulimus exempla. Quòd si Regum Catholicorum contempleris euenta, occurrent fami-  
liarum eorum, qui possint vetustissimorum temporum patres atque auctores ciere. Verbi  
gratia Francis impera uere è tribus gentibus prognati, vel è Clodouei stirpe, vel è Pipini,  
vel denique Hugonis Capeti, quæ adhuc regnat: his sunt ordines longissimi nepotum.  
Idem videbis in agnationibus Regum Castellanorum, Aragonensium, Nauarorum, Lu-  
sitianorum, Anglorum, Scotorum, Siculorum, Hungarorum, Polonorum, Danorū, Bohem-  
orum, Cypriorum: quorum nonnullis licet non adfit aliquando longa liberorum series,  
multis tamen adest, & quidem ab antiquissimis ætatibus repetita vt signo de felici poste-  
ritate Catholicorum XCII. late aperuimus. Quod vel nullis familiis hæreticorum vel  
vni forsan, aut alteri ingloriæ & obscuræ contigit. Quid ira? quia Catholici sunt nostri, de  
quibus Isaias prædixit: Sciatur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio po-  
pulorum; omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit  
Dominus. ]

Atque hæc quidem, si paternum Catholicorum Regum velis genus intueri: quòd si ma-  
ternum, maiora admirari libet. Vt enim hæreticorum Regum posteritas, nulla, quæ re-  
giam potestatem conseruarit, siue maternam, siue paternam consanguinitatem scruteris:  
sic Catholicorum stirps altissimas habet radices, quod supra latè persecuti sumus. Satis  
sit nobis hæc indicasse, illudque stabiluisse, hæreticos numquam regna sua vltra abnepo-  
tes transfuisse, Catholicorum verò Reges posse suum genus longa semper serie à Regi-  
bus deducere, idque si paternam agnationem respicias, ac multo magis, si maternam.  
quamuis & aliud longe infelicissimum familiis hæreticorum Regum contigerit, quòd  
filij semper in patres, patres in filios, fratresque in fratres plerumque bella gesserint,  
donec tandem ipsam suam gentem intestinis præliis ad interitum perducentes miser-  
rimo exemplo docuerint quanti sit Ecclesiasticæ ac diuinæ potestati parere, quanti  
illam maximo rebellium malo contempserint. sed nunc ad alienorum Regum posterita-  
tes veniamus, vt ex omni parte sciamus quæ sit Ecclesia Dei.

Isai. 62.

Expli-

A *Explicatur euenta infelicia cognationum regiarum, quæ Assyriacum imperium pri-  
scis mirificè decantatum tenuerunt, & cum nostris comparantur. Cap. VII.*



N confesso est apud omnes peritos, regnum Assyriorum, quod Babylone  
& Niniue confedit, esse omnium vetustissimum. Hoc enim testatur diui-  
nus scriptor, inquiens: Chus genuit Nemrod: ipse coepit esse potēs in ter-  
ra, & erat robustus venator corā Domino; & ab hoc exiuit prouerbum,  
Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. Fuit autè principium  
regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar.

De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen, & plateas ciuitatis & Chale, Resè  
quoque inter Niniue, & Chale: hæc est ciuitas magna. Jsic ille. fuit autè Chus, à quo Nērod  
est genus, Cham filius, atque ex eo nepos Noë. Sic igitur Nemrod erit pronepos Noë.

Videamus autè quonā tempore initiū dederit imperio suo. Diluuiū cōtigat anno mundi  
M. DC. LXXVI. quamuis Græci velint accidisse bis millesimo ducētesimo quadragesimo secū-  
do; durauit annū, & dies præterea decē. Tū Chamo nulli erāt liberi. Cū verò lōgissima  
foret ætas hominibus illorū tēporū, Nemrod autem vir esset cū regnare coepit, necesse  
est eum longè post diluuium regnasse. Auctor sanè Seder Olam, quod est Hebræorum  
Chronicon, vult gētium dispersionem factam post annum à diluuiio tercentessimū qua-  
dragesimum. Non enim commodè dici potest per vniuersam terram dispersos latè libe-  
ros Noë nisi per aliquot sæcula multam sobolē procreassent, Cū verò Phaleg, quo vi-  
uente contigit gentium dispersio, sit ortus anno post diluuium centesimo primo, natūq.  
sit illi postea minor frater Iectan, à quo longè post producta sunt tredecim familiarū ca-  
pita, quæ venerunt in terrarum diuisionem, vt eodem cap. 11. docemur; sine dubio post  
plures annos à diluuii cessatione gentium dispersio obuēnit, ac verisimillimum est acci-  
disse post annum trecentessimū quadragesimum, & ab ortu mundi millesimum nongen-  
tesimū nonagesimū septimū. Quo posito, haud potuit Nemrod, qui post hæc omnia regna-  
uit, imperium suum stabilire, nisi sub annum ab orbis exordio, vt nos colligimus, bismille-  
simū, quo ferè tempore videtur Abraham discessisse ex Haran, cū natus esset annos  
LXXV. vt est Genes. cap. 12. anno post diluuium, quod ex eodem loco habetur, ter centesi-  
mo sexagesimo septimo, post mundi fabricationem bismillesimo vigesimo quarto. E ter-  
ris porrò Babylonica regionis egressus Assur, imperium, quod propriè Assyriorum vo-  
catur, condita illius sede præcipua Niniue, excitauit. An verò Assur soboles fuerit Sem,  
vel alterius, quæri forsan posset. Etenim Genes. cap. 10. Assur signatur filius Sem, & con-  
san guineus Abraham, veluti ex eadem stirpe prognatus, & Assur similiter dicitur egres-  
sus è terra Sennaar, è qua scribitur & Abraham ætate multo inferior egressus. Huius igitur  
Assur liberi diu tenuerunt Imperiū Assyriorū, Niniueq. incoluerūt, quasi foret vrbs il-  
la antiquissimi maximique simul regni caput. Huius prius nobis quàm fuerit præ nostris  
infelix posteritas est aperiendū, dein verò aliorū, qui ex Assyria quidē fuerūt, sed nō ex  
ipsa Assur cognatione, vsque ad illud tēpus, quo ex alienis regionibus & sanguine pro-  
gnati Assyriā tenuerūt, quales Medi fuerūt, ac Persæ. felicitas autè vel infelicitas poste-  
ritatis alicuius regiæ pefanda nobis erit è quatuor, quātū pertinet ad argumētū nostrū.

Primo loco ex imperij diurnitate, quod in agnatione, aut saltē cognatione eadem per  
aliquot sæcula confideat. Secūdo ex amplitudine illius aut maiori, aut diuturniori. Ter-  
tio ex honesta laudabiliq. Regū vita. Quarto ex obitu Regū quieto, aut alioquin felici.  
Quo ad primū recenset Eusebius Assyriorum Reges, tempusq. quo regnarunt: fuisse ve-  
rò ex eadem stirpe haud refert, an fuerint, mox disseremus. Sic porrò eos Eusebius refert:

Assur condidit ciuitatem Niniue, vt habetur Gen. cap. 10. hunc Ninum, sicut & ciuita-  
tem, vocant prophani scriptores; regnauitque ille, vt vult Eusebius, annos XLIII.  
Semiramis Nini vxor XLII.  
Zameis, siue Ninias, aut Ninus, vt eum vocat Iustinus XXXVIII.  
Arius XXX.  
Arafius XL.  
Xerxes XXX.  
Armametres XXXVIII.  
Belofus XXXVIII.  
Baleus LII.  
Altadas XXXII.

Manithus	XXX.	A
Manchaleus	XXX.	
Iphereus	XX.	
Mamitus	XXX.	
Sparerus	XL.	
Afcades	XL.	
Aminthes	XLV.	
Belofus	XXV.	
Belepures	XXX.	
Lamprides	XXXII.	
Sofares	XX.	
Lampares	XXX.	B
Panias	XLV.	
Sofarmus	XIX.	
Mithreus	XXXVII.	
Tautanes	XXXII.	
Tauteus	XL.	
Tineus	XXX.	
Dercilus	XL.	
Eupales	XXXVIII.	
Labstenes	XLV.	
Piriciades	XXX.	C
Ophrateus	XX.	
Ophratanes	L.	
Ocrzaptes	XLII.	
Sardanapalus	XX.	

Omnes hi Reges Assyriorum imperarunt in Niniue annos M. CC. XL I I I. hæc enim summa colligitur è superioribus: Velleius tamen Paternus attribuit eis M. LXX. Agathias lib. 2. è Ctesia Gnidio M. CCC. VI. & amplius, Diodorus Siculus libro rerū antiquarū secundo c. 7. M. CD. ac plures; Iustinus M. CCC. Cumq̄. sint illi triginta sex Diodorus tamen Siculus lib. 2. cap. 6. rerum antiquarum è Ctesia Gnidio tradit fuisse triginta, Paternus triginta tres. Sed querimus an omnes hi Reges fuerint eiusdem agnationis, vel saltem consanguinitatis. Velleius vult id adeò esse, vt semper filius patri successerit. Sed hoc esse falsum supra ostendimus signo nonagesimo secundo, capite primo de felici posteritate Regum Catholicorum. Hic erimus contenti adiecisse illud. Nā cum velut Herodorus lib. 1. duas inter Assyrios Reginas clarissimas fuisse Semiramidem, & Nitocrim, & illam fuisse hac priore quinq̄ ætatibus, Huius autem filium sublatum à Cyro, præterea vero idē scriptor libro eodem generationi, siue ætati attribuat annos viginti tres cum scribit Heraclidas tenuisse Lydiæ regnum vsque ad Candaulem, Myrsi per quingētos, & quinq̄ annos seu per duas, ac viginti ætates, Idemq̄. rursus libro secundo velut tres hominum progenies centum annis contineri, triginta tribus annis diffiniens ætatem, Ex his conficitur Semiramidis posteros non regnasse nisi annos, ad summum, ceterum sexagintaquinque vsque ad Nitocrim: ita vt bene idem dixerit ab Assyriis regnatum in Asia quingentos viginti annos vsque ad Medos, quòd scilicet hoc annorum numero interiecto comprehendatur anni, quibus imperarunt Semiramis, Ninus, Nitocris, ac filius ipsius, aut si qui sunt vel intermedij, vel istis superiores. Rursus Nitocris ex alia stirpe fuit: genus enim Semiramidis in Sardanapalo ac Niniue desit, Nitocris in Labinito, ac Babylone, si sequi narrationes istorum velimus. quamuis quæ de Semiramide dicuntur clarius mox illustrabuntur.

Quātū pertinet ad imperij amplitudinē, Diodorus Siculus, ac Iustinus volūt Asiā vsq̄. ad Indos, Aethiopiāq̄. fuisse à Nino, ac Semiramide adductas in potestatem. Inquiramus an hoc cōsentiat veritati. E Genesi cap. 14. habemus Amraphel Regē Sennaar (hæc est regio in qua Niniue, ac Babylonia fuerant edificatæ) Amraphel autē multi volūt esse eundē cū Nēbrod Arioch Pōti, siue Elasar, Chodorlahomor Elamytarū, & Tadam gētū mouisse bellū aduersus Bara Regē Sodomæ, Berfa Gomorrhæ, Senaab Adamæ, Semeber Seboim Regē que Balæ, quòd hi scilicet annis duodecim seruisset Regi Chodorlahomor, ac mox ab eo recessisset. Hæc verò cōtigere, cū nō dū peruenisset Abrahā ad annū ætatis centesimū, egressus verò esset è Chaldea anno ætatis LXXV. quo tēporis decursu scribūt Assyrio-

rura

**A** rum regnū tā latè patuisse. At qui fieri hoc potuit, cum neque totius Palæstinæ Reges parerent Regi Sennaar, si velimus illum fuisse vnum ex iis, qui Assyriorum potiti sunt imperium, & paruerint annis dumtaxat duodecim Regi Elamytarum, quos Babylonicæ regioni videtur adscribere Strabo lib. 16. Iam (nisi velimus ad miracula quasi ad aram cōfugere, quod non ita facillè faciendum) quæ potentia fuit huiusmodi Regum, quorum copias fudit, ac fugauit Abraham cum trecētis decem & octo vernaculis? Ex eiusdem præterea Geneseos scriptis discimus eodem tempore Pharaonem Aegypti Regem latè dominatum: nulli verò Assyriorū Regi fuisse subiectū, facillè colligitur, non modò Abrahami tempore, sed neque Iacobi, ac Iosephi, cum prouinciæ omnes veniebant, inquit diuinus scriptor, in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent. Moyse rursus viuente seimus Palæstinæ tot Reges ac populos Assyriis haud obedisse, cum scilicet illa ab Hebræis fuit occupata, & tamen Syriæ pars est Palestina. Cumq̄. post obitum Moyse & Iosue, per annos circiter trecentos, Hebræi, & qui supererant Palæstini continenter bella gesserint, numquam legimus Assyrios vel his vel illis opem tulisse, alterumve ex istis populis adiecisse imperio suo, nisi Cusam Rege Mesopotamiæ, vt est Iud. cap. 3. Post Iudicēs autem nonne ipse David Syriam Damasci sibi subiecit, impositoque tributo, ac præsidio, cōegit obedire? vt habetur Reg. 2. cap. 4. & idem similiter ius fuit Salomoni filio ipsius, vt est Reg. 3. cap. 4. Defuncto autem Salomone, Sefac Aegypti Rex, qui & Sefostris, Asiam totam, Mesopotamiamque dicitur armis cepisse, quod scribunt Herodotus lib. 2. Strabo 15. 16. & 17. Diodorus lib. 1. par. 2. cap. 1. Sed & ante Sefostrim, & post eum variæ leguntur expeditiones factæ à Cymeriis, Scythis, Aethiopibus, & aliis Aegypti Regibus, à quibus Asia fuit occupata: quin Iustinus lib. 1. vult Scythas Asiæ dominatos ante Assyriorum imperium mille ducentis annis: quamobrem necesse est Assyrios breui tempore, & intra fines angustos regnasse. Ad summā verè protulit ea verba Dionysius Halicarnasæus lib. 1. Antiquum illud, ait ipse, Assyriorum regnum retro ad fabulosa vsque pertingens tempora modicam quādam Asiæ partem obtinuit. ] hæc ille. Scimus autem quidquid Asiæ clauditur mari, confinibusq̄. Arabiæ, Tigri fluuii, Colchidæ, & Armenia, propè eiusdem magnitudinis esse cum tota Hispania vt è tabulis Geographicis apparet, vt sciamus quam soliti sint antiqui amplificare gesta prisorum. Et sanè si Assyriorum tantæ fuissent vires, ac tam latè imperium ipsorum pertinuisset; Homerus, qui nihil celebre omisit in suis carminibus, quod in vlla parte orbis foret, aliquam de illis mentionem fecisset, aut aliquid saltè bellè & appositè fabulatus esset: sed pleraque esse istorum somnia, quæ de Assyriis iactantur, clarius adhuc aperietur.

**D** Quod ad laudabilē, vel honestā Assyriacorū Regū vitā pertinet ita Iustinus lib. 1. Filius, inquit, eius (Semiramidis) Ninus cōtētus elaborato à parētibus imperio, belli studia deposuit; & veluti sexū cū matre mutasset, rarò à uiris visus, in foeminarū turba cōsenuit. posteri quoque eius exēpla secuti, respōsa gētibus per internūcios dabāt. Imperiū Assyrij, qui postea Syrij dicti sunt, annos M. CCC. tenuerunt: postremus apud eos regnauit Sardanapalus vir muliere corruptior. ad hūc vidēdū (quod nemini ante eū permisso fuerat) præfectus ipse Medis præpositus, nomine Arbactus, cū admitti magna ambitione agrè obtinuisset, inuenit eum inter scortorum greges purpuram colorentem, & muliebri habitu, cum mollicia corporis & oculorum lasciuia omnes foeminas anteiret, pensa inter virgines partientem. ] hæc ille: cui consentiunt Diodorus, & alij.

**E** Quantum ad obitum: cunctis inglorium fuisse post Ninum, è superioribus liquet: humanæ autem felicitatis potissima pars est honesta laus, & gloria. Semiramidi præterea cōtigat alia calamitas, quòd à filio fuit interfecta, cum ipsius illa concubitum fuisset ausa appetere, quod Iustinus lib. 1. & Agathias secundo tradunt. Sardanapalus porrò vnā cū suis vxoribus ac pretiosissimis quibusque in flammis se amisso imperio coniecit, vt idem Iustinus & Diodorus antiquarum rerum lib. 2. cap. 7. scribunt.

Ex his quæ attulimus colligi potest in primis, postquā Cōstātinus Christo nomē dedit, plerūq̄. semper Ecclesiæ fuisse, qui latius dominarentur, atque etiā nūc dominantur, quā Reges Assyriorū superiores, à quibus Asiæ modicā partē possessā tradit Dionysius Halicarnasæus, quæ neque vmq̄. fines Cœlesyriæ, Arabiæ, Mesopotamiæ, minoris Asiæ, Cappadociæ, Mediæ, Armeniæ, Ciliciæq̄. egrederetur: quæ sanè terrarū spatia non superant, quidquid nunc Poloniæ Rex potitur: cui non modò Polonia paret, sed Lithuania, Somogitia, Mafsouia, Volhinia, Podolia, Rhuffiæ & Moldauiæ maxima pars, Prussia, Li-



uonia. Nouem verò hucusque Imperatorum Regumque successiones in Ecclesia Catholica numerantur, quibus amplissimæ fuerunt, aut sunt ditiones plurium vel annorum, vel etiam sæculorum.

Primæ est Imperatorum Romanorum, qui post Constantinum ab anno ccc. xli. tenuerunt Occidentale Imperium vsque ad cccc. lxxv. cum Iulius Nepos fuit expulsus: hæc successio durauit annos cētū sexaginta tres, vt è Chronico Cassiodori, Zonaraq. apparet.

Secunda est Imperatorum Orientis, qui ab anno trecentesimo trigésimo, quo Constantinopolis fuit consecrata, perstiterunt vsque ad obitū Michaelis Paleologi: ex illo enim palam discessere omnino ab Ecclesiæ Catholicæ complexu, vt docuimus signo XV. de vnanimi doctorum consensu. Incidit mors Michaelis Paleologi sub annum millesimum ducentessimum octuagesimum tertium. Hæc itaque successio durauit annos nongentos quinquaginta tres.

Tertiæ est Regum Gallicanorum Pipini nepotumque ipsius & in Galliis, Italia, & Hispaniæ magna parte, & in Germania, Pannoniis, Bohemia, Dalmatia, & aliqua Sarmatiæ Daciæque parte. Hæc perstitit in Regibus Gallicanis ab anno dcc. lxx. vsque ad dccc. lxxix. quo Ludouicus Balbus Imperator decessit, per annos centum & nouem, vt è Paulo Aemilio, Rheginone, ac Sigiberto constat, tenuitq. Gallias, Hispaniæ & Italiæ bonam partem. In Regibus autem Germanicis vsque ad obitum Ludouici, qui filius fuit Arnulfi Imperatoris, defunctus est Ludouicus anno, vt vult Sigibertus, dcccc. xli. Huic successioni paruit magna Septentrionis pars per annos centum quadraginta duos.

Quarta est regum Germanicorum; quam si deducas à Carolo Magno, qui post annū circiter septingentesimum nonagesimum, vt habemus è Rheginone, Germaniam totam redegit in potestatem, vsque ad nostra tempora regnasse eā dicemus annos octingētos. huius quàm lata fuerit ditio, nos ostendimus signo XCIII. cap. VII. bono Germaniæ CLII. quin huius ditiois aliquando clientes fuere Cypri, & Armeniæ Reges, vt ostendimus signo LXXXI. cap. V. & nūc etiam, quamuis maximè sit eius potestas extenuata, si feudorum, quæ vocant, iura annumeres, maior est eius ditio, quàm fuerit vmquam Regū Assyriacorum, quos recensuimus supra, quod è tabulis Geographicis colligi aptissimè potest.

Quinta est Regum Danicorum ab ætate Canuti Magni vsque ad Christiænum, qui primus è Regibus Aquilonis ab Ecclesia Catholica desciuit sub annū m. d. xx. Canutus autem Magnus regnare cœpit sub annum m. xv. Tenuerunt hi Reges non modò Daniã, & ante aliquot sæcula Noruegiam, sed aliquãdo Angliam, sæpius etiam Sueciam, Gothiamque, vt ex Alberto Crantzio apparet: perstitit annos quingentos.

Sexta est Hungaricorum à Carolo Martello vsque ad Ludouicum, qui cesus fuit à Turcis ad Mochaz anno millesimo quingentesimo vigésimo sexto. Carolus Martellus cœpit regnare sub annum millesimum trecentésimū decimū: permanfit hæc annos propè ducentos, ac tenuit plerumque non modò Pannonias, sed etiam magnam Dalmatiã, & Illyrij, Daciã, Mysiã, Moldauiã Transyluaniã, Cimmeriique Bosphori partem, vt è Bonfinio liquet.

Septima est Polonicorum ab Vladislao Iagellone vsque ad nostra tempora ab anno scilicet m. ccc. lxxxvi. per annos ducentos & quinque possidens adhuc amplissimas quas supra retulimus regiones, vt è Cromerio liquet.

Octaua est Lusitanorum, qui ab anno m. cd. vsque ad hunc potiuntur latissimas in Africa terras, in Arabia, Persia, India cis & vltra Indum & Gangem, amplissimas præterea insulas, quas Oceanus circumfluit à Tertieris vsque ad extremas Moluchas in Oriëte sitas.

Nona est Hispanorum, qui ab anno millesimo trecentésimo nonagesimo secundo tenent Italiæ magnam partem, Siciliam, Sardiniam, & haud multo post Belgicam Galliã Burgundiã comitatū, denique Occidentales Indias, & nunc etiam ex adiunctione quidquid Lusitani acquisuerunt.

His adnumerari possent tres illi Imperatores Tartarorum, qui Christo nomē dedere, vt diximus signo VI. cap. 2. è quibus Cobila quadraginta duos annos regnauit in maximis Cataij Sinarumq. regionibus, quod ex Aytone Armeno, & Marco Polo constat; sed his exiguum fuit tempus, quo rerum potiti secuti sunt in Ecclesia nostra. Præterea verò Reges Aethiopi, qui diu nobiscum senserunt, vt ex Aluarezij scriptis docemur.

E dictis apparet, ab ætate Constantini vsque ad Imperij Occidentalis casum semper in Ecclesia Catholica fuisse duas amplissimè regnantū successiones; quibus, vt ostēdemus nul-

A nullam proferre potest antiquitas & vlla ætas parem; post Imperij verò Occidentalis casum fuisse vnam Imperij Orientalis; at à Carolo Magni temporibus, anno nempe octingentesimo fuisse duas, vtriusque scilicet Imperij. Cum verò Orientale à nobis se abalienauit, excitata est Danicorum ac paulo post Hungaricorum, & mox Polonicorum Regum latissimè imperans successio. Nostra denique ætate cum maximè propter hæreses concisa sit Germanicorum Regum ditio; Hispanicorum, Lusitanorumque imperia amplissima videmus, inter quæ exurgere & attollere sese maxima cum laude celebritatis audet Pollicum regnum nunc latius, quàm sæculis superioribus, iura suæ potestatis ac ditiois protendens.

B Ad summā semper in Ecclesia Catholica fuerūt, qui latius dominarentur, quàm Reges Assyriaci, ac plerumque duo Reges eodem tempore è nostris huiusmodi exstiterunt. Nōnullæ porrò sunt calamitates, quæ contigere successioni Assyriacæ, quam produximus, quæ nullis nostrorum Regum profapiis accidere, quas descripsimus lib. 21.

Prima est: Nulli Catholico Regi contigit, vt haberet ad eò effceminatos posteros suos, vt ista Assyriacorum Regum profapia.

Secūda: Neque Catholicorum Regum posteritas vlla fuit, quæ tam miserè, ac luçtuoze deserit imperare, quod scilicet Sardanapalus se, vxores suas, ac pretiosa quæque in flāmas coniecerit.

Tertia: Neque similiter ulla Catholicorū Regū progenies exstitit, è qua imperarit aliqua Regina, quæ cōcubitū filij expetierit, & ab eo fuerit cōfossa, vt Semiramis narratur.

C Sicut itaque lib. 21. plurimas Catholicorum Regum profapias adduximus, earumque felicissima euenta plurima retulimus, quæ nulli Regum à nobis alienorum posteris obueniunt; sic infelicissima huiusmodi mala nostrorum nullis accidere.

*Explicantur euentus infelicia quorundam Regum Assyriorum, de quibus est mentio in diuinis libris. Cap. VIII.*

**D** Iu nos tenuit illud sollicitos, neque potuimus adhuc nobis omnino satis facere in huiusmodi quæstione, an Reges Assyriaci, quos diuini libri recēsent, sint attexendi superiorum genealogiæ, si velimus esse veram; an verò cōstituant ab his diuersam: nos liberum lectori iudicium relinquemus; quod facit ad propositum nostrum, subiiciemus.

E Phul Assyriorum Rex commemoratur Reg. 4. cap. 15. cui quasi potentissimo omnium tunc in Asia dominantium tributa pendebat Manahem Rex Israel, & Samariæ, vt ipsum turetur, ipsiusque regnum aduersus quoscumque hostes. Manahem regnauit annis decem, post eum duos filius eius Phaceia, quem cum Phacee filius Romeliæ necasset, rerum potitus est annos viginti, quæ summa est annorum triginta duorum, vt eodem capite habetur.

Theglathphalasar Assyriorum Rex bellum mouit aduersus Phacee filium Romeliæ, qui interfecerat Phaceiam filium Manahem positi in tutela Assyriorum Regis, cepitque Aiom, Abel-domu-Maacha, Ianoë, Cedus, Afor, Galaad, Galiliã, terramq. Nephthaim, transtulitque habitatores in Assyriorum terras. Rursus idem Theglathphalasar aduocatus auxilio ab Achaz filio Ioathan, ac Rege Hierusalem, & tribus Iudæ aduersus Rasin Regem Damasci, & Coelesyriæ, Phaceeque filium Romeliæ Regem Samariæ, adduxit in suam potestatem Damascum, eiusque habitatores transtulit in Cyrenem, vt habetur Reg. 4. cap. 16. è quibus colligi posse videtur, Cyrenē, quæ est vltra Aegyptū, fuisse in ditioe Assyriaci Regis, si velimus Cyr, vt est in Hebraico, esse Cyrenē, neq. sit alia Cyrene.

Salmanasar Rex Assyriorū cū tribus annis obsedisset Samariã, misissetq. in carcerem Ofec Regem Samariæ, & eam cepisset, transtulit eius habitatores in Asyrios & Medos, & collocavit in ciuitatibus Medorū, vt habetur cap. 17. Reg. 4. in Samariã verò transtulit Babylonios, & alios: idcirco autem mouit in Regē Samarię Salmanasar, quod is tributa ipsi penderet, & ad Aegypti Regē Suã misisset, & ab eo discedere pararet. Hinc habemus Babylonem fuisse in ditioe Salmanasar, Aegyptiq. Regem Suam potentiæ fuisse metuendæ. contigit expugnatio Samariæ sexto anno Regis Ezechia, vt eodem lib. cap. 18. narratur.

Sennacherib Rex Assyriorum quartodecimo anno Regis Ezechia mouit aduersus Hierusalem, quo tempore Tharaca Rex Aethiopum copias maximas in Asiam duxit.

duxit, & Europam cuncta peruadens, ut est cap. 19. lib. eodem, & prophani scriptores meminere huius expeditionis Thearconem nominantes Strabo lib. 15. ex Isaiæ verò cap. 37. discimus Sennacherib habuisse regiam sedem in Niniue, ac superiores Reges fuisse patres ipsius, eum denique interfectum à duobus filiis suis Adramelech, & Sarasar, successisseque illi in regno Afarhaddon filium: & è cap. 19. Reg. 4. docentur patricidas fugisse in terras Armeniorum. Rursus ex Isaiæ cap. 39. & Reg. lib. 4. cap. 20. discimus in Babylone eodem tempore regnasse Merodach Baladan filium Baladan amicum Regis Ezechia. sic igitur hoc tempore Rex Niniue erat alius à Rege Babylonis, hic amicus Ezechia, ille inimicus. Ab anno porrò primo Manahem Regis, quo dominante Phul Assyriorum Rex vinebat, vsque ad annum quartumdecimum Ezechia, quo Sennacherib est interfectus, colliguntur anni quinquagintanovem, quo Reges allati, quæ diximus, gesserunt. Quanto autem tempore regnarit Afarhaddon, haud liquet. Illud certius, ipsius regnum tunc diuisum, quòd in Babylone alter ab ipso dissentiens rerum potiretur, & Armeni non omnino ipsi adhærent, quippe qui receperint transfugas patricidas. Rursus illud certum, defuncto Ezechia, qui præfuit annis vigintinovem, successisse Manasse filium, qui captiuus Babylonem fuit abductus à principibus Assyriorum, qui & Niniue Reges dicuntur, ut habetur Paralip. 2. cap. 33. Præterea verò post obitum Sennacherib vixit Thobias annis quadraginta duobus, cum staret adhuc Niniue, siue Ninus, ut ex eius historia cap. 1. 2. & ultimo colligi potest. Sic igitur istorum Regum cognatio neque lato, neque diuturno imperio potita est, cum Syriam Mediamque non sit egressa. Nam Sennacherib enumerat gētes, quas ipsius maiores abduxerant in potestatem, Isa. cap. 37. non admodum multas. Quocirca non videntur esse ex illa stirpe, quam iactant tam latè dominatam: nam sine dubio Sennacherib illam protulisset, & ostentasset cum sua magnitudine ac potentia. Præterea verò illius cognationis successores narrātur omnes fuisse imbelles, & effœminati, & intra domorum septa confidentes cum foeminarum turbis; quales certè non fuerunt isti: atque ita falsum constat esse & ex hoc capite, quod aliqui volunt, Semiramidis antiquæ genus regium tam longæuum fuisse. Consanguinitatis porrò istius regia sunt aliqua euenta infelicia, quæ nostrorum Regum nulli contigerunt; sicuti euenta felicia, quæ nostris data diuinitus ostēdimus, neque istos attigerūt.

Primum verò infelix euentum, quod istam cognationē percussit, est illud maximè memorabile, & quod nostrorum nullum per tot sæcula in tot orbis locis percudit. Nam legimus 4. Reg. 19. vna nocte Assyriorum centum octuaginta millia fuisse occisa, quæ Rex Sennacherib habebat in castris. Nos certè signo nonagesimo de summa pace enumerauimus quæcumque atrocia bella commissa sunt inter Catholicos, & quæ nostrorum maximæ vnquam strages editæ fuerint; neque tamen simile quidquam vel diuinitus inuectum, vel ab hominibus perpetratum in nostros potuimus inuenire.

Secundum. Sennacherib fuit occisus à duobus filiis suis, Adramelech, & Sarasar, dum Deum suum precaretur in templo. Id autem nulli nostrorum Regum contigit; hæreticis, aut excommunicatis accidit; at in Ecclesiæ confortio consistentibus, nequaquam. Nam quòd impius Manfredus Fridericum Secundum Imperatorem patrem suum strangulauit, ambo tunc erant excommunicati. Neque tamen impius adeò fuit Manfredus, ut in templo fuerit ausus patrem precantem necare.

Tertium, hac cognatione regnante, quantum colligitur, est euerfa Niniue vrbs incredibili magnitudine. Nam Strabo lib. 16. Ninus, inquit, post euerfos Syros extemplo deleta est. hæc ille, Syros vocans qui in Niniue regnabāt, quamuis & Babylonij Syri soleant vocari, ut ostendemus. eadem refert Diodorus è Ctesia Gnidio lib. antiquarum rerum 2. cap. 7. Nulla verò vrbs regia, in qua soliti fuerint Catholici Reges aut Imperatores fixas sedes habere, tātæ amplitudinis, aut etiam multo minoris fuit excisa vnquam, regnante vlllo Catholico, & in illa commorari solito. Nam quòd imperante Iustiniano, cum nobiscum sentiebat, in custodia tamen cōtra fas omne Vigilium Papam detinebat, Totila Rex Ostrogothorum in vrbs funesta ac dira plurima patrauit; illa quidem talia fuerunt, ut tertiam partem dumtaxat Romæ subruerit; quod Procopius, qui rebus ipsis interfuit, lib. 3. belli Gotthici scribit. Sed quando magna est inter aliquos disputatio an vrbs Ninus seu Niniue regnantibus his, an verò aliis, fuerit deleta, nos hic id decernere superfedemus, satis habentes ostendisse id attribuendum calamitati vel horum superiorumve, vel sequentum Regum posteritati.

Expli-

A *Explicantur euenta infelicia regiarum cognationum, quæ è Chaldeis Babylone regnarunt, & cum nostris comparantur. Cap. IX.*



Mnium quidem verustissimum est Babylonis regnū, quod liquet è Gen. cap. 10. Post hoc est Nini, siue Niniue & Assyriorum, quod quidem Babylonios habuit sibi diu subiectos, ex quo ab Assur fuit excitatum. è quibus contigit, ut Assyriorum regnum vocetur, quod Nini confedit, & à Babylonicis distinguatur, idque non modò in sacris libris, sed & in prophanis. Pomponius Mela lib. 1. cap. 2. Super hunc, ait, sunt Parthi, Assyrij,

& Babylonij. & Xenophon lib. 1. cap. 5. de Cyri Pedia scribit à Cyro separatos esse Assyrios, & alias gentes, & Babylonios. nihilominus vtrumque veluti idem reputatur, & Assyriorum nomine designari solet ob rerum plurimarum coniūctionem, & quia Babylon Nino, siue Niniue, subiecta diutissimè fuit. in libris tamen diuinis semper Assyriorum regnum distinguitur à Babylonicis, siue Chaldeorum. Babylonicorum verò Regum, qui post Assyriacos omnium maximè se extulerunt, cognationem refert è Beroso Iosephus libro contra Apionem primo, eam verò nos sic recensimus, ut opinionum diuersarum auctores in medium producamus.

Merodach Baladan in Babylone regnabat anno decimoquarto Regis Ezechia, ut habetur 4. Reg. 20. & Isa. 39. quibus in locis vocatur hic filius Baladan, eumque putant aliqui esse eundem cum Beleso, cuius meminit Diodorus lib. antiquarum rerum 1. cap. 7. Sed multa huic opinioni aduersantur. An verò post hunc Merodach alii ipsius posterii regnauerint, est incertum. Illud à diuinis scriptis discimus, Ezechiam regnasse annos vigintinovem, ut est 4. Reg. cap. 18. Manasseque filium ipsius quinquagintaquinque, qui quidem captus est è Ducibus Regis Assyriorum, & Babylonem ductus est. Cumque Rex Assyriorum distinguatur à Babylonicis in sacris libris, & suo semper nomine quilibet vocetur; aut Babylone non fuit alius Rex; aut quicumque erat, subiectus Assyriaco erat. Sed cum post Manasse regnauerit Amon annos duos, & Iosias triginta & vnum; Nechaosque Rex Aegypti trigesimo primo anno regni Iosia mouerit contra Regem Assyriorum ad flumen Euphratem, 4. Reg. 23. colligere forsan aliquis poterit etiam reges Nini seu Niniue dominatos Babyloni, quæ sita est ad Euphratē. Ninus enim posita est ad Tigrim, ut Herodorus scribit lib. 1. & venientibus ab Aegypto prius occurrit Euphrates. verisimileque videtur ob id vrbes ad Euphratem sitas in aliena ditione esse haud potuisse, quam Regis Assyriaci.

Veruntamen in Characis non ad Babylona occurrit Assyriorum rex regi Aegypti, quòd si credendum est Beroso, quem citat Iosephus, supremo Iosia regis anno Nabulassar in Babylone regnabat: nam post Iosiam Ioachaz filius eius præfuit mensibus tribus, inde Eliacim, siue Ioacim frater ipsius annis vndecim, ut est 4. Reg. 23. anno autè septimo Nabuchodonosorus rex Babylonis eum vicit, ac tributo subiecit, quod habetur cap. sequenti. Cum velit autem Berosus Nabulassarum regnasse annis vigintinouè ante Nabuchodonosorum, hic autem regni sui anno octauo post tres menses ab obitu Ioachim Hierusalem cepit, necessariò quartus annus regnantis Ioachim, est primus Nabuchodonosori, & vltimus Nabulassari, atque ita hic supremo anno Iosia videtur egisse annum regni vigesimum quintum. Cumque ab anno decimoquarto Ezechia, quo Merodach Babylone potiebatur, vsque ad vltimum Iosia colligantur anni septuaginta duo: idcirco dicendum anno quadragesimo septimo, postquam Merodach misit munera ad Ezechiam, initum fuisse regnum à Nabulassaro: quamquam Berosus velit regnante Nabulassaro, à Nabuchodonosoro Hierusalem captam, abducosque in seruitutē Iudæos.

Nabulassar igitur præfuit Babylone annos vigintinouem, quamuis anni eius videantur permisceri cū annis Nabuchodonosori filii: & nihilominus Chaldæi numerant annos à Nabulassari imperio, ut discimus ex Almagesto Ptolomæi lib. 3. c. 10. & lib. 11. cap. 7.

Nabuchodonosorus Nabulassari filius Aegyptum, Syriam, Phœnicē, Arabiam, Africæ magnam partem, & Hispaniam sibi subiecit, ut è Megasthene in quarto Indicorum scribit Iosephus. Strabo similiter ex eodem Megasthene scribit, lib. 15. Nabuchodonosorum peruenisse vsque ad Herculis columnas. Eusebius item lib. 9. cap. 4. ex ipso Megasthene tradit ab hoc Nabuchodonosoro Lybiam atque Asiam deuictam vsque ad Armeniam, & ex Alexandro Polyhistoro addit affuisse auxilio illi in Iudæos mouente Stibarem (sic est in Eusebio, crediderimque legendum, Cyaxarem) Medorum regem cum ceterum

tum viginti millibus equorum, peditum verò cētū octuaginta. Imperauit Nabuchodonosorus annis quadraginta tribus, vt Iosephus è Beroso refert, & Eusebius li. 9. c. 4. ex Alexandro Polyhistoro. Illi attribuitur Babylonicæ vrbs ædificatio, quòd scilicet illā mirabiliter amplificauerit. Sic enim scripsit Abydenus: Omnia illa loca (Babylonis) aquis connecta fuisse dicuntur: Belus autem regionem siccaffe perhibetur, & Babyloniā condidisse: quæ mœnia aquarum illuione deleta Nabuchodonosorus restituit; quæ remanent adhuc Macedonū tempora. ] & post. cum principatum (ait) Nabuchodonosorus accepisset continuo Babyloniā triplici muro quindecim diebus muniuit: & fluuios Armachalem, & Acrachanum ab Euphrate ortos obstruxit: paludem etiam effudit viginti passuum altitudinis, parafangarumq. quadraginta: portasque in ea fecit, quas Riouenentes appellabant, quibus apertis Babyloniæ campos irrigabant: rubricque maris inundationem obstruxit: & Tereodonem vrbe ad sustinendos Arabum impetus condidit: & in regia pennis hortos plātauit. ] Hæc Abydenus. Addit Berosus ab eodē templum Beli excultum, hortumque pensilem constructum, quòd eius vxor montanum prospectum desideraret in Medorū regione educata. E quibus confici videtur vxorem Nabuchodonosori esse eā, quam Semiramidem tum ceteri, tum verò Herodotus libro primo vocat: ab illa enim dicunt cuncti pensiles hortos exstructos: is verò distare ait à Labinito, quē Cyrus cepit, generationibus quinque, tot autē numerantur vsque ad Nabonitum regem Babyloniæ ultimū. & in Herodoto videtur à librario litteræ turbata, vt legendū sit Nabonitus, non Labinitus, quē diuini libri Balthasarē vocat. Aut igitur duæ Semiramides, aut vna fabulosa.

Ad summam Nabuchodonosorus structuris adeò magnificis, gestisque à se rebus clatus erupit in ea verba: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificauit in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? quibus dictis incidit in atram bilem, menteque sic emota fuit, vt bestia sibi esse ac bos videretur, ac non nisi inter eas versari, herbasque comedere cum illis vellet annis septem, vt habetur Danielis cap. 4. quibus similia refert Alphæus ex Megasthene. apud Eusebium lib. 9. cap. vltimo de præparatione Euang.

Euilmerodachus filius Nabuchodonosori propter iniquitates, & libidines passus infidias, ait Berosus, à marito sororis suæ Niriglisoroore perreptus est, cum duobus regnasset annis. Cum verò sic hoc nomen compositum, Euil significat stultum, quod adiectum videtur nomini ob stulta ipsius facta. Hucusque agnatio Nabulafsari, aut etiam Merodachi illius, de quo in bibliis fit mentio, & cuius nomen repræsentauit quasi auitum Euilmerodachus iste, de quo scribunt eadem cum Beroso Alexander Polyhistor, & Alphæus ex Megasthene, vt Eusebius habet. eius est mentio 4. Reg. 22. & Hierem. cap. vltimo.

Niglifar gener Nabuchodonosori regnauit annos quatuor, de quo nihil habemus, quod referamus.

Labofardachus Niglifsari filius menses nouem: necatus est ob malos mores, quos puer adhuc referebat, vt ait Berosus.

Nabonitus vnus ex interfectoibus Labofardachi, qui apud Herodotum deprauatè, vt putamus, vocatur Labynitus, in sacris autem libris Balthasar, ac necesse est vt sit nepos Nabuchodonosori ex Euilmerodacho. nam Deus apud Hieremiam cap. 27. pollicetur se daturum regnum Nabuchodonosoro filio eius, & filii filio. neque dissentit Berosus, cum dicit hunc fuisse è Babylone ex eadem gente, & regnasse annos vigintiseptem. Ab hoc Alexander Polyhistor ait muros Babyloniæ iuxta fluuium lateribus, ac bitumine constructos, sicuti Herodotus ait à Nitocri plurima facta ad munitionem Vrbs ob metum Medorum, quorum vires maximè in dies augeri videbat, & à quibus plurimum sibi metuebat, distareque ait à Semiramide, quæ pensiles hortos ædificauit, quinque generationibus, sicuti reuera distat ab ipsa adnumeratis ambabus mulieribus vxor Nabuchodonosori, cuius gratia pensiles horti sunt ædificati. Sed in his haud immoramur, & relinquimus indiscussa. Illud clarum à Cyro Perfarum Rege, Darioque Medorum fuisse interfectum Balthasarem, captamque Babyloniā, dum conuiuuis indulgeretur, vt Herodotus ait & habetur Danielis cap. 7.

Denique si nos velimus annos horum regum numerare ab ipso Nabulafsaro, regnatū est ab iis, vt apparet, annos nonagintaquinque. Amplitudo imperii fuit imperante Nabuchodonosoro, neque tamen quandiu regnauit: quòd Aegypti reges, ac Medorum, cum forsitan ille incidit in vesaniā, sui fuerint iuris. Sed quantacumque illa fuerit, minor ta-

men

A men fuit, quàm siue Imperatores Christiani stante Imperio vel Romano, vel Constantinopolitano, per annos plurimos sunt potiti, siue quam Carolus Magnus sibi, suisque peperit, aut etiam Germanici Reges, quibus olim cuncti reges Aquilonis erant tributū, aut etiam feudi nomine subiecti: quin eorum clientes aliquando fuerunt Armeniæ, Ciprii, Reges, vt docuimus Signo LXXXI. Cap. V. Denique minor est innumeris partibus illa, quam Lusitanici, & Hispanici Reges ante multos annos constituerunt, & prudentissimus optimusque Rex Philippus II. nunc moderatur, quæ facillimè colliguntur è Geographi- cis tabulis. Obseruandum porò, Strabonem lib. 15. ex Megasthene referre Nabuchodonosoro fuisse latiora imperii confinia, quàm cuius fuerint: quin Alexander Magnus vltra Cyrenem nihil in Africa possedit, quamuis ad Indos penetrauerit; qui tamen eo defuncto, statim desciuerunt & exiguo tempore illius imperio subiecti fuerunt. At hic peruenit vsque ad Herculis columnas, & Hispaniam deuicit. Vt autem minor fuit amplitudo imperii huius, quàm nostrorum, quæ nos supra iam recitauimus, sic etiam longè breuior, regumque consanguineorum successio parum diuturna. Ac veluti defuerunt illis tot euēta felicia, quæ enumerauimus supra obtigisse regibus nostris, sic infelicia multa huic regum cognationi obuenerunt, quæ subijciemus.

Primum, nulli regum nostrorum contigit, vt in talem vesaniā miserimè inciderit, in qualem scimus incidisse Nabuchodonosorum.

Secundum, nulli regum nostrorum cognationi contigit, vt tam paucos reges habuerit, & tam multos ex eis occisos: sex enim reges recensuimus, & eorum tres fuerunt interfecti: quot verò è nostris fuerint occisi, ostendimus Signo de felici exitu regum Catholicorum LXXIX. Cap. VIII.

C Vt igitur hi nostros superarint rerum luxu, intemperantia, & libidine; solida certè quidem felicitate posita potissimum in virtutibus, dein verò in bonis externis decenter ad has facientibus non superarunt.

*Explicantur euenta infelicia cognationum regiarum, quæ inter Medos olim, Persasque, deinde in Babylone regnarunt, & cum nostris comparantur. Cap. X.*

**M**edorum, qui primi scribuntur ab Herodoto, Diodoro, & Iustino imminuisse Asyriacum imperium, sic Herodotus genealogiam texit. Nam cū Duce Arbace discessissent illi ab Asyrijs, qui quingentis, ac viginti annis Asiam superiorem tenuerant, diuque proprijs vsu essent legibus, ac per vicinos habitarent, & ob nimiam in libertate viuentium licentiam passim latrocinia exercerentur, de communi consilio ad coercendos flagitiosos

Diocem sibi regem constituerunt, cum ante annos centum & vndecim desciuisent ab Asyrijs, vt ex Eusebii chronico apparet.

Dioces igitur condidit Ecbatana, & solis Medis imperans regnauit annos quinquaginta tres.

Phraortes Diocis filius Persas adduxit in suam potestatem, plurimasque gentes Asiaticas: cumque aduersus Asyrios, qui Nini siue Niniue regnabant prælium conseruisset: cum suis profligatus perire: rerum potitus est annis vigintiduobus.

E Cyaxares Phraortis filius Asiā totam trans Halym deuicit, in prouincias distinxit: cumque obsideret Ninum, à rege Scytharum Madiæ filio Prothyæ cum copiis ingentibus in eas oras ingresso signa conferens est victus, Asiæque imperium amisit, quod Scythæ tenuerunt annis vigintiocto, amiserunt autem conuiujs excepti à Medis, & in ijs per insidias ac proditiōne facti ebrii, ac necati, & Cyaxares illud iterum recepit quod vnā cū Scythiis, ac solus est potitus annis quadraginta: post occisos autem Scythas, expugnauit Ninum, cunctaque Asyrijs abstulit, excepta Babylonica quadam portione.

Astyages filius Cyaxaris cum percepisset ex interpretatione cuiusdam somnij Cyrū filium Mandanes filie suæ, quam tradiderat vxorē Cābyfi Persæ, futurum sibi successorē, imperijque Medici moderatorem, iussit Harpago familiari, vt illum simulac susceptus esset, domum suā deferret, & clam necaret. cum verò is puerum iussisset educari, ac mox id cognouisset Astyages ira accensus, clam per dolum necari iussit Harpago filium, patrique inscio comedendum apponi; caputque, manus ac pedes, quæ referuari mandauit, post cibum proponi illi in cista, vt quasi è reconditis bellarijs aliquid in extrema mensa

secum

A  
secum asportaret. Cum verò Cyrus in Persiam dimissus ab aui materni imperio discessisset, copiis coactis, cum illo confligens, vicit, eumque cepit, & imperio spoliavit, cum regnasset annis trigintaquinque.

Post Astyagem non satis est certum an aliquis regnauerit ex ipsius agnatione. Regnasse inter Medos Darium annos natum sexaginta duos Astyagis filium, quo tempore Persis imperabat Cyrus, & Babylona expugnauit, scimus è cap. 5. & 6. Danielis, eumque nonnulli volunt esse eundem cum eo, quem Xenophon in libris de Cyri Pædia vocat Cyaxarem. Negant alij hunc Astyagis filium fuisse. Qualitercunque sit res, agnatio regia defecit aut in Astyage, aut in eius successore, quantum colligi è scriptoribus potest; sed in Cyro Regum consanguinitas est perpetuata. Quàdiu porro Darius hic præfuerit, est incertum: regnasse ex quo Babylona cepit vnà cum Cyro annum vnum constat è Danielis cap. 9.

B  
Medi Reges igitur, vt Herodotum sequamur à Diocle prognati agnationis eiusdem vsque ad Astyagem deuictum regnarunt annis centum quinquaginta, amplitudo imperii non fuit illis, quanta nunc est Polonicorum Regum. Infelicia verò euenta huius agnationis regie, quæ nulli nostrorum contigerunt, hæc nobis videntur.

Primumque sit illud. Nulli Regi ex Ecclesia nostra per tot annorum sæcula, cum tot fuerint toto Orbe terrarum contigit, vt tanta feritate in infantulum innoxiumque omnino nepotem ex filijs conatus sit fæuire, quanta Astyages iste, qui Cyrum mandauit occidi quod præter Herodotum tradidit Trogius ac Iustinus lib. 1. Valerius Maximus lib. 1. cap. 7. exemplo 5. inter externa.

Secundum. neque similiter vllus è nostris fuit tantæ diritatis, vt filium proponeret parenti suo comedendum.

C  
Atque hæc Herodotus: verum aliter Eusebius, à quo ante Dioclem scribuntur regnasse


I. Arbaces annis	XXVIII.
II. Sofarmus	XXX.
III. Medidus	XXXX.
IV. Cardiceas	XIII.

Diodorus autem Siculus longè ab his dissentit, sic enim textit è Ctesia Cnidio Medorum successionem

I. Arbaces regnauit annis	XXVIII.
II. Mandaucus eius filius	L.
III. Sofarmus	XXX.
IV. Artynes	L.
V. Arbianus	XXII.
VI. Arseus	XXXX.
VII. Artynes	XXII.
VIII. Artabanus	XXXX.
IX. Aspandas siue Astyages.	

D  
Sed omnes hi neque apparent eiusdem fuisse vel agnationis vel cognationis, & iuxta Herodotum supra Dioclem cuncti, vel iudices, vel in bellis Duces fuerunt. & verò Diodorus Arseum ducem vocat.

*Explicatur euentus infelici a regiarum posteritarum, quæ è Persis Babylone imperarunt. Ca. X.*

E  
 Yrus parente natus haud admodum nobili, è Persis primus Babylone regnauit, Persicumque Imperium latissimè propagauit, cum forent illi ante multum tempus Medis subiecti, vt ex Herodoti libro 1. apparet. Quidquid est Asiæ ab Indiæ confinibus, Arabiæ, Aegypti, Chalcidis, & ab ipso mari adduxit in suam potestatem. id verò totum non conficit, quidquid Carolus Magnus, vt ostendimus, potitus est in Hispaniis, Italia, Gallijs,

Germania, Pannoniis, Dacia, Myfia, ac Sarmatia, vel Germanici Reges olim, vel nunc Hispanici potiuntur, quod è tabulis Geographicis apparet. regnauit Cyrus annos triginta, vt vult Eusebius, & Iustinus. Cumque in Scythas mouisset, interfectus est, vnà cum ducentis Persarum millibus, ac tanta fuit clades, vt neque nuntius ex illa superesset. Caput Cyri amputatum in vtre humano sanguine repletum conijci Thomyris Regina iussit, cum hac exprobratione crudelitatis. fatia te sanguine, quem sitisti, cuiusque insatiabilis

A  
lis semper fuisti. Haud dissimilia Herodotus ac Diodorus.

Cambyfes Cyri filius Imperio paterno adiecit Aegyptum, Aethiopiæque. Aegypto finitimam partem: nonnullas in Aegypto vrbes, & ædificia magnificentissima, molesque admirandas deturpauit, incendit, euertit. regnauit annos nouem, si credimus Eusebio: nam septem dumtaxat annos ac menses quinque attribuit illi Herodotus lib. 3. à Magis est interfectus. eius crudelissima facta refert idem scriptor, & nos aliqua narrauimus Signo de pietate XXXVII. cap. 2. decessit autem nulla omnino prole relicta. hæc igitur agnatio Cyri ad annos Imperij quadraginta non peruenit, cuius hæc sunt euenta infelicia, quæ nulli ex Ecclesia Regi contigerunt.

Primum. nulli nostrorum contigit, vt occideretur cum ducentis millibus suorum. Secundum. nulli agnationi nostrorum Regum, qui tam latè fuerint dominati, similiter obtigit, vt duos tantum protulerit Reges, & ambos tam foedè ab inimicis occisos.

B  
Teritiū. neque tantæ immanitatis, aut vitiositatis, quantæ fuit Cambyfes, vlla Regum nostrorum cognatio; nedum agnatio produxit.

Magi post Cambysem tenuerunt imperium Persicum mensibus septem, quorum cum multitudinem magnam necasset Darius Histaspis filius, Persis est dominatus annis, vt vult Eusebius & Herodotus, triginta sex, hic haud contentus superiorum Regum ditionibus in Europam ponte Bosphorum iungens traiecit, Thraciamque cum finitimis multis Græciæ regionibus adduxit in potestatem, in Scythia nonnullas ciuitates condidit, & omnium, qui fuerint ante ipsum videtur amplissimè dominatus, fusus tamen est ab Atheniësis, eorumque focis in campis Marathonis duce Milciade, interfectaque Persarum millia ducenta; quod scribit Iustinus lib. 2. Idem porro Darius vsque ad Indos imperium produxit, Getas vicit, vt lib. 4. refert Herodotus, cumque ad amnem Terarum venisset, cippum litteris hisce inscriptum erexit

C  
*Tevari annis capita optimam aquam atque pulcherrimam cunctorum annium continent, atque ad ea peruenit exercitum ducens aduersus Scythas vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius Histaspis filius, Persarum cunctaque continentis Rex.*

Post pugnam Marathoniam defecerunt à Dario Aegyptij: defunctus verò est septè liberis relictis, quorum tres antequam Rex esset genuit è Gobrys filia, quatuor ex Atossa filia Cyri Persarum Regis. Sic igitur in eo, & ipsius progenie, Cyri consanguinitas est continuata, vt est apud Iustinum lib. 2. Herodotum lib. 7.

Xerxes Darij filius, ac Cyri ex Atossa filia nepos Aegyptum recepit, gubernandamque tradidit Achemenidi fratri suo, quem deinde interemit Inarus Psammetichi filius vir Pænus. Incredibilis multitudinis exercitum duxit in Græciam. latè describit gentes eius Herodotus lib. 7. cum Pythius Lydius ab eo peteret, vt è quinque, quos duntaxat habebat filios, natu maximum cæteris in bellum abductis, sibi seni relinqueret: illum Xerxes conquisitum patre inspectante medium dissecati iussit, discissique alteram partem ad læuam poni, alteram verò longo intervallo ad dexteram, mediumque inter eas exercitum transire. tantis copiis duorum fluminum Chidori & Onochoni aquæ defecerunt. Pauci ex illis superfuerunt, victusque Rex Themistoclis virtute mari ad angustias Salaminias, terra ad Termopylas, quæ præter Herodotum & Iustinum refert Diodorus lib. 11. cum vxore Darij filij sui incestos amores, coitusque exercuit. Masistam fratrem liberosque eius trucidauit, vxorem verò eiusdem Amestris coniux Xerxis excarni ficauit, mamillas secuit, canibusque comedendas abiecit, nares, aures, labra, linguamque præcidit quod narrat Herodotus vltimo libro. Occisus est Xerxes ab Arrabano præfecto per insidias, ac scelus, regnauit supra annos viginti, vt refert Diodorus lib. 20.

D  
Artaxerxes cognomèto Longimanus patri successit, cum dolo Artabani inductus Darium fratrem natu maiorem necasset, imperauit annos quadraginta, vt scribit Diodorus lib. 11. Eusebius in chronico. ab illo defecerunt Aegyptij: qui tamen postea cum vario euentu bella gessissent varia pertulerunt, multa præterea gesta ab hoc Rege persequitur Diodorus lib. 11. & 12. Ab illo in Europa nihil possessum liquet ex ijs, quæ narrat idem Diodorus.

E  
Xerxes secundus præfuit menses duos, si credimus Eusebio, si Diodoro lib. 12. annum. Sogdianus septem menses. atque hi duo per dolum regnum arripuerunt.

Darius filius è pellice Artaxerxis Longimani, & ob id cognomèto Northus superioribus occisus regnauit annos, vt quidam colligunt è Thucydide, qui temporibus his vixit, decem

decem & nouem, quamuis Clemens octo annos illius regno assignet, Diodorus lib. 13. A non nisi vndecim.

Artaxerxes Darij filius, cognomento Memnon ob singularem memoriæ præstantiam, rerum poritus est annos quadraginta tres, vt vult Diodorus lib. 13. Eusebius attribuit illi solum quadraginta. huic bellum cum fratre Cyro, quem in acie necauit, aliquando fuit, vt est apud Diodorum lib. 14. Atque hoc regnante, Aegyptus Persis haud obediebat, & à proprio Rege Pfammiticho alterius Pfammitichi nepote gubernabatur, vt idem scriptor tradit lib. 14. deinde ab Acore, & Tacho, cui bellum deinde cum Neftenabo filio fuit, vt ex eiusdem libro 15. ad finem habemus. Quantæ verò calamitates regiam hanc posteritatem profrauerint hoc regnate; verbis Iustini explicabo. sic igitur ille lib. 10. Artaxerxi Regi Persarum ex pellicibus cētū quindecim filij fuere, sed tres tantum iusto matrimonio suscepti, Darius, Ariarates & Ochus (qui & Artaxerxes est vocatus.) ex his Darius contra morem Persarum, apud quos Rex non nisi morte mutatur, per indulgentiam pater Regem viuus fecit, nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset. sincerumque gaudium ex procreatione capturum, si insignia maiestatis suæ viuus in filio contempsisset, sed Darius post noua paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consiliū cepit. sceleratus fuisset, si solus parricidii cogitasset: tãto scelerator, quòd in societatem facinoris assumptos quinquaginta fratres fecit parricidas. ] & mox: Dñ patri insidias parat, deprehensus cum sociis, pœnas parricidii diis paternæ maiestatis vltoribus dedit. coniuges quoque omnium cum liberis, ne quod vestigium tãti sceleris extaret, interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit, Rex, quàm pater, felicior. Hæreditas regni Ocho tradita; qui timens parem coniurationem, regiam cognatorum cæde, & strage principum repleuit, nulla non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia permotus: scilicet ne innocētior fratribus parricidis haberetur. ] hæc ille. E tota igitur antiquitate proferatur vlla Regum posteritas, cuius facta sint litteris consignata vel Græcis, vel Latinis, cui tanta infelicitas adscribi possit.

Artaxerxes Ochus, de quo modò verba fecimus, regnauit annos viginti tres, vt vult Diodorus, vel vt Eusebius, viginti sex. Hic Phoeniciam, Cyprum, atque Aegyptum recepit, vt lib. 16. narrat Diodorus. sed ab Eunucho Bagoa, quòd is ob mores truces ac sanguinarios, ait Diodorus, populis esset exosus, est interfectus, filiusque illius natu minor Arses euectus.

Artes annis tribus regnauit iuxta Diodorū, iuxta Eusebium quatuor; necatus est vnà cum tota stirpe regia ab Eunucho eodem: superfuit tantum Darius filius Arfani, qui frater Ocho Regi fuit, vt placet Diodoro lib. 16. At Iustinus lib. 10. cui consentit lib. 15. Strabo, vult hunc è superiorum cognatione haud prognatum, sed Codomannum dictum præfuisse primò Armenijs, deinde virtutis ergo adscitum à Persis Darij nomen assumplisse.

Darius vltimus Persarum Rex, qui & Arses, aut Codomannus, iuxta Iustinum, præfuit annis quatuor: à Besso præfecto per insidias est interceptus, quod scribit Diodorus lib. 17. Quintus Curtius lib. 5. tanti sceleris participes fuisse cognatos vult eodē loco Diodorus. Post hunc Alexander, & eius successores imperarunt, mox Parthi Arfacidæ, ac rursus Persæ.

Hæc igitur Persici Reges, eorumque consanguinitas à Dioce Medo & Cyro Persarū Rege deducta, vt ostendimus: cum tamen agnatio hæc vltima persisteret regiam potestatem consecuta & potita annos centum nonaginta septem plus minus, vt colligi potest ex his, quæ sunt à nobis allata. Quibus si velis annos Medorum Cyriq̄ & Cambyfis veluti consanguineorum adiungere, tota istorum cognatio regnauit circiter annos trecentum octuaginta sex. Omnium verò istorum ditiones non fuerunt ita amplæ, vt plerumque Imperatorum vel Occidentis vel Orientis, Carolive Magni, ac posterorum eius, neque Regum Germanicorum, quamdiu Reges cuncti Septentrionis fuerunt eorum iuri subiecti, aut etiam Lusitanorum & Hispanicorum. Cumque Persici isti Reges nostros rerum luxu, intemperantia, libidineque ex fatianda superarint, haud tamen nostris præstant felicibus illis euentis, quæ nostris obrigisse ostendimus toto libro 21. Contrà verò multa his infelicia contigere, quæ nulli nostrorum Regum consanguinitati acciderunt.

Primum verò sit illud. Nulli Regum ex Ecclesia nostra contigit, vt in acie pugnando amiserit, siue victor, siue victus, suorum ducenta millia, vt Darius Primus, vel etiam plura, vt filius eius Xerxes.

Secun-

A Secundum, neque similiter vllus nostrorum fuit, qui tot suos eduxerit in bellū, ac tam turpiter fuerit profligatus, vt Darius primus, Xerxes eius proles, ac Darius supremus, id liquet è signo de prudentia. & fortitudine militari xxxi i i lib. 8. & pace summa Catholicorum xci lib. 20. quibus in locis enumeramus, quæ maiores nostrorum strages ab hostibus aditæ fuerint toto temporum decursu, quo nostri imperare ac regnare cœperunt.

Tertium. nullus è nostris Regibus fuit, cui tanta feritas fuerit quanta vel Xerxi primo, vxoriquè illius, aut Dario Artaxerxis Memnonis filio, Artaxerxive Ocho, à quibus tor fratres, ac propinqui sunt interfecti per summum scelus inauditamque diritatem.

Quartum. neque item fuit vllus vmquam Rex ex Ecclesia nostra, qui parentem sic de se benemeritum conatus sit interimere, vt Darius Artaxerxis Memnonis filius à patre in confortium regni adscitus, & post in eius vitam scelestissimè insidias machinatus.

B Quintum. nulla Regum Catholicorum profapia fuit, quæ tam paucos eiusdem regni successores habuerit, ac tot ex eis inimicorum telis interemptos. è Darii primi profapia numerantur hi Reges Persarum, Darius ipse, Xerxes, Artaxerxes Longimanus, Darius Nottus Artaxerxes Memnon, Artaxerxes Ochus, Arses, atque vt aliqui volunt, Darius Rex Persarum supremus. Omnes hi octo: ex his interfecti ab inimicis Xerxes, Artaxerxes, Ochus, Arses, Darius, qui sunt quatuor. sic itaque Reges huius agnationis ex parte dimidia sunt ab inimicis necati. Idè porrò numerus colligetur si Cyri cognatione velis huic attere: nã Cãbyfes Cyri filius à Magis est occisus. Quot verò in quolibet regno fuerint è nostris interfecti, enumerauimus sign. lxxxi lib. 20. de felici exitu Regū Catholicorū.

C *Explicantur euenta infelicia posteritatis Seleucidarum, qui post Alexandrum Magnum, subuerso Persarum regno in Persia, atque Asia, Syriaque, per annos ducentos sexaginta vnum plus minus regnarunt, & quæ contigerint posteritati Alexandri Magni, & quæ fuerit Imperij ipsius amplitudo. Cap. XI.*



D Alexander Magnus, vt omnes norunt, euertit Imperium Persarum, lateq̄ est dominatus. Haud tamen tam longè protulit fines Imperij sui, quàm longè produxit Nabuchodonoforus, qui vsque ad Herculis columnas, vt supra ostendimus, processit, Hispaniamque adduxit in potestatem. Alexander quidem progressus est à confinibus Pannoniarum, quæ incidunt in quadragesimum quintum gradum, vsque ad Gangem, id est vsque ad gradum centesimum trigesimalum, & aliquid amplius, vt cognoscimus è Ptolomæo. Hic substitit, quod Quintus Curtius, Diodorus lib. 17. Arianus, ac Iustinus tradunt. hæc maior longitudo Imperij, quod Alexander est potitus, quæ est graduū centū. Rursus si ab extremis centū Aegypti partibus Aquilonem versus vsque ad supremos Thracas, quos deuicit, interiecta spatia dimetiari (hæc omnium longissima mensura, quæ ab Austro in Septentrionem possit ipsius Imperium metiri) non colliges nisi viginti gradus. At Nabuchodonoforus quamuis ad Gangem non peruenerit, Indi tamen regiones attingisse videtur, ita vt centum ac decem gradibus eius Imperium pertineret in longitudinem. Ostia namque Indi & Gangis, quibus influunt in mare, distant inter se gradibus ferè triginta quinque, fontes, ac lapsus multo minori spatio. Alexander autem non processit ad ostia Gangis, sed quæ cursus eius est intra centesimum trigesimalum quintum, & quadragesimum: sic igitur imperij longitudinem non prouexit vltra gradum nonagesimum climatis eiusdem. Vtrique porrò imperio fuit eadem latitudo in Asia & Africa, quatenus vtrumque protendebatur. quod si Nabuchodonoforus Hispanias subegit, videtur id aut esse tantumdem, aut amplius etiam, quàm possedit in Europa Alexander, cui nihil iuris fuit in maxima, & nobiliori Græciæ parte, à qua Princeps belli aduersus Persas electus fuit, vt libro decimosexto Diodorus tradit. Cumq̄ Alexander annis duodecim cunctas expeditiones confecerit, duobus tantum postremis annis possedit id totū quod acquisiuit. Quo defuncto, tot ac tanta regna partiti sunt inter se duces eius expectantes partum Roxanæ vxoris: quæ cum peperisset, proliq̄. Alexandri nomē impositū fuisset, illique iam peruenisset ad annum quartumdecimum, regendoq̄. tãto Imperio iam repararetur idoneus, Cassander, cui fuerat Europæ illa pars, quæ Alexandro parauerat, commissa, vt administraretur,

De Sig. Tom. 2.

Z z straretur,

straretur, Roxanam filiumque interfici curauit; quod Diodorus lib. 19. scribit: Iustinus ad-  
dit lib. 14. & alterum Alexandri filium Herculem cum matre Artine eodem modo in-  
teremptum. Quintus autem Curtius extinctos tradit quicumque Alexandrum etiam lon-  
ginqua cognatione attingerent. Ex illo regium nomen adumpsere plerique omnes,  
qui regiones deuictas administrabant. è quibus illustrissimi fuerunt Seleucidae, ac Pro-  
tomaei. Atque illi quidem Babyloniam Syriamque & Asiam diu tenuerunt, hi verò  
Aegyptum.

Seleucus igitur cognomēto Nicanor Antiochi Macedonis & Laodices filius summū  
castrorum tribunatum post obitum Alexandri accepit, quod refert Iustinus lib. 13. siue vt  
vult Diodorus lib. 13. praepositus est ordinibus equitum sociorū. Verū tanta vltus est fe-  
licitate, vt breui Imperium Babylonis, Persarum, Syriae, ac propè totius Asiae minoris sit  
adeptus: Indiam Sandrococto, contracta cū ipso affinitate reliquit, quod Strabo lib. 15.  
narrat. Seleuciam Cresiphontis de nomine suo, & Antiochiam de parentis nomine adifi-  
cauit: Demetrium, qui cognomēto expugnator urbium dictus est, acie victum cepit, quod  
Plutarchus in eius vita scribit: cumq. oibus Alexandri ducibus superstes solus fuisset, ac  
victor esset victorū, postremò interfectus est in bello à Ptolomæo Ptolomæi I. Regis filio,  
quod narrat Iustinus lib. 17. annos natus LXXVII. cū regnasset, vt vult Eusebius XXXII.  
antecelluissetque iustitia, & pietate Reges omnes, ait Pausanias in Atticis lib. 1.

Antiochus Soter Seleuci filius ex Apama Perside, vt scribit in Demetrio Plutarchus  
habuit vxorem Stratonicem filiam Demetrii Macedonum Regis, quæ nupta prius fuerat  
ipsius patri Seleuco, cumq. eam miserè deperiret, nec viuente adhuc patre amorem dete-  
gere vellet, incidit in febrim, cuius cum causus Erasistratus medicus inuestigans compe-  
rire haud posset, tandem deprehendit è multis signis amorem esse in causa totius morbi.  
Quamobrem bellissimo actu peregit, vt Seleucus eam filio traderet vxorem, sibiq. adime-  
ret. eam rem narrat in Demetrio Plutarchus. Dicitur est soter, quòd aduersus Galatas  
pugnans admonitus, vt aiebat, in somnis, praeserulerit effigiem Pentagoni, cum inscri-  
ptione salutis, illamque militibus asuerit. regnauit annis decem & nouem.

Antiochus Deus Soteris filius regnauit annis vndecim: necatus est veneno à Laodice  
vxore. Huius vltimo anno vult Eusebius in chronico Parthos Arsace eorum primo Re-  
ge discessisse ab obedientia Seleucidarum, & regna ipsorum diminuisse.

Seleucus Callinicus Antiochi Dei filius impellente Laodice matre Beronicem nouer-  
cam cū paruulo filio ipsius ac suo fratre interfecit, cum Ptolomæo Beronices fratre bella  
gessit, cum fratre similiter suo Antiocho Hierace, siue Accipitre, qui totius Asiae inter fi-  
nes Tauri montis imperium Callinico abstulit. eius deinde maiorem partem dissidentibus  
inter se duobus hisce fratribus Eumenes Bythiniae Rex ad se transtulit. Parthi præ-  
terea multas Imperii Persici terras occuparunt. ad extremum Callinicus equo deiectus  
interijt. Hierax verò à latronibus est interfectus, cum diu in Ptolomæi Regis post aliquot  
à multis aliis clades acceptas custodia fuisset, quæ refert lib. 27. Iustinus. regnauit Calli-  
nicus annis viginti, filijs duobus relictis.

Seleucus Ceraunus praefuit annis tantum tribus, doloque fratris Antiochi Magni est  
interemptus, vt tradunt Polybius lib. 5. Iustinus 29.

Antiochus cognomento Magnus interfecto fratre regna arripuit, Syrorū, inquit initio  
syriaci Appianus, ac Babyloniorum, necnō aliarū gentiū Rex sextus à Seleuo, qui post  
Alexandrum Asiae circa Euphratem imperitauit, in Mediā profectus, & Parthiā, aliasq.  
nationes, quæ ante ipsum defecerant, cū plurima strenuè gessisset, ob idque Magnus An-  
tiochus diceretur, progenitorū suorū gloria, ac propria appellatione elatus, Syriam infe-  
riorē, ac Ciliciam, quæ à Ptolomæo Philopatro Aegypti Rege puero adhuc tenebantur,  
inuasit. nec paruum quidpiam mente complexus Hellepontū ingressus est, Aeolus, & Io-  
nios veluti Asiae praesidēti peraccomodos ratus, quod prius Asiaticis paruisset Regibus,  
tādē in Europā classe traiecit, Thraciā subegit, ac minus sibi parētes per vim cepit, Cher-  
sonesum muniuit, Lyfmachiam praeterea erexit. Jhac ille breui cōplexus acta Antiochi  
Magni, cuius reliqua aduersus Romanos administrata toto libro persequitur. Quæ verò  
cū Parthis Medis, Bactrianis, Hyrcanis, Aegyptijs, ceterisq. Asiaticis aut gētibus, aut Re-  
gibus gesta sunt ab illo, describit Polybius. lib. 5. & sequentibus vsque ad 17. Ad extremū  
tamē Antiochus hic ab Elymaeis dū templū Beli spoliare conatur est interfectus, vt scri-  
bit libro 16. Strabo, Iustinus ait lib. 32. occisū cū omni militia, dū Iouis Dindymeni, vel

Do-

A Dodonei donaria vellet spoliare: Plinius libro de viris illustribus ait, à sodalibus suis,  
quos in cōiuiuo temulentus pulsauerat, interemptum. regnauit annis triginta sex, vt vult  
Eusebius: triginta septem, vt in Syriaco scribit Appianus: supremis annis vectigalis nomi-  
ne ex pacto mille talenta Romanis pendebat, à quibus multis ditioribus est priuatus.

Seleucus Philopater Magni filius praefuit annis duodecim, ac nihil praclarū gessit, ex  
insidijs Heliodori cuiusdam ex suis est occisus, vt in Syriaco docet Appianus

Antiochus Epiphanes Seleuci Philopatris pater regnauit annis vndecim. Hic est qui  
in Iudæos, & omnia Iudæorum crudelissimè sauiit, vt est lib. 2. Machabæorum.

Demetrius Soter ab Alexandro, qui Antiochi filius est dictus, bellumq. in eum pluri-  
mis Regibus adiuantibus mouit, in acie est occisus, vt lib. 35. refert Iustinus relictis filijs  
duobus Demetrio, & Antiocho Sedete, tenuit Alexander, cuius mentio fit Machabæorū  
lib. 1. c. 10. Antiochiam, Syriamq. annis decē, mensibus septē, vt vult Eusebius. Hoc tem-  
pore Seleucidas Tigrani Armeniae Regi paruisse videtur asserere in Syriaco Appianus.

Demetrius Soteris filius regnauit annis tribus, vitiisq. adolescentiæ in segnitie lapsus  
cū bellum in Parthos ad abolendam ignauiæ infamiam mouisset, acie fuis, & captus  
est. interimque Tryphon, cuius in Machabæorum libris saepè fit mentio, cū se tutorem  
Antiochi, qui Demetrii priuignus erat, vt ait Iustinus lib. 36. atque Alexandri filius, vt  
Eusebius scribit, ageret, occiso pupillo regnum Syriae inuasit; sed ab Antiocho Sedete al-  
tero Demetrii fratre victus est, atque expulsus.

Antiochus Sedetes Demetrii frater ducta coniuge Cleopatra, quæ Demetrio, atque  
Alexandro fuerat vxor, filia Ptolomæi Regis in Iudæos mouit, Simonemq. Pontificem  
ad pacis condiciones accipiendas coegit. sed cū Parthos adortus esset, insidijs eorum  
circūuentus, & occisus est, vt Iustinus lib. 38. tradit. Ex hoc Demetrius à Parthis dimissus  
regnum recipiens administrauit annis quatuor, interfectus est, cum victus esset. à copijs  
Alexandri cuiusdam, qui se adoptiuum filium Sedetis assererat.

Seleucus Demetrii à Cleopatra Aegyptia filius à matre est occisus, quòd eius iniussu  
regiam coronam sumpisset.

Antiochus Gryphus Demetrii similiter filius annis duodecim regnauit, cumque à ma-  
tre veneno peteretur, idque ipse cognouisset, matrem coegit, vt venenum biberet, quod ei  
pararat. vxorem duxit Gryphinam filiam Ptolomæi Regis.

Antiochus Cyzicenus Gryphi frater, atq. Antiochi Sedetis ex eadē matre Cleopatra  
filius diu bellū cū fratre gessit, quod praesensisset sibi ab illo mortē parari, eiq. regno ex-  
pulsit, Cleopatramq. Gryphinae sororē cōiugē duxit. sed cū postea victus esset à Grypho  
Cyzicenus impulsu Gryphine, in tēplo, ad quod cōfugerat, interfecta est Cleopatra. Rur-  
susq. cū Gryphus à Cyziceno superatus esset, Gryphina est necata, Gryphus expulsus.

Seleucus Gryphi filius Cyzicenum regno expulit, cumq. crudelissimè regnaret in Ci-  
licia ad aram Mopsi est combustus, quod in Syriaco docet Appianus.

Antiochus Cyziceni filius cognomento Eusebius, cū Tigranes Armeniae Rex Sy-  
riam decem & octo annos tenuisset, à Lucullo Syriae regnum recepit. paulo tamen post  
illi ademit Pompeius, quod Lucullus fuerat largitus: quod refert Iustinus libro 140.

Fuit & Philippus ex hac Seleucidarum gente, quē Gabinius cepit: in iis genus defecit.  
Quocirca, inquit Appianus, imperium Seleucidarū per septuaginta vltra ducentos annos  
est prouectū. Quibus sanè haud fuit Imperij maior amplitudo, quā fuerit regijs iis fami-  
lijs, quibus latissima inter nos regna aut fuisse, aut etiam nunc esse ostendimus. defuere  
porrò illa euenta felicia, quæ contigisse iis aperuimus; infelicia verò multa acciderunt,  
quæ nulli nostrorum scimus euenisse.

Primumq. fit illud. cū decem ac septem numerentur ex hac familia Reges, nimirum  
Seleucus Nicanor I. Antiochus Soter II. Antiochus Deus III. Seleucus Callinicus IV. Se-  
leucus Ceraunus V. Antiochus Magnus VI. Seleucus Philopater VII. Antiochus Epi-  
phanes VIII. Antiochus Eupater IX. Demetrius Soter X. Demetrius Soteris filius XI. An-  
tiochus Sedetes XII. Seleucus Demetrii filius XIII. Antiochus Cryphus XIV. Antio-  
chus Cyzicenus XV. Seleucus Gryphi filius XVI. Antiochus Eusebius XVII. Ex his oc-  
cisi Seleucus Nicanor, Antiochus Deus, Seleucus Ceraunus, Seleucus Philopater, Se-  
leucus Eupater, Demetrius Soter, Antiochus Sedetes, Seleucus Demetrii filius, Seleu-  
cus Gryphi, qui sunt nouem. Sic igitur plusquam dimidia pars istorum necata est. quod  
nulli Regum nostrorum profapia contigisse scimus.

Secundum. ex his præterea sunt à suis propinquis interfecti Antiochus Deus, Seleucus Ceraunus, Seleucus Eupater, Seleucus Demetrii & Cleopatæ filius, quod similiter nulli nostrorum Regum posteritati euenit.

Tertium. neque fuit vlla vquam mater Catholicorum Regum Catholica, quæ sustulerit filiū veneno, & maximè tam leui de causa, quod scilicet inscia genitrice accesserit ad gubernacula regni. Tantum verò facinus patrauit in filium Seleucum Cleopatra.

Quartum. contra etiam non fuit vllus filius Rex inter Catholicos, seu nostros, qui matrem quamuis meritam, & idem scelus conatam, veneno necarit.

*Explicantur euentus infelicia Regum Parthicorum, qui Babyloniā tenuerunt, & Persicas regiones. Cap. XII.*



Arthi Scythica gens obscura, & ignobilis Seleuco Nicanoris pronepote, maximè sese extulit, Arsace quodam originis incertæ, ac latronum duce inter illos regnum constituyente, qui vrbē Daram condidit, sublato Andragora, quem Seleucidæ regioni præfectū constituerant, ac suis liberis Imperiū reliquit matura senectute decedens. Hæc inter alios Arianus in Parthis, vt habet Photius in sua bibliotheca, cuius editionem latinā molitur Federicus Metius, vir tū omnibus bonis litteris, tum Græcis cū primis eruditus.

Arsaces Arsacis filius aduersus Antiochum Magnū pugnavit peditū centū millibus, & equitū viginti instructus, & in regni societate admisit Pāpaciū. regnavit annis duodecim relictis duobus filijs, Mithridate, & Pharnace. eius aliquot gesta refert Polybius lib. 10.

Pharnaces Mardos populos deuicit, ac multis filijs relictis, hæredem fecit Mithridatem fratrem.

Mithridates regno adiecit Medos, Bactros, & Elimeos, imperiumque vsque ad Euphratem produxit.

Phrahartes filius Mithridatis cū pugnaret aduersus Scythas, à Græcis quos secum duxerat, & multis modis vexarat, in acie est interfectus.

Artabanus Phrahartis patruus, bello Colchataris illato in brachio vulneratus decessit. Mithridates Artabani filius ob crudelitatem regno à Parthis est eiectus.

Horodes eius frater illi est suffectus, cui cū se vtrò cōmisset bona fide Mithridates, in cōspectu ipsius ipsosq. iubere est atrociter trucidatus, hic Crafsū cū suis copijs deleuit. Postea verò Ventidius Bassus exercitum ingentem cum Pacoro ipsius filio prius victore extinxit, quod in Parthico refert Appianus. meminit huius Pacori Horatius, cū dixit:

*Iam bis Monases, & Pacori manus  
Non auspicas contudit impetus  
Nostros, & adiecisse prædam  
Torquibus exiguis venidet.*

Cū laborare morbo intercute cœpisset, à Phraharte filio sublatus est dato aconito veneno, quo citiùs periret, quod scribit Appianus. addit Iustinus lib. 42. ab eodem triginta fratres interemptos, filiumque præterea adultum.

Phrahartes Horodis filius multis prælijs M. Antonium fatigauit, ac fudit: ob crudelitatem pulsus est à suis, constitutusque Rex Tyridates, qui mox aduentante cum maximis Scytharum copijs Phraharte ad Cæsarem fugit in Hispania tunc agentem, minimumq. Phrahartis filium secum abduxit. misit legatos Phrahartes reposcens filium, fugituumq. Tyridatem. Remissus absque vlla mercede filius, retentus honorificè Tyridates. cū verò Cæsar in Syriā profectus esset, metu territus Phrahartes, quoscumque è Romanis captiuos habuit remisit, obsidesque filios, ac nepotes dedit Augusto. quatuor verò filij fuerunt cum quatuor vxoribus, ac totidē nepotibus, vt Strabo lib. 16. refert, filiorū nomina sunt Saraspades, Ceroispades, Phrahartes, Vonones, & huius filius Mahardates: in Parthia remansit Phrahartes Nothus è Thermissa muliere Romana concubina, vt refert Iosephus lib. 18. cap. 4. Hæc autem respexit Lyricus lib. 2. Od. 2.

*Redditum Cyri solio Phrahartem  
Dissidens plebi numero beatorum  
Eximit virtus.*

Et epistolarum. lib. 1. epist. 12.

— ius, imperiumque Phrahartes

Cæsaris

A *Cæsaris accepit genibus minor,  
Et lib. 4. Od. 15.  
Et signa nostro restituit Ioni  
Directa Parthorum superbis  
Postibus.*

Occisus verò est Phrahartes à filio Phraharte.

Phrahartes patris interfector, matris maritus, breui ob ingentia scelera pulsus decessit, idem Iosephus.

Horodes incertum cuius filius fuerit, seditione populari in sacrificio, vel venatu ob crudelitatem cæsus.

Vonones, qui datus fuerat obses à patre Cæsari Augusto, peritus Roma à Parthis, vt libro secundo annalium scribit Tacitus. Aduersus hunc creatus Rex Artabanus è sanguine Arsacidarum. pulsus Vonones in Armeniam profugit.

Artabanus, de quo dictum est antea Medorum Rex, vt vult Iosephus, contra eum nimis se efferentem, in suosque sæuientē, Tiberius Imperator misit Phehartē Vononis fratrem (de quo diximus supra) sed perijt in itinere; idcirco ab eodē missus Teridates sanguinis eiusdē, qui pepulit Artabanū, ab eo mox pulsus; habuit Artabanus filios Horodē Armeniæ Regē, Dariūque, quorū meminerit Tacitus lib. 6. Iosephus, Suetonius in Caligula cap. 19. Occisus est deinde Artabanus à Gotarze fratre, vnaq. occisi filii & vxor ipsius.

Gotarzes frater Artabani passus est, quamdiu regnavit, inimicum Bardanem, quo interfecto, missus Parthis petentibus aduersus eum Mehardates filius Vononis, de quo diximus supra. Hic bello captus, naribus, auribusque precisis ad ignominiam perpetuam, viuere est permittus. obiit haud multo post Gotarzes, fratribus, propinquis, mulieribus ipsi grauidis, multisque alijs suorum per sæuitiam cæsis. Hæc Tacitus lib. 21. & 22.

Vonones, & hoc breui mora defuncto, filius ipsius Vologeses è Græca pellice natus, hi fuerint ex Arsacidarum sanguine, incertum videtur aliquibus. nā Tacitus hæc tacet, & tamen cū lib. 13. scribit Corbuloni Romanorū duci à Vologese traditos obsides nobilissimos è familia Arsacidarum, cū Vardanes eius filius adiuuantibus Romanis in ipsū bella mouit, videtur colligi posse, ex Arsacidis Vologesē fuisse. & mox eius verba refert expostulantis cum Romanis, dicentisq. quasi se signaret, non defuturam Arsacidis virtutem ac fortunam, & lib. 15. apertius indicat hunc ex Arsacidarum gente extitisse, cū facit dicentem sibi fratrem fuisse Teridatem Armeniæ Regem, Pacorumque Mediæ, & quod ille pulsus à Romanis esset, præteros Arsacidas se velle vlcisci.

D Vologeses igitur diu bella cum Romanis gessit, vt è tacito liquet, Teridatiq. fratri Armeniam, quam Romani eripuerant, armis recepit. Atque hæc quidē Nerone imperante, è Dione in in Vespasiano habemus Vologesum Vespasiano imperante regnasse. Traianus deinde, vt idem scribit, bellum Parthis mouit, Ctesiphontem cepit, Parthamaspatem Regem eis constituit, qui deinde est pulsus, Mesopotamiamque magna ex parte occupauit. similiter ab eodem docemur in Adriano & Antonino Philosopho, Vologesem viuentibus illis regnasse, cumq. hic exercitū Romanū in Armenia prosigasset, Cassius ab Antonino missus ipsū, vicit, regias Vologesi Ctesiphontē solo equauit. Rursus in Seuero idē tradit, Vologesem Parthis dominatum, fratremque eius cum Seuero fuisse. Quod si Vologes hic fuit idem cum eo qui imperante Nerone viuebat, oportet eū in multos annos maximè longæuam vitam produxisse. Nos certi nihil adhuc habere nobis videmur, in quo conqueiscamus, atque idcirco alibi seriem Parthicorum Regum veluti inexploratā omisimus. Non omitimus tamen, Traianum solum fuisse, qui Parthis ac Persis Regem dedit: ceteri namque à Parthis petiti regiæ stirpis amore, quin & hic, & alij petiti non diu permitti sunt regnare.

E Artabanus Antonino Caracalla imperante inter Parthos regnabat; qui cū filiam, sicuti desponderat, Antonino Caracallæ vxorem dare nollet, factum est vt aduersus eum cum Romanorum copijs Imperator pergeret, ac nonnullis locis aliquas intulerit vastitates. Ab hoc Rege Macrinus duobus prælijs est victus, pacemque redimere coactus erogatis vicies centenis millibus. Hic denique Regum Parthicorum postremus fuit, Imperante namque Alexandro Māmeæ, Artaxerxes Persa discedens vnā cum tota gente ab ipsius Imperio victum bello interfecit, Parthos subiecit, rursusque in Persas aliqua regna transtulit, vt Agathias scribit lib. 2. & 4. historiarum, cū Parthi circiter ducentos annos

De Sig. Tom. 2.

Zz 3 domi-

dominati fuissent: quibus cum defuerint euenta illa felicia, quæ nostrorum Regum posteritatibus diximus accidisse; nec latius ijs, quos supra retulimus, sint dominati, infelicia certè multa contigerunt, quæ nostrorum nulli scimus euenisse.

Primum verò sit illud, nullam Catholicorum Regum posteritatem fuisse, quæ tam diu regnauerit, tot protulerit Reges, ac tot ex eis fuerint interfecti. sexdecim videntur à nobis enumerati Reges. ex his octo necati, Phrahartes, Artabanus, Mitridates, Horodes, Phrahartes alter, Horodes alter, Artabanus, & horum supremus Artabanus.

Secundum, nullus Rex Catholicus, & in Ecclesiæ gremio consistens vumquam fuit à filio necatus, vt Horodes à filio Phraharte, & hic ab altero Phraharte filio similiter suo.

Tertium, nulli nostrorum Regum posteritati contigit, vt frater auus fuerit triginta fratres obruncare, quod Phrahartes filius Horodis fecit.

Quartum, nullis Regum nostrorum liberis accidit, vt habuerint diuersis temporibus, qui duos fratres regnantes ferro regnandi causa obruncarint, vt Horodes Mithridatem, & Gotarzes Artabanum.

Quintum, neque inter nostros fuit vllus, qui matrem sibi matrimonio iungere sit ausus, aut illam libidine infanda commaculare; quod patrauit Phrahartes filius Phrahartis.

Sextum, neque item, qui propinquas mulieres, vterumque gestantes, ad perdendam scilicet sobolem suorum, iusserit interfici, quod Gotarzes fecit. id verò summæ omnium crudelitati solet adscribi. sic enim Lyricus ille:

*Sed palam captis grauis, heu nefas, heu,  
Nescios fari pueros Achiuis  
Vreret flammis, etiam latentes  
Matris in aluo.*

Quin veluti atrocissimum Deus exprobrat Ammonitis, maximamque omnium se ob id ex eis vltionem capturum absque vlla spe veniæ minatur. Hæc dicit Dominus: [Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eo quod dissecuerint prægnantes Galaad ad dilandū terminū suū: & succendā ignem in muro Rabba.]

*Explicantur euenta infelicia Persicorum Regum, qui post Parthos vsque ad Mahometis receptas leges regnarunt. Cap. XIII.*



Artaxerxes Persa ex infimo genere natus, & obscurissimus, vt Agathias lib. 2. tradit obruncato Artabano, Parthica, & Persica regna iniuit, Alexandro Mammeæ imperante, quarto anno Imperij victus est ingenti, ac memorabili prælio ab eodem Imperatore, in quo fusa centum viginti millia equitum, interempta decem millia cataphractariorum, fugatus ipse, pluri Perseæ capti, quos tum primum Romani seruos viderunt, receptæ regiones inter Euphratem, Tigrimque positæ, vt è multis monumentis Lampridius in Alexandro scribit, mendacij redarguens Herodianum, qui secus narrat. Regnavit Artaxerxes annis quatuordecim, mensibus decem: occisus est à Sapore Persa, qui successit ipsi; sic itaque Artaxerxis agnatio videtur in ipso defecisse.

Sapores omnium crudelissimus, & Artaxerxis domini sui interfector, regnavit annos triginta & vnum, vt Agathias scribit lib. 4. hic incurfationibus Mesopotamiam, Syriam, Ciliciam vastauit, submotus, ac cedere coactus est à Gordiano iuniore Imperatore, vt in eius vita refert Capitolinus. Mox tamen Imperatorem Valerianum cepit, quod Trebellius scribit in eius vita. Vicit nihilominus Saporè Odenatus Palmyrenus, cepit ipsius thesauros, & carissimas cõcubinas: fugatus denique est Sapor vsque ad Cresiphontem, quæ est regia Perfarum quod in Valeriano, & Zanobia tradit Idem.

Hormisdatis Saporis filius nulla re memorabili gesta regnavit annum, & dies decem. Vraranes Hormisdatis filius annos tres. Vraranes II. Vraranis proles annos sexdecim. Vraranes III. menses quatuor, Seganesa dictus, quod eius pater Vraranes superior Seganos populos vicisset.

Narfes annos septem, menses nouem: hic à Probo pacem quæsiuit, & vix fuit vt acciperet, quod Vopiscus in Probo refert. incertum porrò, an hic fuerit eiusdem cum superioribus agnationis. sanè Narsetem videtur Agathias innuere fuisse necatum.

Post

Post hunc Agathias tradit imperasse Persis filium Misdatem totidem menses, & annos. Sed certè vsque ad annum decimum tertium Diocletiani regnasse Narseū, seu Narsetē, tradit in Chronico, qui his temporibus viuebat, Eusebius Cæsariensis. Aut igitur vnà cum patre filius præfuit, aut fallitur Agathias, vel eidem fuit geminum nomen. His sanè viuentibus, aut altero eorum, Carus Narbonensis Imperator cum omni Parthorū regione vastata Seleuciam & Cresiphontem nobilissimas hostiū vrbes cepisset, super Tigrim castra ponens fulmine ictus interiit. sic Eusebius. & mox anno decimo quarto Diocletiani, & tercentesimo primo Christi, Galerius, inquit, Maximianus superato Narseo, & vxoribus, ac liberis, sororibusque eius captis à Diocletiano ingenti honore suscipitur. eadem tradit Eutropius addens Narseum in vltimas regionis solitudines compulsum.

Sapor ad regnum vocatus est, cum foret adhuc in vtero, & regij sanguinis successio ad ipsum pertineret; nam filios, vxoresque Narsei captas diximus à Maximiano. quor annos igitur vixit, totidem regnavit, septuaginta scilicet. Hic anno, vt Hieronymus in Chronico notauit, ab ortu Christi ccc. xli. Mesopotamia vastata, Nisibim duobus mēsis obfedit; vnde Iacobi Episcopi sanctissimi precibus mirabiliter est reiectus, quod Theodoretus lib. 2. cap. 30. refert, eamque rursus oppugnare conatus est anno tercentesimo quinquagesimo, Constantiumque nouem præliis aggressus fatigauit, ac plerumque vicit. eorum nonnulla describit Ammianus. Iulianum superauit, acieque interfecit; Nisibimque, & magnam Mesopotamiæ partem à Iouiniano recepit, firmata in annos triginta pace: idē verò cepit Armeniæ magnam partem, & Artaxarta, vt Ammianus lib. 25. scribit. Hic verò Sapor est ille, qui plurimos Christianos ob religionem iussit occidi, vt Sozomenus lib. 2. cap. 8. & seq. refert. Eutropius hunc Saporem facit Narsei nepotem.

Artaxerxes Saporis successit frater ipsius germanus, inquit Agathias. quocirca necesse est, vt hic non sit eiusdem cum superioribus agnationis; aut si velimus esse, alterius erit stirpis. Nam cum liberi & vxores Narsei fuerint abducti in seruitutem, hic verò Artaxerxes ex eadem matre ac patre fuerit genitus, qua Sapor; Saporque sit ortus post obitum Narsei; sine dubio Artaxerxes Sapore posterior haud potuit è Narseo gigni: quamobrem neque Sapor, cui fuit idem pater ac mater cum Artaxerxe, vt vult Agathias, regnavit Artaxerxes annos quatuor.

Sapor Artaxerxis filius annos quinque.

Vararanes Saporis proles vndecim.

Idigerdes Vararanis filius post hos regnavit: cum hoc, aut etiam Vararane Theodosius pacem sanciuit, quæ durauit vsque ad annum duodecimum Anastasij, vt refert Euaagrius lib. 1. cap. 19. Sozomenus lib. 1. c. 4. ait eā pactā in annos centū. multi volunt hunc tutorem filiorum constitutum ab Arcadio, in his est Procopius; Agathiæ tamen id haud placet. Hoc regnate ab initio maximè est amplificata religio Christiana inter Perlas, & omnes propè Magi ad internecionem delati, vt refert Socrates lib. 7. cap. 8. sub finem tamen regni atrociter est eam persecutus, quod tradit Theodoretus lib. 5. cap. 38. regnavit annos viginti & vnum.

Vararanes Idigerdis proles æquè ac pater Christianos est persecutus, præfuit annos viginti.

Vararani filius, cuius nomen Agathias haud refert, neque potuimus illud nos apud antiquos inuenire, successit, annoque septemdecim exegit in regno.

Perozes Vararanis soboles ab Euthalitis Hunnis in insidias deductus cum toto exercitu ac filiis triginta miserabiliter periit, cum præfuisset annis viginti, quod libro primo belli Persici Procopius refert.

Valens, vt Agathias scribit, quem nominat Blasem Procopius, patri Verози successit, & quatuor annis regnavit.

Cabades, si credimus Cedreno, non Valens post Perozem præfuit Persis: sed magis est Agathiæ, Procopioque, qui sub hæc tempora viuebant, credendum, quàm Cedreno. Hic inter alia, vt erat homo nequissimus, legem tulit, vt cuius ad vxorem alienam liceret accedere. Id cunctis indignè ferentibus, deiectus est regno post annos vndecim, & in carcerem detrusus.

Zambases ei frater est susceptus, qui cum regnasset annos quatuor, imperio cessit. Nā Cabades fuga elapsus ad Regem Euthalitarum gener ipsius efficitur, & cum copiis reuersus, Zambase libenter ei cedente regna pristina recuperauit, alios triginta annos in regno per-



permanfit, bellumque aduersus Anastasium Imperatorem gessit, vt e Cedreno appareat. A edidit hic magnam Manicheorum stragem, quod auctor Miscella refert lib. 15.

Chosroës Cabadi patri successit, & continenter propè cum Iustino Thrace, Iustiano, & Iustino Curopalate bella gessit, quæ scribunt Procopius, & Agathias, ac post hos auctor Miscella lib. 16. & 17. Cedrenusque, ac Zonaras annalium tomo 3. potitus est imperio Persico quadraginta & octo annos: obiit e nimio dolore ob acceptam cladè, quam intulit Mauritius ab Imperatore Tiberio dux missus, ac postea creatus Imperator.

Hormisdas post patrem regnavit, diuque cum Iustino Curopalate, Tiberio, Mauritioque Romanis Imperatoribus pugnavit. Ad extremum captus à proceribus Persis, excatus, & in carcerem detrusus est; filiusque, cui regnum decreuerat, vnà cum matre in cõspectu ipsius trucidatus: ipse denique de iussu Chosroës filij fustibus contusus, & occisus.

Chosroës Hormisdæ filius cum regno fuisset eiectus, ad Imperatorem Mauritium confugit, acceptisque auxiliariis copiis duce Narsete cuncta recepit, regnumque ab Imperatore Romanorum sibi traditum professus est. Cum hoc varie variis temporibus præliati sunt Imperatores Romani per duces suos, Mauritius, Phocas, Heraclius: atque hic quidem post aliquot acceptas clades, sex annos Persidem finitimasque regiones multis vastificationibus illatis afflixit. Cumque Chosroës animo consternatus vellet imperium tradere Merdasani filio naru minori, re cognita Syroës alter filius patrem fratresque omnes cepit, & primò quidem iussit illos ante patris oculos occidi, Ipsum porro patrem cum dies quinque variis iniuriis affici procurasset, sagittis ad extremum configi mandauit, & adnitente Heraclio Persarum regna iniuit.

Siroës anno dumtaxat vno regnavit.

Adhesyr eius filius mensibus septem; interfectus à Sarbara, qui cum sex mensibus esset dominatus, à Persis est occisus.

Bornaim Chosroës filius mensibus septem.

Hormisdas à Sarracenis victus, amissisque cunctis, & filiabus abductis in seruitutem fuit vltimus Regum Persicorum: ex hoc enim Sarraceni sunt omnibus potiti. contingere hæc, vt quidam volunt, sub annum sexcentimum quadagesimum primũ: sic auctor Miscellæ. Cedrenus ait & Chosroë filias factas captiuas.

Sic igitur ab omnibus hisce Regibus est imperatum Persis circiter annos tercentũ, ac decem. Et agnatio quidem, vel cõsanguinitas Artaxerxis in ipso videtur defecisse, quod spectat ad imperia Persica tenenda, cum rerum potitus esset ipse annis quatuordecim, menses decem.

Saporis Primi agnatio defuisse regnare videtur aut in Narseo, aut in Miidate, cum regnasset annos septuaginta plus minus.

Saporis alterius, qui post Narseum fuit, liberis dabimus reliquum temporis, quod erit annorum ducentorum, & viginti quatuor, sed vtriusque Saporis eandem fuisse consanguinitatem (quamuis non eadem videatur iis agnatio) supra collegimus ex Agathia & Eutropio. His porro omnibus haud latiora fuerunt regnorum confinia, quam superioribus illis, quos e nostris supra enumerauimus, quin plerumque multo angustiora. Defuerunt his euenta felicia, quæ nostris adscripsimus; contingere hæc infelicia, quæ nostris haud obtrigere.

Primumque sit illud. Veluti numquam Catholici prolapsi sunt in ea facinora, quibus obligauerunt se quicumque vmquam populi fuerunt à nobis alieni quod libro duodecimo cap. 14. & sequè. est à nobis explicatum: sic nullus vmquam fuit Rex, aut princeps in cõmuniõne nostra persistens qui legem tulerit, vt cuilibet licitum foret ad quascumque mulieres accedere, & cum iis consuesse, siue vt illæ expositæ essent libidini singulorum, quod fecit in dedecus sempiternum Cabades.

Secundum. Nulla vmquam Regum nostrorum consanguinitas protulit Regem tam trucem, qui fratres suos in conspectu communis patris madauerit interfici, mox fustibus eundem patrem contundi, & e vita tolli; quod fecit Chosroës aduersus Hormisdam patrem, filiosque ipsius.

Tertium. Iam verò multo minus vlla nostrorum consanguinitas duos huiusmodi tulit adeò truculentos. Non enim Chosroës dumtaxat hoc patravit in patrem, fratresque suos, sed etiam Syroës in Chosroëm, filiosque ipsius, ac fratres suos, vt est à nobis enarratum.

Quar-

B

C

D

E

A Quartum. Nulla Regum Catholicorum cognatio hanc subiit calamitatem, vt toties aliquorum ex ipsis vxores ac liberi simul abduceretur in miserrimam seruitutem, libertate amissa, ab inimicissimis omnium Regibus. Ostendimus enim supra à Maximiano captas vxores ac filios Narsei Regis, qui in triumpho ducti fuerunt, ac serui effecti. simile contigit malum siliabus, & vxoribus Hormisdæ, quas Sarraceni ceperunt: haud dissimile concubinis primi Saporis. sunt autem concubinæ Persis vxorum loco.

Quintum. Neque similiter vlli Regum nostrorum cognationi contigit, vt tam breui tempore, toties vrbs eorum regia fuerit ab hostibus capta & direpta, vt Cresiphon vrbs Persarum regia capta & direpta fuit Regum superiorum posteritate imperante. Nam primũ diripuit illam Odenarus, secũdũ Maximianus, tertium Sarraceni: sunt autem Seleucia, & Cresiphon eius vicus sitæ ad Tigrim, de quibus Strabo lib. 16. qui Seleuciã B Babylone maiorem facit, ac Persicorum regnorum caput post exortos Seleucidas, traditque in illa fieri solita ædificia ex palmaceis trabibus, & columnis.

Sextum. Neque vlli nostrorum Regum tanta accidit calamitas, vt ipse cum triginta filiis, aut etiam dimidio paucioribus, turpiter in bello perierit: vt Perozæ euenisse aduersus Euthalitis pugnantem refert Procopius libro Persici belli primo. Hæc igitur sint fati de iis, qui Assyriæ, & Persiæ regna tenuerunt: nunc accedamus ad Aegyptiacos Reges, qui latissimè olim dominati feruntur; nam de Mahometanis postremo loco agemus.

Explicantur euenta infelicia posteritatum regiarum, quæ dominatae sunt Aegypto. Cap. X I V.

C I qua vmquam in gente cõmentis ac fabulis fuit locus, quacumque de re agatur in Aegyptiis fuit, qui propterea præcipites acti sunt in eam stoliditatem, vt omni genũ Deũ, quod aiebat ille, monstra venerantur, ac celo consecrarent. Quamobrem quæ de Regibus illi suis, siue ipsi de se Reges ambitiosè iactarent, ridenda sunt sanæ mentis hominibus, nisi quantum diuinis libris, aut scriptoribus alioquin probatis inter se conuenientia proferuntur. Constat igitur in primis Aegypto Regem fuisse ex eo tempore, quo profectus eò dicitur Abraham; quem scriptura sacra nominat Pharaonem, quod nomen cunctis iis Regibus facit illa commune vsque ad Ptolomæos. Cum verò dissentiant inter se scriptores in texendis Aegyptiacorum Regum successionibus quantum ad numerum, nomina, tempusque, quo regnarunt; visum est nobis recensere separatim series eorum traditas diuerso à diuersis modo.

Aegyptiorum Regum successio vsque ad Cambisem relata ab Eusebio.

Eusebius Cæsariensis, antequam tabulas Aegyptiacorum Regum, sicuti etiam aliorũ omnium, delinect in Chronico suo, summam simulque recenset eorũ nomina: refertque Aegyptum primis temporibus à Dynastis fuisse gubernatam; dinumeratque singulas suis locis Dynastias siue potestates. Sextamdecimam verò Dynastiam annorum c. xc. à qua ipse exorditur, ait fuisse Thebeorum. cumque velit hanc incipere ab Abraham nato; si sequamur ipsum, oportet vt quindecim Dynastias fuerint ante hanc, quæ fuerint post Babylonicam verustissimæ. Strabo ac Plinius Thebas ac Diospolim faciunt easdẽ, distinguuntque ab Heliopoli. Ob id in Diodoro mendum videtur esse, cum dicit easdem Thebas esse, atque Heliopolim, siue ciuitatem Solis: reponendum namque, Diospolim, seu Iouis vrbes. Vult idem Diodorus Thebeos antiquissimos esse Aegyptiorum; id Eusebij Chronico consentit; qui scribit Thebeos rerum potitos in Aegypto, cum natus est Abraham, tercentesimo ac vigesimo secundo anno post diluuium, non admodum longè post gentium dispersionem, si quosdam sequamur. Thebe porro sunt Græcis scriptoribus celeberrimæ, ac decantatæ, quod temporis progressu incredibile sint natæ incrementũ, & immensas opes, ac decus. Hinc Homerus Iliados 1.

διὸθ' ἐκατόμυλοι εἴσι, δ' ἑκατόσι δ' ἐν ἑκάστῃ

ἄνθρωποι ἕξοργυνοῖσι σὺν ἵπποισι, καὶ ὄχησιν.

Id est: Quis (Thebis) centum portæ portarum in quaque ducenti Sublimes in equis homines & curribus errant.

Et Odissæ IV.

—ὄνδ' ὄσα θήβης

Αἰγυπτινῆς,

Id est: *Διγυσησις, ὅτι πολλὰ εἰς δόμοις ἐν τῆματι κείνῃ.*  
—neque quantæ Thebarum  
*Aegyptiarum sunt; ubi plurima in domibus opes habentur.*

Sextadecimæ istius dynastiæ nullum Regem nominat in tabulis Eusebius, nisi Apim, de quo sic anno centesimo octuagesimo primo scribit: Apis in Aegypto primùm Deus putatus est, quem quidam Serapim vocauerunt. Huius, quem volunt esse eundem cum Osyride, nisi plures comminiscuntur, retulimus lib. 12. cap. 17. inscriptionem è columna Nyssæ Arabici montis, in qua iactat se peruenisse vsque ad Istri fontes, Indorum deserta, & Oceanum, docuisseque omnes ea quorum fuerit inuentor: dominatum verò se gentibus exteris esse, nihil dicit. eam recitat Diodorus. Idem porrò Eusebius lib. 9. cap. 4. præparationis Euangelicæ ex Artapano historico profano refert Abraham venisse in Aegyptum regnante Phareate, astrologiamque huic tradidisse, ac post annos viginti in Syriam reuersum. Cresias Gnidius apud Diodorum lib. 1. par. 2. cap. 1. vult vigente hac dynastia Semiramidem potitam Aegypto. Rursus idem Diodorus lib. 1. par. 1. cap. 11. ait è veracibus sacerdotum scriptis compertum fuisse, Osoridem iustè regnantem neci datum à Typhone fratre, dissectumque in triginta frustra, singulaque singulis homicidij participibus data; Typhonem deinde ab Iside vxore ac sorore simul Olyridis interemptum, regnumque receptum, sed accidisse hæc Busyride viuentem, cum Memphis ciuitas est excitata.

Decima septima dynastia, seu potestas dicta est Aegyptiis pastorum, perstititque annos centum, ac duos. adicitque Eusebius, dictam pastorum, quod conici possit, Hebræos, qui pastores erant, Aegyptiis, Iosepho duce, præfuisse. Sed quomodo id asseri possit, haud videmus. Idem namque vult Iosephum præpositum fuisse Aegypto supremis dumtaxat annis duodecim dynastiæ huius nam reliquos dat sequenti. Huius item dynastiæ Reges nullos ille nominatim refert; nos referemus infra è Manethone, vt Iosephus scribit.

Decima octaua vocatur Politanorum, quæ permansit annos tercentum quadraginta & octo: eius anno decimo quarto decessit Iacob. hic Eusebius incipit recensere nomina Aegyptiacorum Regum; tempora quibus regnarunt, & aliqua illorum gesta: & nos eodem modo ex Eusebio similia referemus.

Amasis regnavit annos viginti quinque, & decimo quarto mortuus est Iacob: quo tempore Iosephus pristinam in Aegypto dignitatem retinebat, quod è cap. ultimo Genesios apparet. Non videtur hic illud prætereundum, de seuisse Aegyptum in funere Iacob septuaginta dies: quod etiam temporis spatium, duobus additis diebus, dabatur ab Aegyptiis in descenda Regum suorum morte, vt est apud Diodorum lib. 1. cap. 3. antiquarum rerum: vt hinc colligamus, quanto essent in honore apud Aegyptios Hebræi.

Chebron post Amasim regnavit annos XIII.

Amenophis XXI.

Mephres XII. Huius anno nono, si velimus Eusebij Chronicò sequi, mortuus est Iosephus. duodecim namque annis ante hanc initam dynastiam præpositus est Aegypto annum agens trigessimus, decessit centesimo ac decimo ætatis, qui subducta ratione incidit in Mephres nonum, quamobrem necessariò Mephres cognouit Iosephum nemini nõ, dum vixit, in Aegypto notum ob res gestas immortalitate dignas. Neque igitur hic potuit esse, qui delere Hebræos est conatus. Hunc obeliscorum fuisse inuentorem videtur velle Plinius lib. 36. cap. 8. Mithremque litteris non nihil immutatis vocare.

Mispharmutosis XXVI. annos imperavit. hic, vt Manethon vult, Hebræis cœpit aduersari.

Thutemosis IX. Ab hoc Manethon apud Iosephum vult ditone Aegypti deiectos Hebræos.

Amenophis XXXI. Hic est, inquit Eusebius, Amenophis siue Amenophes, quem quidam Memnonem putant lapidem loquentem, quippe cuius statua vsque ad aduentum Christi Sole oriente vocem dare dicebatur. Hæc ille: meminit huius statua à se visæ, sonitusque auditi (quamuis eum contigisse dolo sacerdotum, magis credat) Strabo lib. 17. Cum verò Moyses fuerit octuaginta annorum, cum locutus est de iussu Dei Pharaoni, qui deinde est mari submersus, vt est Exo. cap. 7. is verò fuerit Cheneres, si Eusebio adfentimur; necesse est Amenophis huius anno vigesimo sexto natum Moysen. Hunc Amenophim vocat Chenephim Artapanus apud Eusebium lib. 9. cap. 4. Euang. præparap. à cuius filia Mæri dicit adoptatum Moysen, qui Musæus Græcis dicatur, Aegyptiis Mer-

A Mercurius. & hic similiter Amenophis erit ille, qui mares Hebræorum mandauit occidi, vt extingueret omnino Hebræos: nam paulo ante Moysen natum crudele edictum est diuulgatum, vt è lectione Exodi patet.

Orus regnavit annos XXXVIII.

Acengeres, siue Acenris XII. Hoc regnante placet Eusebio Moysen secessisse in solitudinem, relicta Aegypto.

Achoris præfuit annos IX.

Cheneres XVI. Hunc Eusebius vult esse, qui Moysi est aduersatus, & obrutus mari rubro vnà cum exercitu. Clemens Stromarum lib. 1. scribit è Mendefio Ptolomeo, Moysen, Iudeosque egressos ex Aegypto Amosi regnante Artapanus vocat hunc Necheprem.

Acherres regnavit annos VIII.

B Cherres XV. Addit Eusebius: Epaphus filius Io & Iouis Memphim condidit, cum in Aegypto secunda regnaret. Erant itaque in Aegypto duo Reges, quorum alter primæ, alter verò secundæ præfuit: ab altero deducitur successio Sefostris ab Herodoto, ac Diodoro; ab altero series horum Regum quos ex Eusebio recensemus. Porrò Epaphum multi faciunt Isidis filium; in his Ouidius, & Aeschilus: Io sanè, & Isis est eadem Clementi Stromatum lib. 1.

Armeus, qui & Danaus, imperavit annos V.

Rhemesses, qui & Aegyptius, LXVIII. Nomè hic Aegypto dedit, cum prius Aeria vocaretur; accepit autem regnum depulso Danao, qui in Græciam profectus Argos occupauit. Busyris verò Neptunni, ac Lybiæ Epaphi, quem diximus in Aegypto secunda regnasse, Memphimque condidisse, filia proles apud vicina Nilo loca tyrannidem exercens, transeuntes hospites interficiebat, ac sacrificabat. Hinc illud:

*Aurillaudati nescit Busyridis aras.*

Menophis regnavit annos XL.

Decima nona dynastia perstitit annos CXLIV. suoque Imperatore Aegyptij tunc, ait Eusebius, vt cœperunt. Hæc ille: Et tamen è Genesi habemus, Pharaoni, qui tempore Iosephi rerum potiebatur, amplissimam fuisse in omnia potestatem. Necesse est igitur, vt illa ante hoc tempus post Iosephi mortem intercederet: vel Imperatorem vocat Eusebius, qui cuncta ad arbitrium suum reuocaret *αὐτοκρατορία*. E Diodoro namque habemus, præcis temporibus Aegyptios Reges in omnibus paruisse cõsiliis sacerdotum, & ex eorum præscripto cuncta ad vnguem fecisse, quod non fecerint Zethus, ac Rampses huius dynastiæ Reges.

D Zethus imperavit annos LV. Hic videtur esse Sethosis à Iosepho vocatus, vt postea videbimus, cuius imperium latissimum Manethon tradit.

Rampses annos LXVI. Hunc Cornelius Tacitus, vt probabiliter credi potest, annaliu 11. refert ex inscriptione quadam, quæ Thebis legebatur, dominatum Lybiæ, Aethiopiæ, Medis, Persis, Bactris, Scythis, Armenis, Cappadocibus, Lydis, Bythinis; & in alia inscriptione, quam describit Ammianus lib. 17. vocatur Dominus orbis terrarum; sub eo vult Ilium captum Plinius lib. 36. c. 8. Huius est ille obeliscus, qui erectus est ante ædes sancti Ioannis in Laterano, vt obseruauit vir multæ eruditionis Michaël Mercatus libro de obeliscis, in quo nonnulla ad hos Reges spectantia interponit.

Amenophis regnavit annos XL.

Ammenemes XXVI.

E Thuoris VII. qui vocatur, ait Eusebius, ab Homero Polybus Alcandræ maritus, cum scribit in Odisea, post excidium Troiæ, Menelaum & Helenam ad eum diuertisse. Sed hac de re nos infra, cum ex Odisea quarto versus adducemus, in quibus Aegyptius Thonis nominatur.

Vigesima dynastia Diopolitanorum permansit annos CLXXVII. Huic nullos adfignat Reges Eusebius in serie, quam delineat Aegyptiorum, sed in serie Iudæorum sic habet: Susachin Rex Aegyptiorum contra Iudæos dimicans templum spoliat. id verò ponit accidere vigesimo tertio anno sequentis dynastiæ, Regisque Smendis: & tamen constat ante hoc tempus, regnante scilicet Salomone, priusquam foret vigesima prima dynastia, Sefac iniisse regnum suum. Nam vult Eusebius vigesimæ annum CXLVI. incidere in tempora Salomonis regnantis, quibus Rex fuit Sefac, siue Sefostris (idem namque vterque si Iosepho assentimur) vt est 3. Reg. 9. & 11. Quin & Eusebius lib. 9. præparat. Euang. cap. vlt.

ult. recitat litteras Salomonis ad Vaphrim Regem Aegypti, & huius ad Salomonem. Pli-  
nius præterea lib. 36. cap. 11. Nunchorem nominat Sefostridis filium, quamvis hūc re-  
gnasse nō affirmet. Sic igitur sunt hi Reges dynastia vigesima tēporū porrō ratio ab Eu-  
sebio deducta facit omnino, vt non eumdē faciamus Pseusensem, & Sefostrim, qui regna-  
uit annis triginta tribus, vt infra ē Diodoro & Herodoto apparebit, ac regnare incepit  
ante vigesimam primam dynastiam, cuius primus Rex Smendis præfuit annis viginti  
sex. Pseusensis quadraginta vno.

Vigesima prima dynastia permanfit annos CXXVII.

Smendis regnavit XXVI.

Pseusenses XLI.

Nephercheres IV.

Amenophis IX.

Ofochor VI.

Spinaces IX.

Perufenes XXXV.

Vigesima secunda perfitit annis quadraginta nouem: cuius hi Reges memorantur.  
Senscoris regnavit annis viginti vnum. huius autem Senscoris pater fuit Siparis. Hunc  
ferunt quidam post mortem ab Aegyptiis Deum nuncupatum, Serapimque appellatum.  
Hæc Eusebius.

Oforthon imperavit annis XV.

Tachelosis XIII.

Vigesima tertia dynastia duravit XLIV.

Perubastis præfuit annis XXV.

Oforthon IX. Hunc, ait Eusebius, Aegyptij Herculem nominarunt.

Pfammus X. quo regnante, ait idem scriptor, Aegyptij mare obtinuerunt.

Vigesima quarta annorum fuit XLIV.

Bocchorus rerum potitus est annos totidem. hic inter optimos Aegyptiorū legumla-  
tores à Diodoro refertur.

Vigesima quinta est annorum XLIV.

Sabachon Aethiops, Bocchoro deuicto, quem viuum combuffit, dominatus est Aegy-  
ptiis annos duodecim. hic esse videtur qui Sua vocatur 4. Reg. 17. & Salmanafaro inter  
Assyrios regnante viuebat.

Sebichus XII.

Tarachus XX. de hoc habetur mentio 4. Reg. 19. & Ifaiæ 37. vixit temporibus Ezechie  
Regis Iudeorum, & Sennacheribi Assyriorum: meminit illius Strabo lib. 15. traditq. im-  
perium protendisse vsque ad Herculis columnas.

Vigesima sexta annorum CLIX.

Merres Aethiops imperavit annos XIII.

Stephinatis VII.

Nichepfos VI.

Pfammericus XLIV.

Nechac Secundus, qui & Nechepfos Sextus, de quo 4. Reg. 23. floruit temporibus

Iofia, & Nabuchodonosori, à quo victus est, vt scribit Hieremias cap. 46.

Pfammites, qui & Pfammerichus, regnavit annos XII.

Vaphres XXX. hunc Hieremias Ephreem vocat, Vaphreum Clem. lib. 1.

Anamafis XLII.

Vigesima septima dynastia Persis assignatur, cum Cambyfes Cyri filius rerum potitus  
Aegypti imperium transmifit ad Persas, qui tenuerunt illud vsque ad Alexandrum Ma-  
gnum, de quibus egimus supra.

Hucusque Eusebius texuit Aegyptiacorum Regum successione: Iosephus verò sic  
eam recenlet è Manethone Aegyptio libro contra Apionem primo: haud dissimilia ex  
eodem sanctus Theophilus lib. 3. ad Autolicum. variant in aliquibus, qui potuit esse ple-  
rumque error exscribentium librariorum.

Exorditur autem Manethon apud Iosephum à Regibus, quos vocat Pastores, à qui-  
bus oppressos ait Aegyptios, eosque esse Iudæos tradit. Atque hi sunt subiecti.

Timaus regnavit annis XIX.

Deon

A Beon XLIV.

Apachnas XXXVI. mensibus VII.

Apochis LXI.

Ianias L. mens. I.

Affis XLIX. mens. II.

Hi sunt, quos ait Manethon pastores vocatos, quorum dynastia perfitit annis ducen-  
tis quinquaginta nouem, mensibus decem: cum tamen Eusebius pastorum dynastia non  
adsignet nisi annos CII. Post hos ex auctore eodem subiicit sequentes Iosephus.

Alisphramutosis aduersus pastores pugnavit. Hunc Eusebius vocat Mispharmutofim,  
& ait regnasse annis 26.

Themosis eius filius pastores expulit imperio, præfuitque annis XXV. mens. IV. hic Eu-

B sebio est Thutemosis

Chebron XIII. hunc omittit Eusebius, & loco illius ponit Amenophim sequentem,  
regnasseque ait annis XXXI.

Amenophis XX. mens. IX. S. Theophilus ait huic successisse sororem Amessam, quæ  
præfuerit annis XXI. mens. I.

Mephres imperavit XX. mens. IX.

Mephramutosis XXV. mens. X.

Thonosis IX. mens. VIII.

Amenophis XXX. mens. X. S. Theophilus vocat hunc Damphenosim quatuor hosce  
superiores omittit Eusebius.

Orus regnavit annis XXXVI. mens. V.

C Ancenchres Ori filia XII. mens. I. Eusebius vult Ori subcessore regnante Moysen se-  
cessisse in solitudinem.

Rathosis Ori frater IX. S. Theophilus ponit hic Marcharem, quem regnasse ait annis  
XII. mens. III.

Acencheres XII. mens. V. vel Armes è S. Theophilo Marcharis filius. Eusebio pia-  
cet tertium Regem post Ori mortem fuisse eum, qui mari est submersus cum ingenti exer-  
citu, quem non admodum dissimili vocabulo appellat Chenerem; quæ variatio nasci à  
librariis solet. Quocirca maximè illud nobis est obseruandum; nonnullos contendere  
Iudæos moratos in Aegypto annis dumtaxat CCX. Atque his suffragatur dinumeratio  
Regum, tempusque, quo præfuerunt, ab Eusebio relatum. Verumtamen alij volunt eos  
mansisse in Aegypto annis CD. XXX. vt habetur aperte Exo. 12. Atque his fauet hæc  
D Regum descriptio, quam nunc adduximus è Manethone, Iosepho, ac S. Theophilo, in  
qua multos Eusebius omisit, sicut pastorum dynastia pauciores annos assignauit.

Acencheres imperavit annis XII. mens. III. vel Messes Miami filius iuxta S. Theo-  
philum.

Armais IV. mens. I. loco huius, ac sequentis S. Theophilus adscribit Thameffem.

Armesis I. mens. IV. qui forsan litteris immutatis Theophilo, & Eusebio est Rhameses.

Armesefmiamun LXVI. mens. II. hos duos omittit S. Theophilus, hunc scilicet, ac se-  
quentem.

Amenophis XIX. mens. VI. Quòd verò ab his illi Reges scribantur, ab istis verò flean-  
tur, potuit accidere, quòd eodem tempore duobus in locis duo Reges Aegypto præfue-  
rint, siue inter se decertantes, siue etiam sine bellis mutuis regnantes; quod his tempori-  
bus accidisse constat è decima octaua Eusebij dynastia, in quam incidunt hi Reges.  
Nam postquam discessere ex Aegypto Iudæi, quatuor contigerunt Aegyptiis; primum,  
vt diuideretur regnum; secundum, vt Busyride exercente tyrannidem, in efferos mores  
se darent; tertium, vt fabulis locus esset apud eos incredibilis, suosque Reges Ioue pro-  
gnatos asseuerarent, quæ supra ex Eusebij narrationibus patent in 18. dynastia. adde his  
quartum, quòd magicis deliramentis ac superstitionibus maximè sunt inuoluti, vt ex li-  
bris Exodi constar.

Sethosis (Thosium vocat sanctus Theophilus) qui & Aegyptus, cū magnas copias ad-  
uersus Cyprios, Phænicas, Assyrios, Medosq. duxisset, plurimas gentes sibi subiecit; Aegy-  
ptumq. Armai fratri, siue Armeo, vt vocat Eusebius, qai & Danaus est vocatus, admini-  
strandam, quamdiu abesset, reliquit. At hic Regium sibi nomen potestatemque adlu-  
mens, Reginam, quæ fuerat ipsi commendata, abiecit, regias concubinas violauit, multa

De Sig. Tom. 2.

A a a in-

infanda aduersus fratrem perpetravit: qui certior his de rebus factus in Aegyptum A rediit, Armaim fugauit, regnum recepit. Is Argos in Græciam profectus occupauit, populosque de suo nomine Danaos vocauit, Hæc è Manethone Iosephus, ac sanctus Theophilus tradunt. Rhemessi hæc tribuit Eusebius, qui centum & octo annis ante Zethum dominari cœpit.

Hucusque è Manethone Iosephus, ac sanctus Theophilus. Nunc videamus, quomodo Aegyptiorum Regum successionem recenseant Diodorus Siculus lib. antiquarum rerum 1. par. 11. cap. 1. & Herodotus lib. 11.

Menas (aiunt isti) primus apud Aegyptios post Deos (sic isti fabulantur) regnauit, Deorum cultum, sacra, vitæque delicatioris genus Aegyptios docuit, Memphim condidit, inquit Herodotus, eam ab Api conditã vult Clemens lib. Stro. 1. ab Epapho Eusebius Cherre regnante decima octaua dynastia post expulsos Iudæos. Huius Regis liberos asferit Diodorus Aegypto potitos annis mille quadraginta, Regesque fuisse quinquaginta duos, Herodorus affirmat è sacerdotum narratione post illum Menam trecentos, ac triginta Reges extitisse, in his decem & octo Aethiopes, ac mulierẽ exterã Nitocrim, omnium postremum facit Mœrim, cui successit Sesostris, qui regnante Salomone rerum potiebatur, sic igitur isti valde inter se discrepantia scribunt, & tamen vterque rerum suarum sacerdotes facit auctores, atque Herodotus, veluti ab illis audita narrat; Diodorus, quod ad seueret se libros illorum diligenter scrutatum, fabulosa tradere ambos liquet ex ipso rerum contextu, ac temporum ratione.

Busyris, ait Diodorus, post illos quinquaginta duos præfuit, alique octo.

Busyris alter inter illos octo, Thebas, ait idem scriptor, ædificauit, sed fuisse Thebas ipso nascẽte Abrahamo supra docuimus ex Eusebio. Quin Diodorus idẽ constanter affirmat Thebas ac Thebeos esse antiquissimos inter oēs Aegypti gẽtes. Igitur hic aut amplificauit, aut exornauit Thebas, ut aliquo modo dici possit ab eo conditas: ante eum namque fuisse liquet, cum verò Busyridem, siue hunc, siue superiorem dicant esse nepotem ex Libya filia Epaphi filij Iouis, vt antiquos fabulatos Eusebius refert, supra Iouem porrò præsci haud vellent esse alium nisi Saturnum, necesse est primum Busyridem esse, quem narrat Eusebius Memphim condidisse. Post exactos Hebræos adiicit idem Diodorus Thebis fuisse plurimum Regum magnificentissima monumenta, qui post Busyridem vixere.

Osymandias condidit ex his vnum stadium decem, cui talis erat inscriptio, [ R E X REGVM Osymandias sum, si quis qualis fuerim, & vbi iaceam nosse velit meorum aliquid operum exuperet.

Vchoreus è progenie Regis siue Busyridis, siue Osymandias octauus Memphim condidit ambitu itadiorum centum quinquaginta. hunc Iustinus libro secundo Vexorim videtur nominare, bellumque Scythis intulisse scribit, à quibus fugatus est ita, vt vix trepidus se receperit in Aegyptum.

Meris duodecima post Vchorem soboles Memphim maximè exornauit.

Sesostris septima post Merim soboles, Salomone regnante, rerum potiebatur, Hierosolymam cepit eo defuncto vt est 3. Reg. 14. Asia magnam partem, Thracas, ac Scythas deuicit; vltra Gangem processit si credimus Diodoro, quod non contigit Alexandro, aut Nabuchodonosoro. idem multos passim cippos suarum victoriarum monumenta reliquit; in quibus hæc erat inscriptio, vt lib. 11. Herodotus scribit, qui vidit eorum quosdam in Palestina.

HANC EGO regionem meis obtinui humeris. vel vt vult Diodorus.

HANC prouinciam subegit Rex Regum, & Dominus dominorum Sesostris:

Meminit eius Lucanus, cum cecinit,

Venit ad occasum, mundi que extrema Sesostris,  
Et Pharios curvus Regum cervicibus egit.

Ei frater insidias terendit; domumque, in qua vnà cum sex filiis morabatur incendit; ipse verò, vt euaderet, duos è filiis ad flammam coërcendas, ac separandas in eas coniecit, ac ponte ex eis facto cum ceteris ex incendio est elapsus, regnauit, quod Herodotus, ac Dio-

A Diodorus narrat, annis triginta tres, cum tẽpus aliquod cæcus fuisset. Obseruandũ verò ab Eusebio dinumerari à Busyride vsque ad Sesostrim sex Reges intermedios, atque eximere hos ab ordine Aegyptiorum Regum, rursusque à Diodoro prodi Sesostrim genus ducere aut à Busyride, aut ab Osymandias; non enim satis percipi mens ipsius potest: è quibus colligitur duobus in locis duos fuisse in Aegypto Reges, quod Eusebius etiam refert in decima octaua dynastia, vbi nominat Cherrem Regem. Cum verò Diodorus inter Busyridem Sesostrimque tradat interiectos vigintiseptem Reges; aut fallitur, nisi sit in codice mendum; aut plures Reges eodem tempore fuerunt eiusdem consanguinitatis, vel denique breuissimo tempore regnarunt.

Pheron Sesostris filius cæcus & ipse patri successit. Atque hucusque tam Diodorus, quam Herodotus consentiunt ex ordine rerum positos in Aegypto Mœrim, Sesostrim, & filium Sesostris, cuius nomen Diodorus omittit; Herodotus autem prodit, siue illud proprium fuerit, siue commune: dici enim potest eundem esse Pheronem, ac Pharaonẽ. Post hos haud conueniunt inter se scriptores isti. Nam Diodorus tradit Amasim post filium Sesostris imperasse, eumque, quod odio cunctis esset ob crudelitatem, captum fuisse ab Aethiopia Rege, qui cum diu moderatè præfuisse Aegyptiis, decessit, substitutusque est illi de communi consilio Menis, quo defuncto post quintum genus è dignioribus electus est Cetes, siue Proteus. sic itaque Diodorus inter filium Sesostris, ac Proteum Reges octo ponit. At Herodotus scribit Pheroni filio Sesostris successisse Proteum. Hunc Herodotus, ac Diodorus volunt Iliaci belli temporibus extitisse, & ab Homero fieri ipsius mentionem, cum canit Odisseæ 4.

φωλὸν δ' ἀργύρεον τάλανον φέρε, τὸν οἱ εἶδον  
Ἀλέξανδρον πολύβοιο δάμαρο, ὃς ἦναι ἐνὶ θήβης  
Ἀγυπτίης ὅτι πλείστα δόμοις ἐνὶ κτήματα κείτα.

C Id est: Philo autem argenteum talarum tulit, quem ei dedit  
Alexandra Polybi uxor, qui habitabat in Thebis  
Aegyptiis, vbi plura in domibus bona iacent.

Et post: — πολύδαμνα πέρην θῶνος παράκοιτις  
Ἀγυπτίη, τῇ πλείστα φέρε ζείδωρος ἄρματα  
Φάρμακα.

Id est: — Polydamna dedit Thonis uxor  
Aegyptia, cui plurima fert ferax tellus  
Medicamenta.

D Et mox inducit Menelaum, qui consulat Proteum, quasi maris moderatorem, rationesque explicantem, quibus iter institutum tenere ille in Græciam possit. Eusebius tamen Thuoris tempore ante Sesostrim contigisse euerfionem Troiæ scribit: Strabo similiter lib. 17. Thonim ponit Aegypti Regem, à quo fuerit exceptus hospitio Menelaus. Clemens verò Alexandrinus lib. Stro. 1. refert Menandrum Pergamenum, Latumque, qui velint Menelaum venisse in Phœniciam Salomone regnante, qui regnare cœpit antequam Sesostris & ipse iniret regnum suum, quod accidit supremis eius annis, nam primis Thuoris dominabatur, vt ex Eusebij Chronico liquet.

Remphis post Proteum patrem regnauit pecuniis cumulandis dumtaxat intentus. Rhampsinitum vocat hunc Herodotus.

E Cheopes superiori successit, qui in omne flagitij genus, ait Herodotus, est prolapsus. præfuit annos quinquaginta. ante hunc Diodorus vult fuisse septem Reges otio deditos, ac voluptati. non explicat an simul imperarint, an verò successerit alteri alteri.

Chephrenes frater, aut filius Cheopis regnauit annis LVI. eisdem quibus ille facinoribus inuolutus. ita centum & sex anni numerantur, ait Herodotus, quibus Aegyptij in omni calamitate versati sunt. Ab his porrò duobus Regibus pyramides omnium mirabilissimæ sunt constructæ, in quibus ædificandis Aegyptios occuparunt, ac multis modis vexarunt, quod iidem scriptores dicunt. Micerinus Chephrenis proles deinde regnauit.

Bocchorus, siue, vt vult Herodotus, Asychis superiori successit, & Bocchorum quidem, Sasychimque leges Aegyptiis vitales constituisse, & ob id inter optimos legumlatores ceteri narrat Diodorus lib. 1. cap. 5. par. 2. antiquarum rerum. Quamobrem non Asychis, De Sig. Tom. 2. A a a 2 sed

sed Sefychis videtur scribendus is, quem refert Herodotus, pyramidemque ab ipso nobilissimam & maximè sumptuosam constructam narrat. **A**

Amyfis Afychi successit de sententia Herodoti: subricet Diodorus: consentiunt ambo Sabachum Aethiopiae Regem postea dominatum.

Sabachus Aegyptum cepit; moderatè diu vixit; mox imperium dimisit. Aegyptiique sine Rege annis duobus vivere in maximis bellis civilibus. quindecim deinde annis duodecim duces cuncta rexerunt.

Sethon hic interponitur ab Herodoto, aduersus quem pugnasse ait Sennacheribum, cuius mentio fit in diuina scriptura, post quem rerum potitus ait duodecim viros, quasi hic arripere tyrannidem sit conatus.

Psammiticus Saites Duodecemuir Aegypti regnum deiectis aliis occupauit: rerum potitus est annos LVI. expugnauit Azotum. descuerunt ab eo ducenta millia Aegyptiorum militum, qui in Aethiopia profecti sedes in ea fixerunt. Idem primus, inquit Diodorus, data securitate, gentes exterarum allexit in Aegyptum. Nam prius si qui aduenae eò venissent, vel serui fiebant, vel interficiebantur. Ex hoc multi Graecorum sapientes eò sunt profecti. **B**

Nechus Psammitici filius patri successit, Syrosque in Magdolo vicit, inquit Herodotus. Hic scilicet est ille Nechao, ut in sacra scriptura vocatur, qui Iosiam praelio vicit, & interfecit in Maggeddo, quod vocat Magdolum Herodotus, quae narratur 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 35. regnauit Nechao annis XVII. Diodorus illum omittit, sicuti & sequentem; Psammitichumque, filium facit Aprien: qui tamè, si sequimur Herodotum, pronepos erit. Victus est Nechao à Nabuchodonosoro Rege, in cuius potestatem venit Aegyptus, ut est apud Hieremiam cap. 46. Neque verò est hic ille qui dicitur à Diodoro lib. 15. bibliothecae Nestanebos, qui longè posterior est superiori, cum vixerit Artaxerxe Ocho regnante, de quo etiam Plutarchus in Agefilao. **C**

Psammes Nechi filius praefuit annis sex, relicto haerede filio Aprie, quem diximus à Hieremia vocari Epreen cap. 44.

Apries patri successit, Sidonem cepit, ac diruit, Phoeniciam subegit, Cyprios praelio nauali vicit. Aduersus illum sumpsit arma Amasis, qui victor Apriem strangulauit, Aegyptioque regno est potitus, cum regij sanguinis non esset.

Amasis imperauit annis XLIV. ut Herodoto placet, vel LVI. ut Diodoro: meminit eius Plato in Timæo. Eo regnante floruit Aegyptus, adeò ut Herodotus ac Pomponius Mela tradant urbium viginti millia fuisse in ea, Diodorus decem & octo millia, quarum tria millia exstarent eate sua. multas hic Cypriorum ciuitates euertit: obiit, cum mouisset in illum Cambyfes Persarum Rex. **D**

Psammiticus Amasis filius suscepto regno victus est à Cambyse, & captus; cuique adhuc res nouas moliretur, Aegyptioque, qui Persis victoribus iam parebant, ad defectionem sollicitaret, epoto sanguine taurino mori coactus est, ut lib. 3. Herodotus narrat. Cum verò per hæc tempora Pythagoras sit habitus celebris, quod ex Eusebio liquet; ac Plinius lib. 36. cap. 9. velit Pythagoram fuisse in Aegypto, cum regnaret Semneferreus; videri posset hunc Psammiticum designari à Plinio, quem puerum vita migrasse lib. 17. scribit Strabo, Psammitichumque appellat.

Hæc igitur est Aegyptiacorum Regum successio, quorum tempora deducta à Thebeorum dynastia vsque ad Cæbysem Persam conficiunt annos, si Eusebium sequi velimus, mille quadringentos nonagintaquinque plus minus. Variarum verò agnationum Regum fuerunt, quæ non multis annis perstitere. Eusebius enim, qui cunctos vicit in eorum serie conscribenda, dynastias distinguit è variis agnationibus, consanguinitatibus, patriisque Regum. Diuturnior ex iis est Politanorum, quæ durauit annis CCC. XLVIII. An verò fuerit omnibus eiusdem dynastiae Regibus eadem agnatio, omnino est incertum; non fuisse illud persuadet, quòd regnum non hereditario, sed electionis iure habebatur, ut Diodorus lib. 1. anti quarum rerum, & Plutarchus lib. de Iside & Ofyride testatur. electio porro penes sacerdotes erat, qui sic in angusti redigebant regiam potestatem, ut multo amplior sit Venerorum Duci, aut Polonorum Regi. Eiusdem tamen dynastiae Regibus fuit aut eadem patria, aut eadem sedes, à qua nomen illa sortiebatur. Eusebius autem cunctis scriptoribus est hisce in rebus præponendus, quòd nihil fabulosum scribat, nihil superans humanam fidem, communiaque euenta, certius distinguat formas, ac tempora gubernationum, & habue-

habuerit omnia ferè, quæ desiderari ad assequendam harum rerum veritatem possunt. Constantinus namque Imperator facultatem dedit illi ad potiunda omnia quaecumque illustrare antiquitatem, & à tenebris fabularumque caligine in lucem vendicare possent, ut igitur aliquando Eusebius aberrarit à vero, minus certè aberrare potuit, quam ceteri scriptores: & quamuis Diodorus diligenter se scrutatum sacerdotum libros; Herodotus autem, se, quæ scribit, ab eis audisse dicat; commenta sunt tamè eorum plurima, quæ tradiderunt, ut certissimò apparent esse, quæ retulimus ex eis de progenie Menis; facta sunt similiter quæ de Osymandias liberis narrant. Nam cum fuerit Osymandias post Busyridem, quod ipsi volunt; à Busyride primo gentis istius Rege ad Sefostrim, quem Susacim vocat Eusebius, non nisi anni tercentum quinquaginta plus minus numerantur. Quantum porro pertinet ad latitudinem imperij, quod Osyris de se gloriatur; id respicit peregrinationem ab ipso perfectam, non regiones imperio adiectas, ut ex inscriptione ipsius constat. **B**

Eusebius testatur post initam decimam nonam dynastiam cœpisse uti Aegyptios Imperatore suo paulo ante tempora Salomonis. hinc omnium maximè post hæc Rampses ac Sefostris dominari scribuntur, eorum tamen regna latius non pertinuerunt, quam vel Nabuchodonosori, vel Cambyfis, Persicorumque. Regum vsque ad Alexandrum Magnū, vel huius; angustiora fuerunt imperio Romano, Occidentaliue, aut Orientali, Gallicano similiter, aut Germanico; cum Reges Boreales vtrique subiecti fuerunt. Nihil habet, quòd comparari possint cum Lusitanico, aut Hispanico quantum ad ditones in remotissima loca porrectas; minus omnibus his diuturniora fuerunt. Horum plerisque opulentiora, si commentis Aegyptiorum volumus haberi fidem, luxumque rerum cōsideremus. Et quamuis Sefostris ultra Gangem dicatur progressus, non tot tamen Græciæ, vel gætiarum finitimarum regiones, ut Alexander, deuicit, aut Hispanias, ut Nabuchodonosorus: vel, si quidem dicamus eò progressū Sefostrim, admodum tamen processit. Suidas ait Thulim quædam Aegyptium Regem vsque ad Oceanum imperium tenuisse, à quo dicta sit Thule; sed re-

ctè vir multæ eruditionis Iustus Lypsius in notis ad Tacitum: Quis, inquit, tam infandum somniauit vllus ægrotus? Nā quæ tantæ rei testè citat Suidas ex antiquis, qui diligentissimè res Aegyptiacas scriptis mandarunt, cum sit ipse præ illis scriptor admodum recens, cuius tam vetusta ac tam vasta traditio non possit credi. Iustinus verè scribit, antiquos Reges, ut Rhampses, Sefostris, Tarachus cum bella mouebant, victoriis fuisse contentos, abstinuissent imperio: ut sciamus Aegyptiis Regibus amplitudinè regnorū diuturnā non fuisse. Quod autè spectat ad Aegypti frequentiam, quæ tanta erat Amasi regnare, ut urbium viginti millia haberet; id nobis est explicandum. Numquid enim dicemus ditaxat esse vrbes, quibus est Episcopus? Ridiculè. Nulla igitur antiquis vrbes; nā neque Episcopi vlli erant. Docuimus nos lib. 22. ad finè; ciuitates præcis vocatas quascumque pluriū domorū coniunctiones, quibus essent delubra & spatia cōmunia, ut diximus è Cicerone lib. de Rep. similiter easdem fuisse cum oppidis; castra iis erant arcium latiorū munimenta. Itachæ Græci vocabant πόλις, ciuitatè: atque illa nihil aliud erat, ait Cicero, nisi nidus saxo affixus. Quibus explicatis, quid obest, quin Germaniæ, aut etiā Galliæ & Hispaniæ sint urbium propè dixerim viginti millia? Ostendimus ibidem ciuitatū magnitudinè non facere ad felicitatè. Sed his omisissis, ex quo vidimus plurima Aegyptiacorum Regum vel fabulosa esse, vel non ita ut iactantur magna; ostendamus quæ fuerint illis ærumnosa, quæ nostrorum nulli Regi contigerunt; quamuis, quæ pluribus eorum fuerint calamitates, aut etiam prospera, ignoremus, quòd eorum gesta prodita litteris non fuerint, & exitus sint ignoti. **D**

Primum sit tamen infelix euentum, quòd cum tot è nostris Reges numerentur, & maximi Imperatores, qui tot orbis partibus per tot annorum sæcula præfuerunt; nullus tamè vquam fuit ex illis, qui mari cum tam magno exercitu fuerit submersus, aut alioquin occisus; ut neque superfuerit ex illis vnus. Secundum. Neque fuit vnus è nostris, cuius vquam regnum tot aduersa affixerint, quod eodem Pharaone regnante prostrauit Aegyptum. Tertium. Similiter nulli contigit è nostris, ut duos filios manibus propriis in flammis coniecerit, ut ex incendio, quo circumdabatur, se posset eripere, aut etiā morti apertæ eadem de causa volens eos obiecerit, ut ex illa sese posset eximere: quod narrat Herodotus Sefostrim fecisse. **E**

Quartum. Nulla Catholicorum Regū profapia tulit duos Reges Catholicos tādium regnantes, alterūque alteri proximè succedente, tot sceleribus inuolutos, & qui subiectos adeò ve-

xarint & opprefferint, vt Cheopes, & Chephrenes fuerunt, qui cētū sex annis Aegyptios operibus ad solam iactantiā cōstructis affligerunt, pyramidibus scilicet incredibili magnitudine ac sumptu attollendis, ita vt Herodotus dicat omne genus calamitatis Aegyptios his regnantibus fuisse perpeffos: iidem verò Reges templa omnia claudi iusserunt, vt nullus omnino vlli Deorum Gentiliū cultus esset: quibus quamuis reuera nihil honoris debebatur, Aegyptiis tamen id erat maximè luctuosum, rem pensantibus non ex ipsa veritate, sed è sua fide ac persuasione: quamuis hæc infelicitas ad subiectos potius videatur pertinere, quàm ad Reges, tamen & Reges hos, eorumque nepotes tangit, cum tales fuerint, vt Aegyptij, quod Herodotus scribit, præ odio ne nominare quidē velint eos, scelestissimosq. arbitrentur, cumq. trecenta ac sexaginta mortalium millia, quod Diodorus refert, ad vnam earum pyramidum construendam fuerint addicta; hinc crudelitas Regum & insolentia ita populoc compulere, vt eorum aut dissiparent corpora, aut eicerent è monumentis.

Quintum. Cumque pertineat ad laudem principum, subiectos populos bonis imbutis moribus, contra soleat crimini iis dari, si malè sint illi morati; sicut gloriam solet augere Aegyptiacorum Regum, quod ab initio philosophiam, qua cunctæ artes liberaliores contineri solent, & ad quam disciplinæ omnes laudabiles reducuntur, excoluere, quod in Phædro habemus à Platone testatum; quam tamen à Iudæis maximè acceperunt, cum in Aegyptum se contulere, vt libris contra Apionem docet Iosephus, Clemens Stromatū 1. Eusebius libro de præparatione Euang. nono: sic ipsorum facta obscurat, laudes extenuat, auget ignominiam, quod postquam Iudæis in sensu in primis fuerunt, in flagitiosissimos omnium mores maximè prolapsi sunt Aegyptij. Hinc religiosum fuit illis, ac laudabilissimum, si mulieres cum hircis coissent: id nos Herodoti testimonio, qui hæc vidit, lib. 12. c. 19. probauimus. hinc autē sit satis adduxisse Pindari versus idem dicentis, sic igitur ille:

μὲν δ' ἴτα παρὰ κρητὸν θαλάσσης νεῖλα κέρασ  
ἀργύβατοι ὄθι τράγοι γλυκάζει μίσηγονται:

Id est:

Mendeta prope fontem maris Nili cornu  
Caprarum mariti, vbi hirci cum mulieribus coeunt.

Vt iam mirari definamus, si apud Aegyptios in primis Capripedes Panes, Fauni, ac Satyri colerentur, quod libro 11. scribit Herodotus:

Sextum. Sic etiam nulli Regum Catholicorum contigit, vt eis subiectæ gentes orbem replerint infandissimis aduersus diuinitatem confictis fabulis. ab Aegypto namque Deorum multitudinem in Græciæ regiones & alia loca profectâ testatur Herodotus lib. 11. Aegyptij porrò abieciissimè præ cunctis gētibus de Deo senserūt, & prodigiola quæque cælo inferebant, ac superis adscribebant, quod nos lib. 12. cap. 17. persecuti sumus.

Septimum. Qui verò Catholici Reges vniquam tulere huiusmodi legem, vel permiserunt obseruandam, vt in eorum regiones nullus exterus posset aduentare; qui fuisset ingressus, vel neci, vel seruituti addiceretur? quam legem sanè Aegyptiis fuisse post Hebræos exactos, vsque ad Psammitichum Nechi patrem, scribit Diodorus, à quo Psammiticho refert eam sublatam; vt proinde indignantibus populis honores dari aduenis, Aegyptiorum ducenta millia ab illo secesserint, & in Aethiopia sedes constituerint. Non igitur malè Virgilius inducit Aeneam loquentem, cum venisset ad Libycæ littora Aegyptiacis propinqua:

Quod genus hoc hominum, quæue hunc tam barbara morem  
Permittit patria? hospitio prohibemur arena;  
Bella cient, primaque vetant consistere terra.  
Si genus humanum, ac mortalia temnitis arma,  
At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.

Omittimus Bulyridem cunctis decantatum, de quo Eusebius in chronico, & sanctus Augustinus lib. de Ciu. Dei. Quocirca historici mores Aegyptiorum maximè improbarunt quasi inciuiles, incōstātes, dissolutos, vt Polybius ac Strabo, qui ipsum refert lib. 17. Ac sicut Chaldæi visi sunt Aegyptiis meliores, sic disciplinarum quarumdam fundamenta habemus ab iis ex antiquiori tempore. Verbi gratia, stellarum motus, spatia, magnitudinemque metiri est huiusmodi, vt qui hæc tradit, necessario calleat optimè quæcumque pertinent ad Mathematica, vt Arithmeticam, & alia. Atqui Ptolomæus ipse Aegyptius nullas profert antiquiores obseruationes in istis, quàm tradi-

tas

tas Babylone à Chaldæis regnante Nablosaro Nabuchodonofori patre, & Mardecem-pado, qui ante illum fuit; quod apparet Almagesti lib. 3. cap. 8. & 10. lib. 4. cap. 6. 8. 11. lib. 5. cap. 14. lib. 6. cap. 4. lib. 7. cap. 3. lib. 9. cap. 7. lib. 10. cap. 5. 9. lib. 11. cap. 8.

Octauum. verum ne omittamus Regum propria: nullus vniquam fuit ex vlla Catholicorum prosapia Catholicus Rex adeò truculentus, qui fratrem necarit, & in triginta frustra discerperit, singulaque singulis homicidij rei distribuierit, vt Typhon fecit aduersus Olyridem fratrem, quod supra retulimus.

Nonum. sic contra nullus Rex Catholicus fuit in vlllo regno, qui cum fratrem necasset, fuerit mox ipse à nepote interfectus, vt accidit eidem Typhoni. Neque occurrit vllus adhuc è nostris Rex saltem paulo celebrior, qui viuus fuerit exustus, vt Bocchorum scribit exustum à Sabacho Eusebius in chronico suo.

Post huiusmodi à nobis relatos Reges, Aegypto potiti sunt Persæ, quamuis aliquando discessum fuerit ab obedientia ipsorum, creatique Reges, qui paruo tempore perstiterunt. Ac de Persis diximus loco suo. Persis successere Ptolomæi, de quibus à nobis est dicendum.

Explicantur euenta infelicia Ptolomæorum, qui sunt Aegypto dominati. Cap. XV.

**P**tolomæi Reges imperio continuerunt Aegyptum, plerumque Cyrenem, quadoque etiam Syriam, & aliquas Aethiopiæ terras, ita vt illud magnitudine sua nullum nostrorum, quæ supra recensuimus, superet, aut æquet. regnarunt annis, si volumus Eusebium sequi, ducentis vigintiseptem.

Ptolomæus Lagi filius huius agnationis regiæ primus imperauit annis quadraginta, Philadelphus triginta octo, Euergetes vigintiseptem, Philopater septemdecim, Epiphanes vigintiquatuor, Philometor viginti quinque, Euergetes viginti, Soter decem & septem, Alexander decem, Ptolomæus Cleopatrx filius octo, Dionysius triginta, Cleopatra vigintiduo. Ita Eusebius tempora successionemque Aegyptiacorum Regum recenset: alij scriptores paulo aliter: eos nos secuti sumus lib. 10. sign. xxxviiij. de pietate cap. 4. Cur inter se dissentiant, & à quibus sit veritas, non est instituti præsentis explicare. satis hic habebimus euenta infelicia recensere, quæ proposuimus eodem loco.

Primum sit itaque, quod nulli Regum nostrorum prosapiæ contigit, vt produceret aliquem, qui regnandi causa matrem perimeret, vt Philopater & Alexander fecere: multo igitur minus, qui patrem, ac matrem simul necaret, vt Philopater.

Iustin. lib. 29. & 30.

Secundum. neque similiter, qui vxorem foremque eandem suam: quod patrauit idē Philopater. Ac licet nostri sorores in coniugio non possint habere, possunt tamen sobrinæ ex indulgentia Pontificis ob graues causas solitas aliquando dari.

Tertium. præterea nemo è nostris filium fratremque simul regnandi causa suspitionibus inductus interfecit, quod Euergetes admisit.

Quartum. quid illud? idem necauit alium filium, non contentus vno, & in frustra disceptum, cistæque inclusum matri dono dari curauit. quæ nostrorum Regum consanguinitas tale monstrum tulit?

Quintum. neque poterit è nostris adduci vllus, qui filiam, generumque simul peremerit, quod Auletes fecit.

Strabo lib. 17.

Sextum. haud igitur mirum præ tot ac tantis sceleribus, si desit huiusmodi agnatio in feminam impudicissimam, quæ fratrem interfecit, & aspida ad vbera admouit, seque ipsam tandem necauit, qualis fuit Cleopatra, cui nescio an similis in tot sceleribus perpetrandis, & vita tam miserabili exitu conclusa possit è tota antiquitate inueniri.

Septimum. Quamobrem nullam crediderim ante hanc Regum fuisse consanguinitatem, à qua tam crudelia sint euenta, luctuosaque scelera à suis aduersus suos admitta: ac forsitan non extitit post hæc vlla, in qua toties fuerint repetita facinora tam truculenta & impia à tot eiusdem agnationis liberis in tam propinquos è suis.

Ex

*Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, quæ post Persicos Reges à nobis  
suprà memoratos Persicis regnis sunt potita, ex quo Mahometani  
tenere illa ceperunt. Cap. XVI.*



Vod diximus sæpè, non pigebit repetere. Si felicitas constituatur in rerum luxu, aut libidine exatianda, nostri Reges cunctis infeliciores: sin ponatur in virtutibus, nihil æquari nobis aut conferri etiã potest vlllo modo. Præterea verò si agatur de omnibus ijs, quæ pertinent ad externa bona virtutibus non aduerfantia, Regum nostrorum: vel agnationes, vel consanguinitates cunctis sunt præstantiores ac beatiore. A nobis est dictum suprà de omnibus ijs cognationibus regis, quæ Persiæ, adiunctarumq. regionum tenuerunt in peria vsque ad Heraclium & Mahometis sectatores. Reliquum nobis est, vt inspicimus de ijs, qui post hæc illis sunt potiti vsque ad ætatem nostram.

Mahometes impius deceffit absque maribus anno vigesimo primo Heraclii, vt auctor Miscellæ, qui non longè abfuit ab his tēporibus, tradit lib. 18. is videtur esse annus Christi 631. natus dicitur 667. successorem reliquit Ebubezerem cognatum, qui mendose vocatur apud Guglielmum Tyrium lib. 19. cap. 21. Beberce, statuitque duces militares, qui illi ac successoribus eius parent, quos Amiras, aut Amireos vocauit.

Ebubezer, siue Bubezer regnavit annos duos, menses sex, qui sine maribus & ipse est defunctus. Abubachar vocatur à Cedreno.

Haumar siue Vmarus, vt nominat Cedrenus, cognatus & ipse legislatoris nefandi Persiam cepit, Aegyptum & Afsyriam; fraude occisus est à quodam Persa, vt refert Miscellæ scriptor lib. 19. anno 4. imperii Constantis, qui est Christi 644. sine maribus & hic è vita migravit.

Haomen consanguineus superiorum Haumari successit. Hic, qui à Guglielmo Tyrio Themenus vocatur Mahauia duce Africam expugnauit, illi que tributa imposuit, Armeniam, Imauriam Cappadociamque incurfauit, Aradum Rhodumq. vastauit, dolo necatus est anno decimo quarto Cōstantis, seu Christi sexcentesimo quinquagesimo quinto. Post huius obitum de imperio certatum est inter Muhauiam & Halim generum, fatremq. patruele Mahometis. victus est Hali & interfectus anno sexcentesimo quinquagesimo nono.

Muhauias Ciliciam, Lyciam, & Africam cepit, vt in Leontio Zonaras scribit, quin ipsam Constantinopolim obsedit, multis irruptionibus est populatus, ac mortuus est anno sexcentesimo octuagesimo.

Gizid Muhauia filius præfuit annis quatuor, obiit sexcentesimo octuagesimo quarto Christi. Muhtarque Persiam occupauit. Arabes autem constituerunt ducem Habdallam filium Zubedir. Nonnulli verò Maruhan.

Maruhan mensibus nouem regnavit.

Habdimelech filius Maruan vicit, & interfecit Habdallam, ceterosque sibi obstitentes interemit, Armeniam sibi adiunxit, Africam prorsus subiecit anno sexcentesimo octuagesimo nono, Leontij Imperatoris secundo. Miscellæ auctor lib. 19. Zonaras to. 3.

Hulid filius Abdalharis Habdimelech defuncto successit anno Absimari Imperatoris septimo, Christi septingentesimo quinto, defunctus est septingentesimo decimotertio Miscell. lib. 20.

Zulcimin filius Habdimelech regnavit annos tres, Miscell. lib. 21.

Haumar filius Habdimelech ei successit anno septingentesimo decimosextimo, quo tēpore Hispania capta est ab Arabibus Cōstantinopolis obsessa, vt Zonaras tom. 3. in Leone Isauo tradit.

Gizid defuncto Haumare imperium obtinuit anno septingentesimo vigesimo, filius fuit Habdimelech: duce Muzalma, Gizid quemdam, qui Persidem ceperat, occidit. Miscell. lib. 22. Izedum vocat hunc Cedrenus: ab eo Sardinia est adducta in potestatem.

Euelid Gizidi proles fratri successit anno septingentesimo vigesimo quinto, Cæsareã Cappadociæ cepit. Hoc regnate, Coraxani, Turcæque aduersus Sarracenos bella gerere ceperunt. Vualidus hic à Cedreno nominatur in vita Copronymi, necatumque ab Arabibus refert, & ante eum tradit regnasse Isamum. per hæc tempora Carolus Martellus prælio commisso bis Sarracenos in Galliam progressos fudit, semelque occisa sunt eorū

trecent-

A trecenta septuaginta millia, vel etiam septuaginta quinque, vt Eudo in litteris ad Gregorium Papam datis refert, & Paulus in vita Theodorici ij. narrat. quocirca reiecti in Hispanias concesserunt.

Gizid filius Habdimelech imperia excepit anno septingentesimo quadragesimo quarto, Cyprios hic in Syriam transtulit: occisus est ab Arabibus: Isidus Leipsus hic à Cedreno vocatur.

Hices vel Habdimelech filius eius regnare cœpit anno septingentesimo quadragesimo quinto: omittitur hic à Cedreno & Zonara.

Maruham ei successit anno septingentesimo quadragesimo sexto: sed septingentesimo quinquagesimo Coraxani populi bellum mouerunt aduersus Maruham: tenebant hi tenentque adhuc antiquas Parthorum sedes. Nonnulla verò sunt hic obseruanda. Primumque sit illud: sanxisse Mahometem, vt vnus omnibus suæ superstitionis, & impietatis sectatoribus Rex esset, idemque Pontifex, qui non hereditario, sed electionis iure ceperet imperium, Caliphaque vocaretur, quod Guglielmus Tyrius lib. 19. cap. 21. Ioannes Leo in tertia parte descriptionis Africæ, vbi agit de ratione, qua Rex Fessæ viuuit, Zonaras tom. 3. in vita Michaelis Duca tradit. Secundum. Numquã fuisse maius imperiũ Mahometanorũ Regi vlllo, quàm ijs, qui imperarunt ab anno septingentesimo vigesimo vsque ad annum septingentesimum quinquagesimum. Hoc namque tempore possederunt Hispanias, Sardiniam, Libyam, magnam Mauritaniam, & Numidiã partem, Cyrenem, Aegyptum, multas Arabiæ terras, Syriam, & Asiam minorem propè totam, quòd si hi potiti essent quidquid est post Persidem finitimarum regionum vsque ad Indum; Nabuchodonosori imperium, & Alexandri æquassent. Tertium: afferi à scriptoribus superiores Reges fuisse agnationis eiusdem cum Mahomete, quamuis ab eo non fuerint prognati: sed ab eius maioribus. Quartum: nullum è superioribus ad nepotes suos imperium transmississe. Quintum: ex hoc imperium tam late hæcenus diffusum cœpisse in plura discindi, occasio fuit huiusmodi. Hali fuit patrueles frater Mahometis, idemque gener, quòd eius filiam Phatumam duxisset vxorẽ, vt adducto loco refert Ioannes Leo. Hic cum fuisset electus Rex, ac Pontifex, aduersus Muhauiam prælio, vt diximus, commisso est occisus. idem iactabat se Prophetam caelo demissum, ac Mahomete maiorem: liberi tamen eius aliqui superstites fuerunt, & in minori Arabia delituerunt, vt refert Miscell. scriptor lib. 22. Ioannes Leo in 3. parte, & Guglielmus Tyrius. Anno igitur nono Copronymi, qui est Domini septingentesimus quinquagesimus Salim, Habdallas, & Habubalas, qui & Huhamat siue Mahometes, fratres è stirpe & agnatione Hali, adiunctis sibi Coraxanis, ad quos misere libertum suum nomine Hamuslim, fuderunt, & interemerunt Maruham, cuius filij profugerunt in Hispaniam. Ipsi autem sibi regna cis Cyrenem diuiserunt: & Habubalas quidem Caliphas est creatus, Arabiamque, & Persidem possedit: Salim verò frater Aegyptum, Habdallas Syriam, & Mesopotamiam. Præerat tunc Africæ Muhauias Caliphæ Maruã defuncti nomine, vt colligitur ex auctore Miscellæ. Hunc Muhauiam fuisse agricolam refert ex Rafe Vafæus anno septingentesimo quinquagesimo septimo. Huius filius fuit Abderamen, qui se Hispaniæ Amirum, siue Miramolimum, Regemque Cordubæ iussit appellari, & subduxit se ab obedientia Caliphæ Orientalis.

Habubalas, qui & Mahometes, regnavit vsque ad annum septingentesimum quinquagesimum quartum.

Habdallas frater eius tenuit Persidem, Syriam, Mesopotamiam, & Arabiam: præfuit annis viginti & vno. Hoc regnante Turcæ è Caspiis portis eruperunt, eumque multis bellis fatigarunt. Idem misit ad Africam debellandam copias. Mady, qui & Mahometes, filius Habdallæ rerum potitus est annis nouem. Moyfes soboles Mady regnavit anno vno. Hucusque posteritas Hali rerum potita est annis triginta quinque.

Aaron triginta tribus annis imperauit, iniit imperium anno septingentesimo nonagesimo nono. Hic est, qui munera magnifica ad Carolum Magnum misit, vt scribunt in eius vita Eghinartus, & Rhegino, testanturque Orientis totius imperiũ tenuisse. Hunc è genere legislatoris impii aut Hali fuisse vult Ioannes Leo parte 3. in Fessæ descriptione. A quo similiter habemus Hali posteros ad internecionem petitos ab Habdalla. Seffec nepote huius Aaron: quorum tamen superfuit quidam, à quo genus duxit, qui in Africa Fessam condidit, Idris nominatus, de quo mox, ceterisque Hali nepotibus dicemus. hic igitur

tur

tur amiserit imperium, qui ab Haome, qui post Mahometem tertius Mahometanorum Calypha fuit, prognati asseruntur, ac post hos, qui ab Hali genus duxerunt, è quibus Habubalas interfecit Regem Caliphamque Maruam, ut idem Leo tradit eodem loco, cum tenuissent illud annis centum quinquagintaquinque, Regesque & Pontifices septemdecim è suis habuissent, è quibus tresdecim ab Haome deriuantur, quatuor ab Hali. Dicuntur tamen adhuc ostendi inter Mahometanos, qui se Mahometis cognatos profitentur, ij sunt abiecti, plerique omnes inopes, stipemque efflagitantes, & omnibus vitiis inuoluti, ut testantur Ludouicus Bassanus in historia Turcarum cap. 25. & Nicolaus è Nicolais, lib. 3. cap. 22. vocantur hi vel Emiri, id est cognati Prophetæ, vel Iesilbassi, quod scilicet viridi panno caput tegant, sicut cõtra qui se ab Hali prognatos iactant, qualis fuit Ismaël Sophus auorum nostrorum memoria, Chesusbalsi, quod rubro indumento caput aperiant. Inter utrosque autem, vel eorum studiosos implacabilia & truculenta sunt bella.

Muhamar Aarõni patri successit, in quem sumpsit arma frater Habdallas, à quo victus & fugatus tenuit Gabdam.

Habdallas in Perfide post hæc regnauit, sed ob fraternas discordias rotum regnum à Perfide vsque ad Libyam in diuersos Reges est scissum: Aegyptum & Africam duo sunt partiti, Damascum tenuit alius, alius autem Palæstinam; quæ scribit auctor Miscellæ lib. 24. Ex hoc tempore suus Aegyptiis Calypha fuit, suusque similiter Mesopotamiam, ac Perfidi, qui in Bagadata sedes habuit. Vrbs est hæc haud procul à Babyloniæ antiquæ solo. testatur hæc Guglielmus Tyrius lib. 1. cap. 3. & lib. 5. cap. 24. superstitionum verò utriusque contraria fuerunt decreta, mutuisque se execrationibus illi detestabantur. Hic igitur status fuit imperantibus Nicephoro, Michaële, & Leone Armenio.

Amerumnes in Persia scribitur à Zonara regnasse Theophilo Leonis successore imperante. Cuius fuerit filius, nobis est incomperum: magnis certè cladibus hæreticum Imperatorem afflixit. Curopalates vocat hunc Amerumnem Imbrielem: narratque Persas hoc tempore à Sarracenis discessisse, ac petijisse ab Imperatore, ut ad eos mitteret Theophobum, qui regio Persarum sanguine ferebatur ortus, qui Persis imperaret.

Mahumus similiter à Cedreno refertur, imperante Michaële Theophili filio, regna Orientis renuissè, coepit autè tenere viuente adhuc Theophilo, ut è Curopalate apparet.

Abdelomeres æquè memoratur ab eodè in vita Basilii Macedonis, qui Michaëli successit, & Mahometanos repulit vsque ad Euphratem, prouinciasque omnes Asiæ minoris Romano iestituit imperio. decessit Basilii anno octingentesimo sexagesimo octauo. Quin anno nongentesimo vigesimo secundo, post annos scilicet quinquaginta, rerum potito Romano Lecapeno Mesopotamia adhuc erat in potestate Imperatoris Constantinopolitani, quod Curcuas vir strenuus bellum gesserit annis viginti duobus, & septem mensibus, ac Theophilus eius frater aduersus Mahometanos, qui Syriam Mesopotamiamque possidebant, eosque, ait Cedrenus in vita Romani Lecapeni, oppreserint, atque adeo deleuerint: eadem refert Curopalates. Qui verò his temporibus Caliphæ fuerint in Persia non produnt recepti, quos in manibus habemus, scriptores. Idemque status fuit imperante Zimisice, ut è Zonara, Cedreno, & Curopalate constat.

Chosroës Babyloniæ Princeps erat imperantibus Basilio Porphyrogenito, & Constantino, ut apparet è Curopalate & Zonara in vita Basilij eiusdem Parphyrogeniti: imperare coeperunt isti anno nongentesimo septuagesimo septimo, quo tempore vir quidam Persa Inargus, siue Inarchus nomine popularibus suis coepit suadere, ut Sarracenorum iugum excuterent, & in antiquam se libertatem vindicarent, victi sunt Persæ, quod Chosroës vsus sit in prælio tribus millibus Romanorũ captiuus, Sclero duce aduersus Inargũ.

Mahometus Imbraëlis filius post Chosroëm Perfidi est dominatus: hic à Turcis est vita regnansq. omnibus spoliatus, circiter annum millesimũ ab ortu Christi, ut modò dicemus. conduxerunt autem Persæ aduersus Chosroëm Turcarum viginti millia.

Tranglophix natione Turcus, Turcorumque Princeps aduocatus auxilio tempore Basilij Pophro geniti à Mahometo Imbraëlis filio, Regeque Perfidis Chorasmiorũ, & Mediæ aduersus Babylonios, cum victoriam ei peperisset, neque ad sua reuerti permetteret, præliis quibusdam commissis Mahometum vicit, & occidit, omniaque ipsius regna domitis Sarracenis in se transtulit. Quin idem tantas est vires nactus, ut Asiam totam vsque ad Helleponti fauces adduxerit in potestatem Monomacho imperante, ut Zonaras refert. atque his temporibus Caliphæ solam quamdam dignitatem, non eandem verò potestatem

A rem retinebant. Hic porrò Tranglophix Abrahamum fratrem necauit. eadem cum Zonara scribit Curopalates. Paulo aliter rem tradit Guglielmus Tyrius lib. 1. cap. 7. scribit enim Turcas Persarum Regi tributa soluere solitos, consilio inter se communicato, Regem quem Sultanũ vocabant, constituissè Selduch quemdã, qui vniuersum occupauit Orientem, Syriamque, & Hierosolymam. Cumque nonnulli è Turcis tantæ deliberationi non assensissent, vocati sunt hi Turcomani, id actum tradit triginta aut quadraginta annis antequam nostri expeditionem sacram in Concilio Claromontano susciperent sub annum millesimum nonagesimum quintum. Sic igitur acta hæc à Turcis post annum millesimum quinquagesimum quintum.

B Belpher prælio commisso Romanum Diogenem Imperatorem cepit, & in potestatem redegit Syriam, vtramque Ciliciam, Isauriam, Pamphiliam, Lyciam, Pisidiam, Lycaoniam, Cappadociam, Galatiam, vtrumque Pontum, & Asiæ minoris partem, ut Tyrius vult lib. 1. cap. 9. hunc vocare videtur Axanum, siue Assanum Zonaras, cui Curopalates consentit. Adiciuntque hi Cuthlumum, qui Tranglophicis nepos ex fratre erat, bellum mouisse in Axanum filium Tranglophicis, qui patruelis erat Assani: sed ita conuenissè hos inter se adnitente Calipha Babylonico, qui ab impio Mahometo genus ducebat, ut Assanum Perfidem, ceteraque haberet, quæ poriebatur. Cuthlumus adiutus Assani copiis aduersus Christianos pugnaret, & quæcumque acquireret, ea sibi haberet. sic isti in vita Michaëlis Ducæ, cui successit Botoniatas. At Guglielmus Tyrius ait lib. 3. c. 1. & lib. 4. c. 11. Belpherũ tradidisse Solimano nepoti quiddam à Tarso Ciliciæ vsque ad Hellepontiũ, & à mari Mediterraneo vsque ad Septentrionem, dierũ triginta itinere protendebatur. Ducat verò alteri nepoti Damascum cum finitimis oris. Seruo autem Afsangur Alapiam: fuit hic Afsangur pater Sanguini, auus Horadini, Acciano denique Antiochiam; ceteris nepotibus ac feruis cetera regna. In his Rex erat Persarum, qui Sultranus vocabatur. Hæc ille, qui Calypham Babyloniæ fuisse adhuc refert Baldacensem vocã. Multi enim volunt vbi Babyloniæ prisca loca erant, esse nunc Bagadat, siue Baldac. Addit præterea lib. 5. cap. 14. Regem Persarum copias innumeras misissè Corbagatho Duce, quæ Turcis essent auxilio aduersus nostros, qui in expeditione sacra multis vrribus captis Antiochiam obsidebant, cum bis Solymantum fudissent, & lib. 11. cap. 16. scribit singulis propè annis misissos è Perfide exercitus ad infringendas & conterendas nostrorum manus, & cap. 19. misissum Principem quemdam Menduc nomine, & cap. 23. Borsequinum Turcarum Principem, & cap. 9. Guzi Turcomannorum Ducem, & cap. 17. Balac Turcarum, ac rursus lib. 13. cap. 16. eundem Borsequinum.

C Calypha tamen Baldacensis veluti monarcha, & omnibus imperans nominatur ab eodem Tyrio, lib. 19. cap. 12. anno Christi millesimo ceteresimo septuagesimo secundo. Quod verò illi nomẽ & genus fuerit, non enarrat, neque nos aliunde eius, superiorumque, ac sequentium potuimus expiscari. Illud certũ non longè post hæc Saladinum cuncta vsque ad Euphratem redegisse in suam potestatem, ut è libro eiusdem 22. apparet: sub annum verò millesimum ducentessimũ quadragesimum, Iochis Tartarorum Rex Persiæ partem cepit, Manguq. & Halaon frater Mägu Regis, similiter Tartarorum, qui Christianus fuit reliquum Persiæ, Mesopotamiamque, & Calypham Babylonicum fame enecauit.

D Halaon fratri successit, & imperauit vsque ad annum millesimũ ducentessimũ sexagesimum quartum, & Christi cultor fuit: anno tamen millesimo ducentesimo sexagesimo nono Marcus Polus ait Regem Babyloniæ fuisse Bendochdarem.

E Abaga patris excepit imperium, ac præfuit vsque ad annum millesimum ducentessimũ octuagesimum secundum, Christianus non fuit: Christianorum tamen amicus, veneno periit.

Tägodor, qui sacro baptisate ablatus Nicolaus est dictus, frater Abagæ, Rex à Tartaris electus Christi legem repudiavit, Mahometusque est dictus, obiit anno millesimo ducentesimo octuagesimo quinto.

Argon filius Abagæ à patruo est interfectus, Christianis amicus fuit, quamuis nõ Christianus; decessit anno millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

Regaitus frater Argonis, homo vitij, ac luxui deditus cum præfuisset Tartaris sex annis ad extremum fuit à suis suffocatus.

Baidus illi est suffectus Christianus Christianiq. cultus studiosissimus promotor Mahometaniq. euerfor. Quocirca à nonnullis accersitus Casanus eum præliovicit & occidit.



**A** Cassanus quamuis initio fuerit hostis Christianorum, mox eis factus est amicus, aduersus Melechum Nassarem Aegypti Regem, siue Sultanum pugnavit, victorque Syriam cepit & Damascum anno millesimo trecentesimo primo. meminit Cassani Ioannes Villaneus lib. 8. cap. 35.

Carbanda Cassani excepit imperium: quamdiu vixit mater eius Christiana, Christianus & ipse erat: ea defuncta, legem Christi abiecit, Mahumeto adhæsit: Taurusii morari solitus erat. Atque hæc omnia latè complexus est libris suis, qui fuit his temporibus, & plurima horum vidit, Haito Armenus.

Post Carbandam, aut alios, si qui fuerunt eius successores, tenuerunt Persica regna Tamerlanes liberique ipsius.

**B** Tamerlanes igitur circiter annum millesimum quadringentesimum Persiæ, Babyloniam, ac pleraque Asiæ regna possedit, de cuius gestibus Laonicus Chalcocondylas.

Sachruchus patri successit, ac breui regnavit.

Paiangures eius frater minimus superiorum regna excepit, fratrem Abdulatriphem cepit, & in carcerem coniecit.

Trochies Paianguris proles patri successit, ac Paiangurem fratrem bello vicit. è Trochiiis filia, & Charaisuphe natus est Tzanifas Afsyriorum & Babyloniam Rex. filium Trochies reliquit, qui breui imperavit, & mox eius nepotes præfuerunt, de quibus lib. 9. Laonicus, & lib. 3.

Cassanus, qui & Vsumcalsanus, & Afsambechus, natione Turca patre Scendere natus è Carailucis familia. Scenderes autè fuit Armeniæ Rex, & à coniuge est interfectus: decessit anno millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, cunctis Mediæ, Persiæ, Armeniæ, Mesopotamiæ, ac finitimarum regionum imperiis in potestatem adductis, & quatuor filijs relictis è Despinacotona filia Caloioannis Trapezuntii Pontique Regis.

Iacobus filius Vsumcalsani fratrem necavit, cum alio pactus est, à quo & alter frater fuerat interfectus: veneno & ipse extinctus est ab vxore.

Alumutus filius Iacobi victus ab Ismaële Sopho, regnoque exutus est, ac vita.

Muratcanes frater Alumuti, Babyloniamque, vt quidam vocant, Rex, ab eodem victus, regnoque eiectus.

Ismaël Sophus superiorum consanguineus, Secaidariq. filius, quem sibi generum Afsambeius adsciuerat, ab Hali iactat se genus ducere, ferrurque Hali decreta sequi, cunctis Persiæ, Mediæ, Armeniæ, Mesopotamiæque, ac finitimarum regionum regnis est potitus, matrem necavit ac sobrinum, quod Angiolellus scribit in itineralio suo.

**D** Thammæ Ismaëlis filius duos fratres Eliam Samumque interfecit, quæ Natalis Comes tradit: obiit anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, vndecim filijs relictis: ex his octo obtruncati ab Ismaële fratre, & hærede ex testamento patris Thammæ.

Ismaël fratres octo occidit, cū prius ex vndecim fuisset alius Aideres nomine & ipse ab aliis interfectus: præterea verò innumeros è propinquis. discessit à superstitione Mali, & Ismaëlis aui, adharens contrariæ, qua de causa plurimos interemit: dictus est veneno Periaconchonæ sororis obiisse.

Mahemetus cognomèro Cadabāda seu Cadabāches Ismaëlis frater Periaconchonā sororem mandavit occidi. Hic adhuc dicitur imperare, bellaque illi perpetua cū Turcis.

**E** His autem regiis posteritatibus, quas memorauimus, veluti non accidere felicia euenta, quæ nostris obtigisse narrauimus supra, sic euenerunt hæc aduersa in nullam Catholicorum Regum Catholicam profapiam cadentia, vt apparebit.

Primumque sit illud: Cū multi recenseantur electi Calyp hæ post Mahometem vsque ad Maruham, nullus eorum tamen ad pronepotem transmisit imperium, vel eorum nulli pronepoti contigit, vt Calyp hæ recto & haud interrupto ordine deligeretur post maiores suos: & tamen plurimis Imperatorum nostrorum contigit, vt recto ordine ipsorum liberi regnauerint vsque ad pronepotes, & vltra ipsos, vt cap. 6. libri huius est explicatum, & constat è libro 21. cap. 5.

Secundum. Nulla Catholicorum Regum posteritas Catholica exstitit vllibi, quæ legē tulerit, vt cuius liceret coire cum feris ipsis, quæ forent in dominio coire volentis, vt successor Mahometis Ebubezer, siue Eubochar, aliiq. post ipsum delecti sanxerunt: quod nos ostendimus lib. 12. cap. 20. atq; hoc longè omnium turpissimum, quod nulli contigit genti paulo celebriori.

Tertium.

**A** Tertium. nulli Regi Catholico contigit, vt vno prælio amiserit suorum trecenta septuaginta quinque millia, vt euenit regnante Euelido, cū Sarraceni à Carolo Martello sunt profligati.

Quartum. nullus vquam fuit Rex Catholicus, cuius exstent propinqui vlli, qui tā turpem, infamem, & ruinofamque vitam degant, vt plerique omnes eorum, qui gloriantur inter Mahometanos esse propinqui legislatoris impij Mahometis.

Quintum. nullius regiæ posteritatis Catholice fuit vllum regnum Catholicum tamè in quo cōsiderint occupato imperio tot exteræ & inimicæ nationes, quot sedes fixerunt in Persico, ex quo Mahometis sectatores illud occuparunt. id esse sic nos explicauimus supra lib. 22. cap. 1.

**B** Sextum. cū post imperij Romani ruinā celeberrima sint excitata regna in Europa; quibus in Africa, & Asia fuerunt, ac sunt etiā nostra ætate latissimæ ditiones, nullū tamè est ex eis, quod fuerit ex vna in aliā posteritatē translatum paulo diuturniorè, cui nō sit consanguinitatis vinculum cum superiori: id nos ostendimus libro 21. & clariùs adhuc infra ostendetur. & tamen in hoc Persico regno sunt successiones quatuor saltem, vel etiam plures, quarum nulla superiori cohæret vlla copula consanguinitatis.

Septimum. nullus è nostris Regibus Catholicis fuit, à quo fuerint tot fratres occisi, quot ab Ismaele filio Thammæ, qui fratribus octo necem intulit.

Octauum. multo minus autem fuit è Catholicis vllus Rex, qui matrem necarit, quod Ismael Sophus admisit.

*Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, qua in Aegypto sunt dominata. Cap. XVI.*

**D** **E** Ost annum septingentesimum quinquagesimum Salim tenuit Aegyptum, depulsis iis, qui se Mahometis cognatos prædicabant, vt supra explicauimus. Hic autem genus afferre sibi ab Hali. Verum post annum septingentesimū nonagesimum nonum Aarō iniit imperium, eius autem nepos Habdulla Seffec persecutus est omnem Hali cognationē, quod & Aarō est exorsus ac molitus. Nihilominus Abuthamin cognomèro Ebuthediuala è stirpe Hali cū regnaret in Africa, Aegyptum sibi subiecit sub annum 967. eiusq. nepotes illud tenuerunt vsque ad Salhadinum, qui Califam tūm præfidentem cum tota progenie obrūtū cauit, sibiq. Califæ, & Soldani nomen potestatemq. arrogauit, vt refert lib. 20. c. 12. Guglielmus Tyrius. accidit hoc circiter annum 1169. Erat Salhadinus natione Curdus, eiusq. liberi dominati sunt vsque ad annum 1267. per annos scilicet nonaginta & octo, vt Ioannes Leo octaua parte descriptionis refert. Sublati verò fuere nepotes Salhadini à seruis, quos Mamaluchos vocabant, & ad militaria officia exercebant; qui deinde institerunt, vt ex ipsorum vniuersitate Califæ, & Soldanus eligeretur: primus ex eis vocatur à quibusdam Piperis: horum successio cum suis nominibus recensetur ab eo, qui sacri belli historiam continuauit, non est opus hic referre, quòd nullus ex eis fuerit eiufdè cognationis cum superiori. Erant autè Mamaluchi genere Circassigēs hæretica, priscis ignota supra Tanaim, Meotidemq. paludē sedes habens. Mittebant enim Reges, quos Sultanos vocabāt, Aegypti iam inde ab imperio Michaëls Paleologi, vt notauit Gregoras lib. 4. ad eas oras, & emebātur pueri multi ex ea gente, qui Christi cultu abiecto nomen Mahometi dabant, militiæq. inter Mamaluchos adscribebātur, & ex eis defuncto Regi, qui visus ijs fuisset, substituebatur. Regnarūt annis ducentis quinquaginta, vt Ioannes Leo refert octaua parte descriptionis Africa. Tenuerunt Aegyptum, Cyrenem, Syriam, & nonnulla Arabiæ loca. Extinxit eos Selymus Turcarum Rex anno millesimo quingentesimo decimo septimo. Electio ab illis plerumque fiebat cæde superioris Sultani admiffa, & armis, vique cuncta expedientibus; sicuti Romanis accidebat, cū præfesset Imperator. Infelicia porrò euenta istorum, quæ nulli nostrorum Regum contigere, sunt subiecta.

Primum. nulli Catholicorū Regum profapiæ cōtigit, vt ad tātam vastitatem vllas terras adducerēt, ad quantam Reges isti adduxere Aegyptū & Palestinā. Ostēdimus supra è Pomponio Mela, Plinio, ac Diodoro regnante Amasi fuisse in Aegypto urbium decē, & octo vel etiam viginti millia: Diodorus quidem certè, qui in Aegypto fuit, ait æta-

De Sig. Tom. 2.

Bbb te sua

te sua fuisse earum tria millia. Nunc autem vix supersunt triginta, quas enumerat, qui eas vidit, & regionem circumspexit, Ioannes Leo parte octava. Sunt verò illæ Bulyris, Alexandria, cuius modo vix supersunt reliquæ, Bocchoris, quam dicit euerfam, Rosettum ignobilis pagus, Anthius, Barnabalis, Thebæ præcis decantatæ, quibus nunc nonnisi trecentæ sunt domus, Fuoa, Mechilla, Derottes, Mochellatchais, Cairum, quod à Memphi longè differt, quamvis aliqui secus existimarint, quod ex eodem Leone apparet, Geza, Muhalaca, Cancha, Muhaifra, Benisuaifis, Munia, Elsumum, Mansiothis, Aziothis, Iechminum modò subuersum, Munfia, Giorgia, Elchianis, Darbanda solo nunc æquata, Chana, Afna antiquis Siene, Astuanum. Hæ sunt itaque viginti octo vrbes; è quibus duæ sunt euerfæ, aliquæ verò valde exiguæ, qualis Muchalaca, Muhaifra, Elchianis, Thebæ. Illa igitur oppida vetusta nihil nunc apparent, exstat locus, aut nomen, vel aliquid casarum. Iam verò quid de Palæstina dicemus? nihil in illa nisi Hierosolyma, cætera vici.

Secundum. nulli regiæ Catholicorum posteritati Catholicæ contigit, vt tam turpes in eorum regna, vel mores ipsi inducerent, vel sinerent induci, quales istis regnantibus Aegyptii didicerunt, ac seruant. Nam teste eodem Ioanne Leone, mulieres nuptæ nihil habent pudoris reliquum, sciunt earum mariti, neque id curant, corpus esse ijs venale, sui que copiam, quibus velint, facere.

Tertium. cum testetur lib. 2. Herodotus, qui fuit in Aegypto, saluberrimum tunc aërem fuisse Aegypto, nunc contra esse pestilentem testatur idem Leo. Atque nulli Catholicæ Catholicorum Regum consanguinitati accidit, vt ea regnante pestilens aër fieret è salubri in tam lata regione. Quin secus esse explicauimus nos libro 22.

Quartum. nulli Regum nostrorum cognationi plerumque euenit, vt vel illi eriperetur vel ipsa eriperet alteri regnum tanta perfidia, ac tam malis artibus, quanta omnes isti superioribus, adimebant.

Quintum. nulli Regum nostrorum consanguinitati contigit, vt tam latas regiones tot latrocinii repleret, aut è tanto tempore, vt Califæ Aegyptiaci repleuerunt. Nam prima parte descriptionis idem Ioannes Leo scribit ab Elchaino Califa Aegypti sub annum quadringentesimum à Mahometis ortu (is videtur esse annus nongentesimus sexagesimus septimus) eductas ex Arabia copias innumeras Arabum Scenitarum, immisissasque in Africam, quæ ex illo infestas habent omnes regiones à freto Atlantico vsque ad Euphratem, & nihil est ab eorum incurfationibus, ac prædationibus repentinis securum. id cuncti scriptores tradunt, ac multi, qui terras illas adierunt, ac peragrauerunt, omnibus restari solent.

*Explicantur euenta infelicia regiarum posteritatum, quæ in Africa sunt dominata. Cap. XVIII.*



Africa ex quo est à Mahometanis occupata, fuit in potestate Califarū, vt docuimus, qui vel se cognatos impii Mahomeris asserbant, vel speciatim se prognatos ab Hali nepotibus volebant. sed paulo ante annū 967. cum Elcainus Califa Aegypti gubernandam reliquisset Africam Principi cuidam è populo Zanhagiæ (Numidiæ gens est ista) Princeps arma sumpsit aduersus Eleainum, dominatumque totius Africæ illi ademit, vt prima parte Ioannes Leo narrat. Ex eo tempore Numidarū varii populi, & ex ijs populis Reges diuersi diuersis in locis Africæ regium nomen ac potestatem sunt assecuti: Quatuor autem fuerunt plerumque potentiores ex omnibus, Rex Fessæ, Rex Marocchi, Rex Telenfisi seu Tremisensi, Rex Tuneti. De Fessensi agit Ioannes Leo par. 3. de Marrochia no par. 2. de Tremisensi par. 4. de Tunetensi par. 5. In prima autem parte narrat è quibus Numidiæ populis Reges prodierint. Cunctis autem potetia, rebus præclare gestis, ac felicitate præstiterunt Reges Marochi, diuturnitate imperii Reges Telenfisi seu Tremisensi. Contigit autem plerumque, vt hi Reges vni parent, qui vel Marochi, vel Fessæ regias sedes haberet: fuere omnes ex aliqua trium gentium Numidicarum, nimirum vel Zanhagiæ, vel Musmudæ, vel Zenetæ. E Zenetarum gente exstiterunt, qui circiter annum nongentesimum sexagesimum septimum expulerunt Idris nepotes, qui suum genus ad Halim referabant ex Africæ dominatu. Hiq. dicti sunt è familia Mecnasæ, & quatuor

nume-

A numerantur, Tesfinus, Iosephus, qui cunctos Idris nepotes interimere studuit, Hali, & Abraham. Secundo loco egressa è Numidiæ solitudinibus alia familia Magroæ dicta è Zenetarum natione, aut Zanhagiæ, quæ superiores expulit: ex hac hi Reges prodierunt, Habdulmumen, qui sic Abrahamum compulit in fugam, vt is è rupe se præcipitem cum coniuge dederit, ne in manus eius veniret, in quas cum incidisset Isaac filius Abrahami Regis Fessensis, venis incisus est necatus. Habdulmumenis posterii sunt Iosephus, Iacobus Almanfor, cui Rasis sua scripta dedicauit, Mahometus Enafir, Iosephus huius frater à militibus Telenfisi Regis occisus, denique decem filii Mahometi, qui sese in mutuis dissidiis peremerunt. Tertio ex eiusdem Numidiæ desertis prodiit alia familia Luntunæ vocata è gente Zanhagiæ, quæ Marrochum condidit, populosque omnes Temesnæ ad internecionem stirpitum deleuit. Quarto loco excitata est alia familia Musmoda nominata ex eadem gente Zanhagiæ, quæ superiorem deiecit: huic assignat Reges etiam suos Ioannes Leo, quamvis alibi videatur variare: imperium tenuit hæc annis centum viginti. Quinto loco extulit se se familia Marini è Zenetarum gente, regnavitque annis centum septuaginta: inter alios ex ea Reges orti sunt Abdultach, Iacobus, Abulhesen. Sexto loco depulsi sunt hi à quodam Baniguatazi è stirpe Luntunæ. Postremus locus datur Regibus Tunetanis, qui sunt è gente Musmodæ: horū seriem nominatim recenset Fazelus lib. 6. Decadis posterioris. Cæterum qui primis temporibus inter superiores regnarunt, imperio plerumque continuerunt Libyam, Numidiam, Mauritaniam, quandoque Hispaniæ magnam partem, Sardiniam, Siciliam, quædam loca Italiæ, quin ipsam Cretam. Sed post accisas eorum vires, in Hispania plures exiitæ Reges, quorum series colligi potest è Roderico Toletano, Sancio, & Vafæo. Nunc Africæ pars aut obedit Turcarum Regi, Libya scilicet, reliquum prope Fessensi Regi prognato à Muleamethe Sciriffo, qui memoria patrum nostrorum iactans sibi esse genus ab impio legislatore Mahomete Numidiam, Mauritaniamque è magna parte occupauit, vt Iouius lib. 7. inter elogia narrat, occisusque est à suis anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Habdalla filio successore relicto: neposque illius Mahometes Cheribus fratrem regno expulit, ac mox in acie peremit, cum miserabilissimo casu Sebastianus Portugalliæ Rex, cæsis Christianorum duodecim milibus, ac totidem captis eodem prælio fuit interfectus. In vniuersum, nulli horum Regum, quos recensuimus, fuit imperii maior amplitudo, quam nostrorum iis supra à nobis cap. 7. relatis, neque contigerunt illa euenta felicia, quæ nostris accidisse memorauimus, hæc verò aduersa obuenerunt.

D Primum. nulli Regum nostrorum Catholicæ profapiæ contigit, vt vllò ex illa Rege Catholico regnante sint in eius regna immissa tot prædonum millia, quot primis ijs Regibus sub annum nongentesimum sexagesimum septimum dominantibus fuerunt immissa in Africam, cum quinquaginta millia Arabum ad bella expeditorum, sequentibus eos cuiusvis ætatis, conditionis, ac sexus innumeris, ex Arabia irruerunt in Africam ad eam debellandam, vastationibusque ac populationibus vexandam, quod Ioannes Leo prima parte narrat.

Secundum. multo minus igitur obtigit vlli nostrorum Catholico Regi, vt eo regnante fuerit tantæ cladi initium factum, quæ perdurauerit tot iam sæcula, nimirum sexcentos, atque etiam plures annos: è tanto enim tempore perpetuis prædationibus infestos incolas, & Afros habent Arabes isti cuncta loca incurfantes.

E Tertium. nulli Regum Catholicorum contigit, vt haberet tot populos in suis regnis per tot sæcula inter se tam continenter, atque atrociter simul sæuientes, vt implacabilibus inimicitiis inter se Arabes & Numidæ per Libyam, Mauritaniam, patriasque oras dispersi, & rursus Arabes terras easdem peruagantes inter se, ac Numidas perpetuis prælijs decertant, atque diritatem truculenter exercent.

Quartum. nulli Regum nostrorū familiæ contigit, vt aliquis ex eis Rex existeret, à quo prognati decem filij sese mutuo perimerent; quod admifere Mahometi Enafiri Marochiensis Regis filii, quod Fazelus, & Ioannes Leo locis adductis tradunt.

Quintum. neque similiter vsus fuit Catholicorum Rex, qui se cum sua coniuge præcipitem dederit è rupe, & insuper ex eo natus puer incisus venis fuerit enecatus; quod Abrahamo Marrochienti ac totius Africæ Regi contigisse Ioannes Leo refert.

Sextum. haud potest è Catholicis vllus nominari Rex, qui duodeuiginti fratres aut

De Sig. To. 2.

Bbb 2 pere-

peremerit, aut excæcarit omnes, vt Muleaffem Tuneti Regem feciffe Iouius narrat, & nos retulimus lib. 12. cap. 9.

Septimum. Regi autem nostrorum nulli filius huiusmodi fuit, qui parentem luminibus priuarit, regnoque expulerit, vt ipse regnaret, quod Amida patrauit aduersus suum genitorem Muleaffem.

Octauum. multo autem minus, qui præter hæc duobus præterea fratribus suis oculorum vsum ademerit, ferro candente ad illos admoto.

Nonum. quis autem nostrorum fuit vniquam, qui legi veterit philosophicas doctrinas, aut eas addisci vel per exiguum temporis spatium? Atqui ante annos propè quadringentos ex Africa tota sunt exterminata philosophiæ studia, quod idem Ioanes Leo testatur. Id verò contigisse videtur post Auerrois ætatem, qui cum multa in paternam religionem scripserit, ansam, credo, dedit, vt nobilissima scientia prorsus excluderetur: quibus sint qui contra hunc morem faciant vel occultè, ne puniantur, vel si nihil ob potentiã suam timent ab aliis, palàm.

Decimum. istorum præterea Regum vitio contrigit, vt in celebrioribus ciuitatibus sint publica cynedorum loca, qui venale habet corpus, præsertim verò Tuneti, ac Fessæ, quod idem Leo par. 3. & 5. tradit.

Vndecimum. nullus Regum nostrorum fuit, qui tot, ac tantas suorum militum strages in præliis fuerit perpeffus, quot & quãtas isti Reges, quoties in Hispaniam transmiserunt, & aduersus nostros pugnarunt earum nos vndecim recersuimus maximè horrendas lib. 8. cap. 6. signo de fortitudine militari; non est opus hic eas reperere vlllo modo.

Duodecimum. cui verò regioni vel exiguæ nostrorum Regum contigit, vt cum prius esset salubris, mox tamen aliquibus nostrorum dominantibus eò deuenit, vt intra vngtiquinque quoslibet annos à peste depascatur non modò semel, sed bis, ac ter etiam; quomodo Libyæ contingere tradit idem Ioannes Leo prima parte suæ descriptionis.

Decimum tertium. quid illud? Rege Hunerico Africam tenente, ducenti ac viginti Episcopi, qui missi ab illo fuerunt in exilium, volunt alij fuisse longè plures, præsidebant Africæ primarijs vrbebus, quod Paulus Diaconus libro 15. refert: nam multæ præterea erant, quibus non erat Episcopus. Nunc autem non sunt in Africa ducentæ vrbes, quod clarissimè apparet è Ioannis Leonis descriptione, qui sanè inter vrbes refert eas, quibus non nisi quadringentæ aut etiã pauciores sunt domus, vt in secunda parte Teicutum narrat constare è tercentu, Ileusighaghurum è quadringentis, Ighilinghilum è totidem, Tergham è tercentum, Eithiadum è totidem; in tertiã parte Mansoræ, sunt domus quadringentæ, Gebbæ quandoque ait esse incolas, non autem semper. Atque ita in reliquis descriptionis partibus plures ait vrbes esse exiguas, neque tamè quot iis sint ades narrat. Atqui Ptolomæus Mauritaniæ tantum Casariensis recenset vrbes propè ceterum, Numidiæ centum quinquaginta. Quocirca Mahometanis imperantibus illæ regiones Africæ, quas tenuerunt, in magnam sunt adductæ, si antiquitatem spectare velimus, solitudinem.

Decimum quartum. neque id mirandum cuiquam videri debet, quòd Arabes, ac Numidæ, vt aiebat ille vates, infrenes frequenti incurfatione, prædatione, mutuisque inter se bellis plurima redigant ad vastitatem, & squallorem. Huc accedit incredibilis diritas Regum quorundam, quæ ferarum instar sæpè sæuiunt in mortales loca illa habitantes Verbi gratia refert in secunda parte descriptionis Ioannes Leo ab Homaræ Esfluefo Rege cuiusdam loci incolas omninò extinctos fuisse, dissectas fuisse mulieres prægnantes, extractos ex alio materna foetus, & ad parentum peçtorâ discerptos. Scribit idem tertiã parte à Iosepho Marochi Rege è familia Luntunæ æquatas, fuisse solo singulas vrbes prouinciæ Temesnæ, cunctos incolas trucidatos, infantes ipsos vbera sugentes, mortaliu decies centena millia fuerunt interempta, regio centum octuaginta annos permansit deserta pertinet ab Oriente in Occidentem milliaria octuaginta, ab Atlante in Oceanum sexaginta. quadraginta ciuitates erant in illa, tercentum castella, quæ fuerunt omnia à fundamentis euerfa. In nunc si potes, & aliquid simile à Catholico vlllo Rege patratum producat tanta feritate. infelix Regum profapia, à qua tam truculentæ bestiæ gignuntur.

A

*Explicantur euenta infelicia, quæ contigere Otthomanicorum Regum profapia. Cap. XV III.*



Otthomanicis Regibus, qui nunc toti orbi videntur incutere terrorè, nõ est, si spectes amplitudinem terrarum, quas tenet, latius imperiũ, quàm fuerit Occidentis Imperatoribus Christianis, quibus paruit plerumque Africa tota, Hispania, Italia, Gallia, Pannonia, Illyrici, ac Dalmatiæ magna pars, Britannia, & insulæ mari Atlantico, Africo, Siculoque cõtentæ; Aut Orientis, si agamus de tempore ex quo Iustinianus Africam, Italiamque recepit vsque ad Heraclii supremũ, quod est annorum spatium centum quinquaginta. Tenuerunt enim non modò quidquid in Europa, & Asia possident Otthomani, sed Africam præterea totam, Italię magnam partem, insulasque adiacentes. Cum verò Otthomani haud semper tanto sint imperio potiti, quanto nunc videmus, sed maiores propè progressus quotidie fecerint; Hinc dici in vniuersum potest, Orientis aut Occidentis Imperatoribus fuisse semper maiora terrarum spatia, quæ imperio continerent, quàm Regibus Otthomanicis. haud minora paruerunt Carolo Magno, Ludouico Pio, quibus Italiæ pars maxima, Hispaniæ non parua, Gallia, Germaniæ, Pannoniæ obedierunt, præterea verò Dacia, Myfiæ, Dalmatiæ, Sarmatiæque regiones nonnullæ: eorum porrò nepotes, ac maiores, cum plurimas istorum regnorum prouincias habuerint subiectas, haud angustius in vniuersum videntur dominati. Quòd si Otthonibus, imperantibus Germanis non fuerint subiecta vel Hispaniæ quidquam, vel Gallia pars maxima; Septentrio sanè totus supra Danubium Rhenumque vsque ad Daciæ Poloniæque extremos fines, cum maxima Italia, & Gallia non exigua parte, eis vsque ad Fridericum Secundum per annos propè tercentum paruit, vt à nobis est explicatum supra hoc libro cap. 7. Quamobrem neque angustiora Imperii Germanici spatia fuerunt. Iam verò amplitudo terrarum, quibus Otthomani dominantur, est exigua portiuncula, si compareretur latissimis Hispaniarum regnis, quibus orbis propè tertia pars continetur. Sed Otthomani hac re nostros vincunt, quòd mancipioru loco populos sibi subiectos habent, & nihil non ad hos pertinens quocumque modo est omnino in illorum potestate. quod longè secus est in nostris Regibus, quibus subiecti sunt filiorum, ac verè liberorum loco, & nihil non ijs cõmunicant, & æquo iure partiuntur. Quamobrem contingit, vt nostris Regibus non sint tam vastæ vires, aut exercitus ingentes. Atque hæc quantum ad imperii latitudinem. Quod verò spectat ad reliqua felicitatis euenta, sicut Otthomanicis non adfuerunt quæ nostris supra adscribebamus, sic nostris hæc infelicia defuerunt, quæ Otthomanicam familiam perculserunt.

Primumque sit illud. Nulla Regum nostrorum consanguinitas Catholicum Regem tulit, qui fratres septem necauerit, vt regnaret, quod fecit Baiazethus Amurathis I. filius, vt signo de intestinis cædibus LIII. cap. IX. fuit à nobis explicatum.

Secundũ. neq. similiter, qui tres quod Orchanus admisit, quod diximus eodem signo.

Tertium. Ac multo minus, qui quinque, vt Amurathes, qui nunc imperat, egit.

Quartum. Cumque vt ibidem narrauimus, nemo fuerit ex Otthomanoru familia Rex, qui non quæsiuerit ad mortem fratres, si qui fuerunt; certè non potest vlla è Catholicis progenies tam suis infausta proferri.

Quintum. quocirca ex Otthomanis tres Reges à suis fratribus occisi, Iesue, Musulmanes, Moses, quod nulli Catholicorum Regum familiæ per tot sæcula contigisse legimus vllæ orbis parte.

Sextum. Quis verò audiuit ab vlllo Rege Catholico patrem veneno necatum, vt necatus est Baiazetes à Selimo filio: quamobrem quartus hic erit, qui fuerit à suis interfectus.

Septimum. sic etiam nulla Regum Catholicorum familia produxit vniquam tot, qui cum forent adeo Regibus intimi, tamen eos interfecerint.

Octauum. sic etiam nulla Regum nostrorum posteritas fuit adeo libidini obscenæ dedita, vt ista Otthomanorum, quibus non mulierum modo, sed adolescentulorum præterea sunt innumeri greges ad hoc inclusi, vt istorum effrenem lasciuiam possint exatiare, quin nulla posteritas vel vnum Regem Catholicum tulit tam effreni & impudenti luxuria.

Nonum. similiter haud fuit vllus è nostris Regibus tanta crudelitate, quanta Mahometes ille, qui Constantinopolim expugnauit: eius inauditum facinus nos scripsimus lib. 12. cap. 20. de turpissimis alienorum progressibus.

Decimum. præterea verò haud fuit è nostris vllus, qui in prælio victus ducenta suorum millia amiserit, vt amisit Baiazethes I. cum confixit cum Tamerlane Tartarorum Rege.

Vndecimum. neque poterit è nostris vllus vel obscurus Rex inueniri, qui fuerit in tam mi seram seruitutem abductus, vt idem Baiazetes, qui ferr ea cauea inclusus circumferebatur à Tamerlane; & quoties Rex victor equum volebat ascendere, pedem ponebat tergiori Regis inclinati, ac serui, qui caput ad elathros ferreos allidens sibi mortem dedit.

Duodecimum. sic etiam nullus è nostris Regibus vumquam fuit, qui regiones bello partos in tantas adducat vastitates, tantumque squallorem, vti Reges Ottomanici adducunt. Legem namque promulgarunt, ne quis edes attollat supra secundum pavementum. Quamobrem nihil ab illis magnificum, videas ædificari. Quod verò à priscis temporibus fuit olim per alios ædificatum paulatim ruens vrbium faciem deformem refert, quæ Ludouicus Bassanus libro de moribus, ac bellis Turcarum cap. 37. refert.

Decimum tertium. quas verò ita Turcæ fabricantur, è luto pleræque sunt aut lateribus ad solem qualitercumque duratis. tecta sunt è paleis, aut alioquin ex aliqua informi materia, vt eodem loco idem scribit, & Antonius Menauinus ad finem sui libri.

Decimum quartum. sic igitur Turcis immundissimæ sunt sedes, ac sordium plenæ, quippe qui præterea vestes, & indusia lixiuio numquam lauent, sed aqua frigida. Hinc pediculis nūquā non scitent, & tamen mundissimi semper sibi videntur: quæ sanè idem Ludouicus Balsanus latè narrat. quamuis in primariis ciuitatibus sint multa balnea publica, in quæ ventitantes illi, non ita sunt immundi. sic eodem loco idè refert, nullas esse hospita les ædes, ad quas, qui faciunt iter, diuertere possint, cibosque apparatus inuenire.

Decimum quintum. iam verò inter eosdem Turcas nulla disciplinarum liberaliorum publica gymnasia vel studia, & exercitationes, adeò cuncta illorum tendunt ad immanem belluinamque barbariem.

Decimum sextum. sic iisdem populis serui dominantur ex ordine Ianizerorum educi, qui infelices istos ad bella incredibili numero trahunt miserabiliter maciãdos, vt sapius vincant multitudine ingenti suorum. exceptis enim Ianizeris, & nonnullis ordinibus equitum, ceteri Turcæ ad hoc nati videntur, vt inimicos defatigent non alia re, nisi ipsorum stragibus edendis: cum persuasum sit miseris istis etiam si ruant in apertissimam stragem, & in ignes se coniciant, numquam tamen perituros, nisi fatalis hora momentumque ad uenerit, quod tum scriptores adducti, tum Spanduginus, Bellonus, Nicolaus è Nicolais, Iouiusque memoriæ prodiderunt, & harum rerum periti, qui inter illos sunt versati, palam testantur. Quamobrem, cum nostrorum sæpè copias profligarint, maiori tamen suorum iactura victorias assequuntur; neque vlla ab illis vrbs paulo munitior expugnatur, in qua non multa ipsorum millia cadant, ita vt fossas quandoque repleant suorum cadaueribus, quorum quasi factis acervis perueniunt ad mœnia occupanda, vel arcis, vel vrbis. felicitas autem subiectorum facit ad principum suorum felicitatem.

Atque hæc nobis videntur satis ad explicandam regiarum posteritatum, quæ inter Catholicos existiterunt, felicitatem cum ceteris collatam; quæ quamuis non sit necesse vt semper adsit in Ecclesia, propter imperfectos tamen aliquando adesse iuxta oracula vatium debebat: quin nostrorum imperfecti, sunt longè perfectiores iis qui prædicantur inter alienos à nobis perfecti, & omnium virtutum numeris absoluti, quod signo de summa sanctitate aperuimus. Reliquum foret, vt de Sinarum Regibus loqueremur, sed illorum sunt exitus nobis obscuri: ac licet felices maximè dici possint, nihilominus si virtutum munia, in quibus essentia ponitur humanæ felicitatis, pensentur, nihil habent, quod nostris comparari possint. eorumque progenies, vno è liberis, qui sit regnaturus, excepto, honestis quibusdam carceribus tenetur inclusa, ignauiaque & voluptatibus dedita ingloriam vitam traducit; quod est magnæ infelicitatis inter mortales, huiusmodi prosperitatem, quam nos extremo loco ponimus, magni facientes.

Ex.

A *Explicantur euenta quædam maximè admiranda, è quibus apparet felicitas magna regiarum agnationum, & consanguinitatum, quæ Catholicam fidem sunt iutate. Cap. XIX.*



Ed antequam concludamus, bene est vt explicemus euenta quædam maximè admiranda, quæ colliguntur ex hoc & superioribus libris, ac palam faciunt incredibilem quamdam felicitatem regiarum agnationum, consanguinitatumque, à quibus pietas Catholica à Romano Pontifice sancta semper est conseruata, & admirabilem quamdam diuini consilij prouidentiam in suis tutandis, & amplificandis vel in hisce rebus fluxis, & ca-

B ducis, quæ nullo ac extremo loco præ diuinis à nobis reputari solent ac debent.

Primum verò sit illud. Ostendimus apertissimè suprã, esse fabulas, quæ nonnulli prodiderunt de agnationibus Assyriacorum Regum, Aegyptiorum, & Aethiopum, quasi illæ per diuturnum tempus produxerint ex se mares Reges: repugnant enim iis, quæ probatissimi scriptores tradiderunt, diuinæ scripturæ, temporumque rationi scienter subductæ. Ita vt meritò Dionysius Halicarnasseus prima illa Assyriorum tempora vocarit fabulosa, Varroque apud Censorinum vocabulo Græco eodem modo *uðma*. Eiusmodi similiter ex ipsa narratione apparet, quæ Sinæ de primorum Regum suorum profapia iactant apud Ioannè Gonzalem lib. 3. cap. 1. Quod vti verissimè est, sic è superioribus clarissimè apparet, nullam vel hæreticorū, vel exterorū Regū fuisse agnationem, cui regnum contigerit paulo illustrius, vt multa nos recensuimus; & eidem contigerit vt ediderit Reges mares, quod efficit agnationem, vltra quadringentos annos, potuit aliquod feminas proferre, quæ transferint in aliam agnationem, priori extincta, & consanguinitatem propagante, non autem mares. id euidenter sit attentè legentibus posteritates alienorum, quæ sunt à nobis delineatæ. Atqui inter Catholicos plura sunt regna, & quidem nobilissima, subiecta supra annos quadringentos Regibus agnationis eiusdem.

Primum verò est Portugallense, vt ostendimus lib. 20. cap. 11.

Secundum sit Gallicanum in Hugonis Capeti gente, vt ostendimus eodem lib. cap. 4. Tertium est Anglicum in Egberti agnatione, quæ regiam potestatem conseruauit annos quingentos quadraginta sex.

Quartum est Scoticum, in quo Donaldi Regis agnatio perstitit cum regia maiestate annos octingentos quadraginta tres, vt apparet eodem libro, capite nono.

D Quintum est Bohemicum, in quo regnauit agnatio Boriuorij ab anno octingentesimo nonagesimo vsque ad millesimum trecentessimum, & amplius quo tempore decessit Venceslaus Orthocari quinti nepos, perstititque annos quadringentos decem, & plures.

Sextum est Polonicum, in quo agnatio Priusti permansit annos quingentos viginti, vt eodem libro retulimus capite suo.

Secundum admirabile est euentum, quod cum suprã libro adducto recensuerimus tot Regum maximorum Catholicas profapias, quæ tot in locis orbis terrarum sunt amplissimè dominatæ, sunt illæ inter se multis modis insertæ inuicem, ita vt altera ab altera deriuetur: quod nunc omnia colligentes, quæ sparsum diximus, euidenter ob oculos lectorum ponemus.

E Anno quadringentesimo vigesimo octauo Gundicarius Burgundionum Rex nomen Christo dedit: eius neptis Clotildis, vt Gregorius Turonensis, & Aimoinus scribunt, nupta Clodoueo Francorum Regi produxit quicumque ex ea stirpe vsque ad Chilpericum Stupidum regnarunt.

Ex hac cognatione prodiit Radegundis, ex ea Clotinda filia Clotharij Francorum Regis, ac soror Chereberti, Gunthrani, Sigeberti, & Chilperici Regum, quæ nupsit Amberto, & ex ijs ortus Arnoldus, qui genuit Arnulphum patrem Ansegisi, auum Pipini primi, proauum Caroli Martelli, qui genuit Pipinum Regem patrem Caroli Magni: sic igitur à femina Radegunde, quam protulit posteritas Clodouei Franci, & Gundicarij Burgundi Regum, deriuantur nepotes Caroli Magni, quod ostendimus lib. 10. cap. 4. Rursum ibidem palam fecimus ex alia femina, quam produxit cognatio Caroli Magni, deriuari posteros Hugonis Capeti.

Eco-

E cognatione porrò Caroli Magni prodiit Luitgarda filia Arnulphi Imperatoris, qui fuit ex agnatione Caroli Magni: hæc collocata in matrimonio Othoni Saxonie Duci protulit Imperatores illos, à quarum foeminis explicauimus prognatos quoslibet Germanie Imperatores lib. 20. cap. 5. & ex his mirabili quadam serie exortos Reges Portugallie, Castellæ, Angliæ, Scotiæ, Bohemie, Hungariæ, Daniæ, Poloniæ, Sueuiæ, Neapolitis, Hierosolymæ, & Imperatores Orientis: ita ut Clotildis, & Gundicarius gloriari possint tot ex se Reges & Imperatores tulisse per foeminas suas perpetua successione mirabiliter per annos iam mille centum septuaginta duos.


Idem iactare potest agnatio Recharedi: nam cum perpetuata sit illa in foeminis, ut eodem libro supra aperuimus; ex his orta Blanca, Ludouico quarto marito protulit Reges Ludouicum sanctum, & Carolum Siciliæ Regem, ab his foeminae prodierunt, è quibus prognati Imperatores Occidentis & Orientis, Reges Lusitanie, omniumque quæ supra enumerauimus regnorum, ut videri suis locis lib. 20. potest.

Idem sibi arrogabit agnatio Henrici Portugallie Regis, & omnium denique Regum, quorum genealogias supra texuimus, Aragonensium, Anglicorum, Scotticorum, Germanorum, Bohemorum, Hungarorum, Polonicorum, Noruagienfium, Danicorum, Suecorum, Neapolitanorum. Sed inter horum agnationes sunt aliqua differentia. Prima est illa. Nam quædam agnationes proximè per plures foeminas à se productas consanguinitatem suam perpetuant in aliorum Regum pluribus agnationibus: quædam verò in paucioribus, è quibus tamen prodeunt alie deinde foeminae, ob quas in aliis deinde propagantur, ut inspicere in descriptis per nos genealogiis potest; non est opus hic aut repetere, aut rem multis aperire. Secunda ex hac differentia nascitur. Hinc nimirum fieri, ut ex aliqua agnatione plures per cognationis affinitatisque iunctæ propagines insertas prodierint Reges, diuersis orbis partibus dominantes, quam ex alia, vel quia plures foeminas ex se inseruit aliis Regum posteritatibus; vel quòd vna coheredit ex antiquo tempore huic aut illi agnationi Regum, è qua deinde pullularint diuersa germina gentium regiarum.

Tertium sit igitur admirabile euentum, quod attigimus, è Clotildi, & Clodoueo Franco hoc, illa Burgunda tot Imperatores, ac Reges, & quod maius est omnium potentissimos prognatos, ut rem satis admirari nemo queat. Tantos verò coniuges, tantæ inter mortales felicitatis humanae futuros germina, mirabiliter nobilissimis, ac diuinissimis muneribus Deus illustrari voluit. Nam Clotildis siue Crotildes quidem sanctimoniam vitæ præstantissima fuit, & eius dies anniuersaria celebritate colitur in martyrologio die tertia Iunij, qua cælestes festique honores toto orbe Catholico per tot annorum sæcula à Catholicis illi tribuuntur. De ea Turonensis libro 2. cap. 2. & sequente gestis Francorum, Aimoinus lib. 1. cap. 14. Clodoueus autem transmisit ad posteros Francorum Reges illud admirabile priuilegium diuinitus concessum, ut tactu manuum certis adhibitis carimoniis strumas sanare possint. Ex eorum verò agnatione duo Reges sanctitate illustrissimi sunt prognati, Guntrannus, cuius dies festa sacraque habetur in martyrologio vigesima octaua Martij, & Sigebertus, cuius vitam refert Surius to. 7. Februarii die prima, quæ est illi dedicata. His ad tantorum Regum sobolem procreandam adiungitur è Thuringorum Germanico sanguine mulier sanctissima Radegundis Clotharii Regis vxor, cuius dies festa celebratur decimatertia Augusti, qua & vita habetur descripta apud Surium, tomo 4. & in martyrologio. De illa Fortunatus carminum lib. 11. Gregorius Turonensis lib. 9. hist. Franco. cap. 2. & 39. & de gloria confes. cap. 106. Atque hæc est mater Radegundis alterius, quæ nupsit Amberto, è cuius agnatione profectus est Carolus Magnus, ut supra ostendimus lib. 21. cap. 4. Tot igitur, ac tantorum Regum posteritatibus per tot sæcula latissimè dominaturis, & in vnam per hæc cælestis sanctimonie germina consanguinitatem connectendis, hæc fuere stirpes, è quibus illi pullulantes efflorescerent, & iucundissimos toti terrarum orbi fructus proferrent.

FINIS LIBRI VIGESIMITERTII.

DE



DE SIGNIS ECCLESIAE DEI  
LIBER VIGESIMVSQVARTVS.

SIGNVM NONAGESIMVMNONVM.

Infelicitas hæreticarum nationum.

*E plurimis ostenditur quanta sit infelicitas hæreticarum nationum, & à nobis alienarum, è quibus iuxta oracula antiqua ratum colligitur nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. I.*



Conteribile foret hæreticos Reges, & schismaticos infelici & inglorio exitu vitam concludere; hoc enim pertinet ad ipsos tantum: tolerabile item eorum regna ad abnepotes non peruenire, multisque inter se præliis ad internecionem dari; hoc namque ipsorum familiam solummodò attingit. Illud extremæ miserie regna ipsorum ab efferatissimis nationibus adduci in potestatem. Voco efferatissimas, à quibus aut omni, aut maiori ex parte patriæ leges, societas magistratum, bona, libertasque tolluntur. His enim sublatis, vita acerbissima, mors esse optatissima solet. Id verò prædictum fuit tum ab aliis, tum verò ab Isaia Propheta, qui sic inducit Deum ad Ecclesiam verba facientem: gens, & regnum quod non seruerit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur. Audin' perituras gentes, in solitudinem redigendas? cur ita? quod Ecclesie non seruiant. Sic etiam Deus apud David alloquitur Christum, & inquit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. En ut Christus sit confracturus gentes, ac terminos terræ, quasi vas figuli quod contritum refici non potest, cur ita? quia subiicit fore ut non audiant Christo Ecclesiam moderanti. Quòd verò regiones aliqua à barbaris istiusmodi opprimantur, magis minusve acerbatis habet, vel quòd plura, aut pauciora à prædictis auferantur, vel quòd paruo tempore id contingat. Quocirca longè acerbissimè videmus esse tot prouincias à Sarracenis, & Turcis & quondam & modò subactas, atque hoc ante oculos est positum. Longè acerbissimum similiter fuit antiquis temporibus Daciam, Mysiam, Pannoniasque, & nonnullas his finitimas oras ab Hunnis, Auaribus, Gepidis, & Hungaris per annos fere quingentos fuisse oppressas, & eodem modo ab Anglis Britannias per annos propè ducentos, quod ab istis scilicet truculentissimis populis indigenæ ipsi ad internecionem quasi deleantur vrbibus & agris ipsis vastitas omnis auferatur, & in summam barbariem, squaloremque cuncta adducantur, vel antiquitus fuerint adducta. Huic proximum quidem locum, sed longissimo interuallo tenet Vandalorum clades Africæ illata, Northmannorum Lugdunensi secundæ, Longobardorumque Gallie Cisalpinæ. Postremò sint Visigothi, qui Hispanias; Franci, qui Gallias; quibus vix adnumeramus Ostrogothos, qui Italiam occupauerunt, quod hi nihil Italis ademerint, ut è Procopio, Cassiodoro, Iornande, & historia Miscella patet: atque Italiae melius fuisset si Iustiniano haud venisset in animum bella aduersus illos gerere, & Italia extrudere, quod per illa acciderint multa nobilissimæ prouinciæ mala. Nunc ostendamus hæc omnia contigisse, quòd vel ab Imperatoribus, ac Regibus, quibus illæ regiones parebant, vel ab ipsis populis facta fuerit discessio ab auctoritate Pontificis Romani: & quo maior, vel ob temporis diuturnitatem, vel contemptum, facta est discessio, eo maior est illata clades: ut admirari omnibus in rebus pos-

Psal. 2.

possimus iustitiam diuinam, qua fit semper, vt crimini respondeat poenæ magnitudo. A Veniamus igitur ad rem nostram. Constantius fuit Arianus: eo regnante, Vrsatius ac Sulpicius Severus in hist. Valens Episcopi, & ipsi Ariani plurimas in orbe Catholico turbas commouerunt. fuit Vrsatius Episcopus Singidonis, quæ est vrbs Myfiæ, Valens Murforum, quod est oppidum Pannoniæ. His procurantibus habitum Sirmij, quod est in Pannonia, Concilium, in quo hæresis Ariana constituta anno 352. Similiter actu illorum factum, vt in Concilio Ariminensi in fraudem catholici Episcopi inducerentur. ijdem fuere auctores Concilij Seleucienfis, in quo similiter hæresis Ariana sancita. ex his Concilijs quid non mali ortum? In primis autem ab hisce duobus infectæ Ariana perfidia omnino regiones Pannoniæ, Daciæ, Myfiæque, quibus ipsi præerant. Valens deinde Imperator de consilio Eudoxij & Acacij Arianorum Vphilam dolo circumuentum ad Arianas partes traduxit: erat hic Episcopus Gotthorum. ab eo similiter Ariana peste Gotthi omnes contaminati, vt Theodoretus & Sozomenus testantur. His igitur temporibus Hunni è Borealibus locis erumpentes Gotthos suis sedibus expulerunt. Valens effractis Imperij Romani repagulis locum dedit Gotthis cis Istrum in Dacia Ripensi, Myfia, & Thracia. Gotthi mox Valentem Imperatorem, à quo & Arianam hæresim acceperant, & sedes in Romano solo, cis Istrum prælio commisso fuderunt, & concremarunt anno 378. Rursus anno 411. Hunni ijdem multis admixti nationibus, Istro traiecto, expulsis Gotthis, Pannonias occupant, & 422. Myfiam, & Daciam; tenueruntque omnia vsque ad Caroli Magni tempora, qui Auaras vicit Hunnorum gentem, vt ex Eghinarto discimus. Sed Arnulphus Imperator, quo tempore in omnia sacrilegia, vt testis est Luitprandus, erupit, aditum fecit in eas regiones Hungaris post annum octingentesimum nonagesimum. Denique regiones illæ ab anno trecetesimo septuagesimo octauo, ad millesimū ferè, quo Geyza Christo se adiunxit, per annos sexcentos & amplius, nihil non vastitatis sunt passæ: Myfia tamen, ac Daciæ pars non adeò, quòd Bulgari in ijs confederint, qui Nicolao Primo sedente nomé Christo dederunt, imperante Basilio Macedone, cuius opera est habitum Concilij octauum. Pannonia quietis aliquid est visa habuisse à Caroli Magni ætate vsque ad Arnulphū, qui cœpit anno octuagesimo octuagesimo septimo in Germania regnare. Atqui tãtæ clades prouincijs illis accidere, ex quo à Põtificis Romani auctoritate ac fide discesserunt. Omnium verò maximæ illæ fuerunt, quòd per eas cuncta mala in ipsas terras ab effratissimis gentibus importata sint, indigenæque omnes propemodum ad interuentionem dati, quocirca populis ac terris aliã nomina, prioribus deletis, imposta, vrbiū atque oppidorum neque nomina, neque vestigia ferè superfuerunt; vt vnde Vrsatius ac Valès tot auctores malorum, vnde tot Gotthorum Reges Ariani prodierunt, ibi tot mala consistèrent, tot clades vigerent, ac sceleri poena par esset, quando in ijs locis nihil erat ab hæresibus intactum. Iam verò Ariana pestis maximè ijdem temporibus Germaniam peruañt, vt constat è vita Valentini primi Episcopi Rhætiarum, & Noricorū, Seueriniq; eius successoris, & Bonifacij Moguntini: è quibus etiam liquet, ab ijdem gentibus, Hunnis scilicet, & alijs, vt Longobardis, Alanis, Rhugis, & alijs plurimum vastitatis Germaniæ illatum.

Sozo. lib. 3. c. 11. Hieron. aduer. Lucif. Sigo lib. de imper. Occ.

Sur. tom. 4. Aug. 4. tom. 1. Ian. 7. tom. 3. Iup. 5.

Nunc ad Britanniam veniamus: quo tempore illa est ab Anglis occupata, iam Pelagius & Cælestius indigenæ Insulam totam sedissimis opinionibus suis corruerant. Quocirca, cum Augustinus, & Melitus eò missi à Gregorio Magno appulerunt anno sexcentesimo tertio, nemo in ijs locis Catholicus superstes, nouem sunt inuenti Episcopi hæretici eum nonnullis Britannis antiquis, vt in vita Augustini Beda scriptum reliquit. Angli traiecerunt in insulam anno quadringentesimo quadragessimono, omnes propè Britannos deleuere, vt idem testatur eodem loco, ita vt per annos centum quinquaginta & amplius Britannorum gentem vexarint, & ad interitum miserimè adduxerint; quamquã nonnulli ex antiquis Britannis superfuerint, quorum viuunt adhuc posteri in ea parte insulæ, quæ Vuallia vocatur. Ad summã nihil erat in Britannia ab hæresi purum, quin adeò pertinaces erant ij, qui se Christianos profitebantur Augustini tempore, vt neque miraculis adduci potuerint, vt Catholicam religionem complecteretur, & auctoritati Romani Pontificis obtemperarent, vt ibidem Beda scribit: quocirca ait idem extremam perniciem cunctis Britannis ob id diuinitus, vt Augustinus prænuñciauit, ab Anglis inuectam. Tantam verò vastitatem toti insulæ attulerunt Angli, vt vrbes omnes euertent, oppida diruerint, quod principio Angliæ historiæ Beda testatur, & incolæ habitarent vnã cum Regi-

A Regibus suis in virgeis casis, vt Iornandes, qui sub illud tempus vixit, libro de rebus Geticis testatur.

Sequuntur oppressiones Sarracenicæ, ac Turcicæ. Anno sexcentesimo trigésimo Heraclius incidit in hæresim Monothelitarum, in qua perseuerauit vsque ad obitum, qui incidit in annum sexcetesimum quadagesimum primum. Quo tempore Mahometes homo contaminatissimus ex inferis erupit, & spurcissimas in orbem terrarum superstitionis impiæ leges induxit. Erat tunc Oriens totus foedissimè dissidentium opinionum quæstionibus in contrarias partes discerptus. Scribit enim Nicephorus omnes hæc sectas in ijs locis fuisse Iacobitarum, Georgianorum, Teopaschitarum, Armeniorū, Monophylitarum, Agnoetarum Stauroblatarum, Monothelitarum, Seueritarum, Aphtarhodocitarum, Phantasiatarum, Manicheorum, Terraditarum, Trithoitarū, Arianorum, Nestorianorum. Patriarchæ præterea præcipui hæretici omnes, Anastasius Antiochenus, Cyrus Alexandrinus, Sergius Constantinopolitanus, Cyrus Phafidis, Athanasius Iacobitarum, ceterique eis subiecti Episcopi ferè omnes. Anno igitur sexcentesimo trigésimo quinto Sarraceni Syriam, & Aegyptum occuparunt, & sexcentesimo trigésimo nono Mesopotamiam; Imperante deinde Constante illo Heraclij nepote, qui Martinum Papam in Pontum relegauit, quòd nolisset eius hæresim subscribere, Sarraceni ijdem totam ferè Africam subegere, è qua Constantius expulerat antea Catholicos, qui nolent eius hæresim assentiri, Aradum insulam inhabitabilem reddidè, in Isauria centum quinquaginta hominum millia trucidarunt, multa abduxerunt in seruitutem. Iustiniano mox Iuniorè, quãdiu fuit hæreticus, ijdem Sarraceni Africæ reliquum sub iugum miserunt, multaq; locis alijs vastitates intulerunt. Post Heraclij liberos, qui plerique fuere Monothelitæ, imperare cœperunt Iconomachi (quales cuncti Imperatores fuere paucis exceptis ab anno septingentesimo duodecimo, quo iniuit Imperiū Philippicus, vsque ad annum octingentesimū quadagesimū secundum, quo imperauit Michaël Porphyrogenitus, cui Basilius Macedo successit) Iconomachiq;. Imperiū Constantinopolitanum tenuerunt circiter annos centum. In qua hæresi fuere Philippicus, Leo Isauricus, Copronymus, Leo Copronymi filius, Nicephorus (hic namque vel Iconomachus, vel alioquin hæreticus fuit) Leo Armenius, Michaël Balbus, ac Theophilus, qui omni studio & vi tum hæresim cõtra imagines sacras, tum propriã quique suam conari sunt stabilire; ita vt in Imperio tunc ab hæresibus antiquis, & ab istis nouis vix aliquid illæsum reperiretur.

Cum forent, itaque & Imperatores & populi eis subiecti tot, ac tantis hæresibus tandem contaminati, necesse est, si quæ præfati sumus vera sunt, maximas clades in eorum regiones diuinitus inuectas. Videamus an ita sit. Philippico imperante, qui primus aduersus imagines sacras pugnavit, Bulgari, occupata Myfia, quam de suo nomine Bulgariam dixerunt, totam Thraciam vsque ad ipsas Constantinopolis portas, abacta omnis generis hominum, pecorum, diuitiarumque ingenti præda, peruagati, cuncta ferro & flammis vastarunt: Arabes Antiochiam Pisidiæ, & Myfiam cepere. Leone autem regnante Sarraceni in Thraciam trajicietes, Constantinopolim tres annos obsedere, sæpius Asiam sunt populati; Cæsaream Cappadociæ, & alias vrbes occuparunt. Eadem prædationes factæ sæpius imperante Copronymo: præterea verò & Cyprij abducti omnes à Sarracenis in Syriam. Turcæ è Caspijs portis, tum primum irruerunt. Eadem & Leone Copronymi filio, ac Nicephoro Generali imperantibus contigerunt. Nam & Sarraceni Orientem populati Euchaitorum metropolim redegerunt in suam potestatem, & Bulgari Occidentem vastarunt, ipso etiam Nicephoro interfecto. Michaële verò Balbo regnante, Sarraceni Cretam, Siciliamque insulas occuparunt, ac ferè ducentos annos tenuerunt. Atque hucusque Iconomachi.

Post hæc imperarunt Catholici vsque ad Monomachum: per quos Bulgari ad Christi cultum perducti, Sarraceni vsque ad Euphratem deuicti, cunctis regionibus receptis, vsque ad Syriam, maximè per Basilius Macedonem, cuius opera celebratum Concilium octauum, Ioannemq;. Zimisem, qui vnã cum Basilio, & Constantino abnepotibus Macedonis regnauit.

Post hos cœpit absconditum virus in animos Græcorum à Photio sectatoribusque ipsius iamdiu disseminatum in apertam discordiam erumpere. Constantino namque Monomacho imperante Michaël Patriarcha est ausus Papam cum suis, idest Catholicis excommunicare anno millesimo quinquagesimo tertio, quamuis respuisse cum Græcis à nostris

Vide Zonar. lib. 6. M. scil.

Zon. Phasel. post Dec. lib. 6.

Vide Zonaram.

nostris dicatur, maximam tamen alienationem ab Occidentalibus in animis Græcorum infedisse apparet. Nilus Theſſalonicenſis libro quodam ſuo, qui exſtare dicitur in Bibliothecca Regia Pariſijs, aſſerit Conſtantinopolitanam cum Romana Eccleſia, ſenſiſſe eadem uſque ad Chriſtophorum Papam: hic eſt qui inuaſerat ſedem anno nonageſimo quarto, & ex eadem mox deiectus: imperabat tum Leo Baſilij filius; ſed è Codice iuris Oriëntalis conſtat Græcos non omnino alienatos à nobis eo tempore, vt ſuprà docuimus. Hinc Romanus Lecapenus, in eo maximè ſtudiuit, vt Romano Baſilij Macedonis propotenti collocaretur in matrimonio filia Hugonis Prouinciæ Regis, vt teſtatur Cedrenus; quod factum eſt: & Ioannes Zimifces Theophaniam abnepſim, quantum colligere poſſum, Baſilij Macedonis, vxorè dedit Otthoni Secundo. Vt, vt res ſit: non ſunt auti vniquã Græci nos hæreticorum loco habere, niſi anno milleſimo quinquageſimo tertio, imperante Monomacho, quamuis poſtea conciliationem præſetulerint. & imperante igitur Monomacho, quidquid à Baſilio Macedone, & eius poſteris in Aſia fuerat de manibus Sarracenorum ereptum, maximè, vt diximus, per ipſum Baſilium, & Ioannem Zimifcem, totum poſtea amiſſum, Turcæ namque Aſiam totam ſubegere, vt Zonaras ſcribit, ac tenuerunt uſque ad illam expeditionem, quam noſtri in Concilio Claramontano adornarunt, Urbano Secundo Occidentem totum aduerſus Orientales Sarracenos ad Hieroſolymas recuperandas commouente.

Tantæ verò Turcarum vires poſt Monomachum fuere, vt non modò Aſiam ceperint, ſed & ipſum Imperatorem Romanum Diogenem, anno milleſimo ſexageſimo octauo. Quocirca ijdem Turcæ, Oriente adducto in poteſtatem, in inſulas Aegæi maris impetum fecere Alexio Comneno imperante, quas hic poſtea noſtri aduenientibus recepit. Zonaras homo Græcus meminit expeditionis illius, quam noſtri ad Hieroſolymas recuperandas fecerunt, aitq; Nicæam captam ab ipſis, ereptamq; Turcis; Alexio venditam, nihil præterea dicit: Choniatas tamen, qui Zonaram ſubſequitur in hitoriis Græcorum conſcribendis, ingenuè fatetur, per noſtros factum, vt Imperatores Conſtantinopolitani Aſiam recuperarent: tenueruntq; uſque ad Andronicum Paleologum Michaelis filium, iſto Andronico Imperium ineunte, ſic Græci ab Eccleſia Romana deſecerunt, vt numquã poſtea redierint reuera in amicitiam; quamuis Ioannes Imperator, eorumq; multi Epifcopi Concilio Florentino interfuertint, ac ſubſcripſerint. Quocirca Nicolaus Quintus, ubi vidit à Græcis per impudentiam ſummam reiſci decreta Concilij Florentini, litteris ad eos datis apertiffimè prædixit fore, vt in Turcarum poteſtatem triennio exacto uenirent, quod ita profuſus eueniſſe adnotauit Gennadius Patriarcha ipſorum libro, quem aduerſus errores Græcanicos edidit. Tantæ ſecefſionis igitur, ex qua nihil amplius Eccleſiæ Romanæ fuit commune cum Græca in rebus ſacris, initium factum Andronico Paleologo imperante, qui rerum potius eſt anno milleſimo ducentefimo octuageſimo tertio, & hæreſi Græcanicæ ſic addiſtus fuit, vt Michaeli patri, quod nobiſcum ſenſiſſet, iuſta & ſepulchrum denegarit. Quod igitur diuinitus prouifum? Turcæ Aſiam ruruſ inuaſerunt, totam ſub iugum miſerunt, & ad extremam Græcorum omnium perniciem primum ſibi ex Otthomanorum familia Regem crearunt; donec anno milleſimo quadringentefimo quinquageſimo tertio, poſt centum & ſeptuaginta ab initio Imperio Andronici Paleologi Conſtantinopolis eſt capta à poſteris Otthomanij, & Orientali Imperio finis eſt factus, Græciq; omnes efferatiſſimæ Turcarum nationi in ſeruitutem miſerrimam dati, illorumq; omnia adducta in ſummam barbariem, ſquallorem, & vaſtitatem. Qua in re maximè obſeruandum, quod eodem tempore, quo Andronico imperante Græci à nobis, numquam poſtea in gratiam redituri, omninoq; delendi à Turcis, quod Brigida illis, cum res integræ ijs forent, prædixit, fecere diſceſſionem, primus ex Otthomanorum familia Rex à Turcis eſt creatus, & paulo ante primus ex Auſtriaca familia Rodolphus Imperator à Chriſtianis electus, anno ſcilicet milleſimo ducentefimo ſeptuageſimo tertio. Nunc hæ duæ gentes, Auſtriacæ, & Otthomanicæ, in orbe noſtro à potentiffimis Regibus deductæ, omnium ſunt potentiffimæ. Quod res euafuræ ſint, expectant omnes.

Ad ſummam quamdiu Iconomachi regnarunt, per annos centum Sarraceni tenuerunt Aſiam.

Mox illa à Catholicis Imperatoribus Oriëntis, quorum primus Baſilius, recepta ab anno octingentefimo ſexageſimo ſeptimo uſque ad milleſimum quadrageſimum ſecundum.

Ruruſ

A Ruruſ hoc anno incepit amitti Monomacho hæretico imperante, & à Turciſtota per annos ferè quinquaginta minusve occupata uſque ad expeditionem Hieroſolymitanã à noſtris perfectam, per quos ruruſ Aſia Turcis erepta ſub annum milleſimum ceterſimum.

Postremò autem regnantibus Andronico, & eius liberis hæreticis cuncta non modo Aſiæ, ſed & Græciæ loca in Turcarum poteſtatem uenère. Atque ita ter Aſia occupata à Mahometanis, ſemel nempe à Sarracenis, bis à Turcis; ſic ſemel per Baſilium Catholicosq; eius ſucceſſores recuperata: atque iterum Catholicorum armis, ſive Occidentalium recuperata. Donec Græcis omnino in hæreſim ruentibus, & in illa pertinaciſſimè obdureſcentibus, uentū denique ad illud quod ab initio ponebamus, hæreticorum regiones in poteſtatem efferatiſſimarum nationum deuenire, vt omnia vaſtent, ac deleant.

B Quod Pannoniis, Daciæ, Myſiæq; olim per Hunnos, Gepidas, Bulgaros, & alios huiſmodi feritatis populos contigiſſe docuimus, Britannia per Anglos, Aſiæ, Africa, & Græciæ per Sarracenos & Turcas; Nunc quomodo eandem propè calamitatem ſubierit Hiſpania olim, uideamus. Diximus ſuprà à Sarracenis Africam captam Conſtante hæretico Monothelita, & Iuſtiniano iuniore, quo tempore fuit hæreticus ſimiliter Monothelita, imperantibus. Anno autem ſeptingentefimo primo Vitiza regnare cœpit in Hiſpania: hic ab obedientia Eccleſiæ Romanæ deſiciens legem tulit, vt erat homo omnium turpitudinum genere inquinatiſſimus, vt cuius, atque ipſis etiam ſacerdotibus liceret plures vxores, aut concubinas habere; ne quis poſſet Romanū Pontificem cauſa appellationis uſius adire, neque eius legibus ſas eſſet obedire; & quando ob hæc populorum aduerſus ſe conſpirationem timebat: vrbes omnes mœnibus nudauit. interfectus eſt hic à Roderico ipſius ſucceſſore: qui tamen eius ſcelera eſt imitatus, quocirca, vt incidat quiſque in foueam, quam fecit, intulit Rodericus vim filia Comitis Iuliani; qui dolore incenſus ob huiſmodi ignominiam, Sarracenos aduocauit in Hiſpaniam, qui anno ſeptingentefimo decimo quarto, ſuſo occiſoq; Roderico, & eius exercitu, cuncta facillimè in poteſtatem redegere, quod nullis eſſent muris cincta. Nobilitas omnis Hiſpaniæ auſugit in montes Gallia finitimos, & loca Cantabriæ, Caſtulonifque naturæ præſidio munita: vnde poſtea Hiſpani Catholici, Duce, Regeq; Catholico creato, irrupentes maximam Hiſpaniæ partem breui recepère. Omnes tamen Sarracenos è finibus expellere haud poruère, niſi anno milleſimo quadringentefimo nonageſimo ſecundo, cum Bathicam Ferdinandus & Iſabella ſubegerunt. Hunc itaque fructum referunt, quicumque ab auctoritate Pontificum Romanorum diſcedunt.

C Tenet etiam Turcarum Rex Bulgariam, quam ſciunt omnes Græcanicis opinionibus addiſtam: tenet Boſnam, ſic hodie appellant regionem, quæ è Pannoniæ inferioris, Illyrii, Dalmatiæq; parte conſicitur. Huius Rex Stephanus tempore Pii Secundi tam malè animatus erat in Catholicos, vt eos captiuos faceret, ac Turcis venderet Græcanicæ ſuperſtitionis, hæreſumq; aliarum præterea ſtudioſus, vt Aeneas Syluius poſt alios in ſua Geographia teſtatur. Sed quid de Cypro & Hungariæ maxima parte, quæ duo regna Catholicis Principibus obediabant, & Turcarum Tyrannus in ſuam poteſtatem redegit, dicemus? Atqui Cyprii plerique omnes ſic Græcorum placita ſequebantur, atque etiam num ſequuntur, vt vitam potiùs hominibus illis eripias, quam ſententiam ſuſceptam deponere uelint. Cumq; ſuperioribus annis Archiepiſcopus Cypri Philippus Mocenicus vir magnæ doctrinæ, & integritatis uellet inter nos, ac Græcos in rebus religionis pacem conciliare, oppoſuere ſe adeò ſtudio illius Græci, vt neceſſe habuerit idem Patricius Venerus illinc emigrare: teſtatur hoc ipſe in epiſtola, quam præfixit operi ſuo de philoſophicis rebus, paulo poſt Inſula à Turcis capta. Turcæ in Hungariam numquam penetrare potuerunt: & quamuis Ludouici Regis exercitum vnà cum Rege ipſo cecidiſſent ad Mohacz anno milleſimo quingentefimo uigefimo ſexto, tamen nihil fere ex illa prouincia uenit in eorum manus, niſi ex quo peruaſit in eam uirus Lutherana prauitatis, cum deſuncto Ioanne Zapolia Solymanus cum potentiffimo exercitu euocatus ab Iſabella Ioannis vxore nobiliores illius regionis vrbes in ſuam poteſtatem adduxit anno milleſimo quingentefimo quadrageſimo tertio.

De Sig. Tom. 2.

C c c Quocirca

Niceph. Grego. lib. 7. in princ.

Aene. Syl. in Europ. c. 16. & 17. Sabel. Aenead. lib. 10. & 6.

Quocirca maximè timendum Cretæ, Cephaleniæ, Zacyntho, Corcyra, reliquæ Hungariae, Germaniæque ipsi in quibus locis omnia hæresum plena. Necesse namque est fateri è manifestissimis euentis, Germaniam maximè si Reges hæreticos, quod Deus auertat, aliquando nanciscatur, vnâ cum ceteris istiusmodi regionibus in efferatarum gentium Tyrannidem miserimo casu venturam. Ac frustra omnino Catholici Principes pro hæreticorū terris pugnant, inuito propè dixerim Deo: ipsi enim fixū hæreticis haud fauere. Principibus verò hoc esse ante omnia propositū debet, vt populos hæreticos sibi subiectos ad cultum veritatis, Dei que adducant. id nisi vel ignauia Principum fiat, vel subiectorum pertinacia, necesse est, quod diximus populis hæreticis, euenire, vt in efferatissimarum gentium Tyrannidem cadant.

Haecenus de regionibus illis hæreticorum, schismaticorumque, quæ maximas omnium clades & vastitates subierunt, vt supra distinguebam: in quibus contemplari adhuc possumus, quanto interuallo distet Hispaniæ calamitas ab iis, quæ acciderunt Africae, Aegypto, Syriae, Asiae, Græciæ, & finitimis illi locis. Nam sicut crimen Hispanicorum Regum Vitizæ, & Roderici, quorum potestas fuit annorum quatuordecim, eorumque qui iis adhærebant, longè inferius fuit, & temporis longitudine, & sui magnitudine hæresibus & flagitiis Imperatorum Constantinopolis, populorumque qui ipsis subiecti sunt eos imitati, sic pœna Hispaniæ inflicta longè minor. Tum quia iam se in maximam libertatem vindicauit Hispania ab impio Mahometanorum iugo: tum quia neque Hispani ex vlla parte deleti, neque regia potestas ac dignitas inter eos vquam defecit.

Amplius verò admirari libet, à Latinis ereptas Mahometanis fuisse multo plures: ac latiores regiones, ex quo sub imperium Monomachi palam Græci à nobis descuerunt, & hæreticorum loco nos habere cœperunt, quàm Græci amiserint. Nam si quis metiatur Hispaniarum latissimas terras, Balearium, Sardinia, Sicilia, Melita, vrbiumque aliquot Apuliae, Calabriae, & Africae, quas Mahometani Monomacho imperante tenebant, nunc verò Catholici Hispani. Contrà verò metiatur quicquid iidem Mahometani, siue Turcæ possident in Europa, quod tum Monomacho parebat, videbit nostrarum regionum, quas recepimus latitudinem maiorem, quàm sit illarum, quas Mahometani Græcis hæreticis in Europa abstulerunt.

Quod de Hispania dicimus, de Hungaria dici potest: nam neque ipsa in manus Turcarum tota peruenit, neque regia dignitas, & nomen in ipsa defecit adhuc, vt in Græcia. Faxit Deus ne subeat eandem sortem, quando audiuimus in Hungaria omnia ferè hæresum plena.

Nunc ad eas, quas loco secundo ponebamus clades veniamus, Vandalorum, Longobardorum, Northmannorum, & quibus de causis, quoue tempore acciderint, explicemus. Scimus truculentas olim fuisse gentes istas: nullo modo tamen inuexere tantas vastitates populis, ac regionibus, quibus infedere & imperarunt, quantas Mahometani, & supradicti omnes, à quibus indigenæ cuncti paulatim transferuntur omnino in ipsorum iura, & nomen, vel prorsus denique abolerentur è terris, bona, liberi que in nefandissimos vsus auferuntur. Quo tempore Vandali occuparunt Africam, Donatistæ in illa hæretici tot erant, ac tanti, vt in singulis propè ciuitatibus suos Episcopos haberent, & arma in Catholicos verterent, omniaque conturbarent, vt è scriptis Diui Augustini constat. Quid quòd Africana Ecclesia non omnino quidem, vt videbimus, sed aliqua ex parte discessionem fecit eo tempore ab auctoritate Pontificis Romani non in rebus quidem spectantibus ad fidem (hæreticorum namque est istud) sed in iudiciorum potestate pertinente ad res, aut mores clericorum, neque omnino adhuc, cum statutum fuerit illud dumtaxat, vt presbyteri, aut clerici, qui ab Episcopis suis, in causis, quas habent, appellauerint ad transmarina iudicia, excommunicarentur?

Quocirca neque, vt quidam vel imperitè, & minus perspicaciter, vel imprudenter asseruerunt schisma factum inter Africanam, Romanamque Ecclesiam multis ob causas, non enim obedientiam denegauerunt Africani Episcopi Romano Pontifici: tantum lex lata, ne quis presbyter, aut clericus ordinis inferioris, non ita Episcopus, appellaret ab Episcoporum iudicio ad Pontificem Romanum: quamobrem neque refugium tollunt. In omnibus alijs deserunt Episcopi illi, ac velle deferri à cunctis Romano Pontifici, nemo

cap. 29. Aftic. Conc.

A nemo non videt. Adde à Pontifice Romano nullam tunc latam constitutionem, qua sanciretur, licere presbyteris appellare ab Episcopis ad ipsum: quæ si lata fuisset, dici posset non omnino, sed ex parte secessionem factam. Hac tamen Africanorum sanctione auctoritati Romani Pontificis ex aliqua parte, ipso quidem forsitan inuito, non tamen secus constituyente, aut iubente, quæ maximè inter se distant, proculdubio est derogatum. Hoc igitur tempore, & ob has causas Vandali irruerunt in Africam, annos nonaginta quinque tenuerunt, & aliquot ipsorum Reges pessimè Catholicos habuerunt, ac vexauerunt, vt Victor latè libro de Vandalica persecutione describit. Vandali tamen deleti, non ipsi Africanos deleuerunt: quod non ita contigit superioribus.

Hiuc cladi Vandalicæ proxima, quam Northmanni intulerunt toti quidem Gallia, sed maximè Lugdunensi secundæ, quam de suo nomine Northmanniam dixerunt. Hi Lothario imperante, sub annum octingentesimum quinquagesimū tertium, facta in Gallias irruptione ex oris borealibus prædas agere, & obuia quæque vastare cœperunt, idem repetierunt anno octingentesimo sexagesimo septimo, & sequentibus, donec Carolo Caluo regnante, multi ex eis nomen Christo dederunt. Sed alij rursus è septentrionalibus oris emigrantes eandem Gallia vastitates intulerunt, idque per multos annos. Donec tandem Carolo Simplice regnante nomen omnes Christo dederunt, concessique illis maritimam quidam pagi, ac Rothomagensi, quam planè deleuerant, Vrbe, ceterisque eidem subiectis, quod accidit circiter annum nongentesimum. Ita vt per annos ferè quinquaginta plurimas Gallias clades intulerint. Constat autem è Conciliis Parisiensi, Aquisgranensi, Meldensi, Suesionensi, Valentino, Coloniensi, ab impijs tunc & schismaticis res sacras conculcatas, direptas, omnia conturbata, inuersa in ijs Galliarum locis. Idcirco Episcopi in illis prioribus Concilij Reges, ac Principes contestabantur, ne tantam indignitatem paterentur, ne tot, ac tanta scelera inulta finirent: alioquin fore, vt diuinitus & ipsi, & populi acerbissimè punirentur. Idem repetunt in posterioribus, cum iam clades cælitus demissa ipsos affligeret, ac diuexaret.

Northmannicæ vastationi affinis est Longobardica, quæ magnam Italiae partem concussit, illa antiquitus Gallia Cisalpina nunc de Longobardorum nomine Longobardia vocatur. Incidit irruptio illorum in annum quingentesimum sexagesimum octauum, sed per eos nihil acerbioris cladis inductum, quàm per quæuis bella soleat: neque multa item prælia in quibus atrociores ac magnæ strages sint factæ, commissa, nonnumquam tamen Italiae subiecti per eos vexati, ditioresque attenuati, & suis opibus multati. Anno autem quingentesimo nonagesimo Theodolindæ Reginae studio, ad quam Gregorij Magni multæ extant epistolæ, & Dialogorum liber, Longobardi Catholicam pietatem sunt amplexati, quamuis postea Arioaldus, Rhotaris, ac Rodoaldus Reges Ariani fuerint, & ijs qui secus sentiebant infesti. Mitiùs tamen ab ijs actum, quàm à Vandalis, & Northmannis. Videamus, quæ tunc tempora fuerint, & quibus de causis hæc acciderint. Pelagius Primus sedit post annum quingentesimum sexagesimum octauum: quo tempore Episcopi Istriae, Venetiæ, & Liguria Concilium Constantinopolitanum respuentes hæreseos nomine sunt notati, neque vlllo modo acquieuerunt. Rursus anno quingentesimo octuagesimo quinto Helias Aquileiensis Patriarcha cum suis Episcopis, & Ioannes Rauennas cum multis alijs in causa trium capitum Concilij Chalcedonensis contra sententiam Pelagij Secundi, & Concilij Constantinopolitani decreuerunt; ac refert Beda in vita Sancti Austrasij dissidium huiusmodi, atque hæresim durasse uiuente Austrasio, qui concessit Aquileiam anno sexcentesimo vigesimo primo. En igitur, quas ob causas Longobardis ea loca data: In quibus tamen cum multi, vt è multis colligitur, essent Catholici, neque hæresis visa sit atrocior, mitior etiam Longobardorum clades exstitit, si superioribus compareretur, neque Longobardorum Reges, aut hæretici, aut à cultu Christi omnino abhorrentes triginta totos annos vniuersi rerum sunt potiti. Ob eandem causam Slau in loca Illyrij, Dalmatiæque Aquileiensis Episcopo subiecta imperante Mauritio irruerunt, quod adhuc Aquileiensis Patriarcha cum plurimis alijs Episcopis, ipsi in Dalmatia, & Illyrio subiectis hoc dissidium foueret, quòd ex Epistolis

Procop. libro de Vand. bello.

Paris. c. r. Meld. in princ. & c. r. c. Suet. c. 3. Valent. c. 9.



etiam Gregorij colligi potest: & imperite ut pleraque omnia, Munsterus, imperante A Iustiniano occupata Sclauoniæ loca à Sclauis tradit, contrarium namque è Miscella constat.

Supereft vltimo loco ac tertio aduentus Visigotthorum in Hispanias, Francorum in Gallias, Ostrogotthorum in Italiam: qui longè clementiores superioribus fuere aduersus indigenas locorū, quæ occuparunt. Quin, si credimus Saluiano Massiliensi libris de prouidentia, qui temporibus illis vixit, melius actū cū Gallis, & Hispanis ex quo Francorum, Visigotthorumque, & aliarum gentium Regibus, quam cū Romano Imperio populi illi obediebant. Annumeramus Visigotthis Sueuos, & Alanos, quos Hispaniæ profuisse, & Orosius ipse, qui illa ætate in Hispania vixit, testatur. Francis itidem coniungimus Burgundiones, quibus à Constantino Comite Honorij Imperatoris anno quadringentesimo decimotertio sedes assignatæ, circa terras Rhodano finitimas, & anno quadringentesimo vigesimo octauo nomen Christo dederunt, & gens erat simplici- B tati & quieti dedita, ut è Socrate habemus. Videamus igitur, quo tempore, & quas ob causas Deus immiserit huiusmodi gentes in prouincias istas. Et Hispania quidem multis in locis abundabat Priscillianistis, ut è Seuerio Sulpicio discimus, Gallia Pelagianis, ut ceteros omittamus. Quocirca sic Saluianus: Omnes autem isti, inquit, de quibus loquimur, aut Vandali sunt, aut Gotthi. Nam de Romanis hæreticis (sic ille vocat more suo omnes Imperio Romano subiectos) quorum innumera multitudo est, nihil dicimus; neque aut Romanis eos, aut barbaris comparamus, quia & infidelitate Romanis sunt deteriores, fœditate barbaris sunt superiores. ] hæc ille innumeram suo tempore in Gallijs hæreticorum multitudinem fuisse asserens. Atque de Hispanijs & Galliis satis, ] C veniamus ad Italiam, quam ceperunt Ostrogotthi post Herulos, ac Turcilingos, Hi duce Odoacre, imperantibus in Oriente Zenone, in Occidente Momyllo Augustulo hæreticis ambobus. Ostrogotthi Herulos vicerunt, Italiamque tenuerunt, imperante eodem Zenone. Atque hi tam moderatè se gesserunt, ut satis ego admirari haud queam; & tamen Ariani fuerunt. Ex epistolis Cassiodori liquet, Pontifici Romano, & Episcopis Catholicis adeò delatum à Regibus Ostrogotthorum, ut maximè desiderandum sit tantum deferri hodie à multis Principibus, qui se Catholicos profitentur, & iactant, No- tum illud quod Zonaras refert. Quidam Theodorici Regis familiaris Catholicus ad Arianos transijt, ut à Rege suo gratiam iniret: quod cum illi idem narraret, pugione confossus est protinus à Theodorico exclamante haud fieri posse, ut Regi fidem seruaret, qui eam Deo suo violasset. Desciuit tamen hic nonnihil à seipso, cū Ioannem Papam in vincula coniecit, in quibus ille obiit. quod factum postea Rex luxit, ut è Iornande & alijs constat. Illud verò multas Italiæ calamitates, Gotthis extremum exitium attulit, cū Iustiniano volente Theodoræ Augustæ iussu indignissimè Roma abducti Syluerius, ac Vigilius Papa; inter Ostrogotthos, & duces Iustiniani sæuissima bella exarferre, quæ latè Procopius, & Agathias prosequuntur. Ex his igitur, quæ diximus apparet, quo tempore, & quibus de causis in efferatissimarum gentium tyrannidem ceciderint tot prouinciæ, quibus vastitates cladesque innumera allata, indigena oppressi, aut deleti. Aperuimus discrimina irruptionum barbaricarum, è quibus diuina iustitiæ æquissima iudicia elucescunt, vlciscentis contemptum, & iniurias Pontificiæ maiestati, atque auctoritati illatas, pro ratione & grauitate cuiusque delicti, quod in illam fuerit à populis, ac Regibus admissum. cum dictum sit ad illos, fore, ut instar vasis figulini confringantur, nisi audiant verbis eius, qui supra Sion constitutus mandatà cælestia cunctis explicat, ac proponit. Quocirca sic alibi Ecclesiam suam consolatur Deus: Gens, & regnum, quod non seruerit tibi peribit. Hinc Vandali omnes, quicumque tot annos Africam felicissimo visi sunt Imperio tenere, ad interuentionem deleti omnes, ut Procopius libro de bello Vandalico refert. Idem contigit Ostrogotthis, qui Italiam tenuerunt, interfecti namque omnes paucissimis superstitibus, qui fuere abducti in seruitutem, ut idem testatur libro de bello Gotthico. Eandem calamitatem subierunt Britanni Pelagiani, qui ab Anglis propè omnes extincti, ut in vita Augustini Beda tradit. Sequuntur hos eidem cladi obnoxij, qui sunt Arium secuti, Daci, Mysij, Pannonij antiqui, à Gotthis, Herulis, Hunnis, Gepidis, Auaribusque, & Hungaris ad interitum dati. Post hos sunt innumera gentes Orientis in varias hæreses olim diuisæ, ut è Nicephoro

Socrat. li. 7. c. 30

Sal. lib. 5.

Zon. in vita A-  
nastasi.

Eclm. 2.

Ibid. c. 60.

A phoro liquet: quas Mahometani spoliarunt agris, omni iuris æquabilis, ac dignitatis consortio, filiis pulchrioribus. Earumdem porrò nobilitatem nequa commoueretur seditio, radicitus exstirparunt, paulatimque illas in sua sacra suumque nomen transfulerunt. Eandem nunc sortem perpetuuntur Græci, & quicumque Græcos secuti Turcis hodie parent, Hungari præterea protestantium sectatores. Tantaque est infelicitas earum regionum, quæ incidunt in Potestatem Turcarum, ut agri, & vrbes omni decore spolientur, nisi, siquod est eis, vel à natura, vel ex antiquis constructionibus datum. Turcis namque vetitum domos attollere supra secundum pavementum. At Græcia parens olim magistraque artium & disciplinarum omnium liberalium in tantam miserimè deuenit barbariem, ut neque ipsi Græci præcepta linguæ patriæ satis bene calleant, & Romam commigrent ad hæc addiscenda in collegium, quod eis Gregorius XII. construxit. Quid verò dicemus de Africanis Donatistis, & Monothelitis, eorumque locis, quæ ab incurfationibus Arabum semper habentur infesta, & antiquo illo sic sunt orbata urbium splendore, ut quinque, aut ad summum sex ciuitates possis in Africa tota numerare, quæ nostris comparari queant? id certò scies, si Africæ descriptionem è Ioanne Leone addiscas, & conferas Africam cum quauis prouincia, aut regno è nostris, Hispania, Gallia, Italia, Anglia, Germania; nihil simile videbis. Ad infelicitatem porrò hæreticarum gentium pertinet, quod cū tot, ac tantæ à nobis descuerint, nullum possunt hominem ciere, neminem possunt omnino numerare, qui aliquo inuento aut facto egregio valuerit hucusque humano generi prodesse. Quo quid infelicius fingi potest? Adde huc, quòd hæreticorum regnorum, quæcumque visa sunt omnium felicissima aliquo tempore steterint, & Catholicis insultasse, illa mox omnium miserimè protinus conciderunt. Vandali tenuerunt Africam centum propè annos, vsique sunt secundissimo rerum cursu. Deinde mensium quinque spatio deleti omnes mirabiliter, paucissimisque superfuerunt, quos Belisarius in triumpho Constantinopolim duxit. Similiter Ostrogotthi in Italia deleti omnes, & paucissimis exceptis interempti breui temporis spatio. Calamitosissimum præterea illud accidit Græcis, quòd coguntur filios dare Mahometanis vbi voluerint, qui seruiant ad infandos vsus, nomen dent Mahometi, & aduersus Gentiles & confanguineos suos arma sumant. Nunc admiremur incredibile Dei iudicium. Anno septingentesimo decimo octauo, Græci Imperio tenebant maximam Italiæ partem, Siciliam, Cretam, Cyprum, Illyricum, finitimasque Græciæ regiones multas, minoris similiter Asiæ plurimas regiones, denique rebus omnibus florebant. Hispani contra eodem tempore tota ferè Hispania à Mahometanis fuerant spoliati. reliquum dumtaxat illis factum nescio quid in extremis Hispaniæ locis: ad nihilum propè sunt redacti. nihilominus postea resumtis viribus eo ventum, ut innumera prælia commissa, & tandem fuerint ab Hispanis Mahometani è tota prouincia exacti anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Nunc verò Hispani potiuntur omnium, quæ fuerint vniquam, amplissimum Imperiū: Græci verò ab altissimo Imperij gradu deiecti ad extremam, ut maximo nostro dolore videmus, miseriam deuenere. Hispani namque regnantibus Vitiza & Roderico ad tantam calamitatis ruinam sunt prolapsi, quòd illi ab obedientia Romani Pontificis defecissent, sed mox ijs sublatis Regibus ad fidem redeuntes in ea perstiterunt. Contra Græci omnino à nobis discedentes tot ac tanta infortunia, quæ lugemus, subierunt; ut sciamus, quæ poena maneat hæreticas nationes, quod præmium Catholicas. Quod ut clarius fiat, sciendum à tota gente Mahometana nihil olim prius habitum fuisse, quam ut Hispanias haberent in sua ditione, & inde omnes Christianos expellerent, aut in seruitutem adducerent: & quicumque è Mahometanis ad id nomen in militia dedisset, illi à suis sacerdotibus calū post mortem promittebatur: quocirca ad nullam magis expeditionem Mahometani conuolabant, quam ad Hispaniam: quæ omnia testatur Ioānes Villaneus. Quid igitur esse in causa dicemus, ut Hispani tam miserabiliter attenuati, & ad paucissimos redacti à Mahometanis anno 714. & sequentibus, iamdiu excusserint eorum iugum; Græci verò, qui eodem tempore omnibus rebus florebant, idem subierint, cū Mahometani magis aduersus Hispanos, quam Græcos, conspirarent? Huc accedit, quòd Occidentales Reges nihil intactū, nihil intentatum reliquerunt, ut Orientalibus, & Græcis opem ferrent aduersus Mahome-

ranos. Quis namque ignorat expeditiones sacras nostrorum, in quibus duo Imperatores A  
 Conradus, & Fridericus I. ut mittamus secundū, duo Ludouici Galliarum Reges, An-  
 dreas Hungariæ, Richardus Angliæ, præter innumeros Principes duxerunt in Asiam po-  
 tentissimos exercitus ad Mahometanos perdendos? Quorum nihil actum simile aduer-  
 sus eosdem Mahometanos qui Hispanias tenebant. nam qui Imperatores vniquam, aut  
 quando tot Reges, & tam diuersis partibus id contenderunt, ut Catholicis Hispanis opē  
 ferrent? Quis ignorat Ladislaum Hungariæ Regem cum maximis copiis ad Varnam  
 peremptum, Sigismundum Imperatorem cum florentissimo exercitu fusum, fugatumq̄.  
 à Turcis dum tendunt aduersus eos, ut Imperio Constantinopolitano succurrerent, tot  
 bella à nostris nullo non tempore ob eandem causa commissa, ne ruerent Græci? & tam-  
 en isti ex altissimo loco tot vndique auxiliis circumuallati, quomodo in præceps da-  
 ri? Hispani autem eodem tempore ex infimo, quò mirabiliter euecti? Hispani nimirum B  
 Pontificis Romani auctoritati ex illo addictissimi fuerunt, Græci infensissimi: ut videas,  
 quod aliàs dixi, inuito Deo à nostris opem ferri hæreticis populis, aut locis, & non aliam  
 ob causam venire in potestatem efferatarum gentium populos villos, quàm quòd hæ-  
 retici sint, aut Schismatici. Constat igitur eodem tempore Hispanorum res perditas, Græ-  
 corum florentissimas fuisse, hos tamen loco excidisse ad nihilum propè redactos post  
 abiectam obedientiam, quam Pontifici Romano debebant, quamuis omnia sint illis  
 vndique auxilia lata; Hispanos autem è summis miseriis euectos ad altissimum felici-  
 tatis gradum, quamuis non tor opibus & armis suffultos, postquam ad obedientiam Pon-  
 tifici Romano debitam redierunt. Ad hanc etiam nobis aperiendam veritatem illud  
 esse potest exemplum illustrissimum; nam sub hæc eadem tempora omnis Germania, C  
 quæ est supra Rhenum & Danubium, squallebat: nullæ in ea Ciuitates, nulla orna-  
 menta, nullus cultus; ex hoc tempore Romani Pontifices eò miserunt Bonifacium, sociosq̄  
 illius, Germaniamq̄. ad Christi fidem perduxerunt, hinc factum ut illi contingerint ducen-  
 ta illa bona, quæ lib. 22. recensemus, quibus nobilissima Germanorum natio regioque  
 nullas non gentes æquat, plurimas autem vincit, quòd scilicet Ecclesiæ Catholicæ, Ro-  
 mani que Pontificis auctoritatem sit secuta, atque ita vnde decidit ob hærefes Græcia,  
 eò dignitatis prouecta est ob Catholicam pietatem Germania iisdem propè temporum  
 progressibus. Faxit Deus, ut per quos gradus Germania ad tatum culmen honoris bono-  
 rumque peruenit, per eosdem semper illa consistat. Ex his igitur apparet quanta sit infe-  
 licitas hæreticarum nationum, quæ ad extremum bonis omnibus animi, corporis, & ex-  
 ternis miserrimè nudantur; quamuis aliquando felicitas illis exigua breuifque con-  
 tingat. D

*Recensentur vastitates, ac deserta, quibus horrent ea loca, quæ  
 detinentur per alienos ab Ecclesia Sancta.*

*Cap. I I.*



NON est tamen illud vilo modo prætereundum. Iam diximus sæpè, quid-  
 quid est terrarum à mari Atlantico vsque ad Euphratem cis Lybiæ deser-  
 ta in Africa & Syria, id totum perpetuis Arabum prædationibus esse infe-  
 stum; præter ea verò Asiam, postquam defecit à fide Catholica, tercen-  
 tesimo quoquo anno ab efferatissimis populis fuisse occupatam, qui cun-  
 ctas propè gentes ea loca prius incolentes extinxerint: idque lib. 22. cap. E  
 1. signo de felicitate Catholicorum fuit apertum, & capitulo 6. è Munsteri hæretici testi-  
 monio docuimus, Asiæque & Africae regiones aliquas bonitatis maximam fecisse iactu-  
 ram, quod nos clarius experientia certissimis euentis ita esse aperuimus lib. 15. cap. 18.  
 signo de terris habitabilibus effectis. eisdem verò locis contra nostrorum terris accidisse  
 probauimus lib. 22. c. 1. & cap. 9. Nunc aliud longè admirabilissimū producimus in me-  
 dium. Tertia propè pars orbis terrarum nunc à Catholicis Regibus possidetur propter  
 amplissimas Indiarum regiones ad Solis occasum, & ortum sitas, Africaeque insulas, &  
 maritimas oras. In tot verò ac tam latè patentibus locis nulla est solitudo huiusmodi,  
 quales plurimæ in eisdem Cæli tractibus sunt in Asia, Africa: & nos quidem supra lib. 22.  
 cap. 9. enumerauimus quatuor vastissimas solitudines in Asia sitas, & eidem climati sub-  
 iectas,

A iectas, cui Septentrio noster Europeus, in quo nulla talis est solitudo, cum tamen fuisse  
 præcis temporibus constet ex Herodoti lib. 2. vbi recenset deserta quædam Scythiæ Eu-  
 ropeæ. Nunc igitur enumeremus aliquot solitudines vastas in Asia, & iisdem cæli plagis  
 subiectas, quibus cultissimæ Catholicorum regiones.

Primum verò desertum ponitur à multis inter gradum nonagesimumtertium vsque  
 ad nonagesimumsextum ab ortu in occasum, & à trigésimonono ad quadagesimum ab  
 Austro in Septentrionem sub eodem cæli tractu quo Hispania, & Sicilia vocaturq̄. Chi-  
 uirindi. videntur ibi fuisse antiquæ Hircanorum sedes.

Secundum scribitur esse inter gradum trigésimumsextum & trigésimumseptimum ab  
 Austro in Septentrionem, & nonagesimumseptimum, & nonagesimumnonum ab Oriente  
 in Occidentem, qua cæli plaga sunt Hispania & Sicilia, vocaturque Deabaneth, ibi vi-  
 dentur fuisse præcæ Parthorum sedes. B

Tertium dicitur esse inter gradum centesimum, & centesimumsecundum ab ortu in  
 occasum, & trigésimumtertium, & quartum, quod appellatur Mingiu, neque longè ab iis-  
 dem superioris locis distat.

Quartum incidit inter vigésimumnonum & trigésimum ab Austro in Boream, & cen-  
 tesimumquintum & sextum ab Occidente in Orientem, quod Luth nominatur.

Quintum est supra hoc, cui nomen Lop, quod incidit inter quadagesimum, & quin-  
 quagesimum ab Austro in Austrum, & centesimum trigésimum ad centesimum & qua-  
 dragesimum ab ortu in occasum, quo tractu cæli sita est Italia, Gallia, & Germaniæ pars:  
 hoc autem plenum scribitur esse inferorum Dæmonum, qui miris modis iter habentes  
 exagitant spectris, & illusionibus multis: quod Paulus Venerus, qui fuit in ijs oris tradit.

C Sextum est supra hoc itinere dierum quinque, quod idem refert.

Septimum nominatur Bigul inter quadagesimum & quadagesimumsecundum gra-  
 dum ab Aequinoctiali circulo ad Aquilonem, & centesimumseptimum, & centesimum  
 nonum ab Oriente in Occidentem.

Octauum est dierum quadraginta itinere propè regnum Chamuli, à quo nomen su-  
 mit, cuius sicuti aliorum propè omnium, mentionem facit idem scriptor lib. 1. cap. 37.

Nonum ponatur, quod inductum fuit per vastitates à Tartaris illatas in regno The-  
 bet. ij namque vrbes omnes, & domicilia quæcumque euerterunt, quantum est iter vi-  
 ginti dierum: hinc factum, ut omnia repleta sint bestiis, & horrenti quodam squallore;  
 quod asserit idem lib. 2. cap. 37.

Atque hæc in Asia numerantur à scriptoribus & Geographis deserta sub iisdem cæli  
 plagis, quibus subiecta est Hispania, Sicilia, Sardinia, Italia, cæteraque regiones, quibus  
 nos potimur. D

Iam verò quis illa enumeret longè plura, & horridiora, quæ sunt in Africa? quidam  
 recensent quinquaginta. qui volent ea scire, consulat descriptionem Ioannis Leonis, &  
 scripta Francisci Aluarefii: & tamen tot & tantarum solitudinum nulla huiusmodi est in  
 Indiis vel Occidentalibus, vel Orientalibus, quæ possidentur à nostris; cum nihilominus  
 illarum regionum loca sint in iisdem, ut vocant parallelis; Insulæ porro, quas Oceanus  
 circumfluit, cum prius haberent aliquid vastitatis, & inculte essent, redactæ sunt ad cul-  
 tum, decusque, & non mediocrem dignitatem. Quid hic dicemus? An non hoc est felici-  
 tati cuidam diuinitus præstitæ adscribendum. Nō enim nisi diuina prouidentia fieri po-  
 tuit, ut cum tertiam nostri penè orbis partem teneant, & ad Christi cultum perducant,  
 id totum sit etiam magis cultum, & ad omnes humani generis vsus quantum fieri potest,  
 ac nostræ naturæ conditio videtur exigere, accommodatum. Ad hæc verò habenda plu-  
 rimum confert humanitas infixa cordibus nostrorum; qua fit, ut in bellis non ita sæuiat  
 in muros parietes, ac furda domicilia, quod faciunt alieni à nobis, qui nō satis habent ad  
 internecionem delere quandoque populos vniuersos: verum præterea rabie quadam fu-  
 roreque incitati impelluntur ad evertendas vrbes, & cuncta, quibus ab iniuriis cæli, ac tē-  
 pestatibus defendi mortales possint, destruenda. Sic ex alia Deus etiam parte clades il-  
 las, quibus ipsa tellus aliquando deturpari, & in solitudinem squalloremque & sterilita-  
 tem solet adduci, cohibet in Catholicorum Pontifici Romano Dei Christi que omnium  
 Domini vicario obedientium locis, ut aperuimus signo septuagesimosextimo, cap. de-  
 cimoseptimo libri decimi quinti. Hæc verò omnia plurimis oraculis antiquorum vatum  
 conueniunt, quibus hæc futura præsignificabant, conueniebant etiam plurimis ex omni  
 parte

parte petitis, ac depromptis rationibus, quæ non est opus toties referre, & inutili repetitione lectores onerare. Ad hæc autem certissimò cognoscenda, & clarissimè illustranda subijcietur commodè sequens vltimum signum, quo constabit, quibus temporibus maximæ omnium clades humanum genus afflixerint, terrasque vastauerint: quæ quidem licet aliis etiam temporibus, aliisque in locis contigerint aliquando similes ob causas; id tamen est mirabilissimum, toties repetitas eas, cum fuit Ecclesia Dei vna cum capite eius conspicuo Pontifice Romano à supremis rerum profanarum moderatoribus diuexata, idque iuxta consonas diuinæ scripturæ prædictiones, ac promissa; donec tandem veniet impius ille omnium scelerum princeps Antichristus, in quem vnum coibunt, mala omnia quibus mortales ipsi, & eorum res perdi, ac deleri possint: cui fons totius bonitatis Deus, ac Christus ex aduerso occurrens, cuncta, vt ostendemus in longè optimam formam, statumque quemdam nobilissimum à diuinitate per Christi corpus, à quo corpora cuncta sunt nobilitanda (vt explicauimus libro 13. 14. & 15.) renouabit, euehens vniuersitatem hanc aspectabilium rerum vnà cum Ecclesia sua ad perfectam beatitudinem, quæ contineat, & in æternum tempus complectatur quæcumque bona pertinent ad corpus, animumque. Neque sit amplius in cælo, & in terris locus impiorum cœtui; sed in obscuram caliginem ad perferendas omnium cladum, suppliciorumque poenas retrusi miserimè concludantur.

## SIGNVM CENTESIMVM.

Prodigia, & clades cælitus missæ.

*Prodigia horrenda, cladesque in orbem terrarum diuinitus inuectæ, cum rerum profanarum Principes summi Papas oppugnarunt, hæc ostendunt nos esse ex Ecclesia Dei. Cap. III.*



Viciumque bona sunt, à Deo profluunt artifice omnium bonorum, ab eo deriuantur ex aliis in alias res, quas esse inuicem colligatas, & inter se aptas perpetua necessarij conuenientisq. boni mutatione ex æterno sanciuunt. Hæc verò omnia fabricatus est propter semetipsum, cum sit finis in quem cuncta tendunt, vt inde, quod sibi sit necesse, deducant. Quocirca si quid ab eo se diuellat, omnibus cōmodis destituetur, quamuis ad summum se peruenisse confidat. Et quando ostendimus Ecclesiam esse vnā cum Christo, qui Deus est: quicumque ab illa se abiunget, Deo similiter nuncium remittet, & in omnes miseras tandem miserimè incidet vnā cum iis, quos sibi adiunctos habuerit: ita vt verè appareat dictū: Deus propter peccata populiregnare facit hypocritas. Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. Vt enim persæpe accidit iram Dei mitigari, sustinerique vltices ipsius manus, Regis, summiq. præfecti meritis, ac virtute: sic vbi nulla sunt eorum benefacta, ac potius multa eorum populique maleficia; protinus quasi occasione à delictis Principum sumpta existit vltio cælestis, & in omnes partes tela intendit. Perinde ac si quis capiti graue vulnus infigat: nam tunc egritudo protinus membra reliqua inuadit. Idemque contingit, si caput aliquem morbum contrahit: defluit namq. ille in alias corporis partes. Quocirca illustrissimum sit Ecclesiæ nostræ signum huiusmodi. Nā quoties Imperatores, qui primas in profanorum gubernatione tenent, graue aliquod in Ecclesiam, vel eius Principem quasi alienum à recta fide, bellum mouent, neque vexandi finem faciunt. Subducit se Deus quodammodo ex orbe terrarum, & quæ bona per Ecclesiam, Præsulesque illius cælitus ad nos demittit, ea reuocat ad se, suosque, quasi meritò mortalibus iratus apparuit hoc euidentissimè, cum Pharaeo Hebræos adeo exagitabat, Deusque tot Aegyptum plagis vastauit, tot cædibus funestauit: denique ipsum Pharaonem nobilitatemque regni, quæ florentissimo exercitu coacto pergebat ad interitū Hæbreorum mari Erythreo submersit. si quis autem cælitus immittas ærumnas in Aegyptum consideret, proculdubio videbit elementa quodammodo omnia conspirasse in Aegyptios. Rectè quidem: nam si me ab vno aliquo seiungam, innumeris sunt, quibus adherere possum, per quos ad me bona diuina pertingere detur. Arvbi me ab Ecclesia Dei separo:  
iam

A iam nemo superest, per quem mihi pateat accessus ad Deum: Ecclesia namque cœtus est vniuersorum, qui Deo sunt accepti. Hinc terræ motus, sterilitates, tempestates, bella, latrocinia, crebræ cædes, domesticæ clades, contagia, lues, morbi cælitus demissi, ignes & insolita inauditaque irati Dei signa, & prodigia maximè horrenda. Sic cum Christus primarius Antistes & Sacerdos Ecclesiæ Princeps cruci est affixus, exstitere formidabiles terræ motus, Solis defectus: inde tot in Hebræos illatæ pestes clades, ac supremæ omnium vastitates, quarum necdum finis. Hæc verò omnia vaticinatus est ipse in vniuersum, cum dixit: Surget Gens contra Gentem, & regnū aduersus regnum, & terræ motus magni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hæc omnia iniiciet vobis manus, & persequentur, tradentes in synagogas, & custodias, trahentes ad Reges, & Præsides propter nomen meum. & mox: erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris, & fluctuum arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi: nā virtutes cælorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. Hæc Christus, apertissimè testatus fore, vt in suos Apostolos, quorum successio, auctoritas, & potestas adhuc permanet, cum dixerit: ero vobiscū vsque ad consummationem sæculi. primū manus iniiciantur, & in eos bellum moueatur, postea verò innumeræ in hostes, & orbem clades cælitus immittantur. Comprobat exitus oraculi veritatem. Nam quoties Imperatores in vniuersam Ecclesiam, Pontificemque Petri successorem se armarunt seditione commota, neque destiterunt, protinus adfuerunt prodigia prædicta. atque hoc sanè admirabilissimum signū. Veniamus ad rei veritatē. Et ne quis nos fingere, aut aliquid addere de nostro putet; singula recēsebimus ab Imperatoribus in Ecclesiam commota bella, scriptorumque ætatis illius testimonia, ac verba afferemus in mediū; quibus hæc quæ dicimus horrēda prodigia memoriæ prodiderunt: & quāuis aliqui tradant, in Christianos commotas persecutiones ab Imperatoribus, decem dumtaxat fuisse, videntur tamen intellexisse eas, quæ publicis propositis, ac renouatis edictis rursus excitabantur: alioquin est certissimum plures fuisse.

Igitur primus ex Imperatoribus Nero primam in Pontificem Romanum atque Ecclesiam tempestatem commouit. Is florentissimum accepit imperium, & annos quinque iuste illud administravit; vt solitus fuerit Traianus dicere, teste Victore, procul distare cunctos Principes à quinquennio Neronis: mox in tot ac tanta flagitia est prolapsus, vt pudeat ea referre: & tamen non possum sine maximo animi fastidio ea vel legere, vel recordari. Nihil tamen adhuc detrimenti sub eo Respublica Romana accepit: quin nobilissimis aduersus Parthos, & Germanos, duce Corbulano, victoriis est potitus, vt scribit Cornelius Tacitus: anno verò decimo imperii, & ab ortu Christi sexagesimo quinto, Romam iussit per quosdam à se submissos incendi, ex quo sic vrbs conflagrauit, vt cum eodem Tacito asserat Dion, post euerfam à Gallis urbem tantum calamitatis numquam acceptum. Duæ namque partes eius conflagrarunt, conuersus deinde Nero ad urbem magnificentissimè restaurandam, quo tanti criminis aboleretur infamia. Sed cum nihil proficeret, & quotidie peius audiret, notam in Christianos reicere est conatus. Odio erant tum Christiani multis eorum facta ignorantibus ob hæreticos quosdam, de quibus diximus supra signo suo cunctis flagitiis coopertos, qui cum communi nomine vocarentur, non distinguabantur à Catholicis. Ideò sic Tacitus: abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis poenis affecit, quos per flagitia inuisos vulgus Christianos appellat. Auctor nominis eius Christus, qui Tiberio imperante, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaque in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, nō modo per Iudæam originem eius mali, sed per urbem etiam, quod cuncta vndique pudenda & atrocitæ confluunt, celebranturque. Igitur primò correpti qui fatebantur, deinde indiciis eorum multitudo ingens haud perinde in crimine incendii odio humani generis cōuicti sunt: & pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis coniecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque vbi defecisset dies in vsum nocturni luminis vrerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat: & Circense ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel circulo insistens. Vnde quamquam aduersus fontes, & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur. tamquam non vtilitate publica, sed in fauitiā vnus absumerentur. Hæc Tacitus. Anno eodē classis tempestate ad Cumas amissa, vt idem subiicit, qui & hæc scribit. In fine anni vis fulminum non aliàs crebrior, vt sci-

Matth. 28.  
Mar. 13.  
Luc. 21.

Matth. vlt.

Cor. Tac. lib. 13  
& 15.  
Prima in Christianos cœdis publicè decreta.

res iratum Deum. sequenti anno nobilissimi quique Romanorum ob inritam in Nerone A  
coniurationem occisi, Silio Nerua, & Artico Vestino Coss. Eundem (sunt hæc Taciti ver-  
ba) tot facinoribus sedum, etiam Dii tempestatibus, & morbis insigniuere. Vastata cam-  
pania turbine ventorum, qui villas, arbuta, fruges passim disiecit, pertulitque violentiā  
ad mœnia vrbis, in qua omne mortalium genus vis pestilentiae depopulabatur, nulla cæ-  
li intemperie, quæ occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus  
complebantur. non sexus, non ætas periculo vacua: seruitia perinde atque ingenua plebs  
raptim extingui: equitum, senatorumque interitus quamuis promiscui, minus flebiles erāt. ]  
hucusque Tacitus. qui addit: ira illa numinum in res Romanas fuit; quam non vt in cla-  
dibus exercituum, aut captiuitate vrbium semel editam transire licet. ] Rurfus C. Suetonio,  
& L. Telefino Coss. scribit idem. trucidatis tot insignibus viris: ad postremum Nero  
virtutem ipsam excidere concupiuit, Thrasea, & Sorano cum pluribus aliis interfecit. B  
Quid quod narrat Dion in Nerone in Albanotanto sanguine pluuisse, vt fluuii sanguine  
fluere, & mare tam longo interuallo retrocessisse ab Aegypto, vt magnam partem Ly-  
ciæ occupauerit? Addit Nerone in Græciam profectum, & quasi isset ad bellum geren-  
dum eam depopulatum, cædesque infinitas fecisse. Anno verò vltimo imperij, qui fuit  
decimus quartus, à Christo nato 68. Petrus & Paulus extincti. Quocirca in Gallis aucto-  
re Vindice creatus est à militibus Galba Imperator: Nero autem sibi à populo Romano  
& coniuratoribus timens, vrbe profugit, & mortem sibi in spelunca delitescens, quasi fe-  
ra consciiuit. Galba in vrbem veniens pessimè regnavit menses septem, & ab Orthone oc-  
census. Ortho cum suum exercitum à Vitellio, qui fuerat imperante Galba in Germania  
ereatus Imperator, ad Cremonam cæsum audisset, intulit sibi mortem, cum regnasset mē-  
ses tres. Vitellius Neroni, ait Dion persimilis, menses tres vnum diem, interfectus à Ve-  
spasiani militibus duce Muciano, cum Romæ iam quinquaginta hominum millia exer-  
citu in vrbem ingresso interfecta fuissent à Vitellio. C

Qualis autem fuerit his Principibus rerum Romanarum infelicitas, non aliis opus est  
verbis explicare, quàm Taciti ipsius: sic enim ille. Opus aggredior plenum variis casibus,  
atrox præliis, discors seditionibus, in ipsa etiam pace sæuum. Quatuor Principes ferro in-  
terempti, tria bella ciuilia, plura externa, ac plerumque permixta: prospera in Oriente,  
aduersa in Occidente res. Turbatum Illyricum; Galliæ nutantes; perdomita Britannia,  
& statim missa cohorte in Roxolanos Sarmatarum, ac Sueuorum gentes, nobilitatus cæ-  
dibus mutuis Dacus. mota etiam propè Parthorum arma falsi Neronis ludibrio. Iam ve-  
rò Italia nouis cladibus, vel post longam sæculorum seriem repetitis afflicta; hausta, aut  
obrutæ vrbes, fecundissima campaniæ ora, & vrbs incendiis vastata, corruptis antiquissi-  
mis delubris. Ipso Capitolio ciuium manibus incenso, pollutæ cærimoniam, magna adulte-  
ria, plenum exiliis mare, infecti cædibus populi; atrocius in vrbe sæuitum, nobilitas, opes  
omissi gesti que honores pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium. nec minus præ-  
mia delatorum inuisa, quàm scelera; cum alii sacerdotia & consulatus vt spolia adepti,  
procuracionem alij, & interiorem potentiam agerent: verterent cuncta odio, & terrore.  
Et idem, præter multiplices rerum humanarum casus, cælo terra que prodigia, & fulminū  
monitus, & futurorum præfagia, læta, tristia, ambigua, manifesta, nec enim vquam ( ad-  
uerte hæc Taciti verba) atrocioribus populi Romani cladibus magis vetustis iudiciis ap-  
probaturum est non esse curæ deis securitatē nostram, sed vltionem. ] hæc ille. Audisti in pro-  
phanorum scriptorum testimonia, quibus apparet, quod diximus, maximas cælitus im-  
mitti clades in Imperatores, eorumque populos, vbi arma sumunt in Ecclesiam, Pontifi-  
cemque Romanum quasi à vero cultu auersum? His itaque è medio sublatis, conqueiuit  
oborta in Christianos procella, Vespasiano rerum potito, qui regnavit annos nouem, mē-  
ses vndecim, dies viginti duos. E

Sed secunda tamē in Pontificem Romanum, Christianosque persecutio commota est  
ipso imperante, cum cæsi Apollinaris Episcopus Rauennæ, vt è Martyrologio Adonis ap-  
paret, Leontiusque Hypatius, & Theodolus, quod scribit Simeon Metaphrastes. perue-  
nit autē vsque ad imperium Titij, quo imperate, vt Eusebius & alij volunt, occisus Linus  
Papa, qui sedit totos annos duodecim, ac menses, diesque nonnullos, & initium Pontifi-  
catus sumpsit ab obitu Petri, qui decessit Iunio mense Christi anno sexagesimonono, à  
quo mense, & anno si numeres annos totos duodecim necessario peruenies ad annum  
80. qui est Titij primus, vt melius colligit Eusebius in Chronico. Quod verò ait Dion,  
Titum

A Titum non permisisse vt de crimine impietatis cognoscatur, nihil efficit; cum certissimū  
sit inconsultis sepè Imperatoribus occisos Christianos ex edictis superiorum Imperato-  
rum non abrogatis: & in rebus Christianis credendum magis Eusebio, quàm Dionij. Vltimo  
igitur anno Vespasiani, lues tam magna inuasit Romam, vt hominum decem millia  
quandoque in singulos dies absumerentur, Eusebio teste. Post Vespasianum præfuit Ti-  
tus annos duos; quo tempore necatus Linus: eo imperante, quid acciderit è Vesuij mō-  
tis incendio non est prætereundū. Audiamus Dionem. Eo tempore (inquit ille) magnus  
numerus hominum inusitata magnitudine, quales Gigantes finguntur, in Vesuio mon-  
te, regioneque finitima, ac proximis ciuitatibus diu noctuque vagari, versarique in aère  
visus est. post hæc consecuta est maxima siccitas, ac repente ita graues terræ motus facti,  
vt & omnis ea planities feruida esset, & culmina montium subsiderent. Ad hæc sonitus  
B subterranei tamquam tonitrua, & super terram mugitibus similes exstiterunt. Dein mare  
simul fremere, omne cælum resonare, ingenisque, ac repentinus fragor, quasi montes simul  
confiderent, exaudiri. Tum exilire primū immensi lapides, & ad summos vertices per-  
uenire, deinde magna copia ignis, fumique; ita vt omnem aërem obscuraret, occultaret-  
que Solem non aliter, quàm si defecisset. Igitur nox ex die, & tenebræ è luce factæ sunt,  
putantibus nonnullis gigantes seditionem inter se facere, quod multæ imagines eorum  
in fumo conspicerentur; quodque clangor tubarum audiretur. Alii existimabant aut mū-  
dum in chaos redigi, aut igne consumi; ob eamque causam properabant alij ex ædibus  
in vias, alij de viis in ædes confugere, atque è mari in cōtinentem, & è continenti in ma-  
re se recipere. Alii conturbati, ea quæ nondum venerant, existimare tutiora rebus præsen-  
tibus. Tanta verò erat copia cineris, vt terram, mareque, atque ad eò ipsum aërem com-  
pleret. Quæ res multa damna, vt cuique fors tulit, importauit, nō solum hominibus, præ-  
diisque, ac pecoribus, sed etiam pisces, volucresque omnes peremit: duasque vrbes Her-  
culanum, & Pompeios, populo sedente in theatro, penitus obruit. Postremò tantus fuit ci-  
nis, vt inde peruenerit in Africam, Syriam, & Aegyptum, introieritque Romam, eiusque  
aërem compleuerit, & Solem obscurauerit: id Romæ accidit paucis post diebus, cum om-  
nes ignorarent id, quod factum erat in Campania, nec quid esset coniectura assequi pos-  
sent. Itaque etiam si putare cœperunt, omnia sursum deorsum inferri, Solemque in terrā  
cadere, aut terram in cælum ascendere. Quamquam autem hic cinis non attulit statim  
grauia incommoda populo Romano: tamen postea morbum pestilentem, & grauem im-  
misit. Insequente anno Tito ad visendam calamitatem campaniæ profecto, multa Romæ  
conflagrauerunt, quod incendium tamen exstiterat è terra. Nam Serapis, atque Isis fa-  
na septa, templum Neptuni, balnea Agrippæ, Pantheon Diribitorium, Theatrum Balbi,  
scena Pompeii, Octauiana ædificia vna cum libris, tēpla Iouis Capitolini cum proximis  
templis igne consumpta sunt. Ita id malum diuinum potius, quàm humanum fuit: licet  
enim ex iis quæ commemoravi, cetera quæ eo incendio perierunt, coniecere. hæc Dion  
in Tito. E quibus perspicitur grauissimè multatos Imperij Romani populos ob Ecclesiā  
Pontificemque eius afflictum, talemque cælitus inflictam plagam, vt huic similes paucas  
recorderis ab orbe condito ad nostra tempora, excepto diluio, contigisse. Ignis enim So-  
domorum quinque solum ciuitates absumpsit; at hic Syriam, Africam, & Italiam attigit,  
multos homines cinere iniecto occidit plurimum terroris incussit, tot ac tanta absumpsit.

III.  
Christianorum  
publica cædes  
Domitiano im-  
perante.

Annō Domini octuagesimoquarto Domitianus Tito successit, & anno imperij deci-  
mo acerrimè Christianos est insectatus. id Dion sic tradit. Eodem anno Domitianus cū  
E multos alios, tum verò Flauium Clementem Consulem, et si nepos eius erat, duxeratque  
vxorem Flauiam Domitillam propinquam ipsius, morte affectit illato amobus crimine  
impietatis: cuius rei causa multi qui in mores Iudæorum (Christiani appellabatur adhuc  
à Romanis Iudæi) transferant, damnati sunt: quorum pars occisa, pars spoliata facultati-  
bus, Domitilla tantummodo in Pandateriam relegata est. Glabriōnem quoque, qui cū  
Traiano magistratum gesserat accusatum præter cetera superioris criminis, & quod cum  
bestiis pugnasset, interfici iussit. ] hæc Dion, qui postea multas ab eo cædes nobilissimorū  
factas refert. Suetonius autem simulac scripsit Flauium Clementem cæsum, subdit: Quo  
maximè facto (cæso scilicet Clemente) maturauit sibi exitum. continuis octo mensibus  
tot fulgura facta, nunciataque sunt, vt exclamauerit, Feriat iam quem volet: tactum de cæ-  
lo Capitolium, templumque Flauiae gentis, item domus Palatina, & cubiculum ipsius,  
atque etiam à basi statuæ triumphalis titulus excussus vi procellæ in monumentum pro-  
ximum

rimū decidit.] hæc Suetonius. Ipse verò Domitianus postero anno occisus, ac vilissimè sepultus. Nerva excepit imperium, Domitiani que acta omnia rescidit, & Christianos ab exilio reuocauit, teste Dione, regnavitque annum vnum, menses quatuor, dies nouem.

IV.  
Verus Christianus  
Traiano.

Traianus à Nerva adoptatus successit, qui post deuictos Dacos, Armenos, & Parthos, anno imperii decimo maximè Christianos est insecutus, non nihil antea vexatos, atque his temporibus occisi Euaristus & Alexander Papa. Quid acciderit post hæc, sic Dion scribit. Dum verò Antiochia Traianus ageret, atrox & funestus motus terræ accidit vicinis vrbibus, atque populis cladem etiam afferens: quamquam ipsa Antiochia insigni ac publica strage vastata fuit. Hyemabat in ea fortè Traianus, atque illic milites frequentes, & priuati complures conuenerant: alii præterea, & iura accipere, & quosdam legationis officium, merces, & priuata compendia traxerant. Quamplurimi visendi Imperatoris, & spectandorum ludorum gratia confluxerant. Ita vix vlla natio, aut ciuitas à detrimento, & clade immunis fuit: vt planè vniuersus terrarum orbis, & populi, qui Romano parebant imperio calamitatem ingentem acceperint. Motum terræ fulmina primū antecesserunt, tum venti insoliti, atque peregrini vehementius inspira uere: quibus monstros, atque prodigijs, etsi graua & horrenda videbantur, nemo tamen, quæ mala secuta sunt, estimauit. Tum magno ac repentino orto fragore maria feruescere, fluctus intumescere, adhuc æstus vehementius, & violentius insurgere; terra omnis succidi, domus, & ædificia contrario ictu quassari, dissilire alia, & superanè assultantia tecta concidere, crepitus audiebatur ingens, & horribilis. Mœnia contrario pulsu modò huc, modò illuc nutantia confringi, & rueri. Mare ipsum turbine contorquebatur; terra aut vbi ædificia non erant, maximo cõpulsu motu assultabat. Tetra omnia erant, simul cõtrita ligna, collisa va-

sa scilicet, & laxa aceruatim magno cū stridore promebantur. puluis densus, atq; cõcretus excitari, tantaq; obducta caligo cuncta opprefferat, vt alterū videre, alloqui, & audire minimè cuiquā, immò è spirare quidè ingruente puluere, ac vtoliceret. hucusq; Dion, qui plurimis réprosequitur, & cõcludit. Mòs itè Cæsius (est hic Syriæ per iuga multa vsque in Aegyptū percurrens mòs (vt Strabo testatur) ita cõcussus est, vt nutante cacumine, quasi cõuulsus in subiectas vrbes labi existimaretur. subsidere & alii montes, quin etiā aquarū fontes non antè visi emersere: Fluuuii alii defecerunt. hęc ille. Eusebius narrat terramotu quatuor Asiæ, duas Græciæ vrbes subuersas, perdomuit deinde multas vltra Parthos nationes Traianus, Indiam per nauigauit. Exitum verò huiusmodi expeditionum sic refert Dion. Dum Traianus in Oceanum per nauigat, indeque remeat, populi omnes, qui ad deditionem compulsi fuerant, facile desciuere. Romana enim præfidia, quæ fines tuebantur, & quorum metu vel inuiti in officio perseuerabant, partim eiecere, partim interfecere. deinde adiicit: frustra multa tunc Romani tentauere, dum Armenia, & Mesopotamia, necnon Parthorum imperio potiri student, pericula quoque in irritum cesserunt. Sed neque illud omittendum. Nam dum Traianus post hæc Agarenos subigere contendit, & ipse graue vulnus accepit, & quid præterea acciderit his verbis scribit idem Dion. Prodigia inibi multa facta sunt, tonitrua, atque fulgura, arcus ingens in cælo visus, tempestas & grandines immensæ. Præterea (quod monstro simile existimatum est) quoties Romanus cū hoste manus confereret, ictu fulminis auertebatur, orta subito mulcarum vis edulsiis, & poculis insidens, seòdo contactu cuncta Romano graua & molesta faciebat. Eo similiter imperante, in Cyrene, Aegypto, ac Cypro cuncti Romani à Iudæis interfeciti: Iuerunt illi poenas ducibus eò missis, vt scriptum Dion reliquit. Denique Victor in epitome sua, qualis fuerit orbis Romani status imperante Traiano sic describit. eo tẽpore multo perniciosius, quàm sub Nerva, Tiberis inundauit, magna clade ædium, & terræmotus grauis per prouincias multas, atroxque pestilentia, famesque & incedia facta sunt.] hæc Victor: Eusebius aut tradit his incedijs auream domū conflagraffe. Atque hæc quantum ad Traiani tempora, qui Plinio rescripsit in Christianos non inquiri, sed in delatos animaduerti. Atque ideò non omninò in eo fuit crudelis. eo tamen imperante feruntur cæsi inter alios Euaristus, Alexander cum Euentio, & Theodolo diaconis, Quirinus, Balbina, Sulpicius Seruilianus, Phocas Ponti, Simon Hierosolymorum Episcopi, Hermes vr-bis præfectus, Zeno vir nobilis, Eustachius, Iustus, & Pastor cum pluribus alijs. imperauit Traianus annos 19. menses 6. dies 15.

V.  
Vexatio Ceri-  
Asia. orum.

Traianum sequitur Hadrianus Afer filius eius adoptiuus, qui rerum potitus est annos viginti, menses decem, dies vigintino uem: quo tempore occisi Xystus, & Thelephorus, Gerulicus,

**A** Getulius, & Symphorosa præter alios innumeros, qui Antinouum puerum Hadriani olim delicias colere recusabant. fueruntque (ait Spartianus) eius temporibus fames, pestilentia, & terræmotus, quæ omnia, quantum potuit, procura uit. Addit Dion: infensissimum omnibus cædes fecerunt. Idem Spartianus tradit deficientibus nationibus, quas Traianus subegerat, Mauri laceffebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri sub Romana ditione non poterant Aegyptus seditionibus urgebatur, Lycia denique & Palæstina rebelles animos efferebant. quare omnia trans Euphratem, & Tygrim reliquit. Iudæorū regiones penitus vastauit, arces eorum celeberrimæ quinquaginta dirutæ, vici nongenti octuaginta quinque direpti & igne consumpti. Ipsi ad internecionem ferè iis in locis delati: Romanus exercitus adedò debilitatus, vt Adrianus ad Senatū scribens non sit eo principio vsus, ego & exercitus valemus. Sub vitæ finè vetuit Christianos affligi, vt Eusebius scribit, & Iustinus in Apologia, ac refert Lampridius in vita Alexandri fuisse illi in animo templum Christo dicare. Antoninus Pius post Adrianum præfuit annos vigintiduos, menses septem, dies vigintifex. genere Gallus, oppido Nemauso: optime imperauit. tamen eo regnante Iustinus martyr cum nonnullis alijs est occisus, vt patet ex Eusebio, quamuis vetuerit anno tertio Christianos vexari, litteris in Asiam datis, quæ in comuni Concilio lectæ fuerunt, vt Eusebius scribit. aduersa eius temporibus (verba sunt hæc Capitolini) hæc fuerunt, fames, Circi ruina, terræmotus quo Rhodiorum, & Asiæ oppida conciderunt. Quæ omnia mirificè instaurauit, & Romæ incendium; quod trecentas, & quinquaginta insulas, vel domos absumpsit, & Narbonensis ciuitas Antiochense oppidum, & Chartaginense forum arsit, fuit & inundatio Tiberis. Xiphilinus in Dione tradit in Bithynia, atque Helleponto valde horribilem terræmotum esse factum, ea que de causa complures alias ciuitates laborasse vehementer, & Cizicum funditus periisse.

lib. 4. c. 16.

Euseb. lib. 4.

**C** Antonino Pio successere pari Imperio Marcus Antoninus Philosophus, & Lelius Verus Antoninus. Marcus imperauit annos nouemdecim, dies duos, Lucius annos vndecim. qui cum consulatum gereret vnà cum Tito Vinidio Quadrato publica in Christianos inquisitio decreta. de qua Eusebius latè. Accidit Imperii anno septimo, atque his temporibus occisus Anicetus Papa. Quæ clades diuinitus immiffæ fuerint, scribit Victor his verbis: Ab armis quies numquam erat, perque omnem Orientem, Illyricum, Italiam, Galliamque bella feruebant. terræmotus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluuiorum, lues crebræ, locustarum species agris infestæ profus, vt propè nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent dici, seu cogitari queat, quod non illo imperante sæuerit. hucusque Victor. hanc pestem per omnes prouincias peruagatam anno Imperii octauo, qui secutus est, decreta in Christianos edita, tradit Eusebius in annalibus. De inundatione Tiberis, sic Capitolinus: Tiberis inundatio sub his granissima fuit, quæ res & millia vrbs ædificia vexauit; & plurima animalium interemit, & famem grauissimam peperit. De pestilentia sic. tanta pestilentia fuit, vt vehiculis cadauera sint exportata, carrucisque. & rursus: multa quidem millia pestilentia consumpsit, multosque ex proceribus. Durauit vsque ad obitum Marci, teste Capitolino. defuncto verò Lucio fratre, Marcus æquissimus Christianis fuit ob illa miracula legionis fulminatricis, de quibus est alibi à nobis dictum.

VI. Christianorum  
cædes. imp.  
Euseb. lib. 5.  
Anto.

**D** Sed anno decimosexto collegam sibi Imperii asciiuit Commodum filium, è cuius rescripto multi in Gallijs è Christianis occisi, vt apparet ex Eusebio, è Papis Sother, viuente Marco: deinde Eleutherius Papa. imperauit Commodus post obitum patris annos duodecim, menses nouem, dies quatuordecim, qui tamen respectu aliorum Imperatorum visus est Christianis semper æquissimus, quamuis Apollonius, & Iulius Senatores Christiani cum multis alijs, ipso imperante, fuerint occisi. qualis fuerit eo regnante Respublica, sic Victor Sæuior omnibus libidine, atque avaritia: crudelitate nulli fidus, magisque in eos atrox, quos amplissimis honoribus, donisque ingentibus extulerat. Et Lampridius: honestissimos quosque aut per contumeliam, aut per honorem indignissimum abiecit, & misit homines ad prouincias regendas, vel criminum socios, vel à criminosis commendatos; inter plurimas cædes multorum ciuium, quasi quidam nouus Sylla. Eo imperante vexatam fame Romam scribit idem Eusebius in annalibus, anno octauo fulmine Capitolium, bibliothecam, & vicinas ædes concrematas, duodecimo Palatium incendio, Vestæque ædes, & plurimam vrbs partem

Euseb. lib. 5.  
VII. Christianorum  
cædes Imp.  
Com.

solo æquatam. Pestilentiam fuisse dirissimam narrat his verbis Dion: Per id tempus A  
tanta pestilentia fuit, quantam numquam fuisse cognoui: nam moriebantur vno die sæ-  
penumero ad duo millia hominum, multi non solum in vrbe, sed etiam sub omni fe-  
rè Imperio Romano necabantur à maleficis hominibus, quòd acus oblitus venenis qui-  
busdam precio, atque mercede adducti in alios conicerent. (id malum exstitit etiam  
Domitiani temporibus) ob eamque causam innumerabiles homines interibant. sed  
nulla vis morbi, aut maleficiorum grauior erat populo Romano, quàm Commodus.]  
Idem de incendio. Incendium excitatum in quibusdam ædibus ad templum Pacis  
peruenit, consumptisque tabernis, in quibus merces Aegyptiorum & Arabum erant,  
comprendit palatium, vbi adeò exusta sunt multa, vt libelli, qui ad principatum per-  
tinebant, omnes ferè interierint: ex quo cœpit esse perspicuum, forè, vt id malum non  
contineretur inclusum vrbe, sed inde ad vniuersum terrarum orbem emanaret; neque B  
enim id incendium restingui potuit humanibus viribus. Commodus interfecto, ad  
Pertinacem peruenit Imperium, qui regnavit menses duos, dies viginti: quo interem-  
pto, Didius Iulianus emit Imperium, potitulusque est rerum dies sexaginta sex.

VIII. Christia-  
norū ex des. imp  
Seuero.

Quo sublato Seuerus præfuit annos septemdecim, menses octo, dies tres: primis an-  
nis bellum ciuile gessit cum Nigro in Oriente, in quo ter collatis signis multa homi-  
num millia occisa. Rursus aliud ciuile exortum in Galliis Duce Clodio Albino, quo  
tempore collegam sibi asciiuit Imperii filium Bassianum, quem Aurelium Antoninum  
nominauit. anno Imperii sexto, ea de re sic Dion: In hoc prælio exercitus populi Ro-  
mani magnam cladem accepit, quod vtrinque innumerabiles ceciderint, ita vt victo-  
res magna ex parte hanc calamitatem lamentarentur, dum campum hominibus equisque  
mortuis plenū viderent.] & rursus, tanta copia erat effusi sanguinis, vt in fluuios influe-  
ret.] post deuictos Parthos, Adiabenos, & Arabas, edicta aduersus Christianos promul-  
gavit, vt apparet è Spartiano, sed paulo ante excitata est in Christianos vexatio, & neca-  
tus Victor Papa.

Igitur hic fuit rerum Romanarum status, Domi autem qualis, sic narrat Dion: Interea  
Plautianus, cuius erat apud Seuerum maxima auctoritas, quique præfecti potestatem ha-  
bebat; erarumque omnium hominum potentissimus, morte affectus magnum numerum pri-  
uatorum hominum, & optimatum: is erat homo inexplebili cupiditate, omnia enim  
petebat ab omnibus, & rapiebat omnia, nullamque gentem; nullam ciuitatem reliquit,  
quam non prædaretur. cumque cuncta diriperet vndeque, ea congeriebat in do-  
mum suam. multoque plura munera ab omnibus ad eum, quam ad Seuerum mitteban-  
tur. Quocirca Lampridius vocat hunc infinita multorum cæde crudeliorem, & ait: mul-  
tos inter hæc causis vel veris, vel simulatis occidit. damnabantur autem plerique cur i-  
ocati essent, alii cur tacuissent, alii cur pleraque figurata dixissent, vt quòd esset Impe-  
rator verè nominis sui, verè Pertinax, verè Seuerus.] Spartianus, & Dion asserunt ab  
eo oratione habita in Senatu laudatos Marium, Syllam, & Augustum, ob proscriptio-  
nes ciuium ab eis factas. Et ne quid hoc imperante mali deesset orbi Romano Bulas  
homo Italus comparata manu sexcentorum latronum in Italia biennio maximas præ-  
das egit; & in media Roma nihil non ab eo tentatum, & confectum. Tandem profectus  
Imperator in Britanniam quinquaginta hominum millia amisit; ex quo defectio insulæ  
secuta. ipse autem Eboraci grauisimo morbo extinctus, cum semper articulari morbo ex-  
cruciaretur, adeò vt nec potuerit ob id triumphare. Huius suprema ad filios verba, hæc  
fuerunt, facite vt cõueniat inter vos locupletate milites, ceteros omnes contemnite.] An-  
toninus Bassianus Caracalla patri est suffectus anno ducentesimo duodecimo, de eo sic  
Victor. Hic fratrem suum Getam interemit, ob quam causam furore poenas dedit dirarū  
infectatione. ex eis, qui cum Geta fuerant, occidit viginti hominum millia.] Xiphilinus  
ait vrbe Romam ob cedes ab eo factas priuatam bonis viris, comminutam, & quodam-  
modo mutilatam. omnes facinorosos exules restituit. Ideò sic Dion scribit: militibus co-  
mis, atque humanis; reliquos omnes spoliare, de peculiari, atque opprimere conabatur, at-  
que in primis Senatores. & rursus. quamdiu principatum tenuit Antoninus adeò omnis  
orbis terrarum, qui erat sub eius Imperio, vastatus ac direptus est, vt ludis Circensibus  
populus Romanus exclamauerit nos viuos perdimus, vt mortuos sepeliamus. Cunctos in-  
colas Alexandriæ occidit, occupatis vicis, ac portis ne quis euaderet, direptis eorū bonis.  
Denique postquã regnavit annos sex, menses duos, dies quinque, à militibus interfectus.

Opilius

A Opilius Macrinus superiori est substitutus cum Diadumeno filio, de quo sic Capitoli-  
nus. fuit superbus, & sanguinarius.] & deinde: Longum est eius crudelitates omnes ape-  
rire: sed tamen vnã ostendam non magnam, vt ipse credebat, sed omnibus tyranni-  
cis immanitatibus tristiozem.] & mox: reddidit etiam Maxentii supplicium, quo ille  
mortuis viuos alligabat, viuos etiam homines parietibus struxit: eo imperante amphi-  
theatrum exarsit. ter victus à Persis, mox à suis occisus: à militibus Heliogabalus creatus,  
quo imperate Zephirinus Papa interfectus Heliogabalum Dion nominat in omnibus re-  
bus turpissimam, nequissimam, & contaminatissimam. & sanè horret animus eius flagitia  
recordari, legat Lampridium, qui volet ea cognoscere. pueros multos in sacrificiis ma-  
ctauit. De cædibus ab eo factis sic Dion: Sed quid ego commemorem eos quos nulla  
ratione interfecit, cum morte multauerit homines sibi amicissimos, propterea quòd  
ipsum hortabantur, vt modeste, ac temperate viueret? occisus, & per vrbe[m] raptatus  
in cloacham: deinde in Tiberim proiectus, cum regnasset annos tres, menses nouem,  
dies quatuor. Alexander Mameæ huic successit optimus Imperator, amicissimus Chri-  
stianorum. refert enim Lampridius habuisse in Larario effigiem Christi inter alia simula-  
cra, quam colebat. Artaxerxem vicit, ac tum primùm Persæ Romanis serui fuerunt. ni-  
hil in orbe Romano dum regnavit annos tredecim, menses nouem, calamitatis insignis  
accidit. Mater eius Christianus fuit (Eusebio teste) & tamen imperante ipso, Gallixtus,  
& Urbanus Papæ interfecti per vrbe[m] Præfectos, vt putamus, cum foret ipse in expeditio-  
ne militari. Decretum fuit à Senatu, vt natalis ipsius festum celebraretur; quod suo ad-  
huc tempore solitum fuisse coli, tradit Lampridius, qui vixit imperante Constantino.

IX. in Pap. & Ec-  
cles. persecutio.

Euseb. lib. 6. c. 5.

Maximinus Thrax eius successor vnã cum filio, dum pecuniosos (inquit Victor) in-  
fontes, ac noxios simul persequitur à militibus est discerptus, con clamantibus cunctis  
è pessimo genere nec catulum habendum. in Christianos edicta hic promulgauit, oc-  
cisusque inter alios Antherus Papa (Capitolinus inquit) nullum eo fuit crudelius ani-  
mal in terris. Et cum Romani ferre eius crudelitatem non possent, quod delatores euo-  
carent, accusatorem immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret om-  
nes, quicumque in iudicium venisset ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret; ni-  
hil denique præmitteret, quod ad crudelitatem videretur operari, defectionem pa-  
rarunt, ideoque à militibus in Africa Gordianus Pater, & filius Imperatores creati, & à Se-  
nato Augusti appellati: Maximinus cum filio hostes dicti. omnes delatores, omnes  
accusatores, & amici eorum vnã cum Sabino vrbe[m] præfecto à populo Romano occisi,  
datæ à Senatu litteræ ad omnes prouincias, vt communi salutis subuenirent. Vbi que  
igitur omnes amici, procuratores, milites, Tribuni, & Duces Maximini occisi. ] hæc  
Lampridius. Interim tamen in Africa Gordianus filius à Capeliano Duce Maximini  
victus, & occisus: quo comperto pater laqueo vitam finiuit. Idcirco Senatus Impera-  
tores creauit Maximum Pupienum, & Clodium Balbinum. paruulusque Gordiani ne-  
pos Cæsar est dictus, profectus est aduersus Maximinum Maximus Balbino Romæ reli-  
cto: Gallicanus, & Mœcenas à populo occisi, populus à prætorianis militibus (vt ait Ca-  
pitolinus) laniatus est. Denique magna pars vrbe[m] incensa. Maximinus vnã cum fi-  
lio in obsidione Aquileiæ trucidati: capita Romam missa: regnarunt annos duos, Ma-  
ximus verò & Balbinus anno eodem interfecti. Gordiano imperante (ait Capitoli-  
nus) terræ motus eousque grauis fuit vt ciuitates etiam terræ hiatu cum populis depe-  
rissent. ob quæ sacrificia per totam vrbe[m], totumque orbem terrarum ingentia celebra-  
ta. occisus est Gordianus, cum Persas vicisset, vnã cum socero Philippi dolis, anno du-  
centesimo quadragesimo quinto. Hic Christianus fuisse dicitur, sed flagitiosus, adeò vt Fa-  
bianus Papa ad sacra illum non admisit, nisi expiatis delictis: datusque ei locus inter pe-  
nitentes.

X. persecutio.

XI. Christiano-  
rum persecutio.

Decius post hos imperauit, Christianosque est infectatus propositis edictis. tunc Pa-  
pa Fabianus necatus: Decius verò vnã cum filio interemptus: Gallusque, & Volusia-  
nus Galli filius imperarunt, qui foedus pacto cum Scythis tributo percusserunt: sed ij fi-  
nes paulo post egressi, Græciam, atque Asiam depopulati sunt: Parthi verò Syriam,  
& Mesopotamiam ceperunt. Pestis autem tam dira exorta est hoc tempore, vt per an-  
nos decem totum terrarum orbem depasta sit, & multas ciuitates incolis spoliaue-  
rit. testantur hoc epistolæ Dionysii Alexandrini, & Cypriani liber de mortalitate.  
Ipsæ autem Gallus vnã cum filio prope Interannam occisi, dum contra Aemilianum,

De Sig. Tom. 2.

D d d 2 qui

qui fuerat Imperator creatus à militibus, tendunt: sub ipsis occisus Cornelius Papa. A  
Ipse autem Aemilianus ad Pontem sanguinarium sub Spoleto vita decessit, anno ducen-  
tesimo quinquagesimo secundo. sub hæc tempora Gotthi Græciam, Pontum, Asiam, atq.  
Illyricum vastarunt: Illyricum verò & Macedoniam tenuerunt annos 15. teste Isidoro.

XII. Christiano-  
rum egedes. Imp.  
Valer.

Valerianus post hos in Rhætia ab exercitu Augustus, Romæ Gallienus à Senatu Cæ-  
sar vocatus imperarunt annos septem sæuissimi in Christianos publicè fuerunt, ac tres  
per istos Papæ interfecti Lucius, Stephanus, Sixtus, quarto anno Valerianus à Sapore  
Perfarum Rege captus in seruitute consenuit, eratque Regi, vbi equum cõscendebat pro  
scabello. eius consilio videtur Decius insectatus Christianos, cum creatus ab eo fuerit  
censor, teste Pollione, qui eum laudat: quamuis Victor vocet locordem atque inermem,  
qui & tradit Gallienum filium ab eo vocatum Augustum, Cornelium Valerianum ex eo  
nepotem Cæsarem. capto itaque Valeriano, imperauit Gallienus cum Valeriano fra-  
tre, & Gallieno filio annos octo, & Respublica Romana innumeras clades accepit. Nã  
Macrianus in Oriente Imperium abripuit, ac contra Valentem Achaia proconsulem  
misit cum exercitu Pisonem, qui à Valente est interfectus, Valensque se Imperatorem  
vocauit. Macrianus ex Asia in Illyricum venit contra Aureolum, qui Imperium con-  
tra Gallienum sumpserat, & vnà cum filio est interfectus ab Aureolo. Odenatus in Orien-  
te similiter se Imperatorem nominauit, & alterum Mauriani filium ibi à patre relictum  
cecidit, & Balista Dux Odenati Emisendorum ciuitatem penè deleuit. Aemilianus in  
Aegypto Imperium cepit: ac fame prouinciam vastauit. Sed à Theodoro Gallieni  
Duce victus. Ingenuus in Pannonia imperare cõepit; cæsus à Gallieno; Mioesiaque ciui-  
tates plurimæ omnibus virilis sexus trucidatis spoliatae. Aetianus idem aggressus  
apud Moguntiam, Valens in Macedonia, Posthumus in Galliis, qui Gallienum Gal-  
lieni filium occidit, Theodatum profigauit, & Gallias tenuit annos septem. Inter-  
rim Scythæ multas vrbes Bithynia deleuerunt, Nicomediam incenderunt, templum-  
que Dianæ Ephesia; latrones in Sicilia cuncta prædati. Post annos septem cum Gal-  
lienus foedus cum Aureolo, & Claudio misisset, Posthumum vicit: Bizantium, cun-  
ctis ciuibus interfectis vastatum: Odenatus Persas vicit, vocatusque à Gallieno in  
partem Imperii paulo post cum filio interimitur. Denique triginta Tyranni: de quibus  
Pollio, sc̄dissimè orbem Romanum per ea tempora dilaniarunt. Et ne quid mali deesset,  
imperante Gallieno, secundo ipsius anno quid acciderit, audiamus Trebellium,  
cuius hæc sunt verba. Audium tonitru terra mugiente, non Ioue tonante, quo motu  
multa fabrica deuorata sunt cum habitatoribus suis; multi terrore mortui; quod qui-  
dem malum tristius in Asia vrbebus fuit. Mora est & Roma, mora est Libya, hiatus  
terra plurimis in locis fuere, cum aqua falsa in fossis appareret. Maria etiam multas vr-  
bes occupauerunt, & mox subiicit.

Pax igitur à Deo quaesita inspectis Sibyllæ libris, factumque Ioui salutari, vt præ-  
ceptum fuerat sacrificium. Nam & pestilentia tanta exstiterat, vel Romæ, vel in Achai-  
cis vrbebus, vt vno die quinque millia hominum pari modo perirent. seuiente fortuna;  
cùm hinc terramotus, inde hiatus soli ex diuersis partibus, pestilentia orbem Ro-  
manum vastaret. ] hæc ille .tandem Gallienus vnà cum fratre Valeriano Mediolani  
quo ad opprimendum Aureolum, qui eas oras occupauerat, contenderat occisus: crea-  
tusque Imperator Claudius Dalmata, qui Aegyptum recepit, ac Gotthos memorabili  
victoria, terra, marique fregit. liquerè Pollione pestem fuisse adhuc, eo regnante. Clau-  
dio peste absumpto suffectus frater eius Quintillus.

XIII. Chri-  
stianorum eade.  
imp. Aurel.

Aurelianus his successit, qui bis ad Mediolanum, & Placentiam fufus à Marco-  
manni maximam cladem accepit; vastantibusque iis cuncta, penè Romanum ( in-  
quit Vopiscus ) solutum est Imperium: vici illi postea, receptaque Gallia, & Hi-  
spania, atque Oriens. Palmyram vrbelem, interfectis etiam infantibus evertit, an-  
no Imperii quarto in Christianos eadem exercuit, qua peremptus Felix Papa. Qua-  
lis fuerit eius gubernatio. sic Vopiscus. Aurelianus, quod negari non potest, seuerus,  
truculentus, sanguinarius fuit Princeps. ] & rursus: dicitur præterea huius fuisse cru-  
delitatis, vt plerisque Senatoribus simultarem ingereret factionum coniurationis, ac  
tyrannidis, quo facilius eos posset occidere. occisus à milite, anno Imperii quin-  
to, inter Constantinopolim, atque Heracleam. cui Tacitus suffectus occisus apud  
pontem post mensem sextum; huic Florianus Tharsi interfectus à militibus post dies  
octua.

A octuaginta. Post hos probus Firmii oriundus imperauit. multaque feliciter gessit. Gal-  
lias à Germanis occupatas recepit: Germanos domuit, Sarmatas profigauit, Orien-  
tem peccauit: sed cum Gepidas, Grutunnos, & Vandalos in solo Romano constituis-  
set, illi totum (inquit Vopiscus) orbem terrarum vagati, multum molestia cunctis intulê-  
re, sed omnes tamen diuersis præliis interemit, Proculum, & Bonosum, qui arrepto impe-  
rio Gallias, Hispanias, & Britanniam occuparunt, oppressit; in Illyrico à suis occisus post  
annum imperii quintum, menses quatuor; ipso imperante occisus Eutyichianus.

Carus huic succedens cum filiis Carino, & Numeriano, cum Mesopotamiam cepis-  
set, & in tentorio ægrotaret, tonitru factò exspirauit. Numerianus eius filius ab Apro soce-  
ro occisus in reditu. Diocletianus & Aprum, & Carinum de medio sustulit: qualis fuerit  
Carinus alibi dictum. Diocletianus asciiuit sibi socium Aurelium Maximianum, quem  
vocaui Hercules, se Iouium. tradidit illi regendas Italiam, Africam, Hispaniam,  
Gallias; ipse reliqua sibi retinuit, & communi sede imperii relicta Nicomediam concessit  
anno Domini ducentesimo octuagesimo quarto. Quibus imperantibus orbis Romanus  
turbulētissimus semper fuit. Anno namque primo Baccharide Gallias prædati; Sarraceni  
Lyriam, Parthi Mesopotamiam. Quibus repressis anno 2. Carausius Britannia cepit, & an-  
nis septè littora Gallia Hispania, Africa, Italia, prædationibus habuit infesta anno 4.  
Achilles Dux occupauit Aegyptum, se appellas Augustū, nouemq. annos tenuit, quibus  
exactis Diocletianus Alexandriam diripuit, muros solo æquauit, Aegyptios exiliis, &  
& proscriptionibus plurimis oppressit. Quarto similiter anno Quinquagesimo Africam  
totam per annos octo fœdissime vastarunt: nono Narses Armeniam & Mesopotamiam  
miserrimè annos octo est depopulatus, Galienum ad Carras vicit; quo postea profiga-  
tus. singulis verò propè annis Germani, Franci, Rhænum transgressi Gallias prædaban-  
tur Gotthi, Carpi, Marcomanni Pannonias, Illyricum, & ceteras prouincias Romanas  
Istrum transgressi populabantur per annos ferè septem. Quamuis anno imperii decimo  
octauo deuictis omnibus ambo Imperatores Romæ magnificentissime triumpharunt.  
Post hæc omnium acerbissima in Christianos vexatio promulgata: Marcellinus Papa in-  
terfectus, libros iussu comburi, dirui templa, quæcumque exstabant. Inceperat illa an-  
no decimotertio, quo Romæ occisus Caius Pontifex, & decimo quarto, Veturio militum  
magistro vt in annalibus Eusebii narrat, atque ita duo Papæ Caius, & Marcellinus occi-  
si.

Decimaquarta  
in Papæ & Chri-  
stianos perlecuto.

C Propè annis Germani, Franci, Rhænum transgressi Gallias prædaban-  
tur Gotthi, Carpi, Marcomanni Pannonias, Illyricum, & ceteras prouincias Romanas  
Istrum transgressi populabantur per annos ferè septem. Quamuis anno imperii decimo  
octauo deuictis omnibus ambo Imperatores Romæ magnificentissime triumpharunt.  
Post hæc omnium acerbissima in Christianos vexatio promulgata: Marcellinus Papa in-  
terfectus, libros iussu comburi, dirui templa, quæcumque exstabant. Inceperat illa an-  
no decimotertio, quo Romæ occisus Caius Pontifex, & decimo quarto, Veturio militum  
magistro vt in annalibus Eusebii narrat, atque ita duo Papæ Caius, & Marcellinus occi-  
si.

Decimaquinta  
in Papæ & Chri-  
stianos perlecuto.

D Anno autem secundo statutæ inquisitionis Diocletianus  
Nicomedie Galerium, Maximianus Mediolani Constantium Augustos depositi ipsi im-  
perio crearunt. Diocletianus postea epoto veneno, Maximianus laqueo vitam finiuit, de  
quo sic Victor. Aurelius Maximianus cognomento Hercules, ferus natura, ardens libi-  
dine, consiliis stolidus. Constantius, & Galerius inter se imperium sunt partiti. huic ob-  
tigit Oriens, Asia, Aegyptus, Illyricum. Constantio Italia, Africa, Hispania, Gallia, Britan-  
nia. qui nihilominus vltro Italiam, & Africam Galerio cessit, Christianosque humanitate  
summa fouit, quos Galerius ex edicto vexare non destitit. Anno tercentesimo sexto Gale-  
rius hic cognomento Armentarius duos fororum filios sibi Cæsares adoptauit, Seuerū,  
cui commisit Italiam, atque Africam, Maximinum, cui traditus Oriens, Asia, Aegyptus,  
eodemque anno Eboraci defuncto Cōstantio successit Cōstantinus. quo audito Maxen-  
tius Maximiani Herculei filius, indignatus se à patre præteritum imperium Romæ arri-  
pit, Seuerumque acie vicit; Maximinumque Hercules è Lucania, vbi priuatus degebat  
Romam veniens, coactus imperium recipere anno tercentesimo septimo, Seuerum in fidē  
receptum occidit. Faustamq. filiam Constantino vxorem dedit, Imperium rursus depo-  
nens, quo tempore Romæ fanum Fortunæ conflagrauit, atque orta seditione parum ab-  
fuit quin ferè tota vrbs à militibus incederetur. Anno tercentesimo octauo, Alexander  
quidam in Africa se Augustum vocat, & ab exercitu Maxentii cæditur. sequenti an-  
no tercentesimo nono, Maxentius antea Christianis amicus, eos persequi cõepit; cum  
Maximinus maximam ab Armentarius in Illyrico idem facerent. Quo tempore  
Maximinus in Oriente ab Armenis cladem accepit, totumque Orientem tam læua  
pestis inuasit, vt vrbes incolis, agri colonis spoliarentur, teste Eusebio, qui tem-  
poribus illis vixit: ortoque bello inter Maxentium, & Maximinum anno tercentesimo

decimo: nec mare tuto navigari poterat; & qui vtrinque capiebantur, omnia tormenta à tyrannis patiebantur. Tàtaque Romæ inopia exorta, quantam fuisse aliquando memoria nulla exstabat. De moribus, & exitu hominum huiusmodi dictum est alibi à nobis. Nunc ad rem nostram veniamus. Hucusque Imperatores in Papas Christianos deseruerunt. anno namque tercentesimo duodecimo Maxentius prælio victus à Constantino ad pontem Miluium in Tiberi est suffocatus; Liciniusque Thessalonicae haud multo post cum seditionem bis esset molitus, strangulatur. atque hic finis.

Prima itaque in Christianos, cæsis eorum Pontificibus ab Imperatoribus commota tē pestas incidit in annum sexagesimum quintum, vel sexagesimum sextum, vt alii volunt, sepius intermissa durauit vsque ad annum tercentesimo duodecimum per annos ducentos & quadraginta septem; quibus temporibus nihil non mali accidit imperio Romano subiectis.

Sub annum namque sexagesimum quintum Nerone imperante fuere creberrima fulmina, horribiles venti, inundationes, sanguinis pluuia.

Vespasiano rerum porito sub octuagesimum, pestis vbiq; truculenta.

Tito regnante, sub octuagesimum secundum, & octuagesimum tertium, incendium Vesuuui, è cuius cinere, qui peruenit in Africam, Syriam, atque Aegyptum, oborta est plurimorum dira lues.

Domitiani principatu sub annum nonagesimum sextum fulmina continua per octo menses.

Traiano præsidente sub annum centesimum nonum, terræ motus Antiochiæ, & per orbem totum, pestilentia, fames, incendium, Tiberis inundatio, tempestates, grandines, locustæ.

Adriano præsidente, sub annum, centesimum decimum octauum, passim pestis, fames, terræ motus, Tyberis inundatio.

Antonini imperio sub annum centesimum trigessimum nonum, per omnia loca fames, pestis, terræ motus, incendium, Tyberis inundatio vsque ad annum centesimum sexagesimum secundum, eoq; fuere terræ motus, inundatio, locustæ, agris infestæ, pestis vsque ad annum centesimum atque octuagesimum primum.

L. Vero imperante inde vsque ad ceterisim nonagesimum quartum pestis vbiq; fames, & incendium Romæ, quod etiam fuit Macrini imperio.

Maximino imperante, anno ducentesimo decimooctauo, & trigesimo septimo magna pars vrbs incensa, & trigesimo octauo terræ motus toto orbe terrarum.

Gordiani dominatu, & Gallo, Volusianoq; regnantibus, anno ducentesimo quinquagesimo secundo pestis vniuersalis per decennium.

Gallieni imperio anno ducentesimo sexagesimo tertio terræ motus vbiq; & pestis.

Claudio imperante, sub annum ducentesimo sexagesimum nonum, lues similiter generalis.

Diocletiano, & Maximiano imperantibus, anno trecentesimo tertio terræ motus, quo Sydon ac Tyrus euersæ, & tercentesimo septimo Romæ incendiū, nono pestis in Oriente, Romæ fames.

Atque ita intra ducentos & quadraginta septem annos, octo terræ motus vniuersales, in quibus multæ vrbes absorptæ, plurima vastata, nullum ferè tricennium sine illis.

Decem pestes generales cum fame.

Nouem Romæ insignia incendia.

Ter fulmina per multos menses.

Nullum ferè decennium vel à peste, vel à fame, vel à terræ motu liberum. Iam verò cū tot fuerint Augusti, & Cæsares, quinquaginta scilicet quatuor, aut etiam plures cuncti ferè tyrannidem crudelissimam exercuerūt quinque, aut ad summum sex exceptis: reliqui subditorum innumeras cædes fecerunt. Omnia præter hæc seditionum ciuiliū, bellorū domesticorum prædationumq; plena. Quæ cum viderent hostes Ecclesiæ, Christianis hæc quasi impiis adscribebant, vt apparet ex Apologia Tertulliani, Cypriani, Arnobii, epistolisque & scriptis Firmiliani, Orosij, Augustini. Neque animaduertebant hæc tunc maximè accidere, cum tenderetur aduersus Papas, quod Christus iam futurum præsignificarat.

Tem-

A Tempora, quibus defuncto Constantino Imperatores persecuti sunt Pontifices Romanos, & eius studiosos ante Caroli Magni aetatem. Cap. IV.



D maiorem tamen eorum, quæ præ manibus habemus, euentiam, post hæc enumerabimus tempora, quibus Imperatores alii persecuti sunt Pontifices Romanos ea de causa, quod Ecclesiæ Dei præsiderent, cum vellēt illi id sibi arrogare, & à Pontificibus auocare. & quamuis Iulianus Christianis fuerit infensus, tamen dolo, scriptisque, non aperta vi, quamdiu regnauit, est aggressus, Episcoposque Romanos omnino non attigit.

Anno autem 355. Constantius Arianus Imperator Liberium Romanum Pontificem sede eiecit, quod Arianis subscribere nollet, ablegauit, Felicem substituit, cum prius Athanasium sede Alexandrina abiecisset anno tercentesimo quadragesimo primo: Idque (inquit Socrates) cōtra legē, quæ vetabat, ne quid iniussu Episcopi Romani ab Ecclesiis faciretur. Idē quod Socrates tradit Ammianus Marcellinus auctor Christianis in sensus. Igitur postquā manus iniecit in Liberium Constantius, quid acciderit, explicemus. Anno eodē Iulianum Cæsare ascituit hostem scilicet acerrimum Christi, quamuis tum celaret (inquit Ammianus.) At anno tercentesimo quinquagesimo octauo, Nicomedia funditus est euersa terræ motu; vicinæ ciuitates, Pontus, Asia, Macedonia maximis damnis afflictae teste Hieronymo in annalibus, & Sozomeno. Ammianus, qui fuit iis temporibus, de eo sic inquit: Terræ motus horrendi per Macedoniam, Asiamque, & Pontum assiduis pulsibus, oppida multa concusserunt, & montes. Inter monumenta tamen multiformium ærurnarum eminuere Nicomediæ clades Bithyniæ vrbiū matris. hæc ille. Quid verò est quod hæc acciderunt Nicomediæ? nisi quod ea ciuitas plurimum fauerit Arianis, & Eusebius eius Episcopus omnes turbas excitauerit aduersus Catholicos? Qualis verò fuerit Romanæ Reipublicæ status ipso imperante, sic ait Ammianus: Qui cum esset in negocijs alijs Principibus medijs comparandus, si affectatæ dominationis ansam quamdam reperisset, hanc sine fine scrutando, falsq; eodem loco ducēs, & nefas; Caligulæ, & Domitiani, & Commodi immanitatem facile superabat. quorum æmulatus sæuitiam inter imperandi exordia cunctos sanguine & genere contingentes stirpitis interemit. ] & rursum augebat etiam amaritudinem temporū, flagitatorū rapacitas inexpleta, plus odiorū ei, quam pecuniæ conferentiū. Hocq; grauius multis interfectis videbatur, quod nec causam aliquando audiuit, nec prouinciarum indemnitati prospexit, quum multiplicatis tributis & vectigalibus vexarentur. eratque super his adimere facilis quæ donabat. Christianam religionem absolutam & simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexius, quam componenda grauius excitauit dissidia plurima, quæ progressu fusius aluit concertatione verborum, vt cateruis antistitum iumentis publicis vltro citroque discurrentibus per synodos, quas appellant: dum ritum omnem ad suum trahere conaretur arbitrium, rei vehiculariæ succideret neruos. ] hæc ille, qui sepius à Persis victū refert, & vt alibi ostendimus, infelicem ipsius obitum describit. Ad alios veniamus. Anno tercentesimo sexagesimo quarto Valentianus Imperator creatus, cum vellēt sibi confortem imperii adsciscere, conuocatis Principibus ininterrogauit quemnam oporteret assumi. Ibi tacentibus cunctis, ita Dagalaiphus: Si tuos amas, Imperator optime, habes fratrem: si Rempub. quære quem vestiges: ægrè id tulit Valentianus, Constantinopolimq; profectus, Valentem fratrem Augustum creat Kal. Aprilis. ] hæc Ammianus. Ac per illum sanè annum, totamque hyemem, tranquillè cuncta processerunt, teste eodem Am-

Tempus. XVI.

lib. II.

Soz. lib. 4. c. 15

lib. 21.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

lib. 26.

Cum verò Valentianus in Occidentem profectus esset, ac Valens, qui Arianus erat, in Oriente remansisset continuo in Episcopos cum Romano Pontifice, & Catholicis consentientes, manus iniecit. Meletium Antiochia expellit, Euzoio suffecto, grauissimamq; in omnes bene sentientes procellam commouit, Socrate teste, complures in Oronte fluuio demersit. Quo tempore Procopius tyrannidem Constantinopoli arripuit, eoq; adegit Valentem (Ammianus id scribit) vt imperium, insigniaque Augustalia deponere cogitarit, nisi amici à proposito abduxissent. Eo postea victo, in Orientis oris omnium cædes est facta. Ammiani sunt hæc verba: Carnifex, & vncius, & cruentæ quæstiones sine discrimine vltro ætatis & dignitatum per fortunatas omnes, & ordines grassabantur; & pacis obtentu detestandum agitabatur, infaustam victoriam execrantibus vniuersis, internecino bello quouis

Socrat. lib. 4. c. 3  
XVII.

lib. 26.



lo quouis grauiorem.] & mox: Nam vt quisque à tempestate ob quamlibet valuerat cau-  
sam regiae prope accedens, & aliena rapiendi cupiditate exultus, licet aperte infontem  
arcessens, vt familiaris suscipiebatur, & fidus dirandus casibus alienis. Imperator enim  
promptior ad nocendum, criminantibus parens, & funereas dilationes adsciscens per  
suppliciorum diuersitates effrenatus exultauit. ] Rursus idem. Exin cum superata lucu-  
bus ferocia deflagrasset, proscriptiones, & exilia, & quae minora quibusdam videntur,  
quamquam sint aspera, viri pertulere summates. & vt diraretur alius genere nobilis, &  
forte meritis, locupletior actus, patrimonio praecipuus, rursusque in exilium, consumeba-  
tur angore, aut stipe precaria victitabat. nec modus vllus exitibus malis impositus;  
quamdiu Principem & proximos opum satietas cepit, & caedis.] Atque vt plane cogno-  
scamus ab irato Deo haec profecta, adicit ibidem Maraclinus de maximo terramotu  
portenta horrenda. sic enim scribit: Hoc noua tore adhuc supersite (loquitur de Proco-  
pio) cuius actus multiplices docuimus & interitum xij. Kal. Augusti, Consi. Valentiniano  
primum cum fratre horrendi tremores per omnem orbis ambitum grassari sunt subito,  
quales nec fabulae, nec veridicae nobis antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exor-  
tum densitate praevia fulgurum acrius vibratorum tremefacta concutitur omnis terreni  
stabilitas ponderis; mareque depulsum retrò fluctibus euolutis abscessit, vt reiecta vor-  
agine profundorum species natantum multiformes limo cernerentur haerentes, valliumque  
vastitates, & montium, tunc vt opinari dabatur susciperent radios Solis, quos primi ge-  
nia rerum sub immensis gurgitibus amandarunt. Multis igitur nauibus velut arida humo  
connexis, & licentia per exiguas vndarum reliquias palantibus plurimis, vt pisces mani-  
bus colligerent, & similia marini fluctus velut grauati repulsa, versa vice confurgunt, per-  
que vada feruentia insulis & continetis terrae spatii porrectis violenter illisi innumera  
quaedam in ciuitatibus, & vbi reperta sunt aedificia complanarunt. Proinde vt elementor-  
um furente discordia inuoluta facies mundi miraculorum species ostendebat. relapsa  
enim aequorum magnitudo cum minimè speraretur, millia multa necauit hominum, &  
submersit.] Et rursus ingentes aliae naues extruse rapidis flatibus culminibus insidere te-  
ctorum, vt Alexandria contigit, & ad secundum lapidem ferè procul à littore contortae  
sunt aliquae vt Laconicam prope Methonè nos transeundo perspeximus.] haec ille: similiter  
anno tercetesimo sexagesimo septimo, Lupicino & Iouino Consi. sic eos nominat Cassio-  
dorus, plurima grando magnitudine inusitata, lapidibus per similibus Constantinopoli deci-  
dit, & innumeros occidit, cum tempore eodem in Galliis apud Attrebatas (vbi Catholica  
doctrina permansit illaesa) pluuia admixta lana defluxit, teste Hieronymo. Anno item  
tercentesimo septuagesimo octauo, alter terramotus in Bithynia Nicæam funditus euer-  
tit (inquit in annalibus Hieronymus) multa verò partes Cerinæ vrbis Hellepontii terræ-  
motu conuassatae ceciderunt, vt narrat Socrates. Demum Valens anno imperii decimo  
quarto in Thracia à Gothis profugatus, in tugurio est concrematus, neque eius corpus  
umquam repertum, teste Ammiano, qui subdit tantam acceptam cladem quantam post  
Cannensem numquam populus Romanus est perpeffus. Gothi ex eo per Thraciam, Da-  
ciam, Masiam, & primos Pannoniae campos euagati cuncta ferro, flammisque euerterunt.  
Atque haec de Valente, qui in Graecia atque Oriente imperauit.

lib. 4. c. 10.

XVII.  
Tempus.

Nunc accedamus ad alios Imperatores haereticos. Iustino defuncto Iustinianus succes-  
sit. Is anno sequenti Codicem iuris composuit, & anno quingentesimo trigesimo secundo  
fidei suae professionem misit ad Ioannem Papam, cum maximis & preciosis donis, & extat  
ea in Codice. anno autè quingentesimo trigesimo tertio, institutiones iuris ac Pandectas  
emisit, & sequenti per Belisarium Ducem capto Rege Gilimere Africam sibi subegit.  
Propter necem deinde Amalasinthæ, Regi Theodahato bellum inferens, per Mundum  
Dalmatiam, per Belisarium Siciliam, Neapolim, Romamque illi eripit anno quingen-  
tesimo trigesimo quinto: postero deinde procurauit cogi Constantinopoli Conciliū An-  
thimumque Episcopum haereticum priuari designat, Petrumque, Seuerum, & Zoaram sa-  
cra auctoritate damnari. Hic fuit annus imperii decimus, vt Procopius eius ætatis scri-  
ptor memoriae mandauit. Ex his igitur rebus domi, bellique gestis immortalē merito  
apud posteros sibi gloriā cōparauit. Erat Iustiniano vxor Theodora malorum omnium de  
quibus agemus, origo. fauebat haec Anthimo. Idcirco scribit ad Sylueriū Papam, vt illum  
in pristinam dignitatem restituat. Nefas id esse rescribit Papa. Hoc illa accepto dat lit-  
teras ad Belisarium, vt nisi quod vult ipsa, Syluerius faciat, insimulatum alicuius crimi-  
nis

nis, dignitate spoliari, ac Vigilium suffici curet. nam conuenerat ei cum Vigilio, vt si per-  
eam Papa fieret, Anthimus sedi suae redderetur, & Theodora duo centenaria auri solue-  
rentur. Belisarius reuentē postulata facere Syluerium prodicionis insimulatum, ad Pa-  
taras in Lyciam relegat. Vigilium euehi ad summum gradum curat, qui & ipse mutata  
sententia Anthimum noluit restituere. Anno itaque quingentesimo trigesimo sexto,  
Iustinianus rogatus ab Episcopo Patarenfi iussit Syluerium Romam reduci, ac si osten-  
deret se per calumniam accusatum prodicionis, deiecto Vigilio restitueretur, sin minus in  
quacumque vellet ciuitate, maneret. Vigilium pollicitus est se cuncta praestaturum, si Syl-  
uerius ipsi traderetur, traditur, iussuque eius in Insulam Pontiam deportatus inedia con-  
fectus obiit xij. Kal. Iunias.] Haec Liberatus à quo tamē aliqui dissentiunt in quibusdam  
Post haec Vigilium accusatus apud Iustinianum, quod Syluerium Papam abdicandum cu-  
rasset, viduae cuiusdam filium calcibus contusum occidisset, à Belisario capitur; & Con-  
stantinopolim perducitur: & Anno 546. exceptus est magno honore à Iustiniano, & popu-  
lo. Mox cum Augusti vrgerent, vt Anthimus restitueretur; ipse negaret, minatibus dixit.  
Non ad Iustinianum, & Theodoram, sed ad Dioclerianum, & Eleutheriam veni: facite  
vt vultis: digna factis recipio. Ob haec à quodam palma percussus, obiectis illi criminibus  
in Syluerium patratis confugit ad S. Euphemiam; inde abductus per vrbe mediam, in vin-  
cula conuicitur, modico illi pane, aquaque assignatis. Clerus autem Romanus, qui cū eo  
erat, ad metalla damnatus. ac Vigilium tandem multa indignissima Constantinopoli  
passum, precibus multorum victus Iustinianus Romam remisit. Is autem cum Siciliam ap-  
pulisset, saeuo calculi dolore Syracusis oppressus V. Kalen. Iulij obiit anno quingentesi-  
mo quinquagesimo quarto. Atque haec accidere nefanda dum Principes prophani sa-  
cris se rebus ingerunt, easque tractare aduersus scita sacra volunt, per annos decem, &  
septem. tot enim intercedunt ab Anno quingentesimo trigesimo septimo, vsque ad quin-  
gesimum quinquagesimum quartum. Nunc quas Deus clades in orbē Terrarum immiserit,  
cognoscamus. verba sunt haec Pauli Diaconi. Anno decimo quinto Imperij Iustiniani mē-  
se Octobri facta est mortalitas Constantinopoli, & eodem anno Hypapante domini  
sumpsit initium; decimo septimo factus est terramotus magnus in vniuerso mundo, se-  
quenti diffusum est mare per Thraciam milliariis quatuor, & cooperuit eam Terram cir-  
ca partes Odyssei, & Dionysiopeleos, & multi necati sunt in aquis; decimonono facta  
est inopia frumenti, vini, & olei, ac pluuia magna, & factus est terramotus magnus Con-  
stantinopoli, & euersio die sancto Paschae; vigesimo primo facti sunt terramotus magni,  
& pluuia, mortuaque est Theodora Augusta. similiter & sequenti anno facta sunt ful-  
gura, & tonitrua, ita vt dormientes ex tonitruo laederentur; atque incendia penes Byzan-  
tium. Vigesimo tertio legatus Indorum venit Constantinopolim ducens Elephantum, &  
ingressus est Hyppodromū: Mense autem Martio exiliit elephas è stabulo noctu, & inter-  
fecit multos, alios verò debilitauit, vigesimo septimo factus est terribilis terramotus Con-  
stantinopoli, & per alias Vrbes, qui tenuit dies quadraginta; & paulatim homines com-  
puncti sunt litaniam agentes; & frequentantes, atque in Ecclesijs commanentes. cumque  
multa misericordia Dei facta fuisset, homines ad peiora lapsi sunt. Vigesimo octauo fa-  
cta sunt tonitrua, & fulgura horrenda, & ventus Africus terribilis. Trigesimo primo fa-  
ctus est terramotus terribilis valde, qualem nullus hominum memorabat in generatio-  
ne illa super terram effectum: concutiebatur terra nocte, ac die diebus decem; postea ces-  
savit.] haec Paulus Diaconus.

Paul. Diac. li. 16

Sed quales fuerint ii terramotus, quantas ediderint ruinas, quanam mortalitas il-  
la; suigendum est è Procopio, Agathia, & Euagrio, qui vixere iis temporibus. sciendum  
est itaque captam fuisse à Persis Antiochiam, anno Imperij Iustiniani, vt refert Paulus  
duodecimo, ac biennio post pestis illam inuasit. Inde in omnem terrarum orbem ferè est  
bacchata. Incepit itaque Antiochia anno quingentesimo quadragesimo secundo. Eam  
sic Euagrius describit: Iam venio narraturus historiam numquam antea memoriae prodi-  
tam de morbo, qui quinquaginta duos annos inter homines grassatus est; & ita innaluit,  
vt vniuersum orbem terrarum depasceretur. Nam biennio post Antiochiam à Persis ca-  
ptam pestifer morbus in eam inuasit dicitur, in nonnullis rebus ei qui à Tucydide de-  
scribitur per similibus; in aliis quibusdam ab eo multū discrepans, initium cepit in Aethio-  
pia, sicut & ille, qui à Tucydide commemoratur, orbemque terrarum vniuersum, deinceps  
peragravit. neque quisquam mortalium fuit, qui eius effugerit contagionem; ac nonnul-

las

las vrbes vsque eò opprimebat, quoad eas omnibus suis habitatoribus orbasset. cū aliis A autem, quas fortè occupauit, lenius egit. ] & paulo pòst, vt aliqua mitramus, quibus morbi diritas explicatur. Morbus verò ille, ex variis morborum generibus compositus fuit. Nam in nonnullis hominibus à capite primùm exorsus oculos cruentos, vultumque tumidum reddidit, deinde in guttur delapsus est, & quemcumque occupauit, de medio sustulit. Aliis fluxus alui contigit, quibusdam abscessus in inguine exorti: iisdemque febres in primis ardentes, adeò vt biduo, aut ad summum triduo mortem obirent: perinde tum animo, tum corpore afflicti, atque illi, quibus nihil mali accidisset. Alii de mentis statu deturbati vitam edidere. quin etiam carbunculi è carne erumpentes multos exstinxere. Euenit etiam interdum, vt qui semel, atque iterum hoc morbo correpti euassissent rursus eodem oppressi interirent. Quod autem ad rationem morbi contrahendi attinet, ea sanè tam varia fuit, vt nulla possit oratione explicari. Nam alii solùm vnà versando, pariterque degendo fuere infecti. Alii tangendo dumtaxat, & in eadem domum ingrediendo; alii in foro non pauci, qui ex vrbibus contagione infectis fugientes integri manebant, sanis, & valentibus morbum impertierunt. Aliqui cum ægrotantibus versabantur, & non modò ægros, sed etiam mortuos attingebant, non omnino in morbū inciderunt. Alii, quibus tamen propter liberorum, aut necessariorum interitum in optatis morte occumbere, & maximè ob hanc causam se ægrotantibus admiscuere: tamen perinde ac si morbus eorum aduerfaretur voluntati, neutiquam eo occupati sunt. morbus autem, vt ante à me dictum est, totum orbem terrarum iam ad spatium, quinquaginta duorum annorum depastus est, omnesque morbos, qui vquam exstitissent longè superauit. ] hæc Euagrius, qui morbo eodem laborauit. Atque eadem scribit Agathias, qui per ea tempora fuit.

Agath. lib. 5.

Terræmotum verò eius temporis, quo mortua est Augusta, anni scilicet vigesimi primi cum multis aliis prodigiis, sic Procopius describit. eadem præterea tempestate, hybernoque tempore cū Byzantii, tum & in aliis locis terræmotus facti asperiores quidam, & maximi, noctuque omnes. atque adeò, vt qui ea incolerent loca ruinis iam iam suspicati oppressum se iri, ingenti formidine tenerentur, cū aliàs nullo affecti sint malo. Tūc item & Fluius Nilus vltro octodecim cubitos supra alueum ipsū ita elatus excreuit, vt sua inundatione vniuersam irrigarit Aegyptum. Quin etiam in superiore Thebaide subsidentes adeò, recedentesque aquas eam regionem colentibus præbuit, vt nec terram suis temporibus serere, nec cetera procurare pro sua consuetudine possent. à superioribus autem locis, vbi primùm leniter est superfluis, haudquaquam abscessit. eoque & fementis tempus omne interpellauit; cū id antea numquā nec vllò sæculo accidisset. exstāt præterea & alia loca, in quibus, vel aqua deficiente, rursus Nili flumen nec longè pòst tantoperè inundarit, vt quod stratum fuisset, penitus contabuerit. Culus rei, & calamitatis absurditas hominibus quidem stuporem, animantibus verò ceteris, vt pabuli necessitate deficientibus exitium attulit. Per id ipsum tempus & cetera quidam marinus piscis, quem Porphyrium Byzantini vocant, mirificè capitur. Hic sanè circa annum iam quinquagesimum, vt Byzantini ipsi, ita & finitimorum locorum, tunc incolis infestior fuerat, non continenter, sed per temporis interualla. nam & nauigia pleraque ad imum deprefferat, multarumque nauium uectores, ac nautas turbando, & vim inferendo longiùs disturbabat. quam belluam capiendi magnum Iustiniano studium fuit: peragere tamè quod animo ei inerat, nulla potuit arte. ] hæc ille.

lib. 3.

Terræmotum vigesimifexti anni sic idem refert. Per id autem temporis ingens terræ factus est motus, vt qui Boetiam omnem, & simul Achaiam, ceteraque, circa sinum Creteū corruperit; loca insuper alia quidem, & infinita, octonafque. ciuitates ad solū prostrauerit. Coroniam præterea Methonēque: Petram itē, & Naupaetum deleuerit prorsus. Quorū in oppidorum excidio ingens hominum facta est consternatio. Terra verò nonnullis in locis, cū maximum in chaos hiasset, in se rursus, ac priorem in statum coibat. alibi tamen sic interscissa permanit eius vt regionis tunc homines nisi longiore circuitu inuicè versari nihil possent. In freto autē quod inter Theffaliā & Boethiā constat tantus de repente ortus est æstus, vt circa vrbem, quā Echinorū appellant, & in Boethia ipsa Scaffā oppidum cū in continentem plurimum descendisset, ac ea è regione sic cetera inundauerit loca, vt magna ruentium ædificiorum, & hominum simul facta sit strages. in hisque, tandiū ea inundatio mansit, vt longiora tranfacta sint temporis spatia; atque adeò vt supra id fretum insulæ ipsæ, vnde aquarum illuuius illa exæstuarat, sic peruiæ hominibus sint factæ, vt pedi-

A vt pedibus ad eas haud secus peruaderent, ac fluctibus destitutas, aliarum terrarū longè lateque, superficiem omnē ad montes vsque operientibus, qui ea prominent regione. sed vbi mare in pristinum se locum recepit, destituta in terra tanta passim vis est piscium, vt vel inuetum antehac eius regionis hominibus piscium genus portenti loco sit visum. In eo autem terræmotu quā validius incidisset, maior longè hisce in locis est facta, quàm in reliqua Græcia strages. ] hæc Procopius, cuius historia in anno Iustiniani vigesimosexto, teste Agathia, desinit, & ex ipso Procopio colligi potest.

Agath. lib. 2.

Vigesimiseptimi anni clades sic Agathias narrat: Tēpestate hac ipsa maturis iam frugibus Byzantii, & aliis plerisque in locis terra vehementius est mota, atque adeò, vt ciuitates quàm multæ tam insulares, quàm continentis derepente quassatæ euerterentur, habitatores quoque funditus interierint, vnde Berythos ciuitas illa pulcherrima Phœnicæ maximum ornamentum prorsus dehonestata sit, prostrata; & inclyta illa, & celeberrima mira varietate antehac ædificia corruerint: adeò vt præter pauimenta nihil ferè reliquum sit factum; multi mortales, vt incolæ, & peregrini ruentium ædificiorum mole oppressi, occubuerint. Per id temporis, & in vasta illa Alexandria vrbe, quæ ad Nilum flumen est sita, sensus quidam eius turbinis; breuis tamen & paruulus, nec omnibus cognitus, vnde incolæ omnes, & præcipuè iam ætate prouectiores pro ingenti miraculo, quod contigit, habuere: quum ibi antehac numquam terræmotus fuerit, præ formidine tamen omnes re mira & subita consternati in publicū se effundebant. ] Et rursus alibi idem: Paulo antequam hæc gererentur, iterato Byzantii vehementer adeò terra mouit, vt omnis ferè collapsa ciuitas sit. Hunc terræmotum, & alter tantæ magnitudinis insecutus, quantæ vt reor, numquam antehac fuerat. Nimirum qui sit exæstuantibus aquis, salientisque terræ perseverantia factus. ] hæc Agathias, qui latè deinde persequitur totius ciuitatis ruinam, strages hominum, ac lamenta, quæ nunc non est opus referre: satis sit admonuisse lectorem.

Agath. lib. 5.

Iam verò quid opus est recensere vastitates Italiae illatas tempore Iustiniani? audiamus Procopium, qui interfuit: Dicentes (inquit ille) tradunt, non minùs quinquaginta hominum millia præ inedia interiisse, & longè plus extra Ionicum sinum. Qua autem morbi specie, & quemadmodum morerentur, mox explicabo. Cū enim nihil his esset, quo vescerentur, extenuati nimirum omnes, pallentesque reddebantur: caroque vt cibo diutius carens in semetipsam contracta cohererat. Sed item cū nimium abundaret, atque adeò corpora ipsa vi sua oppressa iam infecisset, haud quaquam sinebat suo pristino cursu in venas defluere. Malo itaque, vincente nil prorsus succi hominibus relinquebatur. Cutis præterea obdurata, corio persimilis erat, præ se maximè ferens; quod impacta offibus inhæsisset, liuore iam in nigredinem commutato. vnde & homines exustis facibus nihil ab similes videbantur, eorumque facies stupidior erat, toruusque & furentis aspectus. Mortem itaque passim obibant, cibi partim inopia nimia, partim saturitate. Nam postquam in his fuerat calor omnis extinctus, quem natura introrsus exusserat; si quis fortè eos ad satietatem, & non paulatim cibasset, vt recens nati lactari solent, cū ingestos minus digererent cibos, celerius longè moriebantur. fuere, qui fame cogente alternis se effarent. Fæminas item duas fuisse tunc tradunt, quæ viros septemdecim absumpserint. ] & alibi idem. eodem tempore, & Romani in Placentia vrbe obsessi, omnibus iam necessariis deficientibus fame coacti cibi genere utebantur mortalibus infueto, vt qui se inuicè effarent, quo factum est, vt se, ac Placentiam hostibus deditioe tradiderint, salute pacta. Non secus in vrbe Roma obsessis necessaria omnia defuere. Pelagius quidam Diaconus, qui diu Byzantii commoratus, maximam sibi cum Imperatore conciliarat amicitiam. Vnde & pecuniarum vi maxima circumfultus Romam se paulo ante, quam obsideretur contulerat. In eaque deinde obsidione necessariis indigentibus, eius pecuniæ partē largiter impartitus, cū vel antehac esset inter Italos omnes probus, maiorem, vti par erat charitatis, & in proximos omnes benevolentiae gloriam retulit. & paulo pòst de Romanis loquens, plerique verò, ait, vel incedentes vel dentibus adhuc ipsis vrticas mandentibus de improviso exanimati cadebant. Iamque vel purgamentis in cibum, & stercorebus utebantur: nonnulli etiam fame nimia oppressi, manus sibimet inferebant, cū nec canes quidem, nec mures de cetero inuenirent. ]

lib. 5.

lib. 3.

Qualis autem in administrando Imperio fuerit Iustinianus, ita Euagrius scribit: In Iustiniano tam inexplabilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis, atque adeò absurda rerū alienarum

lib. 4. c. 29.

alienarum appetitio, vt omnia subiectorum bona his qui magistratus administrabant, A qui tributa colligebant, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, immo verò innumerabiles, qui multa bona possidebant causa falsa, commenticiaque conficta omnibus fortunis multauit. Quòd si qua meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiciens consuetudinem se vllam cum eo, vel coniunctionem habuisse simularet, statim omnia iura, ac leges; modò Iustinianum turpis lucri socium constitueret, eius causa euerfa iacuerunt, facultateque omnes illius, qui falso in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum translata. ] Rursus idem placuit Iustiano ita vehementer in alteram factionem eorum, qui Praefini dicuntur, animo propendere, vt impune possent ipso meridie in media ciuitate aduersarios trucidare, & non modo non poenas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus; adeò vt inde multi homicidæ existerent. Licebat autem illis in aedes alienas irrumpere, thesauros diripere in illis B reconditos, hominibus suam ipsorum salutem, & vitam diuedere; & si quis magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creauit periculum. ] & mox: inde factum est, vt qui alterius erant factionis, cum à domiciliis suis fugissent, & à nemine vsquam exciperentur hospitio: sed veluti scelera vbique exagitarentur, tendere insidias vioribus, spoliare, caedes facere coeperunt: ita vt omnia loca caede improuisa direptione, & reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam sententiam mutato eius generis homines interfecit, legumque, permisit potestati etiam eos, quos antea passus fuerat more Barbarorum in ciuitatibus impia scelera conficere. sed ad ista singulatim persequenda mihi nec tempus suppetit, nec facultas dicendi. Atque ea, quæ diximus, satis esse poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam. ] hæc C Euagrius. At ne quid cunctis malis deesset anno duodecimo Imperii Iustiniani, teste Paulo Diacono, Bulgari in Mæsiam & Thraciam irrumpentes cuncta sunt populati. & Rex Persarum Cosroës Antiochiam Syriæ cepit. Et cum continenter ab anno quingentesimo trigesimo vsque ad quingentesimum quinquagesimum fecundum, in Italia aduersus Gothos diuerso euentu prælia gesta fuissent, nihil non aduersi pertulit florentissima regio. Roma ipsa in primis cum recepta fuisset opera Belisarii, rursus à Totila Rege capta, & omnino magna ex parte euerfa anno quingentesimo quadragessimosesto. Iterumque à Belisario liberatur, & à Totila mox expugnatur. Qualis autem fuerit obitus Iustiniani, dictum est alibi à nobis.

Tempus decimū nonum.

Post eum, qui pessimo fuit in Catholicos, & Romanos Antifites animo, offert se Constantinus Heraclii nepos. Occasus fuit huiusmodi. Anno sexcentesimo quadragessimono, Martinus Papa cum Concilium habuisset aduersus hæreticos, qui asserabant in Christo D vnā solummodo voluntatem fuisse, in offensionem incidit Constantis, qui ex ea hæresi fuit. Quocirca mandauit Imperator Olympio Exarcho, vt Papā vi aggrediretur. Id ille cum conaretur, misit, qui Martinum sacra facientem ad S. Mariæ Maioris occiderent. Ille cum stringeret ensē in Pontificem luminibus est captus, coëptumque perficere nequiuit. Hoc contigit anno sexcentesimo quinquagesimo, sed sexcentesimo quinquagesimotertio Martinus de iussu eiusdem Imperatoris in insulam Chersonis est relegatus, & in carcere decessit. Regnare incepit Constantis anno 636. vndecimoque Imperii legati Papæ diuexati indignissimè. Quid postea acciderit, referemus è breuissima historia Landulphi Sagacis, anno vndecimo, inquit ille, cinis è cælo descendit, & timor magnus super homines cecidit, 12. Muhaias Rex Sarracenorum Rhodum cepit, & Auidus Arabū Rex Armeniam vsque ad Caucasum est populatus, 13. Idem Muhaias nauali prælio uicit Constantem, è quo vix Imperator effugit, tantaque Christianorum facta strages, vt mare sanguine purpureum factum (inquit cum Zonara Landulphus) aspiceretur. Narrata hac clade, scribit Zonaras sub hoc Constante multæ Romanorum prouinciæ terramotu, ventorumque procellis, quæ multa ædificia deiecerunt afflittæ sunt. Quales verò hi fuerint terræmotus, & quas ruinas fecerint, ob scriptorum illius ætatis inopiam non possumus explicare. Accidère hæc sub ea ipsa tempora, quibus capi iussit Pontificem. Orta est interim dissensio inter Reges Sarracenorum, quamobrem conqueiuit Imperium à vexationibus eorum, patensque est Muhaias Constanti tributū nomine in singulos dies mille numismata. Sed rursus anno vigesimo primo Arabes in ciuitates Oriētis excursionibus factis multas prædas egerunt, vigesimo secundo vastatæ ab eis Cilicia, ac sequentibus annis multæ regiones & ciuitates, in quibus Emessa, Hexapolis, Phadala vsque ad annum vigesi-

lib. 19.

A vigesimum quintum. Interim Constantis cum videret se omnibus exosum, ob patratum, vt Zonaras & Landulphus testantur, in Martinum Papam scelus, in Italiam cum magno exercitu aduersus Longobardos contendit, commissoque cum eis prope Nicopolim prælio, magnam cladem accepit. Quocirca dimisso belli aduersus Longobardos gerendi consilio Romā perrexit: ibi magno honore exceptus, cum prius noua dona templis obtulisset, tandem multis ex vrbe ornamentis asportatis in Siciliam nauigauit; vbi à suis in balneo est occisus Anno sexcentesimo sexagesimonono.

Pergamus ad alia, Leo sacris imaginibus infestus multa scelera patrauit. Inter alia iussit Euthychio Exarcho Rauennati, vt Gregorium Secundum necaret, & sacras imagines demolirerur. venit ille, & Neapolim appellens ministrum misit, qui Papam cum optimatibus extingueret. Re patefacta, Romani ministrum comprehendunt, & graui eum supplicio statuunt punire. Papa liberari iussit, satis habens Leonem & Euthychium piorum communionem priuasse. Euthychius aperta vi rem aggressus in societatem cum Luitprando Longobardorum Rege, Romamque ambo cum exercitu obsederunt. Id videns Gregorius, venit in castra Regis, atque ita egit cum eo, vt is statim ad eius pedes se prostrauerit, Euthychiumque ab incepto reuocauit. isque dimisso exercitu in gratiam rediit cum Gregorio. Atque hoc tempus illud fuit, quo Romani vltro se Papæ sacramento obligarunt, & subiecerunt vnā cum toto Ducatu. Misit etiā classem Leo ad hanc rem perficiendam, sed ea perit ventis dissecta: sic enim Landulphus eius temporis scriptor: In seniori Roma Gregorius sanctissimus vir Apostolicus, & Petri Apostolorū Principis successor, verbo, & actu coruscus, remouit Romam, & Italiam, necnon & omnia iam Reipub. quam ecclesiastica iura in Hesperis ab obedientia Leonis, & Imperii sub ipso constituti. ] hæc ille. Accidère hæc post annum septingentesimum decimum septimum. imitatus est impietate patris Constantinus Copronymus, qui nullum flagitiorum genus omisit, quo persequeretur Catholicos. Nunc afferamus in mediū, quæ contigerunt iis repestatibus. verba sunt hæc Cedreni in vita Leonis. Aestate eius anni, inter Therā, & Therasiam insulas per aliquot dies è profundo maris rursus se extulit caligo, quasi ab ardente fornace surgens; qua paulatim deserta inque lapidem concreta, igniti incendii vi totus locus, & aer igneum aspectū prætulērūt, & ob crassitie terreæ materiae magni pumices lapidū instar per totā Asiā minorē, Lesbū, Abydumque, & maritimam Macedoniā dissecti sunt: ita vt vniuersa facies eius maris pumicibus in summo iacentibus tecta fuerit. In medio ignis huius insula in terram consipata, Hierēque insulae aggregata est, quæ ante numquā fuit. ] subiicit his Zonaras: Terræmotu vehemēti multa templa, & domus Byzantii corruerunt, magna hominū multitudine ruinis oppressa. Tunc & Arcadii statua in Xerolophi columna posita concidit, & Theodosii statua in aurea porta, & obuersa continenti mœnia. Corruerunt, & Nicomedia, & Nicæa Bithyniæ Metropolis. ] Adiecit Landulphus ciuitates, ac villæ in Thracia, ac Nicomedia, in Bithynia, & Prenetus, & Nicæa, in qua vna tantum salua remansit ecclesia. fugit autem & mare terminos suos in quibusdam locis, & perdurauit terræmotus mensibus duodecim. sed ante hunc Terræmotum Sarraceni cunctas Asiæ totius regiones populati, Bosphoro traiecto, Constantinopolim tres annos obsederunt. Quocirca pestis, ac fames trecenta hominum millia in vrbe absumpsit. Hæc lues etiam Sarracenos inuasit, ac perdidit. Anno deinde decimosexto Muhamas Sarracenorum Rex Paphlagoniā ingenti exercitu latissimè est prædatus; classisque Imperatoris in Italiam missa, tota naufragio lacerata perit: & 22. Arabū nonaginta millia Asiā incursantes miserimè vastauerunt. ] At vbi cepit Imperiū Copronymus, anno eius secundo, hæc sunt Landulphi verba, pluuie defectus, & terræmotus per loca facti sunt, ita vt montes vnirentur ad inuicē per Eremum Sabæ & Castella in terrā immergerentur absorpta. Apparuit signum in cælo ad Aquilonē mense Iunio. Tertio anno apparuit signum ad Aquilonē; & cinis descendit per loca, factusque est terræmotus magnus in Caspiis portis. quarto cometes magnus in Syria visus est quinto à quarto Id. Aug. vsque ad Octobris Kal. tenebræ factæ sunt caliginosæ. sexto factus est terræmotus magnus in Palæstina, & circa Iordanem, & totam Syriam mense Ian. hora quarta, & multa millia, quin & innumerabilia mortua sunt, Ecclesiæque, ac monasteria corruerunt; & maximè penes Eremum sanctæ ciuitatis. Eodem verò anno pestilens morbus à Sicilia, & Calabria incipiens, veluti quidam ignis depascens, ad Monobasiam, & Helladem, atque interiacentes insulas, veniens per totam quartam decimā in ditionē flagellans impium Constantinum, & cohibens ab insania, quā aduersus sanctas

ecclesias, ac sanctas & venerabiles imagines irritabat. Verum ille ut Pharaon quondam incorruptus permansit. sanè pestilentia hæc bubonis discurrens decima quinta Indictione regiam peruenit ad urbem. coeperunt autem subito fieri tam in hominum vestimentis, & in sacris ecclesiarum indumentis; quam & in velis cruciculæ plurimæ, veluti ex oleo designatæ. Venit nihilominus & diuinitus indignatio dissipans incessanter non solum vrbis ciues, sed & in omnibus suburbanis eius degentes. factæ verò sunt & phantasiæ in multos hominum; qui in cæsi facti existimabant se cum peregrinis, ut putabant, & trucibus faciebus comitari, & eos, qui in itinere obuii fiebant, se quasi amicos salutare, & colloqui fingebant, notatis verò his, quæ dicebantur ab eis, hæc postea referebant. Contemplabantur autem easdem domos ingredi, & alios quidem ex domo deserere, alios autem vulnerare; contigit autem eorum, quæ dicta sunt ab eis plurima, ut videbāt, fieri; præterea vernali tempore primæ Indictionis magis exstensa est. æstiuo autem profus incendit. ita ut integræ quoque domus penitus clauderentur, nec essent qui deberent mortuos sepelire ex necessitate. Itaque post multa excogitatum est, quod super animalia tabulæ sternerentur; & ita super has impositi mortui deferrerentur. Pari modo, & alii in plaustris supra appositi asportabantur. Cum autem repleta fuissent vniuersa tam scilicet vrbana, quam suburbana monumenta, & cisternæ quoque sine aqua, & lacus, & plurimæ vineæ, necnon interiores horti, qui intra veteres muros erant ad huiusmodi capeßendam sepulturam effossi sunt; & ita vix omnia hæc ad tantam necessitatem sufficere valuerunt. Anno nono factus est in Syria & ingens & terribilis casus, unde ciuitatum aliq̄ quidem penitus exterminatæ sunt: aliæ verò mediocriter: aliæ autem à montanis ad subiecta campestria cum muris & habitationibus suis integræ migrauerunt, & saluæ, quasi milliaria sex, vel etiam modicum quid vltra. Denique asseuerauerunt hi, qui propriis visibus terram Mesopotamiæ contemplati sunt, in longitudine disruptam fuisse ad milliaria duo; & ex profundo eius ascendisse aliam terram nimis albam, & arenosam; de cuius medio ascendit, ut aiunt, animal mulinum incontaminatum loquens humana voce, & prænuncians gentis incurfionē aduersus Arabas. Decimosexto terræ motus haud modicus factus est in Palæstina, & Syria. Vigesimo tertio à Kal. Octobris factum est gelu magnum, & amarissimum non solum in terra nostra, verum etiam in Oriente, & multo magis in Septentrionali parte, ut pelagus ponti vsque ad centum milliaria præ glaciæ rigore in lapidis duritiam fuerit versum, habens cubitos in superficie ad profundum triginta, cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lyca vsque ad Danubium, & Euphræ fluiuium, Damastri quoque, & Danapri, atque Necropela, necnon & per reliquas ripas, & vsque ad Mesembriam, & Moesiam similiter patētib. Cumque huiusmodi gelu niue fuisset cooperitū, super alios viginti cubitos creuit: ita ut mare aridæ cōformaretur, & pedibus calcaretur in superficie glaciæ à Gazaria, & Bulgaria, quin & adiacentibus insulis, tã ab hominibus, quam agrestibus, & māsue factis animalibus. Feb. verò mense ipsius secundæ indict. huiusmodi gelu per iussionem Dei in multas ac diuersas in speciem mortuam factas cōcisiones in Danupsiam, & Hieron descendit: taliter per angustū prouenerunt ad urbē, & vsque ad Propontidem, & insulas, & Abydū, & oēs maritimos choros, & ripas replentes: quarū videlicet concisionū inspectores, & nos ipsi existimus descendentes super vnā earū cū quibusdā triginta coætaneis meis. Habebat autē & animalia multa campestria, & mansueta, & viuā & mortua: omnis enim quicumque veller à Sophianis vsque ad urbē, & à Chryfopoli vsque ad sanctum Mamam, & ad ea, quæ dicuntur Galati, per aridā sine prohibitione pergebat: & vna quidē ex eis ad Acropoleos scalā disrupta cōtriuuit eā; alia verò ingentis molis ad murū collisa hunc magno impulsu cōcussit; adeo ut interiores quoque domus salo participarentur. Porro in tria disrupta cinxit urbē, à Manganis videlicet vsque ad Bosphorū, cuius altitudo muros excessit. Omnes autē tam viri, quam fæminæ simul, & pueri horum visioni dantes indefinenter operam perseuerabant; & cum lachrimis domum reuertebantur, ignorantes quid ad id fari quiuissent. Ceterum anno eodē, mense Mar. stellæ de cælo cadentes apparuerunt; ita ut omnes qui hoc viderunt instantis sæculi consummationem hoc esse putarent. Siccitas quoque multa effecta est, adeo ut etiam fontes exsiccarentur. hæc ille. Constantino Copronymo adhuc imperante Sarraceni cunctas Asiæ regiones, sic occupauerunt, ut vtrumque Bosphorum ponte iunxerint, scribit hoc ex epistola Buchardi Episcopi, quem Zacharias ad Pipinum misit, Aemilius. Turcæ similiter è Caspiis portis erumpentes Armeniam minorem ceperunt. horrenda facinora, atque obitum miserabilem tum ipsius

A ipsius, tum patris, qui vult plenius cognoscere, legat Landolphum. Tot verò ab eo Catholicos interfectos narrat, ut à nemine Imperatorū plures vniquam. Post hæc anno octingentesimo primo translata est Imperatoris dignitas, ac potestas in Occidentem, cum Leo Tertius Carolum Romæ coronauit. In Oriente verò Imperium magis ac magis in dies concidere, & ad nihilum redigi omnino cœpit. Quod alibi persecuti sumus. Numquam tamen amplius Imperatores Orientis in Episcopos Romanos aliquid vel potuerunt, vel moliti sunt. factum est ab eis aliquando in Episcopos Catholicos. Verbi gratia Leo Armenus iniuit Imperium anno octingentesimo decimotertio: is sacrarum imaginum cultoribus fuit infestissimus. est imitatus illum non nihil Michaël Balbus. At Theophilus acerrimus fuit infestator Catholicorum: regnare is cœpit anno octingentesimo vigesimo nono, desit octingentesimo quadagesimo primo. sed quamuis hi caput Ecclesiæ, Præfulem scilicet Romanum non petierint, neque enim potuerunt, Tamen portentis maximis & cladibus diuinitus immisiss eos Deus afflixit. Sed nō est hic ea persequēdi locus. nunc namque agimus de temporibus iis, quibus ab Imperatoribus vexati in primis Pontifices Romani, veluti Antistites summi rerum sacrarum, & capita Ecclesiæ totius.

*Enumerantur prodigia, & clades, quæ contigerunt in Occidente, cum post Imperium Occidentale restitutum, qui potiebantur illo, uertērunt arma in Pontificem Romanum, & Studiosos eius. Cap. V.*

**N**X Imperatoribus Occidentis, qui in Pontificem Romanum sumpserint arma sacrilega, asserentes non esse ipsius Catholicis præesse, atque vniuersis Christianis leges dare, primi fuere Henricus Tertius, ac Quartus: & hæc quidem supra signo de studio Romani Pontificis in conseruandis Imperiis Catholicorum persecuti, explicauimus Imperatorum, Henrici Tertii, & Quarti maleficia in Gregorium Septimum, & successores. Nūc quæ clades Germaniæ, Lombardiæ, populisque Imperio subiectis, qui assenserunt magna ex parte Henrico, diuinitus sint illatæ, ostendamus. Adducamusque testem Sigibertum, quod infenso sit animo in Pontifices Romanos. Tempus diffidii fuit ab anno millesimo septuagesimo nono: quo Moguntia habito conuentu, inquit Sigibertus ab Imperatore decretum, ne Gregorius Papa esset, Gibertusque postea ad tantum culmen intrusus vsque ad annum millesimum centesimum sextum: quo defunctus est Henricus. Anno igitur millesimo octuagesimo Moguntia magnum terræ motum præsentit Kal. Decembris: qualis hic fuerit non scribit Sigibertus, sed Iacobus Meyrus Flander in suis annalibus vocat horrendum. Moguntia igitur iræ diuinæ prima sensit signa. Ex ea iam ciues eiecerant anno millesimo septuagesimo septimo Episcopum, quod cum Gregorio sentiret, teste Sigiberto, qui subdit: anno millesimo octuagesimo primo, magnus terræ motus cum graui terræ mugitu factus est sexto Kalend. Aprilis, prima hora noctis. Addit Marianus Scotus Henrici coæuus. Moguntia ciuitas ex parte magna, & monasterium episcopale, aliaque tria monasteria igne consumpta sunt. Millesimo octuagesimo sexto, inquit Sigibertus, nimia aquarum inundatio multis in locis damno & periculo fuit. Nam & in Italia diluuius tanta fuit, ut rupes liquefactæ plures villas destruerent. hæc ille. Adhærebat hoc tempore Italia Henrico, exceptis Apulia, & Calabria, quæ Roberto Guiscardo parebant. Domesticae aues, inquit idem scriptor, pauones, gallinæ, & anseres, se à suis domibus extrahentes omnes sunt siluaticæ: millesimo octuagesimo septimo pisces moriuntur: millesimo octuagesimo nono annus pestilens maximè in Occidentali parte Lotharingiæ, vbi multi sacro igne interiora consumente computrescentes, exesis membris instar carbonum nigrescentibus, aut miserabiliter moriuntur, aut manibus, ac pedibus putrefactis truncati miserabiliore vitæ referuntur. multi verò neruorū contractione distorti tormentantur, M. XC I I. Taculum igneum à Meridie ad Aquilonem per cælum ferri visum est, Kal. Augusti, hora prima noctis. Atque hic non omittendum Lotharingiam, in qua factus ignis est bacchatus, maximè Imperatori fauisse, illi nimirum subiectam. Guglielmus Tyrius ait à Gottifredo Lotharingiæ Duce occisum Rodolphū Imperatorem, qui cū Gregorio aduersus Henricū faciebat. Nauclerus addit Ducē Lotharingiæ primum Romanum

ingressum, cum capta est ab Henrico, Gregoriusque inde pulsus. Sigibertus testatur **A** Ducem Lotharingæ ab Henrico Godefridum constitutum, quo anno hic ignis coepit. Vouit ille deinde, cum peste tentaretur Romæ, se Hierosolymam profecturum; quod egit, & primus Hierosolymæ Rex creatus. Prosequitur idem Sigibertus. In Gallia: & Germania grauis hominum mortalitas facta est. Philippo Galliarum Regi hoc tempore non conueniebat cum Papa, quod spretis coniugii legibus Bertam uxorem repudiasset, Bertradamque coniuge in Fulconis Comitum Andegauenfium affinis sui duxisset, & ob id anno millesimo nonagesimo quinto ab Urbano Secundo in publico Claromontis conuentu Christianorum cœtu depulsus. Dodechinus similiter, qui per hæc tempora vixit, testatur anno millesimo nonagesimo quarto magnam pestilentiam fuisse: millesimo nonagesimo quinto, fames diu concepta (hæc sunt verba Sigiberti) grauissimè ingrauat, & fit annus calamitosus multis fame laborantibus, pauperibus per furta, & incendia **B** diutius grauitè vexantibus, cum valido ventorum turbine etiam terræ motus factus est media nocte quarto Idus Septembris. Hoc anno, sacro igne multi accenduntur, membris in star carbonum nigrescentibus. In multa terrarum parte pridie Non. Aprilis circa diluculum stellæ complures simul de cælo in terram cecidisse visæ sunt: inter quas vnam maximam labi in terram cum quidam in Francia stuperet, & notato loco ubi labi visa est; cum aquam ibi vidisset, fumum cum feruoris sono inde exire magis stupuit. millesimo nonagesimo sexto, Eclypsis Lunæ facta est tertio Idus Februarii. rursus septimo Idus Augusti Eclypsis Lunæ facta. ]libet hic adicere, quæ scribit Dodechinus. Multa, inquit ille, cælitus portenta præfagiabantur, de quibus duo ponamus, vt de reliquis fidem certiore habeamus. species ignis in modum fulguris ad longitudinem hastæ formatus, sed lucidior clarissimo die, & in ipso Solis fulgore discurrens oculos intuentium terrore improviso **C** percutiebat, & tamè nemini nocebat. super hæc quadam die, Sole ad Occasum ruente, & nebula in aëre nulla apparente, ignei quasi globi diuersis ex aëris locis emicuerunt; rursusque aliis in firmamenti partibus se condiderunt. ] hucusque Dodechinus. Nunc Sigibertus. Anno millesimo nonagesimo septimo nimia aquarum inundatione Autumnalis ratio impeditur, & sterilitas frugum terræ sequitur. Cometes in Occidente apparuit tota prima hebdomada Octobris, millesimo nonagesimo octauo multis in locis, quinto Kalen. Octobris, cælum quasi ardere visum est nocturno tempore, & secuta est animalium pestilentia, & segetes nimio imbre & aurigine corruptæ sunt. ] millesimo nonagesimo nono, Imperator, inquit Dodechinus, Pascha Ratisbonæ celebravit, ubi his diebus magna mortalitas est facta. ] Reponit annis sequentibus Sigibertus multa prodigia. è quibus liquet id esse verum, quod Iesus dixit, ubi manus coniciuntur in Apostolos, consequi signa in Sole, Luna, & Stellis, & alia multa, de quibus est dictum, vt sciamus elementa, ac cælum **D** propè conspirasse in Henricum, & ipsius fautores. Terram quidem ob mugitus, sterilitatem, & horrendos motus. Aquam ob diluua, aërem ob pestem, ignem, quo plurimos scribit absumptos Sigibertus: cælum denique, quod ardere, stellæque ex eo cadere viderentur, si modò hæc reuera contingere possunt. Iacobus Meyrus, inquit incredibile esse, quàm multi mortales sacro illo igne perierint, atque ob eum Tornaci (ea est vrbs Imperatori olim subiecta) indicta supplicatio, ac priusquam inciperet, visum esse in aëre draconem igneum, qui cum flammam euouisset, euanuit. Præterea cum Romam oppugnauit Henricus, copiarum ipsius lue maxima sunt confectæ, quamobrem discessit inde Imperator. & hæc quantum ad clades cælitus aduectas. Quantum ad ea, quæ vel permittente, vel impellente Deo solent ab hominibus euenire, Nullum non calamitatis genus tulit **E** Henricus. Anno namque millesimo septuagesimo primo, Ottho Dux Baioariæ ab eo descendit. sequenti Principes in eum conspirant, septuagesimo quinto Saxones copias aduersus illum ducunt, & quamuis victi fuerint, tamen, ait Lambertus, plus è parte Henrici nobilitium, plus è parte Saxonum plebeiæ multitudinis cecidit; maiusque damnum victores, quàm victi fecerunt. Quocirca Saxones iterum sumunt arma, creato Rege Rodulpho, qui postero anno exercitum Imperatoris septimo Idus Augusti iuxta Strouii profugauit, atque iterum septuagesimo nono anno eundem quinto kal. Febr. propè Fladeheim vicit. Postero autem Rodulphus victor per dolum vulneratur à suis, & occiditur, cum fugasset Henricum, qui septem dies latitans, vix est inuentus. Idcirco Scotus Rodulphum scribit occisum, Saxones victoriam reportasse. Sed anno M.LXXXI. Saxones Regem sibi deligunt Hermannum, qui sequenti, vt inquit Scotus, Orientalem Franciam prædando & incen-

**A** incendendo ingreditur: & millesimo octuagesimo sexto Henricus, vt scribit Dodechinus, prælum cum Hermanno committit: Hermannusque clarissimam victoriam reportat. tradit Sigibertus exercitum Henrici diuinitus exterritum cessisse, & ex eo cecidisse amplius quatuor hominum millia, Saxonum quatuordecim dumtaxat occisos. sequenti vario euentu inter eos est pugnatum. millesimo octuagesimo nono maxima suorum strage victus est turpiter Henricus ab Egeberto Marchione. anno millesimo nonagesimo tertio Conradus ab Henrico patre, ob ipsius horrenda facinora, quæ retulimus alibi, deficiuit, regnumque Italiæ iniuit vxore Rogerii Ducis Siciliæ filia ducta. Denique Imperator hic anno millesimo centesimo sexto ab Henrico filio victus, Imperio spoliatus, & ab omnibus destitutus, vt & necessaria ei deessent, miserabiliter obiit, & insepultus miserimè iacuit. Qualis in administrando Imperio fuerit, à nobis est alibi dictum.

**B** Post hunc filius eius Henricus Quartus, cum venisset in Italiam cum maximo exercitu anno millesimo centesimo vndecimo, ac Florentiæ sacra natalitia celebrasset, Aretio legatos misit ad Paschalem Pontificem, pollicitus se inuestituris, vt aiunt, Episcoporum renunciaturum, teste Otthone Frisingensi, si coronaretur ab ipso Imperator. Ingressus itaque Romam, Pontificem de more adorat: cum verò petatum fuit ab eo, vt promissa exsolueret; post multa, Papam cum Cardinalibus capit. Prælio à Romanis petitus & expulsus Sora æte versus iter arripuit, Pontificem sacris vestibus nudatum, & ceteros captiuos funibus victos secum trahens. cumque mortem Pontifici minaretur, nisi quod vellet ipse concederet, Pontifex verò intrepidus id abnueret, reliquos in eius conspectu Imperator ad necem produci iussit. Hortabatur illos ad mortem fortiter tollerandam Paschalis. At ii ad pedes eius se prouolentes obsecrabant, vt Henrico indulgeret, ipsorum misereretur. Victus eorum precibus Papa Imperatori annuit, reuersique sunt omnes in urbem. Ibi coronatus Imperator, & Augustus vocatus, qui deinde in Germaniam rediit. Anno autem millesimo centesimo decimo sexto Paschalis Concilium, quod venerunt vndique Episcopi, indixit. In eo, cum narratum fuisset, quæ contigerant inter ipsum, atque Henricum, execrati sunt omnes solenni ritu Henricum; & irritum, quidquid actum fuit, est declaratum. Hæc audiens ille Romam venit, & absente Paschale iterum à Mauritio Episcopo Bracharenfi coronatur. cumque defuncto Paschali Gelasio esset suffectus, Romam properat. eaque Gelasio profugiente potitus, Mauritium, qui Burdinus vocabatur, Papam creat, & Gregorium Octauum nominat, hoc accidit, anno millesimo centesimo decimo octauo. Gelasio mortuo substituitur Calixtus, à quo Henricus citatur ad Concilium Rhemenfe, anno millesimo centesimo decimo nono. Denique in Concilio Vormaciensi inuestituris renunciauit, pacemque cum Ecclesia fecit. Videamus quid illi acciderit, & suis ab anno millesimo centesimo vndecimo vsque ad millesimum centesimum vigesimum secundum, quo tempore aduersus Pontificem bellum mouit, petamusque testimonia à Sigiberto Pontificis hoste, & qui eius scripta est persecutus, anno millesimo centesimo duodecimo Deo (inquit Sigibertus) peccatis hominum offenso multa eueniant hoc anno. In monte Castriloco Ecclesia sanctæ Vualdetrudis cum toto penè oppido arsit. Ecclesia sancti Michaëlis de periculo maris fulgurata diuinitus arsit cum ædificiis appendentibus sibi. ] hæc Sigibertus paucis obscure, qui mortuus hoc anno videtur: hic enim desinit. Sed Naucerus explicat apertius. Inter ipsa, inquit, Dominicæ Natiuitatis festa, tertio Non. Ianuarii, anno millesimo centesimo duodecimo, tantus terræ motus suboritur, ante inauditus. nam multæ Ecclesiæ, & ciuitates inde subuersæ sunt: Leodium inclyta ciuitas aquarum vi imensam cladem passa est. Visæ sunt sanguinæ nubes, maximum incutientes hominibus terrorem. Eodem anno tertio Ianuarii in octaua sancti Ioannis Euangelistæ terræ motus oppidum Rotemburgense super Neccarum in Suetia totaliter destructum est. ] Prosequitur Sigibertus, & ait: anno millesimo centesimo decimo tertio, in pago Bracarenfi circa Tornacum nix tanta cecidit nono kalend. Maii, vt etiam siluas fregerit. Apud Raennam, & Parmam (hæc partes Imperatoris sequebantur vnà cum multis Italiæ præfertim Lombardiæ locis) ciuitates Italiæ in agris, & intra mœnia sanguis Iunio mense. millesimo centesimo decimo septimo, tertio Id. Decembris, ad mediam noctem lucetibus stellis cælo sereno decimo quarto Lunæ Eclypsis facta est, & contracto orbe multis coloribus, sed maximè sanguineo penè integra hora suffusa est 13. Kalen. Ian. prima hora no-

Etis igneæ acies à Septentrione in Orientem in cælo apparuerunt; deinde per totum cæ-  
lum ipsarum plurima noctis parte videntibus miraculo & stupori fuerunt. ]hæc ille scri-  
ptor, quæ fufius enarrat Dodechinus. Anno, inquit hic, millesimo centesimo deci-  
moseptimo in octaua sancti Ioannis Euangelistæ terræ motus bis inter diem & noctem  
tam terribilis per totum orbem terrarum factus est, vt multa ædificia corruerent, & homi-  
nes vix effugerent: sed maximè in Italia, vbi tam periculosus & horribilis fuit, vt manife-  
stum Dei iudicium super se homines expectarent; cum per diuersa loca Italiæ ciuitates,  
castella, villæ cum hominibus inibi commorantibus, subito hiatu terræ deperirent. Nam  
& montes scissi sunt, & flumina terra deglutiente exsiccata sunt; vt qui vellent, pedibus  
transire possent. Nec non fluuius Padus de alueo suo se erigens in modum fornacis in  
altum se extulit; vt via pateret inter aquam, & terram, & apertè daretur intelligi; quod  
elatis fluctibus mundo exitum minaretur; cum sic diutius aqua penderet, tandem in se-  
metipsam tanto sonitu demittitur, vt murmur illius per millaria audiretur. His tam  
mirandis, tamque tremendis signis circumquaque divulgatis, & tribus diebus in ieiun-  
niis, & orationibus per totam Italiam ab omnibus peractis apud Cremonam quidam  
infantulus in cunis iacens pannis obfusus in primam loquendi vocem contra naturam os  
aperuit, matremque suam escas parantem fratri suo maiori, qui plorando panem petue-  
rat, à corporis curis cōpescuit; afferens sibi visā Dei genitricē Mariā ante tribunal Chri-  
sti stantem, instantissimisque precibus pro iudicio, quod mundo propter peccata sua da-  
re intenderat, ipsi supplicantem; ac post hæc deposuit eloquium vsque ad tempus huma-  
næ conditioni congruum. Hæc autem tanta, & tam horribilia mirabilia hi qui viderunt,  
pericula mortis vix euaserunt, & non sunt compuncti, nec gratias egerunt Deo pro eua-  
sione sua. qui verò audierunt tam stupendum signum, non glorificauerunt Deum, sed in-  
durati in malitiis suis maiora peccata prioribus addiderunt. Nam hoc eodem anno multa  
perpetrata mala, coniurationes iniustæ, incendia, homicidia, concremationes eccle-  
siarum, & abstractiones bonorum inibi Deo seruientium, sed maximè in partibus Gal-  
liæ. vbi ciues contra ciues consurgunt, & sibi non consentientes, capiunt bona, diripiunt  
ciuitates, castella domos, villas destruunt, incendunt, homines non humano, sed pecu-  
dum more dilaniant, atque interimunt. Bis etiam hoc anno Eclypsis Lunæ facta est,  
scilicet decimosexto Kalend. Iulii, & tertio Idus Decembris. Mirabile quoque signum  
decimoseptimo Kalend. Ianuarii in cælo apparuit variis coloribus permixtum. ]hæc il-  
le. In quibus obseruandum in Gallia tum regnasse Carolum Crassum, multumque pu-  
gnasse aduersus nonnullos, qui Imperatoris exemplum secuti Episcopis afferre vim  
non verebantur, vt ex ipsius vita colligi potest. Atque hi profectò re ipsa Imperatori ad-  
hererant. Quamuis & ipse Caluus manus non continerit à bonis sacris, sed ratione di-  
uersa. Rursus aduertendum, Lunam quartadecima die obscurari id prorsus esse mirabi-  
le, & supra ordinem naturæ. Anno millesimo centesimo decimoseptimo (inquit, qui an-  
nales Sigiberti suppleuit) tertio Non. Ianuarii, Italia inaudito ante multa sæcula terræ-  
motu concussa est, quippe eius impetu mœnia, templa, tursusque vrbiū passim cum in-  
gentium mortalium strage procubuerunt. & tertio Kal. Februariæ tremenda tonitrua,  
ac fulgura, quæ nulla hominum meminerat ætas creberrima: decidente grandine Parme,  
ac Veronæ multa ædificia corruere millesimo centesimo decimooctauo, grauiter fri-  
gore, fame, & pestilentia laboratum ingenti terræmotu per quadraginta dies vniuersæ  
propè Lombardiæ vrbes afflicta. ] Prosequitur qui historias Sigiberti continuat, & ait:  
Anno millesimo centesimo decimooctauo, mense Ianuario, tertio Non. feria quarta in  
aliquibus locis, sed non vsquequaque terræmotus accidit, aliàs clementior, aliàs va-  
lidior, adeò vt quarundam vrbiū partes cum Ecclesiis subruisse dicantur. Mo-  
sa etiam Fluuius iuxta Abbatiam, quæ dicitur Sustula, quasi pendens in aëre, fun-  
dum suum visus est deseruisse. Hoc ergo anno Leodium ciuitas multis plagis attrita  
est, mense enim Maio, quinto Nonas eiusdem, dum in maiori Ecclesia vespertas cele-  
brant, subito tonitru cum terræmotu omnes ad terram strauit, & fulmen à læua templi  
ingressum non modicas cruftas de muro hac illac disiecit: deinde turrim ingrediens,  
multas trabium partes diffudit, subsecutus fœtor intolerabilis, adeò vt multo aroma-  
tum odore vix potuerit expelli. Item Iunio mense, septimo Idus ipsius mensis, circa ho-  
ram nonam, nubes pluuiæ subito rupta à monte, qui dicitur Roberti subiectam sibi partē  
ciuitatis penitus oppressa pessum dederūt; adeò vt multas domos dirueret, & immensam  
anno-

A annonam perderet.] Necem deinde quorundam recenser, & mox addit: A Kal. etiam Iu-  
lij circa horam sextam turbo nimis vehemens & obscurus ciuitatem operuit; & nubes ex  
abrupto scissa ita omne tectum maioris ecclesiæ deiicit, vt & imbribus pateret, & totum  
pauimentum perfunderet. Illico à parte Aquilonis fulmen ingrediens quemdam clerici-  
cum retro altare sanctorum Cosmæ & Damiani in pulpito degentem, & alterum ante  
crucifixum orantem, tertium de scriptorio ecclesiæ proximo egredientem in ipso eccle-  
siæ ingressu extinxit, ante fores quoque Ecclesiæ quemdam laicum extinxit. VI. Idus  
Iulij ab hora tertia vsque ad nonam quatuor turbines à quatuor plagis cæli urbem cir-  
cumlauerunt: ventus etiam magna vi intonuit, & urbem multo imbre alluit. III Non. Au-  
gusti primo noctis conticinio quaque terrarum cum tonitrua audirètur, & fulgura sæpius  
micarent, in vrbe Leodij amplius ipse turbo defæuit, ita vt homines è stratis desilientes  
ecclesiæ tristi cœtu complerent, & tota nocte supplicationibus intenderent. summo ve-  
rò auroræ diluculo à parte Orientis ignis cum ingenti flamma circumlauit tantus, vt om-  
nes diuinitus cremari extimuerint. post hoc magnus turbo erūpens ab Occidente ipsum  
ignem visus est aliquantulum obscurasse. Iterum autem quasi victor ignis cum flamma  
recauit, & iterum turbine reuertente paulum delituit. Tertio etiam ipse ignis recauit, &  
tertio nihilominus turbine victus cecidit. hoc spectaculum à summo mane vsque ad horā  
tertiam vehementer terruit. Ventus vehementissimus in vigilia Natalis Domini per to-  
tam diem & noctem durat. ]hæc appendix Sigiberti. Otho Frisingensis & ipse huius anni  
clades sic recenser: Circa idem tempus terræmotus horribilis oppida, templa, villas, mō-  
resq. plurimos, sicut hodie in valle Tridentina apparet, subuertit. ] Anno millesimo cete-  
simo vigesimo secundo, inquit additamentum Sigiberti, terræmotus in secunda hebdo-  
mada Aduetus Domini sabbato hora tertia aliàs clementior, aliàs validior accidit. ] De  
his igitur hactenus. Testatur præterea Otho Frisingensis his temporibus Imperium inter  
se mutuis bellis ac cœdibus (hæc sunt eius verba) collisum, & attritum; ac scribit Dodechi-  
nus, anno millesimo centesimo decimo quarto Principes regni Germanici coniurasse  
aduersus Regem, & sequenti cum pugnam commisisset Imperator cum Saxonibus, multis  
suorum amissis abscessisse. Denique cum redierit ad mentem Henricus, vt diximus, tamē  
obiit sine vllis liberis: quod vaticinatus fuerat, cum in vinculis esset, Paschalis.

Post hoc aliud est ortum dissidium inter Pontifices, & Imperatores. Anno millesimo  
centesimo quinquagesimo nono, Hadriano defuncto, Cardinaliū vigintitres elegerunt  
Rolandum Sēnensem, qui cum cunctaretur in accipiendo dignitatis insigni, Octa-  
uianus genere Romanus à quinque tantum declaratus raptam chlamydem prope in-  
duit, & Victoris IV. nomine assumpto Pontificem gessit, Rolandumque Vrbe eiecit; qui  
post ea consecratus Alexandri III. nomen est sortitus anno millesimo ceteresimo quinquagesimo  
nono, XII. Kal. Octobris, alterumque alter sacris inuicem detestationibus obli-  
gavit. Victor ad Fridericum se contulit, qui aduocato Episcoporum Cōcilio, citatoq. Ale-  
xandro, de sententia suorū Victorem coluit vt Papā. Non bene tum Friderico conuenie-  
bat cum Alexandro; proximis namque annis orta lis erat inter Hadrianum, & Fridericū,  
in quibus hic aduersus sibi senserat Alexandrum, iis nondum compositis, ab eo sibi ti-  
mebat. Alexander itaque in Gallias profectus, habito Episcoporum frequentissimo in  
Claramonte conuentu, Fridericum, Victoremque inferis addixit anno millesimo centesi-  
mo sexagesimo secundo. Hæc igitur discordia Friderici Primi cum Pontifice Romano;  
quæ fuerit Pontificio decreto diiudicata. Nam quæ contigit cum Hadriano & Friderico  
Primo, quamuis qui foret animi sui sensus Pontifex explicasset, tamen ea decreto publi-  
co promulgato nequaquam definita. Quocirca Fridericus nullo modo contendit esse si-  
bi Papam subiectum, aut se caput Ecclesiæ, aut esse sui muneris de rebus diuinis decerne-  
re, & toti Ecclesiæ ius dare. Sed è duobus Pontificibus, vt tū videbatur, quem, voluit ele-  
git, idq. de iudicio Episcoporum. Idcirco distat maximè ipsius causa ab argumēto, quod  
præ manibus habemus, in quo propositum nobis est solummodo agere de Imperatoribus,  
qui in aperta re primas in republica Christiana sibi arrogabant, ideoque in Papas arma  
sumebant, sibi que eos subicere per vim conabantur. Hæc ita esse, vt dixi, constat è scri-  
ptoribus illorum temporum, Saxone Grammatico, Guglielmo Neuburgensi, Dodechi-  
no, atque aliis: ac volui afferre, quia nonnulli fecus opinantur: qui volet omnia perspice-  
re; latissimè & eleganter explicat ea postremò Sigonius vir magnæ eruditionis: simulq.  
apparet falso à quibusdam scriptum ab Hadriano à societate Christianorum depulsum  
Fri-

Lib. 7. cap. 15.

Saxo. lib. 4.  
Gugl. lib. 11.  
cap. 9. rerum  
Angl.  
De regu. Ital.  
lib. 12.

Fridericum. Habebat id in animo Hadrianus, sed morte præuentus haud perfecit, ut testatur Dodechinus, quamuis afferat aliam causam: infelicissimis quidem rebus vsus est. quocirca Friderici Primi persecutio non pertinet proprie ad hunc locum.

Sed huius loci est illa, quam Fridericus II. excitauit ab anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, usque ad millesimum ducentesimo trigessimum nonum, de qua supra egimus signo de summo Pontificis Romani studio in conseruandis imperiis & regnis Catholicorum: ibiq. & alibi hoc opere diximus, quo modo dum Fridericus hic obsidet Parmam biennio, & illius extremas ruinas meditatur, si cepisset, urbem condidit propinquam, Victoria nomine. Sed erumpentibus Parmensibus capta Victoria, diruta, præda opulentissima facta, cuncti, fusi, caesi que; Imperator vix effugit: Entius eius filius Sardinia Rex à Bononiensibus captus, cauea inclusus ferrea mi ferrimè obit. Ipse dilabentibus ac desperatis rebus in Apuliam se retulit. Ibi à Manfredo filio notho est strangulatus, ut scribit Villaneus anno millesimo ducentesimo quinquagesimo: ab eodemq. Manfredo Conradus Friderici item filius veneno chlysteribus admixto sublatus. Manfredus ipse à Carolo Andegauensi in prælio interemptus. Ac paulo post Conradus Conradi filius in acie captus securi percutitur, genusq. huiusmodi prorsus extinctum. Guglielmus Holandiæ Comes Friderico ac Manfredo superstes à Phrisonibus est occisus. Electi post eum dissentientibus Germaniæ principibus Alphonus Castellæ Rex, & Richardus Cornubiæ Comes; idcirco Germania fuit absque vilo Imperatore vsque ad annum millesimum ducentesimo septuagesimum tertium. Quo tempore Gregorius Decimus, testibus Nauclero, atque aliis, præcepit electoribus, Ecclesiasticis minatus priuationem muneris, profanis excommunicationem, ut Imperatorem crearent. Creatus Rodolphus Habspurgensis. Hæc Ricodanus, Villaneus, Nauclerus, Crantzius. Nunc quæ diuinitus acciderint præter has clades inspiciamus. Anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo, inquit Nauclerus, hyems fuit admodum dura, atque longissima, quam etiam fames biennio subsecuta multos miseros oppressit. Post mortem Honorij Tertij tanti terræ motus repente orti sunt, ut in montibus Saluis ad quinque huminum millia periisse constat; cadentibus domibus, saxisque è cacumine montium in habitatas conualles passim hinc inde ruentibus. Anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto. Frisla ferè tota submergitur fluctibus marinis: perierunt hominum plusquam centum millia propter irreuerentiã factam sacramento à quodam pugile, sicut postmodum reuelauit Beata Maria Virgo, & constructa est ecclesia in eodem loco. Ut fertur, mons quidam in Burgundia per idem tempus diuiditur, & quinque millia hominum suffocantur, tandem ad alios montes accessit mirabiliter. Hucusque Nauclerus. Donati Bossij sunt sequentia verba: Anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto, stella cometa apparet, Luna eclipsum patitur: diluuij inundatio villas, domos, arbores obruit. Terra horribiles mugitus dat: tēpla ingenti terræ motu subruuntur, campanæ concussæ sponte sonant. Flumina versus fontes suos recurrunt. Prosequitur Nauclerus, & ait: Anno millesimo ducentesimo trigesimo, Tiberis excrecens multa damna intulit, & tanta peste laboratum est, ut vix decimus quisque superfuert. hæc ille: quæ acciderunt, vbi desciiuit à Gregorio Roma. Ex hoc anno vsque ad annum millesimum ducentesimo trigessimum octauum non fuit apertè bellum inter Fridericum, & Papam, ut colligit Nauclerus. Eo igitur anno, scribit Villaneus, in Burgundia Imperatori subiecta in regione Coltres ob multos terræ motus nonnulli montes discissi sunt, & in valles subiectas ruinam fecere. Idcirco vici omnes cooperti sunt, & interiøre plusquam quinque hominum millia. Millesimo ducentesimo trigesimo octauo, III. die Iunij totus Sol est obscuratus ab hora nona; & multas horas ita māsit; & dies versus in noctem, & stellæ videbantur. Millesimo ducentesimo trigesimo nono Abdua fluuius, ait Bossius, Lambro committitur. Iunio mense Sol sereno celo eclipsoatur millesimo ducentesimo trigesimo nono. atque hæc quantum ad persecutionem à Friderico Secundo motã.

Post hæc anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio Ludouicus Bauarus ob incestas nuptias, aliaque multa crimina, ut alibi profecuti sumus, teste Trithemio, est à Ioãne Vigesimo secundo, cum nollet obedire, diris addictus anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio. Quocirca is accerrimè coepit Ecclesiasticos omnes vexare; veniensque millesimo trecentesimo vigesimo octauo Romam, creat Antipapam Petrum Corbariensem, qui Nicolai nomen assumpsit: sed hic deinde suum scelus agnoscens à Bonifacio Comite Pisano Auenionem perducitur: & millesimo trecentesimo trigesimo octauo Bauarus edidit

A dit quædam in Ioannem Vigessimum secundum, quibus ipsum declarabat hæreticum, addens nihil illi iuris esse in principes Christianos. Cum Pontifice Romano sentiebant in Germania Ioannes Bohemiæ Rex, postquam fuit Bauarus ab Ecclesiæ cœtu depulsus, in Italia paucæ vrbes, Hispania, Britannia, Polonia, Hungaria, Archiepiscopus Treuerensis, Austriaci populi. Sed post annum millesimum trecentesimo quadragesimum sextum adhæserunt illi, electo Carolo Bohemiæ Rege, Archiepiscopi Colonienfis, Treuerensis, Moguntinensis, Balduinus Lucemburgensis, Rodolphus Dux Saxonie, Monasteriensis, Metensis, Leodiensis, Virumdensis: reliqui ab Imperatore steterunt. Quin Pontifici aduersati sunt alias ob causas non modo Lombardi, sed etiam Florentini, Rex Apulie & Sicilia Robertus, teste Ioanne Villaneo, qui vixit iis temporibus, & Nauclero. Præterea, ne quid tantis malis deesset, anno millesimo trecentesimo trigesimo quinto à Rege Franciæ ablata cuncta Cardinalibus sedente Benedicto Duodecimo post mortem Ioannis Vigessimifecundi, ut scribit Nauclerus. Roberto Regi parebat non modò Sicilia, & Apulia, sed Auenio etiam, in qua morabatur tum Pontifex. Empta deinde fuit vrbs illa defuncto Roberto, venditaque à Regina Ioanna, ut refert Papyrius Massonus, & Matthæus Villaneus. Quin defuncto Bauaro, reiecta est à multis electio Caroli, creatusque Imperator anno millesimo trecentesimo quadragesimo octauo Eduardus Angliæ Rex, qui oblatam dignitatem respuit, postquam diu hæsitauit. Perfitere cõtumaces in proposito, crearuntq. Gutherum Comitem Zuartenburg anno millesimo trecentesimo quinquagesimo: quo mortuo, fracti omnes agnouerunt Carolum Imperatorem legitimum. Nunc quæ acciderint orbi per hæc tempora videamus. Anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio, Bauarus à communionem Christianorum depulsus; millesimo trecentesimo vigesimo octauo creauit Antipapam; obiit anno millesimo trecentesimo trigesimo quinto, ex equo deiectus humique allisus interitu repentino; & anno millesimo trecentesimo trigesimo primo, mense Octobri, ut scribit Villaneus, qui vixit hac ætate, Padus ruptis aggeribus Mantuæ & Ferrariæ plurima vastauit, hominum decem millia submersit: millesimo trecentesimo trigesimo secundo, Arnus plurima damna & vastitates intulit toti ferè Hetruriæ, & in primis Florentiæ, cum ter paulo antè multa ædificia incendio conflagrassent. Miserant iam Florentini copias suas aduersus Pontificis legatum, teste eodem Villaneo: millesimo trecentesimo trigesimo quarto Arnus iterum Florentiam vastauit. Mare in Flandria, Zelandia, & Olandia maritimas vrbes, & ædificia subuertit, & mons quidam ruinam faciens plurimos obtruit cum vico prope Mugellum. Iacobus Meyrus sic ait: Hoc anno millesimo trecentesimo trigesimo quarto, in feriis Diui Clementis, mense Nouembris, ventus, fulgur, ac tonitrua facta sunt, quanta post hominum memoriam nemo vidit, vel audiuit; qua cæli intemperie mare trans omnes se aggeres eiecit, ruptisque omnibus obstaculis multos pagos cum hominibus simul & pecuariis in Flandria, Zelandia, Olandia, Frisia, miserando spectaculo abforpsit. Millesimo trecentesimo trigesimo septimo cometes quatuor mensium spatio apparuit, & antequam extingueretur, emicuit alter mensibus duobus. hoc Palmerius tradit. In vniuerso autem terrarum orbe per hæc tempora mortalibus maxime iratum se ostendisse Deum liquet ex iis, quæ refert idem Villaneus lib. 12. sic namque ille: Inter Turigium, & Cattaium in regione Parchæ, Cassanus dominatur Tartarorum Rex in India: vbi erupit ignis è terra, aut cælitus cecidit, & absumpsit homines, bestias, domos, arbores, lapides, terram, & per quindecim dierum itinera sese extendit tanto impetu, ut nisi quid aufugerit antea, consumpsit omnia; & quos non corripuit ignis, pestis extinxit, & ad Tanaim, & Trapezutem, in omnibus iis locis è quinque vix vnus remasit, multa ciuitates desertæ sunt ob pestilentiam, terræ motus, & fulgura. In Sebaste decidit ingens vermium numerus, ij magnitudine palmi erant, octo pedibus, nigri cum cauda partim viui, partim mortui, foetore repleuerunt omnem oram; quos pupugissent, ij veneno inficiebantur. In Sultania in vrbe Alidia nonnisi foemina remanserunt, illæ mutuo se comederunt. In Arcachia homines & animalia instar statuarum obriguerunt. Ad portum Tahucum in oppido Lucho mare vermibus computruit per decem milliaria, iij. in terrâ serpentes magno cunctis damno & terrori fuerunt. Orientem totum pestis tum depasta est. Villaneus ait, anno millesimo trecentesimo quadragesimo nono, visum in cælo cometem: & millesimo trecentesimo quinquagesimo, fames ingens fuit per vniuersam Italiam, in qua multitudo ingens inhumano sese aluit cibo: millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Bossius ait, ingens vapor magnitudine mira à Boreali motus regione

Naucl. Gen. 44.  
45.

Lib. 10. c. 25, &  
11. cap. 1.

magno aspicientium terrore per cælum dilabitur. Quidam auctores aiunt hoc etiam anno A  
bestiolas quasdam innumerabili multitudine in Oriente è cælo cecidisse; quarum corruptio ac fœtor pestilentiam induxit. Millesimo trecētesimo quadagesimo octauo, inquit Nauclerus, ingens pestilentia vis in omni Europa desæuit, nec talem omnibus historia-  
rum monumentis compertam ferunt: tot vrbes, tot monasteria, tot insulas deuastauit: & in Italia quidem aliquanto tempore pestis causa ius redditum non est. ] hæc ille. Addit Petrarcha præ cunctis in Italia vastatum Mediolanum. Ioannes Villaneus eam describit in suis annalibus latè, & hoc anno de quibusdam terramotibus horrendis sic ait: In Sa-  
cille, porta quæ forum Iulij respicit, prorsus cecidit; Vtine corruit, Pars ædiũ Patriarchæ, ac nonnullæ aliæ domus; Castrumq; Danielis; perieruntq; plurimi homines: conciderunt duæ terræ Castri Ragognæ, asportatæque fuerunt vsque ad anem Taliamentum, multis occisis. In Gelmona dimidium atque amplius domorum prostratum. Turris ecclesiæ maioris, in qua sacra era, aperta est, & ab imo ad summum diffusa effigies sancti Christophori lapidi incisæ. In Auenione campanile oppidi medium est diuisum, pluresque domus euerse. Castrum Torneci, Dorestagni, Destrafiti, innumeris interfectis solo equata. Castrum Lemburgh in monte situm, motum est è loco, ruensque est asportatum procul è suo loco milliaria decem omnino dirutum. Mons Maximus, qua erat iter ad Dorestagnum, discissum est medium. Ragnum, Vedronum duo oppida cum vicis quinquaginta in agro Gorytiæ circa fluuium Gielam corruerunt, opertaque sunt à duobus montibus, cunctis ferè indigenis oppressis. Villaci in foro Iulij prostrata sunt cunctæ domus. Agrique illius sexaginta tum vici, tum oppida vltra flumen Atrium eodè modo prorsus euerse, ac duobus montibus operta, ac repleta vallis. Ideoque & flumen per milliaria decem sese effudit. Monasterium Rostagni deiectum, ac submersum; multi inrerempti. Villaci miranda apparuere. Platea namque eius in crucem diuisa, & inde sanguis erupit, mox aqua abundè. Euasere diuinitus Latini aduenæ ac pauperes. In Carnia mille atque amplius homines occubere terramotu; omnia templa prostrata, ædes, monasterium. Ofgalchis, & Verchiri vniuersa in profundo demersa. In Bauaria vrbs Trasburgh, Falusia, & Crucis trans montes, maioremque partem domus derurbata ad solû, & plurimi extincti: ] Anno millesimo trecētesimo quinquagesimo, Volicinum (Palmerius ait) Germaniæ vrbs corruit, & per Pannoniam atque Italiam nonnullæ ciuitates nutarunt, in quibus ædificia quædam funditus corruerunt. ] hæc ille: Atque hucusque Imperatores vel infensi omnino ipsi Christo, vel hæretici, vel ab Ecclesiæ cœtu disuncti in Ecclesiam præfulemque eius ea de causa bellum mouerunt, quòd se in vniuersum cunctis præesse asseueranter & pertinaciter affirmarent, ideoque armis petebant, & infestos habebant quicumque secus vel sibi vel aliis persuadere conabantur. Aduersus eos, vt apparet, à Deo mirabiliter est pugnatum, elementaque omnia commota: vt verè dictum sit; Pugnabit pro eo orbis terrarum contra infensatos, ] ac certissimo sciamus ab Ecclesia Dei cuncta pendere; quã si concutere coneris, totus orbis, mundus ipse totus labefactatur, & nullis non modis ruinam mortalibus ac rebus omnibus minatur.

*Recensentur, quæ sint euentura, cum maxima omnium commota fuerit ab Antichristo in Ecclesiam persecutio.*  
Cap. VI.



Atque hæc quidem, quas retulimus, persecutiones ab Imperatoribus Romanis rerum profanarum moderatoribus supremis in Ecclesiam commotæ, sunt vmbra quædam tenues illius atrocissime, quam concitabit Antichristus Imperij Romani vires in se cunctas auertens. quocirca & hæc vastitates, quas recensuimus, hæc clades, ac prodigia sunt imagines quædam exiles, & adumbratæ illarum vastitatum, & prodigiorum, quæ consequentur mundi totius conflagratio, ac demum renouatio, totiusque Ecclesiæ sanctæ amplificatio. Hanc verò Antichristi persecutionem fore omnium grauissimam constat è dictis Christi Matth. capite vigesimo quarto, loquentis illud: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque erit. ] Hinc Ioannes in Apocalypsi capite vigesimo ait tunc diabolus soluendum, qui fuerat antea ligatus à Christo. Quamobrem martyres

A tyres temporis illius tormenta acerbissima omnium, quæcumque fuerint inflicta vniuersis Christianis, persequeros, atque adeo fore omnium, qui exstiterint alias, præstantissimos, asserit Hippolytus libro de consummatione mundi, Cyrillus Catechesi 15. Omnibus enim viribus tunc Ecclesia Dei oppugnabitur ab Antichristo, & vniuersis eius asseclis, qui innumerati erunt, inquit Augustinus lib. de ciuitate Dei cap. 8. & 9. Ob id Deus constituet, opem suis laturus, vt huiusmodi tam truculenta vexatio sit breuissima, trium scilicet annorum & mensium sex. nam nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, inquit ibidem Christus; & habetur Apocalypsis 12. & 20. diabolus soluendum modicum tempus, quod sibi superesse ille sciet: explicat hoc Daniel cap. 7. & 12. prædicens Antichristi regnum duraturum tempus, & tempora, ac dimidium temporis. Annus enim perfectum tempus est iuxta cursum Solis, aut Lunæ, quæ facta sunt in tempora & annos, vt habetur Gen. 1. sic igitur tempus est annus, tempora sunt anni duo; dimidium temporis anni dimidium dicetur, clarius id explicat Ioannes Apocalypsi cap. 11. & 13. inquit Antichristum regnaturum mensibus quadraginta duobus.

Antequam verò hæc contingant, necesse est (ait idè Christus cap. 24. Matthei) prædicetur Euangelium in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, atque ita nulla gens sit, quæ non admiserit Christi legem, testimonioque eam suo confirmari: Omnes enim gentes seruient ei, canit Dauid psal. 71. & hoc argumentum tractans asseuerat Augustinus epist. 80. ad Hefychium. Licet enim dici possit Apostolorum prædicantium sonum peruenisse in omnem terram ex Apostolo ad Rom. cap. 11. aut ex eo tempore prædicatum esse in vniuersa creatura, quæ sub cælo est, vt inquit idem ad Coloss. cap. 1. id tamen contigit sono quodam, vt Paulus loquitur, & fama, vi præterea, ac potestate quæ nõ omnino ad exitum sit perducta, sed suo tempore tamen sit in effectum proditura, hinc ibidè Paulus dicit, A spe Euangelij, quod peruenit vsque ad vos, sicut & in toto mundo est fructificans, & crescens. ] Erat itaque Euangelium temporibus Apostolicis crescens, ac fructificans, atque ob id non peruenit ad omne augmentum & fructum in omnes nationes porrigenđum per singulas ætates, vt explicauimus lib. 4. vsque ad Antichristi aduentum, quo in cunctas gentes iam propagatum erit, quod volunt Hilarius cap. 25. Math. in & ibi Origenes, Hieronymus, & alij, Cyrillus Catechesi 15. Theodoretus 2. Thessal. 2. Damascenus lib. 4. cap. 28. Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 8. & 9. & manifeste hoc Christus ipse prædicat eodem Matthei cap. Prædicabitur inquit, hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio. ]

Sicut autem prisca illi Imperatores Romanorum semetipsos Diis annumerabant, ac supra Christum sua cuncta constituebant, schismatici verò & hæretici se supra Christi Vicarium legemque ipsius collocant; sic Antichristus extollet, inquit Paulus, se supra omnem, quod dicitur Deus, aut quod colitur; & Deum patrum suorum, inquit Daniel cap. 11. non reputabit, nec quemquam Deorum curabit, quia aduersus vniuersa consurget. Nam primò quidem dicit se esse ipsum Christum, qui tunc adueniat, quasi falsò Iesus ex tanto tempore iactauerit se esse Christum, siue Messiam à Deo missum. sic enim Ioannis cap. 5. ad Iudæos loquitur Christus: Si alius venerit in nomine suo, illum recipietis. ] & Ioannes ipse epist. 1. cap. 11. Quis est mendax, nisi qui negat Iesum Christum? & hic est Antichristus. Quamobrem cuncti patres doctique viri, volunt Antichristum à Iudæis excipiendum, vt Christus prædicat, veluti Messiam, qui cælitus sit ad eos liberandos missus: ita Chrysostramus, Theodoretus, Græci, Hieronymus in adductum Ioannis locum, Sulpitius ex Martino lib. 2. Dialogi, Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 15. Alexandrinus in cap. 5. Ioan. Hilarius in cap. 25. Matthei, Ambrosius lib. 10. cap. 21. in Lucam, Irenæus lib. 5. Hippolytus libello de consummatione mundi. Hinc nascetur è Iudæis, & ex ipsa tribu Dan; quod videtur innuisse Iacob, cum dixit Gen. cap. 49. fiat Dan coluber in via, cerastes in femita. ] & Hieremias cap. 8. Ex Dan, inquit, audiuimus fremitum equorum. ] Hinc Apocalypsis cap. 7. non referuntur è tribu Dan vlli ab Angelo selecti. sic igitur ex hac tribu fore illum voluit Beda, Rupertus, Arethas, Richardus, Anselmus in ea verba Apocalypsis scribentes, Irenæus, & Hippolytus locis supra adductis, Ambrosius lib. de benedictionibus, Augustinus q. 22. in Iosue, Prosper lib. de prædictionibus par. 4. Theodoretus q. 109. in Genesim, Gregorius lib. 31. moralium cap. 18. Dein verò se solum Deum supra omnem, quod dicitur Deus, aut colitur, impudentissimè asseuerabit in templo Dei sedens, tãquã sit Deus, inquit Paulus epist. 11. ad Thessalonicenses, cap. 11. Existēs, inquit Irenæus lib. 5.



apostata, & Iatro, quasi Deus vult adorari.] & Chrysostrus in illa Pauli verba: Iubebit se pro Deo coli, & in templo adorari.] & hom. 40. in Ioannem: Se omnium, inquit, Deum profitebitur.] & mox: Se maximum Deorum gloriabitur.] Denique Ambrosius explicans citata Pauli verba: Ipsum Deum se, ait, asseret, non filium Dei.] Quod verò Daniel cap. 11. affirmat ab eo colendum Deum Maozim, sic est accipiendum, ne repugnet Paulo, ut interpretatur Theodoretus, quòd Antichristus sit ille ipse Maozim, qui sibi diuinos honores præ cunctis arrogabit, aut etiam clam colet ipse Antichristus Diabolum, qui per allusionem Maozim vocabitur, quod Hebraicè significat, robur, quasi in illo posuerit omnem vim suam. Regni porrò sui sedem figet ille Hierosolymis, ut habetur è cap. 11. Apocalypsis, & in templo Hierosolymitano, quasi Deus reuera ab omnibus colendus sedebit, ut iidem quos attulimus patres, & interpretes explicant, & Augustinus lib. de ciuitate Dei 20. cap. 9. & Hieronymus q. 11. ad Algasiam.

Ac veluti Magi Pharaonis contenderunt aduersus Moysem falsis prodigiis, ac tempore Neronis Simon aduersus Petrum & Paulum Apostolos, sic Antichristus magicis præstigiis aduersus Ecclesiam sanctam filios pugnabit, ut allato loco scribit Paulus: præcipue verò faciet è cælo delabi ignem, bestiam imaginem loqui, se verò mortuum finget, qui mox resurgat, ut est Apocalypsis cap. 13. Neque contentus his, nullis non rebus homines in suam sectam pertrahet, aut alliciet, præliisq; commissis, Aegyptum, Aethiopiam, & Africam sibi subiiciet, ut habemus è cap. 7. & 11. Danielis. ad extremum verò tum perfectum per legatos omnium maximum tunc in orbe principatum sibi comparabit, quod ex eodem colligit Lactantius lib. 7. cap. 16. Iren. lib. 5. Chrysostrus, ceterique, quos citauimus; copiasq; ingentes è Septentrionalibus populis conflatas pro se habebit, ut è cap. 38. & 39. Ezechielis apparet, in quo habetur, futurum temporibus istis, ut prælientur aduersus Ecclesiam Dei Magog, Mosoch, Thubal, Gomer, Thogorma, qui fuerunt filij Iapeth, & ad Aquilonem sedes posuerunt, genusq; suum propagarunt, ut discimus è cap. 10. Genes. quin manifestè ab Ezechiele dicuntur isti ascensuri è lateribus Aquilonis vnà cum Persis, Aethiopiis, Libycis, & Aegyptiis. confirmat hæc Lactantius lib. 7. cap. 16.

Iam cum Roma plerumque aut etiam semper ex magna parte, quoties Imperatores arma in Pontificem Romanum mouerunt, aduersus hunc pro illo pugnarit, & in ipsa vrbe innumeri verè pietatis cultores sint interempti; tunc diuinitus fiet, ut quem admodum Roma est incendio Neronis, qui primus in Ecclesiam bella mouit, absumpta, & succedentibus temporibus, quoties hæc accidebat, ut vidimus, ingentes passa est calamitates, & clades; sic veluti adultera ex antiquo tempore, priorum scelerum, illorumq; quorum tunc erit rea, poenas dabit, & vnà cum Romani Imperij dignitate ac potestate ab Antichristo & eius copiis funditus euertetur: quod docemur è cap. 15. Apocalypsis, & innuit Paulus 2. epistola ad Thessalonicenses, cap. 11. ac tradunt ij, quos attulimus supra, Tertullianus in Apologia cap. 32. Lactantius lib. 7. cap. 15. Cyrillus Catechesi 15. Chrysostrus in illum Pauli locum, quem Græci ceteri sequuntur, ibidemq; Ambrosius, Hieronymus q. 11. ad Algasiam, Augustinus lib. de ciuitate Dei 20. cap. 9.

Neque tamen vllò modo Christus deerit suis. Mittet enim Henoch, & Eliam, ut conuertant corda patrum ad filios, & filiorum ad patres, ut ait Malachias cap. 4. ac dent gentibus poenitentiam, leniant iracundiam Dei, & restituant tribus Iacob, scribit Ecclesiasticus cap. 44. & 48. quin restituat omnia, inquit Christus Matthæi cap. 17. qui sanè aduersus Antichristum prophetabunt mille ducentis sexaginta diebus, ut refert Ioannes Apocalypsis è 11. auctoresq; quos citauimus: loquuntur verò de prophetis ipsis in Paradisum translatis, ut eorum verba ostendunt, non de vllis aliis, qui referant ipsorum personam: & hæc est communis fidelium interpretatio, ut testatur Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 9. Hilarius, Hieronymus, Origenes, Chrysostrus, aliiq; tum Græci, tum Latini in illud Matthæi cap. 17. Lactantius lib. 7. cap. 17. Theodoretus cap. vltimo Malachiam, Primasius, Beda, Richardus, Arethas in Apocalypsim: quin addit hic, inuariabiliter à tota Ecclesia credi Henoch & Eliam venturos, ut se opponant Antichristo. Damascenus lib. 4. cap. 28. Hippolytus lib. de consummatione mundi, Gregorius lib. 21. cap. 36. & lib. 9. cap. 4. Augustinus lib. 9. cap. 6. in Genesim ad litteram, Gregorius Nyssenus libro de aduentu in carne contra Iudæos, Iulianus Archiepiscopus Toletanus lib. 1. contra Iudæos, Samuel Marrochianus epistola contra Iudæos cap. 19. Isidorus lib. de vita & morte sanctorum cap. 35. Iustinus Dialogo cum Tryphone. Et sanè nõ est vlla efficax ratio, cur sint in Pa-

A Paradisum translati, nisi ut aliqua grauissima de causa rursus inter mortales versentur, vitamq; pro Deo ponant. Nam quod Christus aliàs cap. 11. Matthæi ait de Ioanne, Ipse est Elias, qui venturus est, non asserit in secundo aduentu reuera Eliam non venturum, sed Ioannem esse, qui in primo adit, ut Angelus apertè declarauit Zacharia apud Lucam c. 1. inquit, Ipse (Ioannes) præcedet ante illum (Christum) in spiritu, & virtute Eliæ.] Quin cum Christus ait fore, ut Elias veniat, ac restituat omnia, iam fuerat Ioannes obruncatus: sic igitur de vero Elia verba facit apud Mattheum. Quòd verò hæretici semetipfos aiunt esse Henoch, & Eliam, stolidis admiranda loquuntur, & quæ pueri facillè resellant. Nam quibus isti gentibus poenitentiam dederunt, cum nullas Christo conciliarint, ut ostendimus signis de fidei propagatione? quas tribus Iacob restituerunt, cum neminem è Iudæis adduxerint ad Christum? quomodo præterea restituerunt omnia, cum sciamus omnia inter ipsos e uera dissidentibus multipliciter inter se opinionibus, cum veritas tamen sit vna vt explicauimus signo de vna fide 2. lib. 3? Quæ denique conueniunt istis, quæcumque referentur à Ioanne cap. 11. Apocalypsis? Enoch scilicet atque Eliam fore amictos saccis, prophetaturos mille ducentis diebus, omnium maxima miracula effecturos, ab Antichristo occidendos, eorum corpora tres dies ac dimidium fore insepulta mox excitanda, cunctisq; stupentibus euehenda in cælum, subsecuturum magnum terrorem, quo decima pars ciuitatis corruat, & hominum septem millia occidat, reliquos autem timore perculsos Deo se dedituros, & alia multa euentura, quæ nimis esset longum recensere. Sed istorum deliramenta mittamus. Nam quædam posse per allegoriam, quod aiunt, exponi, non inficiamus, vt è nostris possit aliquis explicare, si tamen sensus in primis historicus teneatur.

C Interficiuntur itaque Enoch & Elias ab Antichristo, commouebiturq; acerbissimum omnium, quæ fuerint vmquam, bellum in Ecclesiam sanctam, ut ex oraculis diuinis supra est à nobis explicatum.

*Denomine Antichristi, morte ipsius, Eucharistiæ sacrificio sublato per ipsum, renouatione mundi. Cap. VII.*



Ed quodnam, quæso, tantæ bestiam nomen erit? numquid illud sciri potest? Sunt hæc Ioannis verba cap. 13. Et faciet omnes pusillos cum magnis, diuites, & pauperes, liberos, & seruos habere characterem in dextera manu, aut in frontibus suis, & ne quis possit emere, aut vendere nisi habeat characterem, aut nomen bestiam, aut numerum nominis eius. hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiam, numerus enim hominis est, & numerus eius DCLXVI.] è quibus Ioannis verbis apertissimè habetur, numerum nominis Antichristi fore DC. LVI. qui feratur aliquo modo à sectatoribus eius in fronte, ac dextera. Lõga verò est inter omnes disputatio, quodnã sit hoc nomẽ; ita vt Irenæus lib. 3. hæc reliquerit scripta: Certius ergo, ac sine periculo est sustinere adimpletionem prophetiam, quàm suspicari ac diuinare nomina quælibet.] & mox: Non periclitabimur in eo, nec asseuerantes pronunciamus hoc eum nomen habiturum, sciẽtes quoniã si oporteret manifestè præsentem tempore præconizari nomen eius, per ipsum vtrique editum fuisset, qui & Apocalypsim viderat.] hæc ille. Vt tamen hæretici viderentur scioli, nomina quædam protulerunt in medium, quæ Pontifici Romano affingeret, quasi is esset Antichristus. quidam namque Dauid Citreus ait hoc nomen Hebraicè prolatum, Romanot & Latinos, Græcè conficere numerum sexcentorum sexaginta sex: apponemus litteras latinas per Hebraicis, quod horum non sit nobis copia.

r	200	λ	30	l
o	6	α	1	a
m	40	τ	300	t
a	10	ε	5	i
o	10	ι	10	n
t	400	υ	50	u
		ϕ	70	s
	666.	ε	200	
			666.	

De Sig. Tom. 2.

Fff

Sed

Sed sapiens iste neque Hebraicè, neque Græcè se aliquid scire palam fieri voluit. Nā Romanus, cum sit nomen masculinum, non potest definire in t. hæc enim fœmininorū est terminatio apud Hebræos, & Græcis Latinus non per es, sed per iota simplex pronunciat. Idcirco Irenæus, qui nomen Latini vti conueniens Antichristo produxit, perinde ac si Romanis Imperatoribus Christo tunc infensissimis conueniret, adiunxit. Sed non in hoc gloriabimur. Vt tamè gratia referatur bonis istis hominibus, illud reuera asseuerari potest, nomina quorundam veræ Christi doctrinæ maximè aduersantium confecisse hunc numerum, vt Lutheri, Dauidis Citrei, & Mahometis. Verbigratia si Hebraicè Lulter scribatur, Mahometis autem Græcè: vtrūque Genebrardus in sua Chronologia notauit.

Table with columns for letters L, V, T, E, R and their numerical values (30, 6, 400, 0, 200) summing to 666. Includes a second table for the word DAVID and CITREVS summing to 666.

Hoc vltimum Bellarminus aduertit, qui & obseruauit illud, Saxonius Græcè scriptum colligere eandem summam; quod Luthero, pluribusque qui prodierunt è Saxonia, bellissime accommodatur. Sed isthæc missa faciamus. Nam & Lindanus etiam notat Martin Laurer reddere eundem numerum, si litteræ Latinæ accipiantur pro numeris more Græcorum, Dubitârij lib. 3. Verùm quoniã maximum in orbe terrarum principatum tenebit Antichristus, & cunctis Christi insituris aduersabitur, & illud in primis tollere curabit, Eu charistię scilicet sacrificiū, vt habetur Danielis cap. 11. & 12. & tradit Hippolytus lib. de cõsummatione sæculi: quod nūc Antichristi præcursores Protestâtes maximè cõtendūt. hinc maximè fiet, vt quando etiam diximus hanc vexationē fore omnium sæuissimã, vt clades ac prodigia sic multiplicentur, vt totus orbis terrarū ex omni parte deturpatus ac vastatus denique incēdio supremo cõflagret; ab Eucharistię namque sacrificio diuinitus in nos omnia bona deriuãtur, vt ostendimus lib. 15. ita tamen vt prius occidatur Antichristus cum suis; qui licet humanis viribus futurus sit victor aduersus Ecclesię sanctę propugnatores, nihilominus suo tempore adcurrētibus, Michaële duce, Angelorū copiis profligabitur, ac cælitus demisso telo percussus interibit; quæ latè prosequitur Lactantius lib. 7. cap. 17. & 18. & ex parte colligi potest è Danielis cap. 12. & Apocalypsis c. 12. Post hæc autem fluuius ignis orbem terrarū confumet, cunctaque mortalia interibunt: quod per manus à maioribus traditum cunctæ gentes quoquo modo cognouerunt. sic enim Lucretius:

Vna dies dabit exitio, multosque per annos Sustentata ruet moles, & machina mundi. Nec me animi fallit, quam res noua, mira que menti Accidat, exitium cæli, terra que futurum.

Et Ouidius:

Esse quoque in fati reminiscimur afferre tempus, Quo mare, quo tellus, correpta que regia cæli Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Et Lucanus:

Inuida fatorum series, summissaque negatum

312

Stare diu, nimioque graues sub pondere lapsus Nec se Roma ferens. sic cum compage soluta Sacula tot mundi suprema coegerit hora, Antiquum repetent iterum Chaos: omnia mixtis Sydera syderibus concurrent: ignea pontum Astra petent: tellus extendere littora nolet, Excutietque fretum: fratri contraria Phœbe Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem Indignata diem poscet sibi, totaque discors Machina diuisi turbabit fœdera mundi.

Atque hæc isti quidem: quorum doctrinam simplicem prius, ac puram mox adulterantes nonnulli reuocabant vel ad astrologiã, vel ad philosophiã cuiusdam suæ principia. Dicebant enim post annorum millia quædam cælum reuerti ad eisdem prorsus aspectus, & cursus astrorum, atque ob id contingere, vt singula reuertantur in illum ipsum antiquum statum, quo fuissent ante tot sæculorum decursum, cunctis, quæ tunc erāt, dissolutis, & deletis. Id explicat Plato in Timæo, attingit Mercurius Trismegistus in Pymãdro lib. 3. Addebant aliqui è quadam propria philolophia stellas esse igneas, & veluti pabulo nutriri aquis hisce & humido, quæ nos sentimus; quibus ad extremum consumptis, aiebant fore, vt omnia flammæ conciperent, & exusta in cineres abirent: ita Panætius Stoicorum maximus apud Ciceronem lib. 2. de natura Deorum. Haud dissimilia tradit Heraclitus apud Diogenem Laërtium libro nono in vita ipsius, Hippasus apud eundem lib. 8. & Empedocles, qui vniuersitatem rerum coniungi asserbat ab amore, à dissidioque dissolui.

Id est: Nonnumquam connectit amor simul omnia, rursus Nonnumquam seiuncta iubet dissensio ferri.

Eadem quoque Heliodus cecinit, quod Gellius obseruauit. Sed & Seneca in fine libri de consolatione ad Martiam; Si tibi potest, inquit, solatio esse commune fatum, nihil quo stat loco, stabit; omnia sternet, adducetque secum vetustas; supprimet montes, sorbebit maria, flumina auertet; & commercio gentium rupto, societatem generis, cælumque dissoluet; alibi hiatis vastis subducet montes; vrbes tremoribus quatiet, & ex intimo pestilentia halitus mittet, necabitque omne animal orbe submerso, & ignibus vastis torrebit, incendetque mortalia; & cum tempus aduenerit, quo se mundus renouaturus extinguat, viribus ista se suis cædent; & sydera syderibus incurrant; & omni flagrante materia, vno igni, quidquid nunc ex disposito lucet, ardebit. Ad summam cõuenere antiqui omnes in vnam veritatem, variarunt in multis adiunctis. Consentunt namque interiturum mundū & in meliorem formam restaurandum. In eo discordant, quibus de causis id sit futurum, & quænam sit ea forma. Nunc audiamus Sibyllarum versus; horum recitat quosdam Lactantius cap. 23. de ira Dei. Hi verò sunt:

Id est: Tumque iram Deus effundet, quam haud mitiget vllus, Opprimat ast illa, ac mortales deleat omnes, Et nil non flammis, supremo & deuoret igne.

Acrosticha porrò carmina, de quibus Cicero libro 2. de diuinatione, recitat sanctus Augustinus libro decimo octauo de ciuitate Dei, cap. 21. Eusebius in oratione Constantini ad sanctum cœtum, cap. 18. meminuit Prosper lib. de prædictionibus cap. 29. Mileuitanus lib. 3.

I Id rōsei δε χθων, κρισος σημειον οτ' εσαη
H Ηξει δ' ερανθον βασιλευς ανωση ο μελλων
Σ Σαρκα παρων πασαν κριναι, και κοςμον απαντα
O Ολονται δε διδον μεροπες πιτσι & απισοι
Υ Υλισον μετ των αγιων οπι τερμα χρονοιο
Σ Σαρκοφορων ανθρωπων ψυχας βηματι κρινων
De Sig. Tom. 2.

X Χέρσος ὅταν πότε κόσμος ὀλος, καὶ ἀκανθα γίνηται  
P Πύρεσσιν δ' εἰδωλα βρότῳ, καὶ πλεῖστον ἀσπαστα  
E Εκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, ἐρανὸν, καὶ θαλάσσαν  
I Ἰχθυῶν φλέξει δὲ πύρεσσιν εἰρητῆς ἀΐδαο  
Σ Σάοξ τὸ τε πᾶσα βροτῶν ἐπελεύθερον φάος ἦξει  
T Τῶν ἀγίων ἀνόμως δὲ τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέξει  
O Ὅσῳ ὅσα τις πράξας ἔλαβεν, τὸ τε πᾶντα λαλήσει  
Σ Στήθεα γὰρ ζῆφόντα θεός φωσῆξεν ἀνοίξοι  
Θ Θρῆνος δ' ἐν πάντων ἦξει, & βρυγμὸς ὀδόντων  
E Εκλείψει δὲ φάος σέλας ἡλιόιο, & ἀστῶν  
O Οὐρανὸν εἰλιξει, μήνας δ' ἐπεφύγοις ἀλείπει  
T Τυφώσει δὲ φάρμαχος, ὀλεῖ δ' ὕψώματα βενῶν  
T Τυφὸς δ' ἐκείτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανείπει  
I Ἰσατ' ὄρη πεδίοις ἔσται, & πᾶσα θάλασσα  
O Οὐκέτι πλεῖν ἔξει. γῆ γὰρ φρηθῆσα κεραιῶν  
Σ Σίω πηγῶς ποταμοὶ δὲ τε κεραιῶντες λείψονται.  
Σ Σάλπηξ δ' ἐρανθὲν φωνῶν πολύθρηνα ἀφήσει  
Ω Ὀρύσσει αὐτὸς μελέων, & πῆματα κόσμου  
T Ταρταρέων δ' ἔχας τὸ τε εἶξει γαῖα χυθῆσα  
H Ἥξει δ' ὅππῃ βῆμα θεῶ βασιλῆς ἀσπαστες  
P Πεύσει δ' ἐρανθὲν ποταμὸς πύρε, ἐδέτε θεῖον.

Sensus est Latinè:

I Iudicij in signum tellus sudore madescet  
E Et Rex aternus summo descendet ab axe,  
S Scilicet ut carnem, mundumque ut iudicet omnem;  
V Unde Deum fidi simul, infidique videbunt  
S Summum cum superis in sæcli fine sedentem,  
C Corporaque, atque animas ut cunctas iudicet ipse  
H Horrebit totis cum densis vapribus orbis  
R Reiciant simulacra viri, gazaque repostas :  
I Ignis humum exuret, calum, potum, ostiaque orci;  
S Sanctorumque omnis caro libera reddita lucem  
T Tunc repetet; semper cruciabit flamma scelestos.  
V Utque quis occultè peccauerit, omnia dicet,  
S Sub lucemque Deus referabit pectora clausa.  
D Dentes stridebunt, crebescunt undique lucus:  
E Et lux deficiet: Solemque, nitentiaque astra  
I Involuent tenebræstum Luna splendor obibit.  
F Fosse attollentur, iugaque inclinata iacebunt,  
I Impedietque nihil mortales amplius altum;  
L Longa carina fretum non scindet, montibus arua  
I Ima equabuntur: nam fulmine torrida tellus,  
V Vnaque sicci fontes, & flumina hiabunt,  
S Sydereisque sono tristi tuba clanget ab oris,  
S Stultorum facinus mærens, mundi que dolores:  
E Et chaos in tetrum mergeretur terra dehiscens :  
R Regesque ad solium sistentur numinis omnes.  
V Vndaque de cælo fluet ignea sulphure mixta  
A Aduolvens secum rebus quicumque caducis  
T Fædè ac deliciis sese addixere, nefandis  
O Obsricti vitiiis, supremi iudicis æquas  
R Reddat pro meritis cuique ut sententia partes.

Atque hæc sunt carmina Sibyllina, in quibus primæ versuum singulorum litteræ conficiunt Græcè hæc nomina, ἰησὺς χριστὸς θεὸς υἱὸς σωτῆρ, quas Latinè qualitercumque reddere conati sumus, ut apparet. Primæ rursus litteræ quinque illorum nominum

A

B

C

D

E

A nomîn ũ conficiunt vocè ἰχθὺς, idest piscis, vt dicebamus lib. 1. c. 14. quo vocabulo signatur Christianus Põtifici Romano parēs, qui Petri piscatoris est successor, & adhuc sub annulo piscatoris salutē, benedictionemq̃. Apostolicam suis impartitur, vt hos scilicet sciamus fore, qui seruentur ab ira æterna Dei in orbis totius cõflagratione, qua cõsecuta, de functi corpora recipient: Boni quidem splendida, agilia, subtilia, impatientia: mali tenebricosa, inertia, deformia, cunctis poenis obnoxia, & hi quidem intra telluris viscera ima, vbi nullum non mali genus, quod animum & corpus excruciet, aut extrinsecus aduenire possit, inuenietur, concludētur: Boni euolabunt in cælum, cunctisq̃ue dominabuntur, diuina, æternaq̃ue beatitudine perfuentes, cum prius vnà cum Christo adfidentes sententiam tulerint in impios, Ecclesiæq̃ue sanctæ hostes. Terra porrò, ceteraq̃ue omnia, sicut antea debebant, illius alumnis omnino subiecta, in pulcherrimam formam renouabuunt, quarum rerum signa retulimus lib. 15. vt quilibet iam certissimò cognoscat ad Ecclesiam nostram, quæ Dei est, bona cuncta referri, & inde pendere, illi, Præsulibusq̃. eius obedientiam maximam semper deberi.

Operis conclusio, & preces ad Deum. Cap. vltimum.



N itaque vt clarissime sit illustrata veritas illius oraculi: Pugnabit pro eo orbis terrarū contra insensatos. Quocirca nos, quibus tantū Deus largiri munus nullis anteceditibus meritis est dignatus, vt in Ecclesiæ sanctæ, ad quā referuntur, & a qua dimanāt omnia in humanū genus bona, complexu essemus, in eiusdē Dei summam benignitatē, multitudinemq̃. ipsius miserationum respicientes, gratias illi summas, quantum possumus, agamus, infinitasq̃ue, vt decet, habeamus; & vnà cum pueris illis in fornace Babylonica constitutis aduocemus, quæcūque à Deo, sunt siue in cælo, siue in terris creata, vt vnà nobiscum supremæ bonitatis laudes concinant, atque extollant; neque verò desint ad eas celebrandas vel mutæ res, vel feræ ipsæ truculētæ; sed à superis illæ mentibus, quibus earū custodia, gubernatioque est qualitercumque commissa, diuinitus ita dirigantur; vt neminē non inuident, alluciant, impellantq̃ue ad gratias diuinæ largitati habendas. Atque vt id perfectius à nobis peragi possit, & absolui, illud omnino præterea donet, vt euecti in cælum coniungamur penitus, atque ex omni parte ipsi intimæ diuinitati per ipsius essentiã vnà cum superis mentibus ac beatis, & in altissimo, quæ ipsius est benignitas, cæli tum cõfessū collacati præconia illius eminentioribus modis decantare possimus. Neque verò interim nos auocent vlla acerba, vel suauiua, nõ remorentur vlla luctuosa, aut voluptaria, non deterreat vllum cruciamenti, mortisve crudelissimum genus.

Tu verò, Pater optime, sic enim diffundens in cordibus nostris Spiritum filiorum Dei, dedisti nobis, vt te inuocare auderemus, da, quod præcamur, atque vt efficaciter precari possimus, abundantius semper effunde in intima mentium nostrarum tuæ gratificationis diuitias, inspira in mediis flammis ventum rotis flantem, eruens nos in mirabilibus tuis, & dans gloriam nomini tuo, vt quicumque Nabuchodonosor in ignes ardentissimos nos coniecerit, impiis decretis repugnantes admiretur, & colat potentiam, bonitatemque tuam supremam, regnum tuum sempiternum celebret, potestatemque per omnia pertinētem: conuertantur filiorum rebellium corda in patres, patrumque in filios. Conuertere igitur filia Septentrionis delicata, apprehende librum mandatorum Dei, & legem, quæ est in æternum; ambula per viam ad splendorem eius contra lumen ipsius, ne tradas alteri gloriam tuæ Maiestatis, sicuti Græcia fecit, Oriēs, & Africa, gloriã regiæ Maiestatis, & Imperatoriæ; gloriam Catholicæ pietatis, quam suxisti ab Ecclesia matre; irritasti eū, qui te fecit, oblita es illius, qui te nutriuit, proiecisti matrē, nutricemq̃. Ecclesiã tuam. Memento dierū antiquorū, cogita generationes singulas, interroga patrē tuū & annūciabit tibi, maiores tuos, & dicet tibi: inuenit olim te mater Ecclesiã in terra sterili, & inculta, in loco vastarum solitudinū, eduxit te inde in brachio forti, & excelso, statuit supra firmā petriã per Petri successorē pedes tuos saluam te fecit, eruens de lacu miseræ, quo demersa p̃scis temporibus eras, de luto fœcis, quo ex antiquitate sæculorum miserrimè obruta opprimebaris: assumpsit te, atque portauit in humeris suis, constituit te in loco, vbi comederes fructus agrorum, sugeresque mella de petris, Reges longa progenie nutricii tui forent, in vrbibus munitissimis habitares, opibus, ac deliciis circumflueres. Expergiscere ebria,

Dan. 3.

Mal. 3.

Num. 20.

Psal. 39.

Sup. lib. 19. 20. 21. 22.

ebria, sed nō à vino. En respice, vt Deus, super omnes populos Orientis, Græcia que, & Au  
 stri, quæ Ecclesiæ sanctæ monita contemplerunt, adduxerit gentem de lōginquo, gentem  
 improbam, & alterius linguæ, quæ non est reuerita senes, neq. puerorum misera: leuiore  
 paradisi equi eius, & velociores lupi vespertinis, volāt quasi aquila ad comedendū, facies  
 eorū veluti vrens vte res: terræ frequentissimæ desertę, ciuitates succēsæ igni, ab alienis cū  
 cta optima deuorata, & fēdissimis vastitatibus desolata. Cui te nūc exequabo Græcia quō  
 dā mea? cui te potero assimilare? cui te Asia, Aegyptus, & Africa? egressus est à vobis tātus  
 ille decor antiquus, manū suā misit hostis ad omnia dēsiderabilia vestra. quomodo obte  
 xit caligine in furore suo Dominus Græciæ filiā? proiecit è cælo in terras inclytam natio  
 nū, præcipitavit omnia speciosa, confregit omne cornu illius. magna est sicut mare contri  
 rio tua. quis me debetur tui? Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta. Disce tādē, disce  
 & vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus; vt scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ,  
 & victus, vbi sit lumen oculorum, & pax. dereliquisti fontem sapientiæ, & aquæ viuæ, fo  
 disti tibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, ab Ecclesia matre disce  
 dens. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique, habitasses denique in pace super  
 terram. Nunc facta es veluti umbraculum in vinea, aut tugurium in cucumerario. reuer  
 tere, reuertere Sunamitis, reuertere, vt intueamur te, neque eris amplius dolēs. Audi Do  
 mine de folio sancto tuo: sponsa tuæ preces exaudi. Clamat illa gemens, quasi parturiens  
 attollit questus. Cōuertimini filii mei, pupillæ oculorum meorum ad correptionem meā.  
 En profero vobis Spiritum meum, ostendi vobis verba mea. Vocauī, & renuistis; extendi  
 manus meas, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpatio  
 nes meas neglexistis. en foris inter extremos Indos ad Orientem & Occidentem, ad Au  
 strum supremum prædico, in capitibus turbarum clamito. Viquequo stulti, quæ sunt no  
 xia cupitis, & imprudentes respicitis scientiam? qui me audierit, absque terrore denique  
 requiescet, & abundantia perfruerur, timore malorum sublato in excelsis habitabit, mu  
 nimenta saxorum sublimitas eius, panis Eucharistiæ, & aquæ fideles dabuntur ei. Regem  
 videbit in decore suo, terras remotissimas religioni Catholicæ adhærentes contempla  
 bitur, vt gaudeat vnā cum matre Ecclesia fugat, & repleatur ab vbere consolationis eius,  
 deliciis affluat, aspiciens Deum declinantem super eam fluuium pacis, & quasi Torren  
 tem inundantem gloriam gētium, portetur ad vbera, super genua blandientem sentiat,  
 experiatur osculantem, teneat, neque dimittat, ducat in domum genitricis, audiat docē  
 tem, illique veluti suo dilecto innitatur, vt procedat quasi aurora confurgens, pulcher,  
 vt Luna, electus, vt Sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata, habitetque in domo Domi  
 ni in tabernaculis dilectis illius, cui laus, honor, & gloria in æternitates omnium sæculo  
 rum. Amen.

FINIS.

fol. 150. post versiculum secundum.

**S**ed bene est, vt Arriani scriptoris diligentissimi verba huc afferamus, qui enarrat Nearchi nauigationem missi ab Alexandro Magno ad exploranda Zonæ torridæ loca. sic igitur ille lib. 8. ad finem:

**Q**uæ verò ad dextram maris Rubri vltra Babyloniorum terminos sita sunt, ea vt plurimum Arabes tenent, pertinentque ad mare Phænicia, ac Syria Palæstina: ceterum versus Occasum quo ad mediterraneum mare Aegyptij Arabia contermini sunt. ad Aegyptum verò sinus ingrediens ex Oceano manifestò indicat ratione concursus cum Oceano, nauigari posse è Babylone in eum sinum, qui ad Aegyptum protendit: sed tamen nemo per ea loca nauigauit, propter caloris intemperantiam, & solitudines interiectas. Nā hi, qui de exercitu Cambysæ seruati sunt, ex Aegypto Susas profecti; & item, qui à Ptolomeo Lagi ad Seleucum Nicanorem Babylonem missi sunt, per Arabia fines promontorio quodam transmissi, octo dies terram desertam, & aquarum inopem peragrauerūt, camelis quoque infessis aquas importantes, noctu solum proficiscebatur: neque enim interdiu Solis ardores perferre potuissent, tantum itaque abest, vt vltiora huius regionis (quod Isthmum appellant) è sinu Arabico in rubrum mare vergentia, cultoribus frequentata sint. Ceterum quidam ex Arabico sinu, qui ad Aegyptum spectat, aliquando profecti, vt Arabiam illam plurimum circumueherentur, mareque, quod ad Susas, & Persas pertinent, inuiserent, cum multum Arabica oræ emensi essent, postquam aqua nauibus imposita deesse coepit, retro conuersi sunt. Ex Babylone autem quos misit Alexander, vt à rubri maris dextra nauigantes, ea loca explorarent, insulas quidem aliquot humiles se vidisse, & aliquibus in locis Arabia oras attigisse retulerunt: id verò promontorium ingens, quod Carmania oppositum se vidisse Nearchus scribit, non est qui poterit ex alterutra parte nauigando superare. ego verò non dubitauerim, si esset nauigabile, Alexandrum vtrique id per suos expertum fuisse: tanta illi cupiditas agnoscendarum rerum occultarum fuit. Et Hanno quidem Carthaginensis vltra Herculis columnas in Oceanum nauibus prouectus est, Africam ab læua relinquens, nauigansque processit, quamdiu sibi versus Orientem Solem cursus fuit: quem cursum quinque & triginta diebus omnino confecit, postquam verò ad meridiem conuersus est, in multas difficultates incidit, aquarum inopiam, calores immensos, & veluti riuos quosdam ignium in mare ruentium.] Hæc Arrianus, apertè asserens temporibus Alexandri Magni loca maritima Carmania, Arabia & Africa, quæ respiciebant Austrum intra Zonam torridam, fuisse explorata magno studio, repertaque propter immensitatem caloris deserta, & quæ nullo modo possent habitari.

Addenda post cap. II. libri XXIV. in quo sic explicandum signum XCIX.

Infelicitas hæreticarum nationum, & euersio gentium, & regnorum  
Mutandiq. erunt numeri capitum sequentium.

**E** *Exemplis illustrissimis explicatur veritas oraculi illius à diuina scriptura desumpti; regna scilicet transferri è gente in gentem propter iniquitatem, quod habetur Ecclesiastici cap. 10. causaque afferuntur, ex quibus imperia summa sunt diuinitus tradita variis gentibus, & ablata. Cap. III.*



Vm diuinæ scripturæ cælitus inspiratæ nihil falsi inesse possit, comprobanda ac stabilienda est nobis ex omni parte veritas illius oraculi, quod habetur Ecclesiastici cap. 10. Regnum à gente in gentem trāsferitur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Hæc diuinus scriptor, qui deinde subiicit: Initium superbiæ hominis apostatate à Deo: quoniã ab eo, qui fecit illū, recessit cor eius. quoniã initiū omnis peccati superbiæ: & qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eū in finē. propterea exhonoraui Deus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum su-

perborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euerit Dominus, & perdidit eas usque ad fundamentum. ] Haec tenus sacra scriptura cuius praedictionibus euenta nobilissima illustrium regnorum respondere demonstrandum nobis proposuimus; ut hinc palam fiat, ab Ecclesia Dei pendere omnia, & ad eam cuncta referri, quod initio totius operis nos praefati sumus. Et quamuis e superioribus tum cetera ad hoc argumentum generatim pertinentia, tum verò quae speciatim possunt huc spectare, colligi possint; bene tamen est, hoc, quod maximè mortales in admirationem diuinæ prouidentiae trahere potest, ut inde sanctissimæ Ecclesiae magnitudinem maiestatemque contemplari queant, clarissimè illustrari. Praemonendus verò nobis erit lector in aliquibus, quae veritatem maximè possunt stabilire.

Primumque sit illud; apertissimè à nobis explicatum fuisse, regiones illas, ac gentes, quae desciscunt ab Ecclesiae doctrina & obedientia, post aliquod, neque ita longum tempus, cadere in potestatem gentium alienarum, per quas denique ad interitum delectantur, miserimamque seruitute, donec viuunt, opprimantur. id fufe à nobis est declaratum signo de interitu fidei decimo sexto, capite vndecimo, libro quinto, & supra hoc libro cap. 1. & de ignauia haereticorum quinquagesimo quarto, libro duodecimo, capite decimo. Nam cum peccent aduersus Ecclesiam Dei, Deumque & haeretici, & quicumque alioquin sunt ab illa auersi, haereticis tamen est peccatorum sua natura grauissimum; nam directò, quod aiebat S. Thomas, euerit omnium bonorum fundamentum, fidem. Idcirco, ut ostendimus, haeretici diuinitus longè magis puniuntur, & in maiores incidunt ærumnas, ac supplicia, quàm ceteri à nobis alieni, quod signo de infelici exitu alienorum nonagesimo tertio, capite quinto, & de infelici posteritate capite sexto, libro vigesimo tertio, & signo de ignauia quinquagesimo quarto, capite decimo, vndecimo, & de ignoratia haereticorum quinquagesimo quinto, capite duodecimo, libro duodecimo, denique ut vidimus capite primo hoc eodem, libro vigesimo quarto fuit à nobis abundè explicatum. Atque ita ex hoc capite liquet, iusta de causa imperia transferri ab istis.

Secundum. Cum verò cadant istae gentes haereticæ in potestatem alienorum, vel nolentibus Catholicis, & summa ope quodammodo cõtèdentibus, ne ita contingat, ut in Graecis apparet, siue quòd aliqui adhuc Catholicis supersunt inter eas, siue quòd spem faciunt redeundi ad veritatem, vel quòd timeatur ab atrociori casu, qui feriat etiam confidentes in Ecclesiae Catholicae sinu: nihilominus progressu temporis, cum fuerint haeretici vel extincti, vel propè ad nihilum redacti, tunc alieni, à quibus haeretici sunt deleti & oppressi, conferunt se in tutelam, fidemque Christi, & Ecclesiae sanctae, quod esse verum liquet e signo de inimicorum conciliatione LXXXIII. lib. XX. cap. III. & signo de interitu fidei XVI. & reparatione XVII. lib. V. Accidit enim tunc, quod per Isaiam Deus ait. Heu consolator super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. ] Vide igitur mirabilem Dei prouidentiam, quae fit, ut ij, qui regna auferunt ab haereticis, ea subiiciant Ecclesiae sanctae.

Tertium. Non continuò tamen gentes, quae sceleribus abundare videntur, imperio spoliari solent à prouidentia diuina, sed cum multas ob causas visum fuerit sapientiae caelestis ita tamen, ut nisi redeant ad mentem, melioremque frugem, eo grauior sit pena, quo ferior, & maioris delicti vindex, quod aperuimus supra capite primo huius signi. Atque hoc non modò in haereticas gentes, sed in quascumque alienas à nobis cadit; si quando Catholicos insectantur, & vexant: ut excoquat Deus ad purum, quod ait Isaias idem, scoriam suorum, & auferat omne stannum eorum, à quo argentum sincerum prius adulterabatur, qua de causa deterioribus dat interdum Deus imperia in meliores.

His positis, cum summa haec imperia praedicentur fuisse, Assyriacum, quod Niniue cõfedit, Chaldaicum, Persicum, Graecorum, Romanum; videndum nobis est, quales fuerint istae quinque nationes respectu aliarum, cum nactae sunt omnium supremam potestatem.

Primo igitur loco, aberat ab Assyriis, quo tempore primas in orbem terrarum tenebant, infandissima quaedam consuetudo, qua cunctae propè gentes in Deum & in humanum genus peccabant. Ut enim liquet ex Eusebij libro quarto de praeparatione Euangelica, capite septimo, Celtæ, Occidentales cuncti, Tyrheni, Carthagenenses, Pelasgi, Lesbij, Cretenses, Thessali, Phoenices, Laodicenses, Messenij, Scythæ, Lacedaemonij, Aegyptij, Heliopolitani, Salaminij, Cyprij, quin omnes

Amnes Graeci communiter cum procedebant ad bella, diis homines ipsos immolabant, saepe innocentes, & quandoque filios, vel primogenitos, & meliores, ut Agamemnon Iphigeniam in Tauris. Hinc apud Virgilium lib. 11.

*Sanguine placatis Ventos, & Virgine casu  
Cum primum Iliacas Danaï venistis ad oras:  
Sanguine querendi reditus, animaque litandum  
Argolica.*

Atque hoc est, quod Deus obiicit Hebraeis psal. 105. E immolauerunt filios suos, & filias suas daemonijs. ] Id vsitatum fuisse Niniue, aut Babylone, numquam legi. Quin 4. Reg. 17. commemorantur ij populi, quos armis debelleuerant Assyrij, ac soli ex iis Sepharuaim dicuntur sacrificasse diis filios suos; aduersos hos iacet se Sennacherib cap. 19. ac Virgilij lib. 11. docemur praescis vsitatum fuisse in funeribus solitos mactari seruos bello captos: sic namque ille de Aenea tam laudato Heroe, dum Pallantis funus adornaret:

*Vinxerat & post terga manus, quos mitteret Umbris  
Inferias, casus sparsuros sanguine flammis.*

Eadem refert de Achille Homerus Iliados lib. 23. cum iusta perfoluentem Patroclo inducit, & ait.

*πάντα γὰρ ἦδη τοι τελέω τὰ πάροιθεν ἐπέσσω  
Ἐκτορα δ' εὐρ' ἔρυσσας δ' ὄσσειν κ' ὑρὶν ὀμὰ δ' ἀσπιδῆ  
δ' ὀδύνα δ' ἐσπρωπάρωβε π' ὑρὶς ε' ποδ' εἶρο το μείσσειν  
τρώων ἄγλαα τέκνα σέθεν κταμένοιο χολωθείς.  
Omnia namque tibi perago promissa Patroclo.  
Hectora raptavi huc, canibus diris laniandum  
Ante rogam, & conscindendos iuuenes duodenas,  
Troium pignora cara, occiso te excitus ira.*

Vsq̄ue ad Adriani tempora durauit hoc scelus in aliquibus orbis Romani locis, ut Eusebius idem narrat: nos alibi permanisse ostendimus signo de Catholicorum decenti felicitate lib. 22. cap. 2. sic durauit in plurimis Indiarum locis.

Secundo, quamuis autem cultus idolorum legatur fuisse in Assyria, (sic eam regionem vocat diuina scriptura, in qua Niniue erat, veluti Mesopotamiam, & Chaldaeam, in qua Babylon, & Syriam, in qua Damascus) perstituisse tamen in ea veri Dei cultum ex aliqua parte vel usque ad suprema tempora colligitur e Ionæ praedicatione, & historia. Nā quæ fieri posset ut tam vasta ciuitas, ad Deum confugeret, quem non cognoscebat, propter illa dumtaxat Ionæ verba. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuerteretur? aut protinus discederet, quid ad placandum Deum pertinere? Accidit hoc antequam regnarent in Assyria, & Niniue Phul, Theglathphalasar, Sargon, Salmanasar, & Sennacheribus, de quibus egimus lib. 23. cap. 8. Nam Ionas vixit Amasia filio Ioas in Iudæa regnante, ut habetur 4. Reg. 14. antequam vaticinaretur Isaias, ut ex ipsius cap. 1. apparet. Igitur quemadmodum Assyrij non immolabant homines diis; sic minus aberant, quantum sciri potest, à vero Dei cultu, quàm ceterae gentes: ut iam mirum non sit, si Deus iis dedit amplissimum quantum tempora illa vetusta tulerunt, imperium.

Tertio. Sic etiam videntur omnium populorum maximè procurasse Assyrij, qui in Niniue regnarunt, bonum generi humano commune. Nam quamuis, ut e diuina scriptura discimus, primus Nembroth dici possit Babylona ciuitatem condidisse, mortalesque in vnam gubernationis ciuilibus formam, constructa iis vrbe, quoquomodo coegisse; Assur tamen inde egressus multo felicius id perfecit, ædificata Niniue, quae ciuitas frequetia, celebritate, magnitudine, ceterisque rebus ad humani generis societatem conciliandam, tuendamque, facientibus longè plurimum Babylona superauit. Nam Babylon prius quidem constructa est, quàm Niniue, sed longè post exornata, & amplificata à Nabuchodonosoro, ut e Daniele, Ionaque, ac si profanos quæris, Herodoti libro secundo apparet, ac nos docuimus supra in genealogijs Assyriorum Regum. Constructio verò ciuitatum plurimum confert ad continendos in officio mortales, legibus informandos, humanitatis studio excolendos, quod Aristoteles latè persequitur Politicorum libro primo. Hinc videmus, animalia, quae ceteris ingenio quodam praestant ut apes, formicæ, grues, elephantes, & communitatem colere, ac certas quasi vrbiū suarum sedes habere.

Et sanè melioribus fuisse moribus excultos Assyrios in vniuersum priscis temporibus, A quam ceteras gentes olim celebres, ex illo potest etiam colligi, quòd A sur erat è nepotibus Sem, vt vult Hieronymus capite decimo Genes. cui bene precatus est Noe in diuinis potissimum: precatione verò sua quid ijs esset euenturum præsignificauit: & Abraham voluit inde vxorem dari filio suo Isaac: sicuti etiam hic Isaac, iam pater alteri, filium suum Iacob voluit & ex iis locis coniugem sibi habere. Quamobrem non immeritò voluit Deus ex Assyrijs proficisci, & nasci, qui diuinæ doctrine lumine, fideique celestis vniuersos populos illustraret Abraham gentium Pater; quamuis in deterius labentibus iam Chaldæis, qui annumerantur Assyrijs, & inter quos versabatur ille, ab ijs Deus eum voluit seorsum manere, & habitare. Illud etiam palam facit melius fuisse moratos Assyrios, & Chaldæos in vniuersum, quam vel Aegyptios, vel Palæstinos, quòd Sara vxor Abraham numquam fuit illi ablata ob eius eximiam formam vel in Chaldæa, vel ceteris Assyriæ locis, quemadmodum cum venit in Aegyptum; quò simulacris contulit, continud qui seruebant Regi Aegyptiaco eius formam prædicarunt apud Regem, persuaseruntque vt eam tolleret, ac sibi haberet: idemque actum in Palæstina à Rege Geraris, ex quo percipimus libidinem magis sectatos huiusmodi homines, quam reliquos Assyrios tum viuentes. Cui rei potest esse illud quoque argumento, quòd contrà Rebecca virgò, vt est in diuinis libris cap. 24. pulcherrima, & decora nimis non subijt huiusmodi vllum discrimen in Mesopotamia, quæ pars est Assyriæ; quin illa tutò sola cum quibusuis vel aduenis & ignotis versari audebat, quòd tamen non absque periculo visum est Isaac eius marito fieri posse in Palæstina, vt est Genes. cap. 26. Vsitatum porò priscis fuisse non nullis, foeminas præstanti forma, qualitercumque possent, abducere, colligitur ex initio historiarum Herodoti Halicarnassei. Nam quid de infami Pentapoli dicemus? Ista igitur omittamus; stetque illud, primis sæculis videri Mesopotamiæ colonos melius moratos fuisse in vniuersum, quam ceteras gentes, vt è prædictis apparet. Vt iam non sit omnino mirum, si nacti sint omnium primi latissimum imperium. Nunc veniamus ad explicandas causas, quibus illud est euerfum.

Quatuor Aegypti Reges latissimè sunt dominati, Zethus, qui & Sethosis, ac Thossus aliquibus nominatur Rhampses, qui regnasse videntur circiter tempora Aod, Deboræ, ac Gedeonis iudicum populi Hebræi: sed horum breuia fuerunt imperia, neque ad posteros transmissa. Post eos exstitere Sefostris, qui Salomone regnante imperauit, & Tarachus Aethiops, qui similiter exiguo tempore rerum sunt potiti, neque successores eorum retinuerunt parta ab istis regna; nominatim verò nemo legitur ex ijs Niniue regnum, quòd est Assyriorum caput, subiecisse. Quamobrem labefactarunt illud, ac per exiguum tempus comminuerunt, non euerterunt. Scythæ his, ac Cymerij possent adnumerari, qui regnasse in Asia memorantur: sed neque ab his adducta in potestatem Niniue memoratur: Cyaxares Medus expugnauit illam, si Herodoto danda est fides. Hic est auus Cyri, pater Astyagis, vt ostendimus lib. 23. cap. 10. Sed ante hunc Chaldæi Assyriorum regnum, quid Niniue confedit, euerterunt, ac Babylonem ad se transfulerunt non multo post obitum Sennacheribi, vt è libris sacris apparet. Videamus igitur quibus de causis conderit: explicantur illæ à diuino scriptore 4. Reg. cap. 18. & 19. & Isaia cap. 37.

Prima est, cum Sennacherib impudentissimè iactabat neque Deum posse facere, quo minus Iudæos cum Hierosolyma caperet, atque abduceret in seruitutem: accidit hoc Taracho Aethiope in Aegypto regnante.

Secunda est, cum postea Sennacherib illam cladem accepisset, qua suorum centum octuaginta quinque millia per Angelum diuinitus missum fuerunt occisa, acerbissimamque mouit in Iudæos, qui fuerant a Salmanasaro patre ipsius in Assyrios translati, persecutionem, tantaque indignatione ferebatur in illos, vt eorum corpora nollet sepeliri: cumque Thobias aduersus eius iussa sepulturæ illa mandaret, omnibus bonis est spoliatus, ac morti adiudicatus, vt est cap. 1. & 2. Thobias. Atque hæc secunda euerfionis causa.

Tertia post has est; nam paulo post à filijs interfectus est ipse, quamuis id mereretur, non ita tamen, vt tanto se scelere proles eius se commacularet.

Quarta potest à nobis merito adferri: ipse enim Sennacherib necatus est in templo Dei sui; quòd quamuis dæmoni esset dedicatum; cum tamen, coleretur ab istis,

A istis, vt Deus, & contra fidem fecerint, peccarunt. Omne enim quòd ex fide non est, peccatum est: peccatum namque in voluntate est, quæ parata erat istis hæc moliri aduersus Deum, quamuis nolentes, non voluntarie aberrarent à vero Deo. Atque hi forsan primi, qui legantur è Regibus patrem suum necasse.

Chaldæi post Assyrios Niniuitas, Babylonique latissimè sunt dominati, quibus sanè non ea tunc erant malefacta, quæ supra ostendimus fuisse Niniuitis, cum debellati sunt à Chaldæis. Inter hos Nabuchodonosorus, vt ostendimus lib. 23. cap. 9. Excidij causæ, quibus est hoc imperium prostratum, sunt clarissimæ è cap. 5. Danielis.

Prima est, quòd cum fuerit agnitus ab auo Balthasaris Nabuchodonosoro, cultusque verus Deus, idque multis miraculis veritatem consignantibus, manifestamque facientibus contigisset; Balthasar tamen rursus ad idola colenda conuersus est.

B Secunda est, quòd præterea ad ignominiam veri Dei vasa ipsius sacrosancta in impios vsus transtulit libans in iis spurcissimæ deorum suorum multitudini. Sed operæpretium est videre & examinare, quo statu essent Iudæi, cum Nabuchodonosorus templum demolitus est & ciuitatem, vasa sacra asportauit, & eos abduxit in seruitutem: vt cognoscamus, quam iusta sint iudicia Dei.

Primo igitur loco, Iudæi in ipso Dei templo palam diis gentium sacrificabant, vt conqueritur exclamans per Hieremiã Deus cap. 7. & tamen Nabuchodonosorus sacra vasa numquam legitur violasse; templumque illud, quòd destruxit, tum non minus Deo vero seruebat, quam falsis gentium deis.

C Secundo, filios suos diis immolabant, & incendebant, vt est apud eundem Prophetam capite 6. & capite 19. & apud Isaia capite 7. quòd quidem Babyloniis nulli scriptores adscribunt.

Tertio, secundum numerum ciuitatum Deos sibi constituerunt, vt legimus apud eundem cap. 2. & 11. In ipsa porò Hierusalem singulis viis erant aræ dedicatæ Baalim, quòd idem vates scribit cap. 11. omni militiæ cæli sacrificabatur, id est astra pro diis summis colebantur, vt est capite decimo nono: quin talpæ, ac vespertiones reponebantur ab ipsis Iudæis in numero deorum, quòd ait Isaia capite vndecimo. Quocirca non modò Babyloniorum, qui cælum, syderaque venerabantur, sed Aegyptiorum simul impias superstitiones Iudæi sunt amplexati, quo tempore sunt à Chaldæis abducti in seruitutem. Atque hoc est, quòd inquit Hieremias capite vndecimo: Principes quoque, Mempheos, & Taphneos constuprauerunt te vsque ad verticem. & Oseas ca. 4. Et cum effœminatæ (Iudæi) sacrificabant.]

D Quarto, quantum porò ad aliã delicta, hæc ætate Hebræi videntur se cunctis commaculasse, ita vt Isaia eruperit in illa, verba cap. 1. Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomoræ. & Oseas capite quarto: Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaauerunt, & sanguinem tetigit. Hæc isti Prophetæ de Iudæis loquentes.

Quinto. Quocirca nullo non scelere se obstrinxerant, siue mores ipsorum respicias, siue religionem. Iam verò cum multi fuerint inter eos rectè sentientes, ac iusti; pessimè accipiebantur hi ab Hebræis: sic Isaia ferra medium dissecuerunt, vt post alios tradunt Origenes & Chrysostomus in caput decimum epistolæ ad Romanos, Hieremiam lapidibus obruerunt, quòd sanctus Hieronymus tradit: Zachariam & Prophetas alios sic occiderunt, vt verè dictum fuerit ad illos: Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Contrà autem sunt honorificentissimo tandem loco habiti à Chaldæorum Regibus, à quibus nemo paulo insigniori sanctitate vir legitur occisus, multi que ad primos dignitatum gradus euecti, vt Daniel, ac tres illi pueri, de quibus apud Danielem capite tertio; decretoque regio sancitum fuit nequis conuiciaretur Hebræorum Deo. Quamuis igitur inter Hebræos esset qui pluris æstimandus esset, quam non modò Chaldæi, sed cunctæ gentes, si vitæ cælestis integritatem spectemus, veluti Hieremias; hic tamen ab Hebræis variè fuit exagitat, & plurimis iniuriis effectus, quòd ex eius scriptis apparet, denique & interfectus. An non igitur iustus Deus, & iusta iudicia eius?

Persæ post Chaldæos, ac Medi imperarunt, quòd ex eodem Daniele constat. Sicut autem Persæ non admisere in Deum, quæ Balthasar patrauit; sic videntur omnium gentium quæ forent iis temporibus, optimè morati, quòd è Cyri Pedia apud Xenophontè liquet:

ita vt longè meliores Perſæ eſſent Aſſyriis, & Chaldæis. Nam quantum ſanè ſpectat ad Religionem, Perſæ ſimulacra numquam coluerunt, quod diſcimus è Strabonis lib. 15. neque ſimiliter tam abiecta de diis ſenſerunt, aut eorum tantam multitudinem admiferunt, vt ex eodem ſcriptore colligere poſſumus. diſciplinæ magiſtris continentiffimis vtebantur, ipſique eodem modo temperatis erant moribus, atque inter alia ſtudioſiffimi veritatis. Medis porro, & Perſis iidem fuere mores, quod idem Strabo docet. Cyrus Perſarum primus Babylonica regna ſuæ poteſtati ſubiicit, qui vnà cum Dario Medo regnavit, quo tempore Daniel erat vnus à Dario conſtitutus è quatuor viris, cui cuncti præfecti prouinciæ parerent, vt habetur Danielis cap. 6. Tunc etiam propter miraculum leonũ promulgauit illud edictum Rex Darius: Pax vobis multiplicetur. A me conſtitutum eſt decretum, vt in vniuerſo imperio, & regno meo tremiſcant, & paueant Deum Danielis. Ipſe eſt enim Deus viuens, & æternus in ſæcula: & regnum eius non diſſipabitur, & poteſtas eius vſque in æternum. Ipſe liberator, atque ſaluator, faciens ſigna & mirabilia in cælo, & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonis. ] hæc ille. Sic igitur iſti Iudæos in magno honore cum tota ipſorum religione habuerunt, ita vt minus abſuerint his temporibus à iuſtitia, quàm ceteræ gentes; ideoque non immeritò tanta illis regna tradita fuerunt.

Cauſæ verò, ob quas ab agnatione Cyri imperium tranſiit in Darium Hiſtaſpis filium, qui cum duxiſſet Atoſſam Cyri filiã, cõtinuauit eius cognationẽ, vt lib. 23. cap. 10. eſt explicatum, non aliã videntur fuiſſe, quàm facta crudeliſſima Cambyſis, quæ narrat Herodotus lib. 3. & nos aliqua retulimus ſigno de pietate 37. cap. 2. Quibus & illa poteſt addi. Nam Cyrus edicto publico eſt profeſſus regnum ſibi traditum fuiſſe à Deo Iſraël: & idcirco mandauit, vt ei templum rurfus ædificaretur: vaſaque cuncta à Nabuchodonoro ablata reſtituit Iudæis, vt habetur Eſdræ lib. 1. cap. 1. & lib. 3. cap. 2. & Paralipomenon lib. 2. cap. vltimo. Nihilominus ædificatio templi fuit interturbata, & impedita per conſiliarios ac miniſtros regios, imperante Cambyſe, donec Darius Hiſtaſpis filius Rex eſt creatus temporibus Aggæi, & Zachariæ prophetarum: qui rurfus iuſſit, vt idem templum conderetur Deo, inquit, cæli, in quo preces fierent pro vita ipſius liberorumque, vt eſt Eſdræ lib. 1. cap. 5. & 6. Ex his fuit Aſtuerus maritus Eſther Reginæ, qui Mardocheum Iudæum ſuis omnibus regnis præfecit, vt habetur libro Eſther: vt ex his etiam colligi poſſit, Deum iure quodam tanta his imperia largitum. Sed qualitercumque ſit reſ; cum fuerit à Perſis imperium tranſlatum in Macedonas; videndum nobis an aliqua cauſa ad iuſtitiam pertinentes appareant, è quibus certò à nobis, & non in vniuerſum dumtaxat aſſerri poſſit id meritò factum. In primis igitur (quod refert Iosephus lib. 11. cap. 7.) Ioannes Pontifex ſummus in templo occidit Ieſum fratrem ſuum, quod hic à Vagoſe Darij præfecto ex pactis ambiret ſummum ſacerdotium, viuente ipſo Ioanne. Quocirca indignatus id Vagoſes templi penetralia contra leges in Dei contemptum non verebatur ingredi, quoties lubebat: præterea verò hoſtias vetuit offerri, niſi veſtigial quoddam ſolueretur. Rurfus deſuncto Ioãni Iaddus filius ſucceſſit; aduerſus quem frater Manafſes à Sanabatho Darij præfecto, cuius filiam contra leges vxorem duxerat, ſummum Pontificatum petiit; & hac conditione, ſi Darius Alexandrum viciſſet, impetrauit: qua de cauſa contigit, vt plurimi Iudæi ad eius partes concederent, extraneis que mulieribus copularentur. conditio non exſtitit: nam Darius eſt victus. Samaritanorum tamen Pontificem Manafſes egit. Atque hæc quidem Darius, ſiue ipſius miniſtri peccarunt in verum Deum, quæ in cauſa potuerint eſſe, vt auferrentur à Perſis tot regna. Ad hæc accedit, quod in vniuerſum Perſæ corruptiſſimis iam moribus erant, & ab antiqua modestia temperantiaque prorfus deſciuerant, quod longè ſecus erat in Macedonibus, ac Græcis. Ac veluti his nonniſi vna ſolebat eſſe vxor, rarò vlla pellex, ſiue Regibus, ſiue priuatis; Perſæ plures habebant pellices, & coniuges, ita vt Dario fuerint tercentum ſexaginta, quarum custodia mandata erat eunuchis muliebria pati ſolitæ, quod libro 3. Q. Curtius tradit. cumque Perſæ olim amoribus puerorum non indulgerent, multo ante pugnam commiſſam cum Alexandro cœperunt hoc ſe ſcelere illi commaculare, quod Herodotus libro 2. ſcribit. Quid, quod Artaxerxes Memnon duas filias, Atoſſam, & Amestrim, ſibi matrimonio coniunxit, quod in eius vita ſcribit Plutarchus? Illud verò flagitiouſſimum contigit huic Perſicorum Regi proſapia, quod nulla Regum familia celebrior exſtitit ab orbe condito vique ad ætatem iſtorum, in qua prognati ex eadem ſtirpe tantum tamdiuque ſæuierint aduer-

A aduerſus ſemetipſos. fuere qui poſtea crudeliores exiſterent, non tamen antea: id apparet è libro 23. cap. 10. Tres igitur ob cauſas imperium Perſicum tranſlatum eſt ad Macedonas.

Prima eſt, templi Hieroſolymitani, rerumque ſacrarum, quæ penes Iudæos erant, violatio, aduerſus quæ nihil admittit Alexander.

Secunda eſt rerum luxus, libidoque, hucusque nulli vſitata, & à Perſis inducta.

Tertia, crudelitas incredibilis, & hæcenus inſolita in ſuos agnatos ac propinquos, ſed per Perſas atrociffimis diritatis exemplis ad poſteros Reges tranſmiſſa. Nunc veniamus ad Græcos, qui primi ex Europeis in Aſiaticis regionibus magna imperia cœperunt excitare, diuque tenuerunt, ac tot tantisque ſcleribus non erant obſtricti, ex quo diſceſſerant ab antiqua feritate, & maximè ſi de Macedonibus loquamur.

B *Quales temporibus priſcis Græci forent, & quibus moribus, & vita inſtitutis: quibus de cauſis imperia ſumma iis conſeſſa, & ablata. Cap. 1 V.*



Eſtis eſt Thucydides auſtor grauiffimus initio hiftoriæ ſuæ, Græcorum populos non ante multos annos ab ætate ſua latrocinii operam dediffe ac prædationibus, quin adhuc in continenti fuiſſe eo tempore, quo viuebat, aliquos ex illis, qui non abſtinerent ab huiusmodi iniquitate. Adicit præterea nullas populi Græciæ fuiſſe olim certas ſedes, ſed à ſuperuenientibus aliis aliis loco expulſos aliò commiſſaſſe, vel extinctos, aut ſeruitute oppreſſos. Eadem tradit in vita Theſei Plutarchus. Et ſanè antequam Lycurgus Lacedæmoniis, Dracon Athenienſibus leges darent, nihil erat in Græcia, quod ſtabile ac firmum foret. Non longè abſuerunt iſti ab excidio Troiano, quod accidiffe volunt aliqui circiter tempora Salomonis, vt latè diſputat Clemens Stromatum lib. 1. Eusebius in Chronico ſuo, Iosephus libris cõtra Apionem. oſtendimus ſuprà Græcis vſitatum fuiſſe immolare homines. Præterea verò litterarum cognitio & vſus ſerius multo, quàm in Orientis & Auſtri pleraſque regiones in Græciam venit; ex quo neceſſe eſt nulla propè inter habitatores Græciæ fuiſſe tum ſtudia humanitatis. Conuenit namque inter omnes à Cadmò Phœnice litteras aduectas in Græciam, quod Plinius lib. 7. ad finem refert, Herodotus lib. 5. Diodorus lib. 6. Hinc Lucanus:

*Phœnices primi, famã ſi credimus ipſi,*

*Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.*

D Phœnicia porro eſt in Syria, Iudæaque ſinitima habetur. Rurfus è Regum ſucceſſionibus Sycioniorum, Argiuorum, aliorum denique Græcorum, quas Eusebius recenſet, habemus cunctos iſtos longè poſteriores Aſſyriis, & Aegyptiis; quod etiam colligitur è Pauſania in Arcadicis, Strabone, Herodotoque, & aliis: vt ſciamus Græciam nihil habuiſſe illuſtrioris niſi poſt multa ſæcula à diluuiò tranſacta; & quos Græci Reges, ac populos ſuorum veruſtiſſimos tradunt dinumerantes annos quibus illi ſua dominati, haud pertingere ad antiquitatẽ vel Aſſyriorum, vel Aegyptiorum: neque mores iis admodum ciuiles fuiſſe, quos exigimus, vt iuſtè quis imperia magna tractare poſſit. Orpheus certè, & Amphion poëtæ poſteriores fuerunt excidio Troiano, neque multo ſuperiores ætate Homero: ar hi maximè dicti ſunt Græcos auocaſſe à moribus barbaris, & ad humanitatem traduxiſſe; ſic enim Lyricus poëta:

*Sylueſtres homines ſacer, interpreſque Deorum*

*Cædibus, & victu ſædo deterruit Orpheus:*

*Dictus ob hoc lenire tygres, rabidoſque leones.*

*Dictus & Amphion Thæbanæ conditor arcis*

*Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda*

*Ducere quò vellet. fuit hæc ſapientia quondam*

*Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis;*

*Concubitu prohibere Vago, dare iura maritis,*

*Oppida moliri, leges incidere ligno.*

Quocirca bene Eusebius lib. 10. de præparatione Euangelica oſtendit Græcos à barbaris accepiffe diſciplinæ, & artes cõtias. Barbaros vocat in primis Aſſyrios, & Aegyptios. Sed veluti eſt veriſſimum Græcos accepiffe hæc ab iſtis, ſic ad ſummum perduxere do-



Strinas omnes, ita ut paulo ante Alexandrum à Græcis scriptoribus cognoscamus ipsos minus abfuisse à iustitiæ præceptis, vsuque, & veritatis cognitione, quam ceteras gentes, Iudæis exceptis, tum cognitatis, quod liquet è vitis philosophorum à Diogene Laertio descriptis, & è libris Aristotelis, Platonis, Xenophontis, Hippocratis, & aliorum, in quibus elucet præ cunctis ornamenta omnia virtutum. Quamobrem Græcorum philosophi auerfati quæ de diis commenta indignissima vulgo circumferebantur ac prædicabantur, fabulas deorum traduxere ad honestissimas interpretationes moralium, naturalium, diuinarumque rerum, quod multis docet Eusebius lib. 2. cap. ultimo & toto prope libro tertio de præparatione euangelica, ac latè persequitur Cicero libris de natura Deorum. sic iidem morum præcepta multo meliora, si ceteras gentes contempleris, tradiderunt nõ multo ante Alexandri Magni ætatem; ut meritò Græcos tum minus abfuisse ab Ecclesiæ sanctæ institutis, ac doctrina verè dici possit. Septem quidem sapientes fuere æquales temporibus Solonis, Cræsi, ac Cyri; quod è Diogene Laertio, & Plutarcho inuita Solonis cõstat. Alexander porrò ipse, dum iuuenis fuit, indolis excellentissimæ, virtutumque regia- rum nullum non specimen dedit, maximamque de se cunctis spem concitavit. Sicut itaque Persæ his sæculis multum recesserant ab illa suorum morum probata antiquitate, sic Græci à prisca feritate foedisque opinionibus, quas antiqui habuerant de diuinitate, nactique sunt præclarissimos philosophos Platonicos, Stoicos, Peripateticos: ut non iniuria Deus ad eos à Persis imperia summa voluerit transferre. Neque verò prætercundum nobis videtur, Iudæos, eorumque Pontificem summum fuisse ab Alexandro honorificentissimè tractatos, quod narrat Iosephus lib. antiquitatum Iudaicarum 11. cap. 8. Verum enimvero Alexander à pristina modestia felicibus rerum successibus elatus descendiit. Nam Iouis Hammonis filium, qui foret ad deos transferendus, non qui iam Deus esset, se dici & haberi imperavit; interimque illi, quasi iam fuisset adscriptus superis, diuini sunt habitus honores à multis, quod Quintus Curtius lib. 4. narrat; Arrianus autem, qui cunctos scriptores à se diligentia vult superatos, rem multo aliter, & quæ non ita discrepet à modestia, refert: Plutarchus eam discutit in ipsius vita; & falsitatis arguit, qui crimen huiusmodi arrogantia quasi certum Alexandro imponere sunt ausi, quamuis velit ei non displicuisse qualemcumque vanitatis huius opinionem. Illud tamen est indubitatum, multos supremo vitæ tempore amicos ab Alexandro indignissimè interfectos, Cusæorumque gentem ad internecionem totam deletam, non alium in finem, nisi ut tot mortalium morte parentaretur Ephesioni defuncto, quod in Alexandro Plutarchus refert. Atque hæc videntur causæ cur in Alexandro defecit imperium tam latum, progeniesque ipsius fuerit è medio sublata, ut ostendimus sig. 38. de pietate cap. 3. lib. 10.

Post Alexandrum maximam tot regnorum partem Seleucidæ ac Ptolomæi tenuerunt; per quos Aegyptus, quæ Ptolomeis paruit, & Asia, quæ Seleucidis, repleta est philosophiæ studiis, ut abessent propius populi ab Ecclesiæ sanctæ institutis, ac doctrina. Ex his Regibus Ptolomæus Lagi filius, qui primus Aegypto est dominatus, cum fuisset iniquior ab initio Iudæis; postea tamen eorum cognita religione, & studiis, pares cum Macedonibus Alexandriæ ciues esse eos voluit, plurimosque illorum munificentia sua pellexit in Aegyptum. Philadelphus autem sacros libros in Græcam linguam transferri à septuaginta interpretibus curavit; Iudæorumque centum viginti millia, qui seruebant, in libertatem vindicauit, ac plurimis eos modis honorauit, ut persequitur latè Iosephus lib. 11. cap. 1. 2. 3. & 4.

E Seleucidis autem Nicanor parem Iudæis esse voluit honorem cum Macedonibus, & Græcis, ut idem scriptor narrat lib. 12. cap. 3. ac multo maiora tribuit eis, eorumque religioni, ac templo Antiochus re & cognomento Magnus, quod narrat ille eodè libro & capite. atque hucusque Seleucidarum res in Asia mirabiliter floruerunt, ut docuimus lib. 23. signo nonagesimo octauo, cap. 11. de infelici posteritate alienorum, cui liber Machabæorum secundus cap. 2. consentit, in quo hæc habentur: Igitur cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ Pontificis pietatem, & animos odio habentium mala, fiebat ut & ipsi principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent; ita ut Seleucus Asiæ Rex (hic est Antiochi Magni filius) de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. ] hæc ibi.

Antiochus tamen Epiphanes è Seleucidis primus acerbissima in Iudæos bella commo-

